McGILL UNIVERSITY LIBRARY
M 4P71·1472
ACC. No. 190860



WHELDON & WESLEY LTD

Georgius Kloß, M.D.
Francofurti ad Moenum.

FROM THE LIBRARY
OF WILLIAM MORRIS
KELMSCOTT HOUSE
HAMMERSMITH



These bookplates removed from the late 18th or early 19th cent. calf binding

PLINIVS . SECHŌDVS

CAIVS PLYNIVS MARCO SVO SALVTEM.

PErgratum eſt mihi: ꝙ tam diligenter libros auunculi mei lectitas: ut hr̃e ões uelis: quæraſq; qui ſint omnes. Fungar indicis partibus. Atq; etiam quo ſint ordine ſcripti: notum tibi faciam. Eſt enim hæc quoq; ſtudioſis non iniucũ/da cognitio. De iaculatione equeſtri unus. Hunc cum præfectus alæ militaret: pari ingenio curaq; cõpoſuit. De uita Pomponii ſecundi duo: a quo ſingulariter amatus hoc memoriæ amici quaſi debitum munus exoluit. Bellorum germaniæ.xx. quibus omnia quæ cum germanis geſſimus: bella collegit. Inchoauit cum in germania mili/taret: ſomnio monitus. Aſtitit enim ei quieſcẽti Druſi Neronis effigies: q germaniæ latiſſime uictor ibi periit. Commendabat memoriam ſuam: orabatq; ut ſe ab iniuria obliuionis aſſereret. Studioſi tres quos ĩ ſex uolumina propter amplitudinẽ diuiſit: quibus oratorem ab incunabulis inſtituit & perfecit. Dubii ſermõis octo ſcripſit ſub Nerone nouiſſimis annis: cum omne genus ſtudiorum paulo liberius et erectius pe/riculoſum ſeruitus feciſſet. A fine Aufidi Baſſi.xxxi. Naturæ hiſtoriarũ.xxxvii. opus diffuſum: eruditum: nec minus uariũ q̃ ipſa natura. Miraris ꝙ tot uolumĩa multaq; in iis tam ſcrupuloſa homo occupatus abſoluerit. Magis miraberis: ſi ſcieris illum aliq̃diu cauſas actitaſſe. Deceſſiſſe anno ſexto & quinquageſimo. Medium tempus diſtentum impeditumque qua officiis maximis qua amicicia principum egiſſe. Sed erat acre ingenium: incredibile ſtudium: ſumma uigilãtia. Lucubrare a uulcanalibus incipiebat: non auſpicandi cauſa ſed ſtudendi ſtatim a nocte multa. Hyeme uero ab hora ſeptima: uel cũ tardiſſime octaua ſæpe ſexta. Erat ſane ſomni parciſſimi. Non/nunq̃ etiam inter ipſa ſtudia inſtantis & differentis: ante lucem ibat ad Veſpaſianũ imperatorem: nã ille quoq; noctibus utebat᷑. Inde ad delegatum ſibi officiũ. Reuer/ſus domũ quod reliquum temporis: ſtudiis reddebat. Poſt cibum ſæpe: quẽ interdiu leuem & facilem ueteꝝ more ſumebat: æſtate ſiquid ocii iacebat ĩ ſole. Liber legebat᷑: ãnotabat: excerpebatq;. Nihil enĩ unq̃ legit: quod nõ excerperet. Dicere etiã ſolebat: nullum eſſe librum tam malum: ut non aliqua parte prodeſſet. Poſt ſolem plerunq; frigida aqua lauabatur. Deĩde guſtabat: dormiebatq; minimum. Mox quaſi alio die ſtudebat in cœnæ tempus. Super hanc liber legebatur: annotabatur: & quidẽ curſim. Memini quendam ex amicis cum lector quædam pronuntiaſſet perperã: reuocaſſe: & repeti coegiſſe. Huic auunculum meũ dixiſſe: intellexeras? Nẽpe cum ille annuiſſet: Cur ergo reuocabas? Decem amplius uerſus hac tua interpellatiõe perdidimus. Tãta erat parſimonia temporis. Surgebat æſtate a luce. Cœna hyeme intra primã noctis: & tãq̃ aliqua lege cogente. Hæc inter medios labores urbiſq; fremitũ. In ſeceſſu ſolũ balinei tempus ſtudiis eximebatur. Cum dico balinei: de interioribus loquor. Nam dum diſtringitur: tergiturq;: audiebat aliquid: aut dictabat. In itinere quaſi ſolutus cæteris curis: huic uni uacabat. Ad latus notarius cum libro & pugillaribus: cuius ma/nus hyeme manicis muniebantur: ut ne cæli quidem aſperitas ullum ſtudiis tempus eriperet. Qua ex cauſa romæ quoq; ſella uehebatur. Repeto me correptum ab eo cũ ambularem: Poteras ĩquit has horas nõ perdere. Nam perire omne tẽpus arbitrabat᷑: quod ſtudiis non impartiretur. Hac intentione tot iſta uolumina peregit: electorũq; cõmentarios centum ſexaginta mihi reliquit. Opiſtographos quidem minutiſſimis ſcriptos. Qua ratione multiplicatur hic numerus. Referebat ipſe: potuiſſe ſe: cũ pro/curaret: uendere in hiſpania hos commentarios Lartio Licinio.cccc.milibus nummũ. & tunc aliquanto pauciores erant. Nonne uidetur tibi recordanti quantum legerit: quantum ſcripſerit: nec in officiis ullis nec in amicicia principum fuiſſe? Rurſus cum audis: quid officiorũ ſtudiis laboris impenderit: nec ſcripſiſſe ſatis: nec legiſſe? Quid eſt enim quod non ille aut occupatiões impedire: aut hæc inſtantia nõ poſſit efficere? Itaq; ſoleo ridere: cũ me q̃dã ſtudioſũ uocant. qui ſi cõparer illi: ſim deſidioſiſſimus.

Ego autem tantum: quem partim publica partim officia amicorũ distringunt. Quis ex istis qui tota uita litteris assident: collatus illi non quasi somno et inertiæ deditus erubescat? Extendi epistolã: cũ hoc solũ: quod requirebas: scribere destinassem: quos scilicet libros reliquisset. Confido hæc tamen quoq; tibi non minus grata q̃ ipsos libros futura. quæ te non tantum ad legendos eos: uerum etiam ad simile aliquid elaborandum possunt æmulationis stimulis excitare. Vale.

SVETONII TRANQVILLI IN LIBRO DE VIRIS ILLVSTRIBVS.

PLynius Secundus Nouocomẽsis equestribus militiis ĩdustrie functus: procurationes quoq; splendidissimas atq; cõtinuas sũma integritate administrauit. Et tamen liberalibus studiis tantam operam dedit: ut non temere quis plura in ocio scripserit. Itaq; bella omnia quæ unq̃ cum germanis gesta sunt. xx. uoluminibus comprehendit. Item naturalis historiæ. xxxvii. libros absoluit. Periit gades campaniæ. Nã cum missenensi classi præesset: & flagrante uesuuio ad explorandas ꝓpius causas lyburnicas prætendisset: neque aduersantibus uẽtis remeare posset: ui pulueris ac fauillæ oppressus est. Vel ut quidam existimant: a seruo suo occisus: quem deficiens æstu: ut necem sibi maturaret: orauerat. Hic ĩ his libris uigĩti milia rerum dignarum ex lectione uoluminum circiter duum milium complexus est. Primus autem liber quasi index. xxxvi. librorum sequentium: consumationem totius operis & species continet titulorum.

CAIVS PLYNIVS TACITO SVO SALVTEM.

PEtis ut tibi auunculi mei exitum scribam: quo uerius tradere posteris possis. Gratias ago. Nam uideo morti eius: si celebretur a te: immortalem gloriã esse propositam. Quãuis enim pulcherrimarum clade terrarum ut pópuli ut urbes memorabili casu quasi semper uicturus occiderit: q̃uis ipse plurima scripserit: plura tamen perpetuitati eius scriptorum tuorum æternitas addet. Equidem beatos puto: quibus deorum munere datũ est: aut facere scribenda: aut scribere legẽda. Beatissimos uero quibus utrunq;. Horũ in numero auunculus meus & suis libris & tuis erit. Quo libentius suscipio. Deposco etiam quod iniungis. Erat misseni. classemq; ĩperio præsens regebat. Viiii. kal. hora fere septĩa mater mea indicat ei apparere nubẽ inusitata & magnitudine & specie. Vsus ille sole: mox frigida: gustauerat iacens: studebatq;. Poposcit soleas. Ascenditq; locum: ex quo maxime miraculum illud conspici poterat. Nubes et incertũ procul & intuẽtibus ex quo monte: uesuuium postea fuisse cognitum est: oriebatur. cuius similitudinem & formã non alia res magis q̃ pinus expresserit. nam longissimo uelut trunco flata in altum quibusdam ramis diffundebatꝰ. Credo & recenti spiritu euecta: dein senescente eo destituta: ut etiam pódere suo uicta in altitudinem uanescebat: candida interdum: interdum sordida: & maculosa: prout terram cineremue sustulerat. Magnum id propiusq; noscendum ut eruditissĩo uiro uisum. Iubet liburnicam aptari. Mihi si uenire una uellem: facit copiam. Respondi studere me malle. Et forte ipse quod scriberem: dederat. Egrediebatur domo. Accepit codicillos. Retinere classiarii imminente periculo exterriti. Nauicula eius subiacebat. Nec ulla nisi nauibus fuga: ut se tanto discrimini eriperent: orabat. Vertit ille cõsiliũ. & quod studioso animo inchoauerat: obit maximo. Deducit quadriremes. Ascendit ipse. Non retinet modum. Sed multis: erat enim frequens amenitas: orat. Laturus auxilium properat. Alii territi fugiunt. Rectum ipse cursum rectaq; gubernacula in periculum tenet. Adeo solutus metu: ut omnes illius mali motus omnis figuras ut deprehenderat oculis: dictaret: enotaretq;. Iam nauibus cinis inciderat: quo propius

accederet: calidior & desior. Iam pumices etiam nigri ambustique & fracti igne lapides. iam uadum subitum ruinaque montis. littora obstantia. Contanti paulum an retro flecteret: mox gubernatori: ut ita faceret: monenti: fortes inquit fortuna iuuat. Pomponianũ pete: stabit: errat: dirimit sine medio. Nam sensim circũactis turbatisq; littoribus maxima re infunditur. Ibi q̄q̄ nondum periculo appropinquante: cõspicuo tamen: & cum cresceret proximo sarcinas contulerat in nauis artus fugæ si cõtrarius uentus resedisset. Quo tunc auunculus meus secundissimo inuectus complectitur trepidantem: consolatur: hortatur: utq; timorem eius sua securitate leniret. deferri in balneum iubet. lotus accubat: cœnat. atque hylaris: aut quod est æque magnũ similis hilari. Interim e uesuuio monte pluribus locis latissime flammæ atq; incendia relucebant. quorum fulgur & claritas tenebras noctis excipiebat. Ille agrestium trepidatiõe ignis relictos desertasq; uillas per solitudinẽ ardere in remedium formidinis dictabat. Tum se quieti dedit: & quieuit uerissimo equidem somno. Nam meatus animæ qui illi propter amplitudinem corporis grauior & sonantior erat: ab iis qui limini obuersabantur: audiebatur. Sed area ex qua zeta adibatur: ita iã cinere mixtisq; pumicibus oppleta surrexerat: ut si longior in cubiculo mora esset: exitus negaret̃. Excitatus ꝓcedit. Seq; Pomponiano cæterisq; qui peruigilarant: reddit. In commune consultant: intra tecta ne subsistant: an in aperto uagentur. Nã crebris uastisq; tremoribus tecta nutabant. & quasi emota sedibus suis nunc huc nunc illuc abire aut referri uidebãt̃. Sub dio rursus q̄q̄ leuium exesorũq; pumicum casus metuebatur. quod tamẽ maloꝝ collatio elegit. Et apud illum quidem ratio rationẽ: apud alios timorem timor uicit. Ceruicalia capitibus ĩposita linteis cõstringuntur. Id munimentũ aduersus ĩcidentia fuit. Iam dies alibi: illic nox õibus noctibus nigrior: densiorq;: quã tamen faces multæ uariaq; lumina soluebant. Placuit egredi in littus: & ex proximo aspicere ecquid iã mare admitteret: quod adhuc uastum & aduersum permanebat. Ibi super abiectum linteum recubãs: semel atq; iterum frigidam aquã poposcit: hausitq;. Deinde flãmæ flammarumque prænuntius odor sulphuris alios in fugam uertunt: excitant illum. Innixus seruis duobus assurrexit: & statim concidit: ut ego coniecto: crassiore caligine spiritu obstructo: clausoq; stomacho qui illi natura ĩualidus & angustus & frequẽter interæstuans erat. Vbi dies redditus is ab eo quem nouissime uiderat: tertius corpus inuentum integrum: illæsum: opertũq;: ut fuerat indutus. Habitus corporis q̄escenti similior q̄ defuncto. Interim misseni ego & mater. Sed nihil ad historiam: nec tu aliud q̄ de exitu eius scire uoluisti. Finem ergo faciam. Vnum adiiciam: omnia ea q̄bus ĩterfuerat: quæq; statim cũ maxĩe uera memorãt̃: audierat: uera ꝓsecutũ: tu potissiũ excerpes. Aliud est. n. epistolã: aliud historiã: aliud amico: aliud õibus scribere. Vale.

ITEM TERTVLLIANI IN APOLOGETICO.

Plynius Secundus cum quandam prouinciam gereret: & in magistratu plurimos christianorum interficeret: multitudine eorum perterritus quæsiuit de Traiano quid facto opus esset: nuntians præter obstinationem sacrificandi & antelucanos cœtus ad canendum cuidam Christo ut deo: nihil apud eos reperiri. Præterea ad cõfœderãdam disciplinam uetari ab iis homicidia: furta: adulteria: latrocinia: & his similia. Ad quæ commotus Traianus rescribit: Hos quidẽ ĩquirendos non esse: oblatos uero puniri oportere.

ITEM EX LIBRIS DE TEMPORIBVS EVSEBII CAESARIENSIS.

Plynius Secundus Nouocomensis orator & historicus insignis habetur: cuius plurima ingenii opera extant. Periit dum inuisit Vesuuium.

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER .I.

CAIVS PLYNIVS SECVNDVS NOVOCOMENSIS DOMITIANO SVO SALVTEM. PRAEFATIO.



IBROS NATVRALIS HISTORIAE NO-
uitium camœnis quiritium tuorum opus natum
apud me proxima fœtura licentiore epistola nar-
rare constitui tibi iucundissime imperator. Sit.n.
hæc tui præfatio uerissima: dum maxĩo cõsenescit
in patre. Nãq; tu solebas putare esse aliqd meas
nugas: ut obiicere moliar Catullum conterraneũ
meum. Agnoscis & hoc castrẽse uerbum. Ille enĩ
ut scis: permutatis prioribus syllabis duriusculũ
se fecit: q̃ uolebat existimari a uernaculis tuis: &
famulis. Simul ut hac mea petulãtia fiat: quod
proxime nõ fieri questus es: ĩ alia procaci episto-
la nostra: ut in quædam acta exeãt. Sciantq; omnes: q̃ ex æquo tecum uiuat impium.
Triumphalis & censorius tu sextumque consul ac tribuniciæ potestatis particeps. Et
quod iis nobilius fecisti: dũ illud patri pariter & equestri ordini præstas præfectus præ-
torii eius: omniaq; hæc reipub. Et nobis quidem qualis in castrẽsi contubernio? Nec
quicq̃ mutauit in te fortunæ amplitudo in iis: nisi ut prodesse tantundem posses: &
uelles. Itaq; cum cæteris in ueneratione tui pateant omnia illa: nobis ad colendum te
familiarius audacia sola superest. Hanc igitur tibi imputabis: & in nostra culpa tibi
ignosces. Perfricui faciem: nec tamen profeci. Quando alia uia occurris ingens. Et
longius etiam submoues ingenii facibus. Fulgurat in nullo unq̃ uerius dicta uis elo-
quentiæ. Tibi tribunitiæ potestatis facũdia. Quãto tu ore patris laudes tonas? Quã-
to fratris amas? Quantus in poetica es? O magna fœcunditas animi. Quẽadmodũ
fratrem quoq; imitareris: excogitasti. Sed hæc quis posset intrepidus æstimare? subi-
turus ingenii tui iudicium: præsertim lacessitum? Neque enim similis est conditio
publicantium: & nominatim tibi dicantium. Tum possem dicere: quid ista legis im-
perator? Humili uulgo scripta sunt: agricolarum: opificum turbæ: deniq; studiorũ
ociosis. Quid te iudicem facis? Cum hanc operam condicerem: non eras in hoc albo.
Maiorem te sciebam: q̃ ut descensurum huc putarem. Præterea est quædam publica
etiam eruditorum reiectio. Vtitur illa &. M. Tullius extra omnem ingenii aleam po-
situs. Et quod miremur: per aduocatum defẽditur. Hæc doctissimum omniũ Persiũ
legere nolo. Lælium Decimum uolo. Quod si hoc Lucillius qui primus cõdidit stili
nasum: dicẽdum sibi putauit. Si Cicero mutuandũ: præsertim cum de repub. scribe-
ret: quanto nos causatius ab aliquo iudice diffidimus? Sed hæc ego mihi nunc patro-
cinia ademi nuncupatione. Quãplurimũ refert: sortiatur ne aliquis indicẽ: an eligat.
Multumque apparatus interest apud inuitatum hospitem & oblatum. Cum apud
Catonem illum ambitus hostem: & repulsis tanquam honoribus ineptis gaudentem:
flagrantibus comitiis pecunias deponerent candidati: hoc se facere: pro ĩnocẽtia: quod
in rebus humanis summũ esset: profitebãt. Inde illa nobilis. M. Ciceronis suspiratio.
O te fœlicem. M. Porti a quo rem improbam petere nemo audet. Cum tribunos ap-
pellaret. L. Scipio Asiaticus: ĩter quos erat Gracchus: hoc attestabat: uel inimico iudici
se approbare posse. Adeo summum quisq; causæ suæ iudicem facit: quẽcunq; eligit:
Vnde prouocatio appellatur. Te quidem in excelsissimo humani generis fastigio po-
situm summa eloquentia summa eruditione præditum religiose adiri etiam a salutã-
tibus scio. Et ideo immensa præter cæteras subit cura ut quæ tibi dicãtur: cum digna

sint. Verum & diis lacte rustici multæq; gentes supplicant. Et mola tātū salsa litant:
qui non habent thura. Nec ulli fuit uitio: deos colere quoquo modo posset. Meæ
quidem temeritati accessit hoc quoque: q leuioris operæ hos tibi dedicaui libellos.
Nam nec ingenii sunt capaces: quod alioquin nobis perq̄mediocre erat. Neque ad-
mittunt excessus aut orationes: sermonesue: aut casus miserabiles: uel euentus uarios
non alia iucunda dictu ac legentibus blanda. Sterili materia rerum natura: hoc est
uita narratur. Et hæc sordidissima sui parte: ut plurimarum rerum: aut rusticis uo-
cabulis: aut externis: immo barbaris: cum honoris præfatione ponendis. Præterea in-
terest nō trita auctoribus uia: nec qua peregrinari animus expectet. Nemo apud nos
quidem qui attentauerit: nemo apud græcos qui unus omnia ea tractauerit: inuenit.
Magna pars studiorum amœnitates quærimus. Quæ uero tractata ab aliis dicuntur:
immensæ subtilitatis obscuris rerum tenebris premunt. Iā omnia attingenda quæ græci
tasidiopædias uocant: & tamen ignota aut incerta ingeniis facta. Alia uero ita multis
prodita: ut in fastidium sint adducta. Res ardua: uetustis nouitatem dare: nouis au-
ctoritatem: obsoletis nitorem: obscuris lucem: fastiditis gratiam: dubiis fidem: om-
nibus uero naturam: & naturæ suæ omnia. Itaque etiam non assecutis: uoluisse:
abunde pulchrum atq; magnificum est. Equidem ita sētio: peculiarē in studiis causā
eorum esse: qui difficultatibus uicti: utilitatem iuuandi prætulerunt gratiæ placendi.
Idq; & in aliis operibus ipse feci. Et profiteor me mirari Liuiū auctorem celeberrimū:
in historiarum suarum: quas repetit ab origine urbis: quodam uolumine sic orsum.
Iam sibi satis gloriæ quæsitum: & potuisse se desinere: ni animus inquies pasceretur
opere. Profecto enim populi gentium uictoris & romani nominis gloriæ: non sibi cō-
posuisse illa decuit. Maius meritum esset: operis amore: non animi causa pseuerasse.
Et hoc populo romano præstitisse: non sibi. Viginti milia rerum dignarū cura: quoniā
ut ait Domitius Piso: Thesauros oportet esse non libros: lectiōe uoluminum circiter
duum milium: quorum pauca admodum studiosi attingūt propter secretū materiæ:
ex exquisitis auctoribus centum inclusimus. xxxvi. uoluminibus: adiectis rebus pluri-
mis quas aut ignorauerāt priores: aut postea inuenerat uita. Nec dubitamus multa
esse: quæ & nos præterierint. Homines enim sumus: & occupati officiis. Subsiciuisq;
qetis temporibus ista curamus: id est nocturnis. Nequid nostris putes cessatū horis.
Dies uobis impendimus. Cum somno ualitudinem cōputamus: uel hoc solo premio
contenti: q dum ista (ut ait. M. Varro) mussitamus: pluribus horis uiuimus. Pro-
fecto enim uita uigilia est. Quibus de causis atque difficultatibus nihil auso pmitte-
re. Hoc ipsum tu præstas quod ad te scribimus. Nec fiducia operis hæc est: sed indi-
catura. Multa ualde preciosa ideo uidentur: quia sunt templis dicata. Nos quidem
omnes patrem te: fratremq; diximus: opere iusto temporum nostrorum historiā orsi
a fine Aufidi Bassi. Vbi sit ea quæres. Iampridem per acta sancit. Et alioqn statutum
erat hæredi mandare: nequid ambitioni dedisse uita iudicaretur. Proinde uero occu-
pantibus locum faueo ego & posteris: quos scio nobiscum decertaturos: sicut ipsi fe-
cimus cum prioribus. Argumentum huius stomachi mei habebis: q in his uolumi-
nibus auctorum nomina prætexui. Est enim benignum (ut arbitror) & plenū ingenui
pudoris: fateri per quos profeceris. Non ut pleriq; ex iis: quos attici fecerunt. Scito
enim conferentem me auctores deprehendisse a iuratissimis & proximis ueteres tran-
scriptos ad uerbum: neque nominatos. Non illa uirgiliana uirtute ut certarent. Non
ciceroniana simplicitate qui in libris de republica Platonis se comitem profitetur. In
consolatione filiæ Crantorem inquit sequor. Item Panætium de officiis. Quæ uolu-
mina eius ediscenda nō modo in manibus habēda quotidie nosti. Obnoxii profecto
animi & infœlicis ingenii est: deprehendi in furto malle: q̄ mutuū reddere: cū præsertī
sors fiat ex usura. Inscriptionis apud græcos mira fœlicitas. Cærion īscripsere: quod
uolebāt ītelligi fauū. Alii ceras amaltheas: quod copiæ cornu: uelut lactis gallinacei

ſperare poſſis in uolumīe hauſtum. Iam iam mos pandectæ Enchyridiaſmon Pinax/ chidion inſcriptiones:propter quas uadimonium deſeri poſſit. At cum intraueris:dii deæq; q̄ nihil in medio inuenies. Noſtri craſſiores ātiquitatum exēploꝝ artiumque. Quā facetiſſimi lucubrationem dico: qui ait: Bibaculus erā & uocabar Pantomimus. Aſſerit Varro ī ſatyris ſuis ſuſtulit & flexibula. Apud græcos deſiit nugari Diodorus. Et bibliothecis hiſtoriam ſuam inſcripſit. Appion quidam grāmaticus hic quem Ty/ berius Cæſar cymbalū mundi uocabat:quoniā publicæ famæ tympanū potius uideri poſſec:immortalitate donari a ſe ſcripſit:ad quos aliqua componebat. Me uero non pœnitet:nullum feſtiuiorem excogitaſſe titulum. Et ne in totum uidear græcos īſec/ tari:ex illis nos uelī intelligi:pingiq; conditoribus:quos in libellis his īuenies abſoluta opera:& illa quoq;:quæ mirando non ſatiamur:pendenti titulo inſcripſiſſe.ut Apel/ les faciebat:aut Polycletus:tanq̄ īchoata ſemper arte:& imperfecta:ut cōtra iudiciorū uarietates ſupereſſet artifici regreſſus ad ueniam:uelut emēdaturo qcqd deſideraret: ſi non eſſet interceptus. Quare plenum uerecundiæ illud eſt:ꝙ omnia opera tanquā nouiſſima inſcripſere:& tanq̄ aliquid ſigulis fato ſit ademptum. Tria non amplius ut opinor:abſolute quæ traduntur inſcripta:ille fecit:quæ ſuis locis reddam.quo ap/ paruit ſummam artis ſecuritatem auctori placuiſſe. Et ob id magna īuidia fuere oīa ea. Ego plane meis adiici poſſe multa confiteor. Nec his ſolis: ſed & omnibus quæ edidi. Vt obiter caueam iſtos homeromaſticas. Ita enim uerius dixerim:quoniā au/ dio & ſtoicos & dialecticos & epicureos quoq;. Nam de grammaticis ſemp expectaui parturiri aduerſus libellos quos de grammatica edidi. Et ſubinde abortus fecere iam decem annis:cum celerius etiam elephanti pariant. C. Tuberōis etiā aduerſus Theo/ phraſtum hominem in eloquentia tātum:ut nomen diuinū inde inuenerit:ſcripſiſſe etiam fœminam:& prouerbium inde natū ſuſpendio arborem eligendam. Nō queo mihi temperare: quominus ad hoc pertinentia ipſa cenſorii Catonis uerba ponam. Vt inde appareat:etiam Catoni de militari diſciplina commentanti:qui ſub Africano immo uero ſub Annibale didiciſſet militare. Et ne Africanū quidem ferre potuiſſet: qui imperator triumphum reportaſſet:paratos fuiſſe iſtos: qui obtrectatione alienæ ſcientiæ famam ſibi aucupantur. Quid enim ad te in meo uolumine? Scio ego quæ ſcripta ſunt. Hæc ſi palam proferātur:multos fore qui inuiti legent. Sed ii po/ tiſſimum qui ueræ laudis expertes ſunt. Eorum ego orationes ſino præterfluere. Nec Plancus illepide:qui cum diceretur Aſinius Pollio oratiōes in eū parare:quæ ab ipſo aut liberis poſt mortem Planci ederentur:ne reſpondere poſſet:Cum mortuis nō niſi laruas luctari. Quo dicto ſic repercuſſit illas:ut apud eruditos nihil impudentius iu/ dicetur. Ergo ſecuri etiam contra uitilitigatores quos Cato elegāter ex uitiis & litiga/ toribus compoſuit. Quid enim illi aliud q̄ litigant:aut litem quærunt? Exequemur reliqua propoſiti. Quia uero occupationibus tuis publico bono parcendum erat:qd ſingulis cōtineatur libris:huic epiſtolæ ſubiunxi. Summaq; cura ne perlegendos eos haberes:operam dedi. Tu per hoc & aliis præſtabis:ne perlegant. Sed ut quiſq; deſi/ derauerit aliquid id tantum quærat.& ſciat quo loco inueniat. Hoc ante me fecit in litteris noſtris Valerius Soranus in libris quos epoptedon ſcripſit. Vale.

¶SVMMATIM HAEC INSVNT LIBRIS SINGVLIS.

LIBRO SECVNDO CONtinet de mūdo: & cælestibus: & terrestribus:& aeriis.

¶EX AVCTORIBVS.

M. Varrone: Sulpitio Gallo: Tyberio Cæsare imperatore. Q. Tuberõe: Tul. Cicerone. L. Pisone. T. Liuio: Cor. Nepote: Statio Seboso: Cœlio Antipatro: Fabião: Antiate: Mutiano: Cecina qui de etrusca disciplina scripsit. Tarquitio. L. Iulio: Aquilaq;: Itẽ Sergio.

¶EXTERNIS.

Platõe: Hipparcho: Timarcho: Petosiri: Neocepso: Pythagoricis: Posidonio Casimandro: Epigene Gnomonico: Euclide: Cerano phõ: Eudoxo: Democrito: Critodemo: Thrasillo: Serapione: Dicearcho: Archimede: Onesicrito: Eratosthene: Pythea: Herodoto: Aristotele: Ctesia: Artemidoro: Ephesio: Isidoro caraceno: Theopompo.

LIBRO TERTIO CONTInentur situs: gentes: maria: oppida: portus: mõtes: flumina: mensuræ: populi qui sunt aut fuerunt.

¶EX AVCTORIBVS.

Turranio Gracculo: Cor. Nepote. T. Liuio: Catõe Cẽsorio. M. Agrippa. M. Varrõe: Diuo Augusto: Varrõe Atracino: Antiate: Rigino. L. Vetere: Pomponio Mela: Curione prẽ: Cœlio: Arũcio: Seboso: Licinio Mutiano: Fabritio Thusco. L. Ateio Capitõe: Verrio Flacco. L. Pisone. C. Eliano: Valeriano.

EXTERNIS.

Artemidoro: Alexandro Polyhiſtore: Thucydide: Theophraſto: Iſidoro: Theopōpo: Metrodoro Scepſio: Callicrate: Xenophonte Lāpſaceno: Diodoro ſyracuſano: Nymphodero: Calliphane: Timagene.

LIBRO QVARTO CONtinentur ſitus: gētes: maria: oppida: portus: mōtes: flumina mēſuræ: populi qui ſunt aut fuerunt.

EX AVCTORIBVS.

M. Varrone: Catone cenſorio. M. Agrippa: diuo Auguſto: Varrone Atracino: Cor. Nepote: Higino. L. Vetere: Pōponio: Mela: Licinio: Mutiano: Fabritio Thuſco: Ateio Capitone: Athetophilologo.

EXTERNIS.

Polybio: Hecateo: Hellanico Damaſceno: Eudoxo: Dicearcho: Timoſthene: Ephoro: Cratete grammatico: Serapione antiochenſe: Callimacho ſiculo muſico: Alexandro Polyhiſtore: Thucidide: Doſiade: Anaximandro: Philiſtide Malore: Dionyſio: Ariſtide: Callidemo: Menechino: Eratoſthene: Anticlide: Heralide: Philemone: Aieneponte: Pythea: Iſidoro: Philenide: Xenagora Aſtynomio: Staphylo: Agoraiſtocrito: Metrodoro: Cleobulo: Poſidonio.

LIBRO QVINTO CONtinentur ſitus: gētes: maria: oppida: portus: montes: flumina: mēſuræ: populi qui ſunt aut fuerunt.

¶EX AVCTORIBVS.

Agrippa:Suetonio Paulino: Varrone Atracino: Cornelio Nepote: Higino: L. Vetere:Mela:Domitio Corbulone: Licinio Mutiano: Claudio Cæsare: Aruntio:Liuio filio:Seboso in actis triumphorum.

¶EXTERNIS.

Iuba rege:Hecateo:Hellanico damasceno: Dicearcho: Bione: Timosthene: Philenide:Xenagora:Astynomio:Staphylo:Dionysio:Aristotele: Aristocrito:Ephoro: Eratosthene: Hipparcho: Panetio: Serapione Antiocheno: Callimacho:Agathocle: Polybio: Timeo: Machania:Herodoto:Myrsilo Alexãdro Polyhistore: Metrodoro: Posidonio: qui peri pluton:id est de diutiis: periegeseos:id est de terræ ambitu. Sotade: Periandro: Arctare Sicyonio: Eudoxo: Antigene: Callicrate: Xenophonte Lampsaceno: Diodoro syracusano: Hannone: Himilame:Nymphodoro: Calliphone: Artemidoro: Megasthene:Isidoro: Eubolo: Aristocreonte.

LIBRO SEXTO CONTInentur situs: gentes:maria: oppida: portus: flumina: mensuræ: populi qui sunt aut fuerunt.

¶EX AVCTORIBVS.

M. Agrippa: Varrone Atracino: Cor. Nepote: Higino. L. Vetere: Mela:

Pomponio: Domitio Corbulone: Licinio Mutiano: Claudio Cæsare: Aruntio: Seboso: Fabricio Thusco. T. Liuio: Seneca: Higidio.

EXTERNIS.

Iuba rege: Hecateo: Hellanico damasceno: Eudoxo: Dicearcho: Betonio: Timosthene: Patrocle: Demodemãte: Clitarcho: Eratosthene: Alexãdro Magno: Ephodoro: Hipparcho: Panetio: Callimacho: Artemidoro: Apollodoro Agathocle: Polybio: Vinaco Siculo: Alexandro Polyhistore: Isidoro: Hãmometo: Metrodoro: Posidonio: Onesicrito: Nearcho Megasthene: Diogenete: Aristocreonte. Bione: Dialdone: Simonide minore: Basile: Xenophonte Lampsaceno.

LIBRO SEPTIMO CONTINENTᷣ gentiũ mirabiles figuræ.

EX AVCTORIBVS.

Verrio Flacco: Cn. Gelio: Licinio

Mutiano: Mutio: Masurio: Sabino: Agrippino: Claudio Cæsare. M. Cicerone: Asinio Pollione: Messalla: Ruffo: Nepote Cornelio: Virgilio. L. Cordo Melisso: Seboso: Cor. Celso: Maximo Valerio: Trogo: Nigidio Figulo: Pomponio Attico: Pediano Asconio: Sabino: Catone censorio: Fabio Vestale.

EXTERNIS.

Herodoto: Aristea: Betone: Sigono Cratere: Agatharcide: Calliphane: Aristotele: Nymphodoro: Apollodoro: Philarcho: Damone: Megasthene: Ctesia: Taurone: Eudoxo: Onesicrito: Clitarcho: Duride: Artemidoro: Hippocrate medico: Asclepiade medico: Hesiodo: Anacreonte: Theopompo: Hellanico damasceno: Ephodoro: Epigene: Beroso: Petosiri: Neocepso: Alexandro: Polyhistore: Onesicrito: Xenophonte: Callimacho: Democrito: Diulio: Polyhistore historico: Stratone qui contra Ephori theoremata scripsit. Heraclide Pontico: Asclepiade qui Tragodumena philosopho: Stephano: Egesia: Archimacho: Thucydide: Mnestygitiõe: Xenagora: Metrodoro Scepscio: Anticlide: Critodēo

LIBRO OCTAVO CONTINENTUR animalium terrestrium naturæ peditantum.

EX AVCTORIBVS.

Mutiano: Icilio: Verrio Flacco. L. Pisone: Cornelio: Valeriano: Catone cẽsorio: Fenestella: Trogo: Actio: Columella: Virgilio. Varrone. L. Metello: Scipione: Cornelio Celso: Nigidio: Trebio Nigro: Põponio Mela: Manilio Sura.

EXTERNIS.

Iuba rege: Polybio: Onesicrito: Isidoro: Antipatro: Aristotele: Demetrio Physico: Democrito: Theophrasto: Euante: Apocha qui olympionica: Hierone rege: Attalo rege: Philometere rege: Ctesia: Duride: Philisto Archita: Philarcho: Amphiloco: Ateneo: Anaxipoli Thasio: Apollodoro Lẽnio: Aristophane Milesio: Antigono Cineo: Agathocle Chio: Apollonio Pergameno: Aristandro Ateneo: Bacchio Milesio: Bione: Solense: Cherea Ateneo: Diodoro Prienneo: Dione Colophonio: Epigene Rhodio: Euagone Thasio: Euphronio Ateneo: Hegesia Maroneo: Menandro Priennio: Heracleote: Menecrate poeta: Androtione qui de agricultura scripsit: Escrione qui item Dionysio qui Magonem transtulit. Diophane qui ex Dionysio Epitoma fecit. Archelao rege Nicandro.

LIBRO NONO CONTINENTUR animalium aquaticorũ historiæ et naturæ.

¶EX AVCTORIBVS.

Turranio: Gracchulo: Trogo: Mœcenate: Albo Flauo: Cor. Nepote: Valerio Mimographo: Fabiano: Fenestella Mutiano: Helio Scilone: Statio Seboso: Melisso: Seneca: Cicerone: Macro: Aemilio: Messalla Coruino: Trebonio Nigro: Nigidio.

¶EXTERNIS.

Aristotele: Archelao rege: Callimacho: Democrito: Theophrasto: Thrasillo: Hegesidemo: Cudnio: Alexandro Polyhistore.

LIBRO DECIMO CONTInẽtur naturæ & historiæ animalium uolatilium.

¶EX AVCTORIBVS.

Manilio:Cornelio:Valeriano:Actio:Vmbricio meliore:Massurio Sabino:Antistio Labeone:Trogo:Cremutio:M. Varrone:Macro Aemilio: Emissio:Mutiano Nepote:Fabio pictore:T.Lucretio:Cor.Celso:Oratio Deluſone: Higino:Sasernis:Nigidio:Manilio Sura.

¶EXTERNIS.

Homero:Phœmonoe: Philemone: Boeto qui ornytogonia illa quæ de auguriis. Aristotele: Theophrasto: Callimacho:Eschylo:Hierone rege: Philometere rege:Archyta: Amphilocho atheniense: Anaxipoli Thasio:

Apollodoro Lénio Aristophane Milesio Antigono Cymeo: Agathocle Chio: Apollóio pergaméo: Aristádro. Athéeo Bacchio: Milesio: Bione Solése: Cherea atheniense. Diodoro Prienio: Dione Colophonio: Democrito: Diophane nicense: Epigene Rhodio: Euagora Thasio: Euphróio: Atheneo Iuba Androtione qui de agricultura. Ascrione qui item. Dionysio qui Magonem transtulit. Dyophane qui ex Dyonisio epitoma fecit. Nicandro Onesicrito: Philarcho: Hesiodo.

LIBRO VNDECIMO CONtinentur historiæ & naturæ paruorum animalium & reptilium.

EX AVCTORIBVS.

Marco Varrone. Higino: Scropha: Saserna: Celso Cornelio: Emilio Macro: Virgilio: Columella: Iulio Aqlio qui de thusca disciplina scripsit. Tarquitio qui item. Vmbritio qui item. Catone Censorio: Domitio Caluino: Trogo: Melisso: Dabiano Mutiano: Nigidio Manilio: Opio.

EXTERNIS.

Aristotele: Femocrito: Neoptolemo qui mella scripsit. Aristomacho qui item. Philisto qui item. Nicandro: Menecrate: Dionysio qui Magonem transtulit. Empedocle: Callimacho: Attalo rege: Apollodoro qui de bestiis uenéatis. Hippocrate: Eriphilo: Erasystrato: Asclepio: Themisōe: Posidōio Stoico: Menandro Priennése: Heraclide: Euphronio: Ateneo: Theophrasto: Hesiodo: Philometere rege.

LIBRO .XII. CONTINEtur de arboribus.

EX AVCTORIBVS.

M. Varrōe: Mutiano: Virgilio Fabiano: Sebosō: Pomponio Mela: Flauio Proculo: Trogo: Higino: Claudio Cæsare: Cor. Nepote: Sex. Nigro: qui græce de medicina scripsit. Cassio Hemina. L. Pisone: Tuditano: Antiate.

EXTERNIS.

Teophrasto: Herodoto: Callistée: Isigono: Clitarcho: Anaximene: Duride: Nearcho: Onesicrito: Polycrito:

LIBRO TERTIODECIMO cõtiet̃ de ũguẽtis & arboribus maritis.

¶EX AVCTORIBVS.

¶EXTERNIS.

LIBRO QVARTODECIMO continet̃ de uitibus et uineis.

EX AVCTORIBVS.

Cornelio: Valeriano: Virgilio: Celso: Catone Censorio: Sasernis patre: & filio: Scropha. M. Varrone. D. Syllano: Fabio pictore: Trogo: Higio: Flacco: Verrio: Grecino: Iulio Attico: Columella: Massurio Sabio: Fenestella: Tergilla: Mactio Plãco: Flauio dorsinio: Sceuola: Helio: Attheio Capitõe: Cotta Messallino. L. Pisone: Põpeio Leneo: Fabiano: Sestio Nigro: Bibio Ruffo.

EXTERNIS.

Hesiodo: Theophrasto: Aristotele: Democrito: Attalo rege: Philometere rege: Archyta: Xenophõte: Amphilocho Ateneo: Anaxipoli Thasio: Apollodoro Lemnio: Aristophãe Milesio: Antigono Cymeo: Agathõe: Apollonio Pergameno: Aristãdro Aneo: Botryete: Item Bacchio Milesio: Bione Solense: Cherea atheniense: Cheristo: Item Diodoro Prienneo: Dione Colophonio: Epigene Rhodio: Euagora Thasio: Euphrone Ateneo: Androtiõe qui de agricultura scripsit. Eschyrione qui: item. Lysimaco q item. Dionysio q Magonem transtulit. Dyophãe qui ex Dionysio epitoma fecit: Asclepiade medico: Onesicrito: Erasistrato qui item. Iuba rege.

LIBRO QVINTODECIMO continet de natura frugiferarũ arborum: & cultarum.

¶EX AVCTORIBVS.

Fenestella: Fabiãо: Virgilio: Cornelio Valeriano: Celso: Catone Censorio: Safernis patre et filio: Scropha. M. Varrõe: Disymmacho: Fabio pictore: Trogo: Higino: Flacco Verrio: Græcio Attico: Iulio Sabĩo: Tergilla: Cotta Messallino: Columella. L. Pisone: Pompeio leneo: Mactio Planco: Flauio Dorsene: Sceuola: Helio: Atteio Capitone: Sestio Nigro: Mumio Ruffino.

¶EXTERNIS.

Hesiodo: Aristotele: Democrito: Ierõe rege: Archyta: Phylometere rege: Attalo rege: Xenophonte: Amphylocho Ateneo: Anaxipoli Thasio: Apollodoro Lemnio: Aristophane Milesio: Antigone Cymeo: Agathocle Chio: Apollodoro Pergameno: Aristandro Ateneo: Bacchio Milesio: Bione Solense: Cherea Ateneo: Cheristo: Item Dioredoro Prienneo: Dione Colophonio: Epigene Rhodio: Euagora Thasio: Euphronio Ateneo: Androtione qui de agricultura scripsit. Eschyrione qui item. Dionysio qui magonem trãstulit. Diophane q ex Dionysio epitoma fecit. Asclepiade medico: Erasistrato item: Comiade qui de conditura uini. Aristomacho qui item. Hycesio qui item. Themisonẽ medico: Onesicrito: Iuba rege.

LIBRO SEXTODECIMO continentur siluestrium arborum naturæ. ¶Ca. i.

EX AVCTORIBVS.

M. Varrone: Feciale: Nigidio: Cor. Nepote: Higino: Maſſurio: Catone: Mutiano. L. Piſōe: Trogo: Calfurnio: Baſſo: Cremutio: Seſtio Nigro: Cornelio: Boccho: Vitruuio: Græcino.

EXTERNIS.

Alexādro Polyhiſtore: Heſiodo: Theophraſto: Democrito: Homero: Timeo mathematico.

LIBRO SEPTIMODECIMO continētur ſatiuarum: & cultarum arborum naturæ.

EX AVCTORIBVS.

Cor. Nepote: Catone Censorio. M. Varrone: Celso: Virgilio: Higino: Sasernis patre et filio: Scropha: Calfurnio Basso: Trogo: Emilio: Macro: Grecino: Columella: Attico: Iulio: Fabiano: Sura: Mãlio: Decio: Mundo. C. Epidico. L. Pisone.

EXTERNIS.

Isidoro: Theophrasto: Aristotele: Democrito: Theopompo: Hierone rege: Attalo rege: Archyta: Xenophõte: Amphilocho Atheniense: Anaxipoli Thasio: Apollodoro Lemnio: Aristophane Milesio: Antigono Cimeo: Agatocle Chio: Apollonio Pergameno: Bacchio Milesio: Bione: Cherea Atheniẽse: Cherecto: Itẽ Diodoro Prieneo: Dione Colophonio: Epigene Rhodio: Euagene Thasio: Euphronio: Ateneo: Androtone qui de agricultura scripsit. Aschryone qui itẽ. Lysymacho qui item. Dionysio qui Magonem transtulit. Diophane qui ex Dionysio epitoma fecit. Aristandro qui de portentis.

LIBRO OCTAVODECIMO continetur de agricultura.

remediis ſterilitatum. ¶Ca. xxix.
¶De meſſe: et tritico: et pa/
lea: et fruméto ſeruádo. ¶Ca. xxx.
¶De uindemia: et autumni
temporibus. ¶Ca. xxxi.
¶De lunari ratione. ¶Ca. xxxii.
¶De uentorum ratione. ¶Ca. xxxiii.
¶De limitatione agrorũ. ¶Ca. xxxiiii.
Prognoſtica tempeſtatũ. ¶Ca. xxxv.
¶Sũma res: et hiſtoriæ: et obſeruatiões. .ii. M. lx.

¶EX AVCTORIBVS.

Maſſurio Sabino: Caſſio Hemina: Verrio Flacco. L. Piſone: Cor. Celſo: Thuranio Gracchulo. D. Syllão. M. Varrone: Catone cenſorio: Scropha: Saſernis patre et filio: Domitio Cal/uino: Higino: Virgilio: Trogo: Oui/dio: Græcino: Columella: Tuberone .L. Aruntio qui græce de aſtris ſcrip/ſit. Cæſare dictatore qui item. Sergio Paulo: Sabino: Fabiano. M. Cicerone: Calfurnio Baſſo: Atteio Capitone: Heſiodo: Theophraſto: Ariſtotele: Democrito: Hierone Rege: Philo/lometere Rege: Attalo Rege: Ar/chelao rege: Archyta: Xenophon/te: Amphilocho Ateneo: Anaxipoli Thaſio: Ariſtophane Mileſio: Apol/lodoro Lemnio: Antigene Miceneo: Agathocle Chio: Apollonio Pergame/no: Ariſtandro Ateneo: Bacchio Mi/leſio: Bione ſolenſe: Cherea athenien/ſe: Chereſto: Item Diodoro Prienneo: Dione Colophonio: Epigene rhodio: Euagora Thaſio: Euphronio Ateneo: Androtione qui de agricultura ſcrip/ſit. Eſchryone qui ité. Lyſimacho qui item. Dionyſio qui Magonem tranſ/tulit. Diophane qui ex Dionyſio epi/toma fecit. Palete: Eudoxo: Philippo: Callippo: Doſitheo: Parmeniſco: Melitone: Critone: Oenopide: Zeno/ne: Eutemone: Harpalo: Hecateo: Anaximandro: Soſigene: Hipparcho Arato: Zoroaſtre: Archibio.

LIBRO NONODECIMO continét lini nata: & mirabilia.

¶De lini ſatione: & generibus eius: & quomodo perficiatur: & de mappis: & lino non ardente: & quando primum in theatris uela. ¶Ca. i.
¶De ſparti natura: & quando primum uſus eius: & q̃uo pficiat: & quæ ſine radice naſcát: & uiuát. ¶Ca. ii.
¶De myſi: & tuberibus: de fungis pezi/cis: laſerpitio: & magyderi: & rubia: & radicula. ¶Ca. iii.
¶De hortorum cura: & digeſtio terræ naſcentiũ præter fruges: & frutices. ¶Ca. iiii.
¶Natura: & gña: & hiſtoria naſcétium ĩ hortis rerũ. ¶Ca. v.
¶De horteſiũ herbarũ radicibus foliis floribus coloribus. ¶Ca. vi.
¶Quoto die quæq; herbæ naſcuntur ſatæ: & quomodo quæq; formát uel digerantur: & quorum ſingula genera ſunt: & quorum plura. ¶Ca. vii.
¶Nata: et gña: et hiſtoriæ ad cõdiméda ĩ horto ſatarũ reꝝ. xxxvi. ¶Ca. viii.
¶De fœniculo: et canabi. ¶Ca. viiii.
¶De morbis hortoꝝ: et reedia circa for/micas: et erucas: et culices ¶Ca. x.
¶Quæ magis ſint fortia uel mĩus: et q/bus ſalſæ aquæ proſint. ¶Ca. xi.
¶Ratio rigandorum hortorum: et quæ tranſlata meliora fiant: et de ſuccis hortenſioꝝ: et ſaporibus ¶Ca. xii.
¶Summa res: et hiſtoriæ: et obſeruatio/nes. M. c. xliiii.

¶EX AVCTORIBVS.

.M. Actio Planco. M. Varrone. D. Syllano: Catone Cenſorio: Higino: Virgilio: Mutiano: Celſo: Columella: Calfurnio: Baſſo: Manilio Sura: Sa/bino: Tyrõe: Licinio macro. Q. Hir/tio: Bibio ruffino: Ceſenneo qui cepu/rica ſcripſit. Caſtritio: item Firmio: ité Peritio.

¶EXTERNIS.

Herodoto: Theophraſto: Democri/to: Ariſtomacho: Menandro qui bio/chrea ſcripſit. Anaxilao.

LIBRO VICESIMO CON/tiét medicinæ ex iis quæ ĩ hortis feruntur.

EX AVCTORIBVS.

Catone Censorio. M. Varrone: Põpeio Leneo: Gallione: Higino: Sestio Nigro qui græce scripsit. Iulio Basso qui item. Celso: Antonio Castore.

EXTERNIS.

Democrito: Theophrasto: Orpheo: Menãdro qui biocrea scripsit. Pythagora: Nicandro.

MEDICIS.

Nicandro: Hippocrate: Chrysippo: Diocle: Ophione: Heraclide: Hyseri: Dionysio: Apollodoro: Tarentino: Apollodoro Citiẽse: Praxagora: Phistonico Medio: Dieuce: Cleopante: Philistione: Asclepiade: Cratecia: Petronio: Diodoto: Iolla: Erasistrato: Diagora: Andrea: Mnesicle: Epicarmo: Damione: Dalione: Sosimene: Hylepolemo: Metrodoro: Solõe Lycio: Olympiade thebana: Thilino: Petridio: Mictione: Claudio: Xenocrate.

LIBRO VICESIMO PRIMO continentur florum:et coronamentorum naturæ.

EX AVCTORIBVS.

Catone Censorio. M. Varrone: Masurio: Antiate. C. Helio Vestino: Vlpio Ruffino: Hegino: Põ. Mela: Põpeio Lenate: Cor. Celso: Calfurnio: Basso. P. Largio: Licinio Macro: Sestio qui græce scripsit. Iulio Basso qui item. Antonio Castore.

EXTERNIS.

Theophrasto: Democrito: Orpheo: Pythagora: Magone: Menandro qui biocrea scripsit. Nicandro: Homero: Hesiodo: Museo: Sophocle: Anaxilao.

MEDICIS.

Mnesteo qui de coronis. Callimacho qui item. Phania Physico: Simo Timãtho: Hippocrate: Chrisippo: Diocle: Opione: Heraclide: Hicesio: Dionysio: Apollodoro Citiense: Apollodoro Tarentino: Protagora: Plistonico: Medo: Euche: Chleophanto: Phylistine: Aschlepiade: Cartecia: Petronio: Diodoro: Iolla: Erasistrato: Diagora: Andrea: Mnesicle: Epicharmo: Damione: Dalione: Sosimene: Theopolemo: Metrodoro: Solone Lycio: Olympiade Thebana: Phillino: Petrieo: Myctione: Claudia: Xenocrate.

LIBRO VICESIMO SECVNdo cõtinet̃ de autoritate herbaꝝ

EX AVCTORIBVS.

Iisdem quibus priore libro: & præter eos: Chrysermo: Eratosthene: Alceo.

LIBRO VICESIMO TERTIO continetur de cultis arboribus.

EX AVCTORIBVS

C. Valgio: Pompeio Leneo: Sestio nigro qui græce scripsit. Tul. Basso qui item. Antonio Castore. M. Varrone: Cor. Celso: Fabiano.

EXTERNIS.

Theophrasto: Democrito: Orpheo: Pythagora: Magone: Menandro qui biocrea scripsit. Nicandro: Homero:

Hesiodo: Museo: Sophocle: Anaxilao. ¶ MEDICIS.
Mnesteo: Callimacho: Phania physico: Simo: Timaristo: Hippocrate: Chrysippo: Diocle: Opione: Heraclide: Hidesio: Dionysio: Apollodoro Citiése: Apollodoro Tarentino: Praxagora: Plistonico Medo: Dieu che: Chleophanto: Philistione: Asclepiade: Crateua: Petronio: Diodoro: Iolla: Erasistrato: Diagora: Andrea: Onorca Mnesicle: Epicharmo: Demione: Datione: Sosimene: Milepoléo: Metrodoro: Solone Lycio: Olympiade Thebana: Phyllino: Petrino: Myctione: Galaucia: Xenocrate.

LIBRO VICESIMO QVARto cōtinētur medicinæ ex arboribus siluestribus.

¶ EX AVCTORIBVS.
C. Valgio: Pompeio Leneo: Sestio Nigro qui græce scripsit. Iulio Basso qui item. Antonio Castore. M. Varrone: Cor. Celso: Fabiano
¶ EXTERNIS.
Theophrasto: Apollodoro: Democrito: Orpheo: Pythagora: Magone: Menandro qui biocrea scripsit. Nicādro: Hōero: Hesiodo Museo: Sophocle: Anaxilao.
¶ MEDICIS.
Mnesteo: Calliacho: Phania physico: Simo: Timaristo: Hippocrate: Crisippo: Diocle: Opiōe: Heraclide: Hicesio: Dionysio: Apollodoro Citiense: Apollodoro Tarantino: Praxagora: Plystōico medico: Diocle: Cleopatra:

Philistione: Asclepiade: Crateua: Petronico: Diodoro: Iolla: Erasistrato: Diagora: Andrea: Enorta: Marconeside: Epicarmo: Demione: Sosimene: Thopolemo: Solone: Lycro: Metrodoro: Olympiade Thebana: Phyllio: Petrieo: Mictiõe: Glaucia: Xenocrate.

LIBRO VICESIMO QVINto cõtinẽt̃ naturæ herbarũ spõte nascentium: auctoritas herbarum: & de origine usus earum.

Qui latine usus herbarum scripserit: & quando ad romanos noticia earum peruenerit: & qui primi græcorum de his composuerint: & de herbarum inuentione: & antiqua medicina: & quare minus exerceant̃ earũ remedia: & de cynorhodo: & de dracunculo medicinæ. Ca. i.

De quodam pestifero fonte germaniæ: & de britannica: & maximis morborum doloribus. Ca. ii.

De moly: et dodocatheo: & pæonia uel pentorobo: uel glycyside: & panace uel asclepio: & heracleo panace chironio: & panace centaureo: uel pharnaceo: & heracleo syderio: & hyoscyamo uel apollinari siue altercangeno. Ca. iii.

De linozoste: parthenio: hermipora siue potius mercuriali: & achillea: & panace heraclea sideriti millefolio: & de scoparegia: & hermineo teucrio splenio: de melampodio siue helleboro: quot ue eorum genera: & de nigro helleboro: & albo medicinæ: & quãdo detur: et quomodo sumendum: & q̃bus non dandum: & q̃ mures necat. Ca. iiii.

De mithridatia: & scordoti siue scordio: & polemonia uel philæteria uel chiliodynama: et eupatoria: et centaurea siue chyronia: & de lecto cẽtaureo libadio felle terræ: et triorche medicinæ. Ca. v.

De climeno: et gentiana: & lysimachia: et parthẽide: et arteĩsia: et ãbrosia et nymphea et heracleo siue rhopalo et euphorbia: mediciæ. Ca. vi.

De plantagine: & buglosso: & cynoglosso: et buphthalmo: et scythica: et de spartania: et hippice: et eschæmõe: & de betonica: et cantabrica: et consiligine: et hiberida: et chelidonia: & canaria: et elaphobosco: et dictamno & aristolochia: & q̃ eius delectatione inuoluant pisces: & statim capiantur: & medicinæ contra serpentiũ ictus ex herbis q̃s supius noĩauit. Ca. vii.

De argemonia: et agarico: & echyo: & hyosciamo: & ierebotane: et blattaria: & lemonea: & quĩquefolio: et dauco: persolata: & arctio: et cyclamino: et peucedano. Ca. viii.

De rhysellio: & cẽtaurea: et chelidõia: et panace: & hyoscyamo: & euphorbio. Ca. ix.

De anagallide siue acoro: et mandragora: siue circelo: et cicuta: et cremno agrio: et molibdena: et iride: et capno: et alice et acoro cotyledo et aizoo: et andrachne: et erigero: et de ophemoro: et de labro ueneris: et de ramiunculo medicinæ: et de oris uitiis. Ca. x.

Summa medicinæ: et historiæ: et obseruationes. M.cclxxxxii.

EX AVCTORIBVS

Sex. Gallico: Pompeio Leneo: Sestio Nigro qui græce scripsit. Iulio Basso qui itẽ. Antonio Castore: Cor. Celso.

EXTERNIS.

Theophrasto: Appollodoro: Democrito: Iuba: Orpheo: Pythagora: Magone: Menãdro q̃ biocrea scripsit. Nicandro: Homero: Hesiodo: Museo: Sophocle: Xantho: Anaxilao.

MEDICIS.

Mnesteo: Callimacho: Phania physico: Timaristo: Simo: Hippocrate: Chrisippo: Diocle: Ophyone: Heraclide: Hicesio: Dionysio: Apollodoro Citiẽse: Apollodoro Tarentino: Praxagora: Plistonico medico: Dieuche: Theophanto Philistione: Asclepiade: Crateua: Iolla: Erasistrato: Diagora: Andrea: Mnesicle: Epicharmo: Demione: Sosimene: Theopolemo: Metroppro: Solone Lytio: Olympiade

Thebana: Phillino: Petrieo: Myctiõe: Glaucia: Xenocrate.

LIBRO VICESIMOSEXTO cõtinēt reliquæ per morborum genera medicīæ: & de nouis morbis: et de lichene quid sit: et qñ primum in italia cœperint: et de carbunculo: elephantiasi: & colo. Ca. i.

Laus Hippocratis. Ca. ii.

De noua medicina: & Asclepiade medico: et qua ratione ueterē medicinam mutauerit. Ca. iii.

Irrisio magicæ artis: et de lichene: & tapsia. Ca. iiii.

Ad strūas: et ad digitos: et ad pectus: et ad tussim medicinæ. Ca. v.

De uerbasco: et chameleuce: uel tussilagine: et bechio: et aquilea: et saluia. Ca. vi.

Ad lateris dolores: et pectoris: et ad hortopnoeas: ad iocineris dolorē cordis dolori pulmoni urinæ tussi pectori ulceribus pulmoni renibus epaticis: ad uomitionē ad sigultus pleureticis lateri. Ca. vii.

De oībus uitiis uentris: & remediis eorum quæ circa: uel intra sunt: et de aluo sistēda: uel soluēda. Ca. viii.

De puleo: et argemone. Ca. ix.

De nymphea: & abstinētia: & appetētia ueneris: et de satyrio erythrococco: & crategi: et sideriti. Ca. x.

Medicinæ gñales de pedibus: talis: articulis neruis: et remedia contra morbos: q totum corpus occupant: et de myrtido: et uigiliis: et paralysi: et de febribus frigidis: et febre iumentorū: et frenetycis: et chameacte: et aizoo: & igne sacro. Ca. xi.

Ad eluxata mēbra: & contra morbū regium: et contra furunculos: & fistulas: et inflationes: et ambustionem: & contra alios morbos: ad neruos: & sanguinem. Ca. xii.

De herba eqseto: & stephanomeli: et erisitale: et cōtra uermes. Ca. xiii.

De ulceribus: et ad plagas: et de polycnemo. Ca. xiiii.

De plurimis experimētis ad ïficiēdos capillos: et partus eiiciendos: et continendos: et alioꝶ remedia. Ca. xv.

Sūma medicinæ: et historiæ: & obseruationes. M.cc.lxxxxii.

EX AVCTORIBVS.

.M. Varrone. C. Valgio: Pōpeio Leneo: Sestio Nigro qui græce scripsit. Iulio Basso qui item. Antonio Castore: Cornelio Celso.

EXTERNIS.

Theophrasto: Apollodoro: Democrito: Iuba: Orpheo: Pythagora: Magone: Menādro q biocrea scripsit. Nicādro: Homero: Hesiodo: Museo: Sophocle: Xantho: Anaxilao.

MEDICIS.

Mnesteo: Callimacho: Phania physico: Cimarcho: Simo: Hippocrate: Chrisippo: Diocle: Opiõe: Heraclide: Hicesio: Dionysio: Apollodoro Citiēse: Apollodoro Tarētino: Praxagora: Plistonico medico: Dieuche: Theophāto: Philistione: Asclepiade: Crateua: Iolla: Erasistrato: Diagora: Andrea: Mnesicle: Epicarmo: Demiõe: Theopolēo: Metrodoro: Solone Lycio: Thebana Olympiade: Phylino: Petrieo: Myctione: Glaucia: Xenocrate.

LIBRO VICESIMO SEPTIMO cōtinēt reliq herbaꝶ gña.

De aconito: et panthere quæ extinguitur aconito. Ca. i.

Quod omnium creaturarū conditor sit deus. Ca. ii.

De æthiopide: et amaranto: et aloe: et alcea: et alipho: et alsima: et androsace: et ādrosēo: et ābrosia: et aconi: et anagyro: et āonymo. Ca. iii.

De aparine: et arctio: et aspleno: et asclepiade: et ostere uel bubonio: et ascyro uel ascyroide: et aphace: et de alcibio: et alectorolopho. Ca. iiii.

De alo. Ca. v.

De alga: et actea: et de āpelosagria: et absinthio. Ca. vi.

De absinthio: et ballote: et botrye fruticosa: et brauylla: et brio: et bupleuri: et catanante: & calli: & circæa: et circesio: et trategõo: theligõo: et crocodilio

& cynosorchy: et chrysolachano: et cuculo: et conferua. ¶Ca. vii.
¶De cocco gnidio: & driopteris: et dryphono: et elatine: et empetro siue calcifraga: & epicacti: uel helleborine: & epimedio: et enneaphyllo: & filice pteri: & de femore bubulo. ¶Ca ix.
¶De glaucio: & glycyside: & g'aphalio siue chamezelo: et galedrago: et holco: et hyosiri: & holosteo: & hypopesto. ¶Ca. x.
¶De hypoglossa: & tremulis hydropicis: cōtra imagies orthopnoeas: paralysis incipientes. ¶Ca. xi.
¶De medio: et myosota: et myagro: & natrice: & othone: & onosma: & onopordo: et osiri: et oxye: & batrachio: & polygono: & leucāthemo: et plythéa: & phyllo: & phellandrio: et phaleri: et polyrrhizo: & ꝓserpinaca: & de rhecoma: de reseda: & stoechade. ¶Ca. xii.
¶De solano: et smyrnio: et telephio: et trichomane: et thalietro: et thlaspe: et thragōia: & tragoni: & trago: & tragologo: et spondile: et ꝙ quidā morbi in qbusdā nō sūt gētibus. ¶Ca. xiii.
¶Summa medicinæ: & historiæ: et obseruationes. dc. ii.

¶EX AVCTORIBVS.

Pompeio Leneo: Sestio Nigro qui græce scripsit. Iulio Basso qui item. Antonio Castore: Cor. Celso.

¶EXTERNIS.

Theophrasto: Apollodoro: qui item: Democrito: Aristogitone: Orpheo: Pythagora: Magone: Menandro qui biocrea scripsit. Nicandro.

¶MEDICIS.

Mnesteo: Callimacho: Timaristo: Simo: Hippocrate: Chrysippo: Diocle: Apiōe: Heraclide: Hicesio: Dyonisio: Apollodoro Citiense: Apollodoro tarentino: Praxagora: Plistonide medico Dieuche: Cleophāto: Philistione: Asclepiade: Crateua: Iolla: Erasistrasto: Diagora: Andrea: Mnesicle: Epicarmo: Demione: Sosimene: Theopoléo: Metrodoro: Solone lycio: Olympiade Thebana: Phylino: Petrieo: Myctione: Glaucia: Xenocrate.

LIBRO VICESIMO OCTAuo cōtient medicīæ ex aīalibus.
¶An sit ī medendo aliqua uis uerborū: & sanari: et depelli. ¶Ca. i.
¶Remedia ex homine contra magos. ¶Ca. ii.
¶De qbusdā sortilegiis: et ¶Ca. iii.
¶Saliua hoīs ieiuni. ¶Ca. iii.
¶Ad lippitudines oculorū ¶Ca. iiii.
¶De sternutamento: & uenere: & cæteris remediis. ¶Ca. v.
¶De remediis muliebribus ¶Ca. vi.
¶Medicīæ ex aīalibus peregrinis: de elephanto: & leone: de camelo: & hyena: & crocodilo: & chameleōte: & stico: & hippopotāo: & lyncibus. ¶Ca. vii.
¶Medicinæ cōmunes ex feris aīalibus: aut eiusdem gn̄is placidis. lactis usus: & obseruationes. & caseis butyro: & adipe. ¶Ca. viii.
¶Medicinæ de apro: & capris: & eqs feris: et remedia de bestiis contra omnes morbos. ¶Ca. ix.
¶Mira de animalibus. ¶Ca. x.
¶Sūma medicinæ: et historiæ: et obseruationes. dc. lxxxv.

¶EX AVCTORIBVS.

.M. Varrone L. Pisōe: Fabiano Verte: Antiate: Verrio Flacco: Catone Censorio: Sergio: Sulpitio: Licinio Macro: Celso: Massurio: Sestio Nigro q græce scripsit. Bytho dirrhaceno: Ophilio medico: Granio medicis.

¶EXTERNIS.

Democrito: Apollonio qui et mirsin. Mileto: Artemōe: Sextilio: Homero: Theophrasto: Lysimacho: Attalo: Xenocrate: Orpheo qui diophios. Archelao qui itē. Demetrio: Sotira: Laide: Elephātide: Salpe: Olympiade Thebana: Diotīo: Iolla: Myctione: Smyrneo: Esine medico: Hippocrate: Aristotele: Metrodoro: Icacida medico: Hesiodo: Dialcone: Cecilio: Bione qui peri dinameon. Anaxilao: Iuba rege.

LIBRO VICESIMO NONO cōtinēt medicīæ ex animalibus.
¶De origene medicinæ: et qn̄ primum clinice: et quādo primum iatraliptice:

et de Chryſippo : et Eraſiſtrato : et empirice:et Erophilo:et reliqs illuſtri/bus medicis.et quotiens ratio medici/næ mutata ſit : et qui primus romæ medicus:et quando:et quid de medi/cis antiqui romani iudicauerint:et ui/tia medicinæ. Ca. i.
De medicinis lanarum. Ca. ii.
De ouorum natura. Ca. iii.
Remedia de cane : et ex aīalibus quæ placida non ſunt ſed fera. et ex uolu/cribus:et contra morſus phalangiorum. Ca. iiii.
De ſeuo camelino : et cane rabido : et lacerta:et anſeribus:et colūbis: et mu/ſtelis remedia. Ca. v.
Ad alopecias tollēdas: et ad pilos red/dēdos: & ad lēdes tollendas & ad pal/pebras & ad glaucōata: & ad oculos : & ad parotidas remedia. Ca. vi.
Sūma mediciæ:& obſeruatiōes.d.xxi.

EX AVCTORIBVS.

.M. Varrone.L. Piſone: Verrio Flac/co:Antiate:Nigidio: Caſſio Hemina: Cicerone:Plauto:Celſo:Seſtio Nigro q græce ſcripſit. Cecilio medico: Me/tello: Scipione: Ouidio Poeta: Lici/nio Macro.

EXTERNIS.

Philopatore:Homero:Ariſtotele:Or/pheo:Democrito:Anaxilao.

MEDICIS.

Botrieſe:Apollodoro:Orchidemo:A/naxilao:Ariſtone:Xenocrate : Demo/crate:Diodoro:Criſippo philoſopho: Ori: Nicandro:Apollonio: Tyaneo.

LIBRO TRICESIMO CON/tinentur medicinæ ex animali/bus reliquæ prioris libri.

De origine magicæ artis:qn̄ et a qbus cœperit:& a quibus celebrata fuerit. Ca. i.
Vitupatio Nerōis Cæſaris. Ca. ii.
De talpis:& reliquæ medicinæ p mor/bos digeſtæ in animalibus quorū gn̄a placida ſunt aut fera. Ca. iii.
Ad muliebria mala medenda: et con/ceptus maturandos. Ca. iiii.
Promiſcuæ medicinæ. Ca. v.
De miraculis q̄rūdā beſtiarū. Ca. vi.
Sūma mediæ et obſeruatōes dccc.liiii.

EX AVCTORIBVS.

.M. Varrōe:Nigidio.M.Ciceroe:Seſ/tio nigro q græce ſcripſit. Licio macro.

EXTERNIS.

Herodoto : Ariſtotele : Hermippo : Homero:Appiōe: Horpheo: Demo/crito: Anaxilao.

MEDICIS.

Botrio:Apollodoro:Mēadro: Archie/de:Ariſtōe:Xēocrate:Diodoro: Chry/ſippo:Ori:Nicādro: Apollōio tyāeo.

LIBRO TRICESIMO PRI/mo continent medicinæ ex aq̄tili/bus: & aquarū mirabilia.

Aquarum mirabilia. Ca. i.
De differentia aquarum medicinis:& obſeruationibus .cc.lxvi. Ca .ii.
De qualitate aquarum inſalubritate: uel cōmoditate earum. Ca. iii.
Aquarū ſubito naſcentiū aut deſinētiū ratio. Ca. iiii.
Obſeruatio hiſtorica. Ca. v.
Ratio aquæ ducēdæ:& quomodo me/dicatis utēdū:et qd proſit nauigatio: & mediciæ aquæ mariæ. Ca. vi.
De gn̄ibus ſalis: & cōfecturis: & me/dicis:et obſeruatioībus. Ca. vii.
De ſcombro piſce:& muria: et alece. Ca. viii.
De natura ſalis:et eius medicinis. Ca. ix.
De nitri gn̄ibus: et confecturis:& me/dicis: et obſeruatioībus. Ca. x.
De ſpongiarum natā. Ca. xi.
Summa medicinæ: & hiſtoriæ: et ob/ſeruationes .dcccc.xxiii.

EX AVCTORIBVS.

.M. Varrone: Caſſio Parmenſe:Cice/rone : Mutio : Cornelio Celſo: Tro/go:Ouidio:Polybio: Sorono.

EXTERNIS.

Callimacho : Cecilio: Cteſia Lyndo : Teophraſto: Eudoxo:Theopompo : Polyclito:Iuba : Lyco:Appione: Epi/gene : Pelope : Apelle : Democrito : Traſillo:Nicādro: Menādro cōœdo: Attalo : Saluſtio: Dionyſio: Andrea

Nicecratro: Hippocrate: Anaxilao.

LIBRO TRICESIMOQVARto continentur æris metalla : & ferri:et plũbi:et stagni. ¶Ca. i.
¶Genus æris:quæ corinthia: quæ deliaca:quæ æginetica . ¶Ca. ii.
¶De candelabris:et tẽplorum ornamentis. ¶Ca. iii.
¶Quando primum simulacrum romæ factum : et de origine statuarum : et honore statuarum:et generibus: et figuris : ¶Ca. iiii.
¶De statuis togatis: et quibusdã aliis : et quibus primum in columna:et qñ rostra:et quando primum publice: et quæ primũ statuæ romæ¶Ca. v.
¶De statuis sine tunicis: et quibusdam aliis:et quæ prima romæ statua equestris : et quãdo omnes statuæ priuati et publice sublatæ : et quibus romæ mulieribus : et quæ primæ ab exteris publice positæ . ¶Ca. vi.
¶De antiqs statuariis: et preciis signorum immodicis:et colossis in urbe celeberrimis . ¶Ca .vii.
¶Nobilitates ex ære operũ et artificum.ccclxvi. ¶Ca. viii.
¶Differẽtiæ æris:et mixturæ: et de seruando ære . ¶Ca. ix.
¶De cadmia medicinæ. ¶Ca. x.
¶De scorea:et flore:et sq̃ma æris:et stomiace:et erugĩe:et hyeratio¶Ca. xi.
¶De scolecia:et calciti:et psoro:et chalcanto. ¶Ca. xii.
¶De pompholige:et spondio:et antispondio:& diphryge: et triente seruilio . ¶Ca. xiii.
¶De ferro:et ferreis metallis: et differentiæ ferri . ¶Ca. xiiii.
¶De tẽpatura ferri:& medicĩæ ex ferro: et ex erugine : et rubigine: et squama ferri:et hygremplastro. ¶Ca. xv.
¶De plumbi metallis:et albo plumbo: et nigro . ¶Ca. xvi.
¶De stagno:et plumbo argentario : et quibusdam aliis . ¶Ca. xvii.
¶Medicinæ de plumbo: et scoria plũbi de molibdena siue galena : de psymithio : et sandaraca . ¶Ca. xviii.
¶Sũma res : et historiæ: et obseruationes.dccc.xv.

¶EX AVCTORIBVS.

L.Pisone:Antiate:Verrio.M.Varrõe Messalla : Ruffo : Marso Poeta: Betho: Iulio Basso qui de medicĩa græce scripsit. Sestio Nigro . Item Furio Vestale .

¶EXTERNIS.

Democrito: Metrodoro sceptio:Menechino qui de toreutice scripsit.Xenocrate qui item.Antigono qui item. Duride qui item . Heliodoro qui de atheniensium anathemate scripsit . Nymphodoro : Andrea : Heraclide : Diagora Botriẽse:Iolla: Apollodoro: Archiede:Dionysio:Aristogene: Diomede:Mnesicle:Xenocrate:Zenone: Theomnesto .

LIBRO TRICESIMOQVINto continetur honos picturæ.
¶Honos picturæ . ¶Ca. i.
¶Honos imaginum . ¶Ca. ii.
¶Quando primum clipei imaginum publice:quando in domibus positi:et de picturæ initiis: et monochromatõ: et primis pictoribus : et antiquitate picturarum in italia . ¶Ca. iii.
¶De pictoribus romanis:et quãdo primum dignitas picturæ : et qui uictorias suas pictura proposuerunt : et quando externis picturis dignitas romæ . ¶Ca. iiii.
¶Ratio pĩgẽdi de pigmẽtis. Ca. v.
¶De coloribus natiuis: et facticiis . ¶Ca. vi.
¶Qui colores udo non inducantur : et quibus coloribus antiqui pinxerunt : et quando primum gladiatorum pugnæ propositæ sunt . ¶Ca. vii.
¶De ætate picturæ operum : & artificũ iudicatã nobilitates.ccc v¶Ca. viii.
¶Primum picturæ certamẽ : et qui primi penicillo pinxerunt. ¶Ca. ix.
¶De auibus per picturã deceptis: et qd difficillimum ĩ pictura. ¶Ca. x.
¶De auium cantu compescendo:et qui encausto:et penicillo primus lacunaria:et cameras pinxerit sparsimq; precia mirabilia picturarum . ¶Ca. xi.
Plastices primi ĩuẽtores de simulacris:

¶EX AVCTORIBVS.

Messalla oratore: Messalla sene: Fenestella attico: Verrio. M. Varrone: Cor. Nepote: Decio Eculeone: Muciano: Melisso: Vitruuio: Cassio Seuero: Longulano: Fabio Vestale qui de pictura scripsit.

¶EXTERNIS.

Prasitele: Apelle: Melantio: Asclepiodoro: Euphranore: Parrhasio: Heliodoro qui anatemata scripsit athenis. Metrodoro qui de architectonice scripsit. Democrito: Theophrasto: Appione grãmatico qui de metallica medicina scripsit. Nymphodoro: Andrea: Heraclide: Iolla: Apollodoro: Diagora: Butriense: Archydemo: Dionysio: Aristogene: Demade: Mnesicle Xenocrate Zenonis: Theomnesto.

LIBRO TRICESIMO SEXTO cõtinẽtur natæ lapidũ: et luxuriæ marmorum.

¶EX AVCTORIBVS.

M. Varrone: Celio: Galba. C. Ictio: Mutiano: Nepote Cornelio. L. Pisōe: Tuberōe: Seneca: Fabio uestale: Ammo fæciale: Fabiano: Catone Cēsorio: Vitruuio.

¶EXTERNIS.

Theophrasto: Paxitele: Iuba rege: Nicādro: Sotaco: Sudine: Alexādro Polyhistore: Apione: Plistonico: Duride: Herodoto: Euemero: Aristagora: Dionysio: Archemidoro: Bucorida: Antisthene: Democrito: Demotele: Lycea.

LIBRO TRICESIMO SEPtimo continetur origo gemmarum.

¶EX AVCTORIBVS.

.M. Varrone: Actis triumphi: Mecenate: Iaccho: Cornelio: Boccho.

¶EXTERNIS.

Iuba rege: Xenocrate Zenonis: Sudine: Eschylo: Phyloxene: Euripide: Nicandro: Satyro: Theophrasto: Carete: Phylomene: Democrate: Xenotio: Metrodoro: Sotaco: Pythea: Timeo Siculo: Nicea: Theocresto: Asaruba: Mnasea: Theomene: Ctesia: Mithridate: Sophocle: Archelao rege: Callistato: Democrito: Ismenio: Olympico: Alexandro Polyhistore: Appione: Ori: Zoroastre: Zactalia.

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER .II.

AN Finitus sit mundus: & an unus. Ca.i.

MVNDVM ET HOC QVOD NOMINE alio cælū appellari libuit: cuius circūflexu tegūt̃ cuncta: numen esse credi par est æternū: īmēsū: neq; genitum: neq; īteriturū unq̃. Huius extera indagare nec interest hominū: nec capit hūanæ coniectura mentis. Sacer est: æternus: īmensus: totus in toto: immo uero ipse totū: infinitus: ac finito silis. Omniū rerū certus & similis īcerto. Extra intra cūcta cōplexus in se: ideq; rerū naturæ opus: & rerū ipsa natura. Furor est mensurā eius animo quosdā agitasse: atq; ꝓdere ausos. Alios rursus occasione hinc sūpta: aut his data īnumerabiles tradidisse mūdos: ut totidē rerū naturas credi oporteret. Aut si una oēs īcubarēt: totidē tamen soles: totideq; lunas: & cætera etiā in uno & immensa & innumerabilia sydera: quasi nō eadē quæstiōe semp in termino cogitatiōis occursura desyderio finis alicuius. Aut si hæc infinitas naturæ oīū artifici possit assignari: nō illud idē in uno facilius sit ītelligi tāto præsertī ope. Furor est ꝓfecto furor egredi ex eo: & tāq̃ īterna eius cūcta plane iam sit nota: ita scrutari extera: quasi uero mensurā ullius rei possit agere: qui sui nesciat: aut mens hominis uidere quæ mundus ipse nō capiat.

DE Forma eius. Cap.ii.

FOrmā eius in speciē orbis absoluti globatā esse nomen in primis & consensus in eo mortaliū orbē appellantiū. Sed & argumenta rerū docent: non solū quia talis figura oībus sui partibus uergit in sese: ac sibi ipsa toleranda est: seq; includit & continet nullarū egens cōpaginū: nec finē aut initiū ullis sui partibus sentiens: nec quia ad motum quo subinde uerti debeat: ut mox apparebit: talis aptissima est: Sed oculorū quoq; ꝓbatiōe: ꝙ conuexus mediusq; quacunq; cernat̃: cum id accidere ī alia non possit figura.

DE Motu eius. Cap.iii.

HAnc ergo formam eius æterno & irrequieto ābitu inenarrabili celeritate .xxiiii. horarū spatio circūagi solis exortus & occasus haud dubiū reliquere: an sit īmēsus: & ideo sensum auriū facile excedens tantæ molis rotata uertigine assidua sōitus non equidē facile dixerī: nō hercle magis q̃ circūactorū simul tinnitus sydērū suosque uoluentium orbes. An dulcis quidē & incredibili suauitate concentus nobis qui ītus agimur iuxta diebus noctibusq; tacitus labit̃ mundus: esse innūeras ei effigies aīaliū rerūq; cunctarū īpressas. Nec ut in uolucrum notamus ouis leuitate continua lubricū corpus: quod clarissimi auctores dixere terrarū argumētis īdicat̃: quoniā inde deciduis rerū oīū seminibus innūeræ in mari præcipue: ac plerūq; cōfusis mōstrificæ digenerāt̃ effigies. Præterea uisus probatiōe alibi plaustra: alibi ursi: tauri alibi: alibi lr̃æ figura cādidiore medio sup uerticē circulo.

Cur Mundus dicat̃. Cap.iiii.

ET Quidem & consensu gentium moueor. Nā quē κόσμον cosmon græci noīe ornamēti appellauerūt: eum & nos a perfecta absolutaq; elegantia mundum. Cælum quidem haud dubie cælati argumento diximus: ut interpretatur. M. Varro. Adiuuat rerū ordo descripto circulo: qui signifer uocat̃: in .xii. aīaliū effigies: & p illas solis cursu cōgruens tot sæculis ratio.

DE Quattuor elementis. Cap.v.

NEc de elemētis uideo dubitari quattuor esse ea. Ignitū summo: īde tot stellarū collucētium illos oculos. Proximū spiritus: quē græci nr̃iq; eodē uocabulo aera appellāt. Vitalē hunc: & p cuncta rerū meabilē totoq; consertum: cuius ui suspensam

cũ quarto aquaꝝ elemēto librari medio spacii tellurē: ita mutuo cōplexu diuersitatis effici nexū: & leuia ponderibus inhiberi quominus euolent. Contraq; grauia ne ruāt suspendi leuibus in sublime tendentibus. Sic pari in diuersa nisu ui sua quæque consistere irrequieto mundi ipsius constricta circuitu: quo semper in se currente imā atque mediam in toto terrā: eandemq; uniuerso cardine stare pendentem librantem per quæ pendeat: ita solam immobilem circa eam uolubili uniuersitate: eādemq; ex ōibus necti: eidemq; omnia inniti.

DE Septem planetis. Cap. vi.

INter hanc cælumq; eodē spiritu pendent certis discreta spatiis. vii. sydera: quæ ab incessu uocamus errantia: cum errent nulla minus illis. quorum medius sol fertᷣ āplissima magnitudine ac potestate: nec temporum modo terrarūq;: sed syderū etiā ipsoꝝ cæliq; rector. hūc esse mundi totius animū: ac planius mētē: hūc prīcipale naturæ regimē ac numen credere decet opa eius extimantes. hic lucē rebus ministrat: aufertq; tenebras. hic reliqua sydera occultat. hic uices temporum annumq; semper renascentem ex usu naturæ temperat. hic cæli tristitiā discutit: atq; etiā nubila hūani animi serenat. hic suū lumen cæteris quoq; syderibus fœnerat præclarus eximius oīa intuēs: oīa etiā exaudiens: ut principi lraꝝ Homero placuisse in uno eo uideo.

DE Deo. Cap. vii.

QVapropter effigiem dei formamq; quærere ībecillitatis humanæ reor: quisquis est deus si modo est alius: & quacunq; in parte totus est sensus: totus est uisus: totus auditus: totus animæ: totus animi: totus sui. innumeros quidē credere atq; etiā ex uirtutibus uitiisq; hominum ut pudicitiam: cōcordiā: mentem: spem: honorem: clæmentiam: fidem: aut (ut Democrito placuit) duos omnino pœnam & beneficium maiorē ad socordiā accedit. fragilis & laboriosa mortalitas in partes ista digessit īfirmitatis suæ mēor: ut portionibus coleret quisq; quo maxīe indigeret. Itaq; noīa alia aliis gentibus: & numina in iisdem innumerabilia repimus. Inferis quoq; in genera descriptis morbisq;: & multis etiam pestibus dū esse placata trepido metu cupimus. Ideoq; etiā publice febri fanū in palatio dicatū est: orbonæ ad ædē lariū ara: & malæ fortunæ esqliis. Quāobrē maior cælitū populus etiam q̄ hominū intelligi pōt: cum singuli quoq; ex semetipsis totidē deos faciant: Iunones geniosque adoptando sibi. Gētes uero quædam animalia & aliqua etiā obscena pro diis habent: ac multa dictu magis pudenda per fœtidos cibos & alia similia iurantes. Matrimonia quidem inter deos credi tantoque æuo ex his neminē nasci: & alios esse grādæuos semperq; canos: alios iuuenes: atq; pueros atri coloris aligeros: claudos: ouo editos: & alternis diebus uiuentes: morientesq; puerliū ꝓpe deliramentoꝝ est. Sed super omnē īpudentiam adulteria inter ipsos fingi: mox iurgia: & odia: atq; etiā furtoꝝ esse: & sceleꝝ numina. Deus ē mortali iuuare mortalē. & hæc ad æternam gloriā uia. hac ꝓceres iere romāi. hac nunc cælesti passu cū liberis suis uadit maximus omnis æui rector Vespasianus Augustus fessis rebus subueniens. hic ē uetustissimus referēdi benemerentibus grām mos: ut tales numinibus ascribant. Quippe & omniū alioꝝ noīa deoꝝ: & quæ supra sydeꝝ rettuli ex hominum nata sunt meritis. Iouē quidē aut Mercuriū: aliterue alios inter se uocari: & esse cælestis nomēculaturæ quis non interpretatione naturæ fateatᷣ? Irridendum uero agere curā reꝝ hūanaꝝ illud quicquid ē summū. An ne tam tristi atq; multiplici ministerio nō pollui credamus dubitemusue? Vix prope est iudicare utrum magis conducat generi humano quando aliis nullus est deorum respectus: aliis pudendus: externis famulantᷣ sacris: ac digitis deos gestant: & monstra quoque: quæ colunt damnāt: & excogitant cibos: imperia dira in ipsos ne somno quidē qeto irrogāt. Non matrimonia non liberos: non deniq; quicq̄ aliud nisi iubentibus sacris diligunt. Alii in ipso capitolio fallunt: ac fulminantem peierant Iouem. & hos iuuāt scelera: illos sacra sua pœnis agunt. Inuenit tamen inter has utrasq; sentētias mediū sibi ipsa mortalitas numen: quominus etiā plana de deo coīectatio esset. Toto qppe

mundo & locis omnibus : omnibusq; horis:omnium uocibus fortuna sola inuocat. & una nominatur.una accusat.una agitur rea.una cogitat.Sola laudat: sola arguit: & cum conuitiis colitur. uolubilisq; a plerisq; uero & cæca etiam existimata : uaga: inconstans:incerta:uaria:indignorumq; fautrix.huic omnia expensa:huic oĩa ferunt accepta.& in tota ratione mortalium sola utranq; paginam facit. Adeoq; obnoxiæ sumus sortis:ut sors ipsa pro deo sit:qua deus probatur incertus.Pars alia & hanc pellit:astroq; suo euẽtus assignat:& nascendi legibus:semelq; in omnes futuros unq̃ deo decretum.In reliquum uero ocium datur. Sedere cœpit sententia hæc:pariterq; & eruditum uulgus & rude in eam cursu uadit.Ecce fulgurum monitus:oraculorum præscita:aruspicum prædicta:atq; etiam parua dictu in auguriis sternutamẽta : & offensiões pedum.Diuus Augustus læuum prodidit sibi calceum præpostere īdutũ: quo die seditione militari prope afflictus est.Quæ singula improuidam mortalitatẽ inuoluunt:solum ut inter ista uel certum sit nihil esse certi:nec miserius quicq̃ hoĩe: aut superbius.Cæteris quippe animantium sola uictus cura est.In quo spõte naturæ benignitas sufficit:uno quidem uel præferenda cunctis bonis:ꝙ de gloria de pecunia ambitione superq; de morte non cogitant.Verum in his deos agere curã reꝝ hũanaꝝ credi ex usu uitæ est:pœnasq; maleficiis aliquando seras occupato deo in tanta mole: nũq̃ autem irritas esse.Nec ideo proximum illi genitum hominem ut uilitate iuxta bæluas esset. Imperfectæ uero in hominem naturæ præcipua solatia ne deum quidẽ posse omnia. Nanque nec sibi põt mortem consciscere:si uelit: quod homini dedit optimum in tãtis uitæ pœnis:nec mortales æternitate donare:aut reuocare defũctos: nec facere ut qui uixit:non uixerit:qui honores gessit:non gesserit.Nullumq; habere ĩ præterita ius præterq̃ obliuionis.Atque(ut facetis quoque argumentis societas hæc cum deo copuletur)ut bis dena uiginti nõ sint.ac multa similiter efficere non posse: per quæ declaratur haud dubiæ naturæ potẽtia. Id quoque esse quod deũ uocamus. In hæc diuertisse non fuerit alienum propter uulgatam assidue quæstionẽ de deo.

¶DE Natura syderum errantium. ¶Cap.viii.

HInc redeamus ad reliqua naturæ sydera:quæ affixa diximus mundo:non illa ut existimat uulgus singulis attributa nobis & clara diuitibus:mĩora pauperibus: obscura defectis:& pro sorte cuiusq; lucentia ad munera mortalibus. Quia nec cum suo quæq; homine orta moriuntur:nec aliquem extingui decidua significant. Non tanta cælo societas nobiscum est: ut nostro fato mortalis sit ille quoq; sydeꝝ fulgor. Illa nimio alimento tracti humoris igneam uim abundantia reddunt:cum decidere creduntur:ut apud nos quoq; id luminibus accensis liquore olei notamus accidere. Cæterum æterna est cælestibus natura intexentibus mundum intextuque concretis. potentia autem ad terrã magnopere eorũ pertinens:quæ propter effectus claritatẽq; & magnitudinẽ in tanta subtilitate nosci potuerunt: sicut suo demõstrabimus loco. Circulorum quoq; cæli ratio in terræ mẽtione aptius dicetur:quando ad eã pertinet tota signiferi modulatio inuentionibus non dilatis. Obliquitatem eius intellexisse: hoc est reꝝ fores aperuisse Anaximander milesius traditur primus olympiade .lviii. Signa deinde in eo Cleostratus:& primum arietis ac sagittarii.Sphæram ipsam ante multo Atlas. Nunc relicto ipsius mũdi corpore reliqua inter cælum terrasq; tractẽt. Summũ esse quod uocant Saturni sydus:ideoq; minimũ uideri & maximo ambire circulo:ac.xxx.anno ad breuissima sedis suæ principia regredi certum est. Omnium aũt errantium syderũ meatus:interq; ea solis & lunæ cõtrarium mundo agere cursũ: idest læuũ: sẽp illa in dextram præcipiti: & quanuis assidua conuersione immensæ celeritatis attollantur ab eo:rapianturq; in occasum:aduerso tamen ire motu:ꝑ suos quæq; passus ita ferri ne conuolutus aer eandem in partem æterna mundi uertigine ignauo globo torpeat : sed findatur aduerso syderum uerbere discretus & digestus. Saturni autem sydus gelidæ ac rigentis esse naturæ: multoque ex eo ĩferiorem Iouis

circulũ:& ideo motu celeriore duodenis circũagi annis. Tertiũ Martis:quod quidam Herculis uocant:ignea ardẽtis ſolis uicinitate binis fere annis conuerti. ideoq; huius ardore nimio & rigore Saturni interiectũ ambobus ex utroq; tẽperari Ioue:ſalutareq; fieri deum. Inde ſolis meatũ eſſe partiũ quidem trecentarum .lx. Sed ut obſeruatio ũbraꝝ eius redeat ad notas quinos annis dies adiici:ſuperq; quartam partẽ diei. Quã ob cãm quĩto ãno unus ĩtercalaris dies additᷣ:ut tpſm rõ facilius ſolis itĩeri cõgruat. Infra ſolem ambit ingens ſydus appellatũ Veneris:alterno meatu uagum: ipſiſque cognominibus æmulum ſolis & lunæ. præueniens quippe & ante matutinũ exoriẽs: luciferi nomen accipit:ut ſol alter: diemque maturans. Contra ab occaſu refulgens nuncupatᷣ ueſper:ut prorogans lucem:uicemue lunæ reddens. Quam naturam eius Pythagoras ſamius primus deprehẽdit olympiade circiter .xxxii. qui fuit urbis romæ annus .c.xlii. Largiori magnitudine extra cuncta alia ſydera eſt claritatis quidẽ tantæ: ut unius huius ſtellæ radiis ũbræ reddantᷣ. Itaq; & in magno nominũ ãbitu eſt. Alii enim Iunonis:alii Iſidis:alii matris deum appellauere. Huius natura cũcta generãtᷣ ĩ terris. Nãq; in alterutro exortu genitali rore cõſpergens nõ terræ mõ cõceptus ĩplet: ueꝝ animãtiũ quoq; omniũ ſtimulat. Signiferi aũt ambitũ peragit tricenis & duo- dequinquagenis diebus:ab ſole nunq̃ abſiſtens partibus ſex atq; quadragĩta lõgius: ut Timæo placet. Simili rõne: ſed nequaq̃ magnitudine ſcilicet:aut ui proximũ illi Mercurii ſydus a quibuſdam appellatum Apollinis inferiore circulo fertᷣ .ix. diebus ociore ãbitu mõ ante ſolis exortum:mõ poſt occaſũ ſplendẽs. nunq̃ ab eo .xxii. ꝑtibus remotior:ut Cteſias & Soſigenes docent. Ideo & peculiaris hoꝝ ſydeꝝ ſtatio eſt:neq; cõmunis cũ ſupradictis. nãq; ea & quarta parte cæli a ſole ab eſſe & tertia: & aduerſa ſoli ſæpe cernuntᷣ. maioreſq; aliis habent cuncta plenæ cõuerſionis ãbitus in magni anni rõne dicendos.

DE Lunæ natura. Cap.viiii.

SEd omnium admirationẽ uincit nouiſſimum ſydus terriſq; familiariſſimum: & in tenebraꝝ remediũ ab natura repertum lunæ. Multiformi hæc ãbage torſit ingenia contẽplantiũ:& ꝓximũ ignorati ſydus maxĩe indignãtiũ:creſcẽs ſemper:aut ſeneſcens. Et modo curuata in cornua:mõ æqua ꝓportiõe diuiſa:mõ ſinuata ĩ orbẽ. maculoſa:eadẽq; ſubito prænitens. immẽſa orbe pleno: ac repente nulla. alias ꝑnox: alias ſera. & parte diei ſolis lucem adiuuans. deficiens & ĩ defectu tamen conſpicua. Quæ menſis exitu latet cũ laborare non creditᷣ. Iã uero hũilis & excelſa:& ne id qdẽ uno mõ:ſed alias admota cælo:alias contigua montibus:nunc in aquilonẽ elata:nũc in auſtros deiecta. Quæ ſingula in eã deprehendit hominũ primus Endymion:& ob id amore eius captus fama traditus. Non ſumus profecto ingrati erga eos:qui labore curaq; lucẽ nobis aperuere. In hac luce mira quoq; hũani ingenii peſte ſanguinem:& cædes condere ãnalibus iuuat:ut ſcelera hoĩum noſcantᷣ mundi ipſius ignaris. Proxĩa ergo cardini:ideoq; minimo ãbitu uicenis diebus ſeptenisq; & tertia diei parte ꝑagit ſpatia eadem:quæ Saturni ſydus altiſſimũ .xxx. ut dictum eſt annis. dein remorata in coitu ſolis biduo cũ tardiſſime a triceſima luce rurſus ad eaſdẽ uices exit. Haud ſcio an õĩũ quæ in cælo prænoſci potuerũt magiſtra in .xii. ſpatia menſium oportere diuidi annũ:quãdo ipſũ totiẽs ſolẽ redeũdo ad principia cõſequitᷣ. Solis fulgore eam ut reliqua ſydera tegi: ſiquidẽ ĩ totũ mutuata ab eo luce fulgere:qualẽ in repercuſſu aquæ uolitare conſpicimus. Ideo molliore & ĩperfecta ui ſoluere tantũ humorẽ: atq; etiã augere:quẽ ſolis radii abſumãt. ideo & inæquali lumine aſpici: quia ex aduerſo demũ plena reliqs diebus tantũ ex ſe terris oſtendat:quantũ ex ſole ipſa cõcipiat. In coitu quidẽ nõ cerni: quoniã hauſtũ õem lucis aduerſa illo regerat:unde acceperit. Sydera uero haud dubie hũore terreno paſci: quia orbe dimidio nonnũq̃ maculoſa cernantur:ſcilicet nondum ſuppetente ad hauriendum ultra iuſta ui. maculas enim nõ aliud eſſe q̃ terræ raptas cum humore ſordes.

DE Defectu ſolis & lunæ:& de nocte. Cap.x.

DEfectus autem suos & solis rem in tota contẽplatione naturæ maxime mirã & ostẽto similem eoꝝ magnitudinũ umbræq; indices exstitere. Quippe mãifestũ est solem interuentu lunæ occultari: lunãq; terræ obiectu: ac uices reddi. eosdẽ solis radios luna interpositu suo auferente terræ: terraq; lunæ. hac uero subeũte repẽtinas obduci tenebras: rursũq; illius umbra sydus hebetari. Neq; aliud esse noctem q̃ terræ ũbrã. Figurã aũt umbræ similẽ metæ ac turbini inuerso: quando mucrõe tãtũ ĩgruat: neq; lunæ excedat latitudinẽ: quoniã nullũ aliud sydus eodẽ modo obscuret: & talis figura semper in mucronẽ deficiat. Spatio quidem consumi umbras indicio sunt uolucrum præalti uolatus: ergo confinium illis est aeris terminus initiumq; ætheris. Supra lunã pura omnia ac diuturnæ lucis plena. A nobis aũt p noctẽ cernũt̃ sydera: ut reliqua lumina e tenebris. & propter has cãs nocturno tpr̃e deficit luna. Stati aũt atq; menstrui nõ sũt utriq; defectus propter obliqtatẽ signiferi: lunæq; multiuagos: (ut dictum est) flexus: non semper in scrupulis partiũ congruente sydeꝝ motu.

DE Syderum magnitudine. Cap. xi.

HAec ratio mortales animos subducit in cælũ: ac uelut inde cõtẽplantibus trium maximaꝝ reꝝ naturæ partiũ magnitudinẽ detegit. Non posset qppe totus sol adimi terris intercedente luna: si terra maior esset q̃ luna. Tertio ex utraque uastitas solis aperitur: ut non sit necesse amplitudinem eius oculorum argumentis atque cõiectura animi scrutari. Immensum esse constat: quia arboꝝ ĩ limitibus porrectarũ in quotlibet passuũ milia umbras paribus iaciat ĩteruallis: tanq̃ toto spatio medius. & quia per æqnoctiũ omnibus in meridiana plaga habitantibus simul fiat a uertice. Itẽ quia circa solstitialem circulũ habitantiũ meridie ad septẽtrionẽ umbræ cadant: ortu uero ad occasũ. quæ fieri nullo mõ possent: nisi multo esset maior q̃ terra. nec ꝙ montẽ idam exoriens latitudine exuperat dextra leuaq; large amplectens: præsertĩ discretus tãto ĩteruallo. Defectus lunæ magnitudinẽ eius haud dubia rõne declarat: sicut terræ paruitatẽ ipsa deficiens. Nãq; cũ sint tres umbraꝝ figuræ: constetq;: si par lumini sit materia: quæ iactat umbrã: colũnæ effigie iaci nec hr̃e finẽ. Si uero maior materia q̃ lumen: turbinis recti: ut sit imũ eius angustissimũ: & simili modo infinita longitudo. Si minor materia q̃ lux: metæ existere effigiẽ in cacuminis fine desinentẽ. taleq; cerni umbrã deficiente luna palam fit: ut nulla amplius relinquatur dubitatio superari magnitudine terram. Id qdẽ & tacitis ipsius naturæ indiciis. Cur. n. partitis uicibus anni brumalis abscedit: ut noctium opacitate terras reficiat: exusturus haud dubie: & sic quoq; exurens quadã in pte: tanta magnitudo eius est.

Quæ quis inuenerit in obseruatione cælesti. Cap. xii.

ET rõne qdẽ defectus utriusq; primus romãi generis ĩ uulgus extulit Sulpitius Gallus: q cõs. cũ M. Marcello fuit. sed tũ tribunus militũ sollicitudĩe exercitu liberato: pridie q̃ Perses rex superatus a Paulo est: in concionẽ ab ĩperatore ꝓductus ad præcinendã eclipsĩ: mox & composito uolumine. Apud græcos autem ĩuestigauit primus omnium Thales milesius olympiadis. xlviii. anno quarto: prædicto solis defectu: q sub Halyatte rege factus est urbis conditæ anno. c. lxx. Post eos utriusque syderi cursum in sexcentos annos præcinuit Hipparchus menses gentium diesque & horas: ac situs locoꝝ: & uicos populoꝝ complexus æuo teste haud alio mõ: q̃ cõsilioꝝ naturæ particeps. Viri ingentes supraq; mortalium naturam tantoꝝ numinum lege deprehensa: & misera hominũ mẽte absoluta in defectibus stellaꝝ scelera: aut mortẽ aliquam sydeꝝ pauentes. quo in metu fuisse Stesichori & Pindari uatum sublimia ora palã est deliquio solis. & in luna ueneficia arguente mortalitate: & ob id crepitu dissono auxiliãte. Quo pauore ignarus causæ Nicias atheniẽsiũ ĩpator ueritus classẽ portu educere: opes eoꝝ afflixit. Macti ingenio & cæli interpretes reꝝq; natæ capaces argumẽti reptores quo deos hominesq; uicistis. Quis. n. hæc cernẽs: & statos sydeꝝ (quoniam ita placuit appellare) labores nõ suæ necessitati mortalis genitus ignoscat?

Nunc confeſſa de iiſdem breuiter atq; capitulatī attingam: rõne admodū neceſſariis locis ſtrictīq; reddita. Nam neq; īſtituti operis talis argumentatio eſt: neq; omnium reꝝ afferri poſſe cãs minus miꝝ eſt: q̃ conſtare in aliquibus.

DE Defectibus. Cap. xiii.

DEfectus. cc. xxiii. mēſibus redire ī ſuos orbes certum eſt. Soliſq; defectum non niſi nouiſſima primaue fieri luna: quod uocant coitum. Lunæ autem non niſi plena: ſemperq; citra q̃ proxime fuerit. Omnibus autem annis fieri utriuſq; ſyderis defectus ſtatis diebus horiſq; ſub terra. Nec tamen cum fiant ſuperne ubique cerni: aliquando propter nubila: ſæpius globo terræ obſtante conuexitatibus mundi. Intra ducentos annos Hipparchi ſagacitate comptum eſt & lunæ defectum aliquãdo qnto menſe a priore fieri: ſolis uero ſeptimo. Eandem bis in triginta diebus ſupra terras occultari: ſed ab aliis atq; aliis hoc cerni. quæq; ſunt in hoc miraculo maxime mira cum conueniat umbra terræ lunam hebetari: nunc ab occaſus parte hoc ei accidere: nũc ab exortus. Et quanã rõne cũ ſolis exortu ũbra illa hebetatrix ſub terra eſſe debeat ſemel iã acciderit: ut in occaſu luna deficeret utroq; ſuper terrã conſpicuo ſydere. Nã ut in duodecī diebus utrunq; ſydus quæreret: & nr̃o æuo accidit: impatoribus Veſpaſianis patre. iii. filio iterum conſſ.

DE Lunæ motu. Cap. xiiii.

LVnã ſēp auerſis a ſole cornibus ſi creſcat: ortus ſpectare: Si minuat: occaſus: haud dubiũ eſt. Lucere dodrantis ſemuncias horaꝝ ab ſecunda adiiciente uſq; ad plenũ orbē: detrahentēq; in diminutionē. intra. xiiii. aũt partes ſolis ſemp occultã eſſe. Quo argumento ãplior errantiũ ſtellaꝝ q̃ lunæ magnitudo colligit: quãdo illæ & a ſeptenis īterdũ partibus emergãt. Sed altitudo cogit minores uideri: ſicut affixas cælo ſolis fulgore interdiu non cerni: cũ æque die ac noctu luceant. idq; manifeſtum fiat defectibus ſolis: & præaltis puteis.

Errãtiũ motus: & luminũ canonica. Cap. xv.

ERrantiũ autem tres: quas ſupra ſolē diximus ſitas: occultant meantes cum eo. Exoriunt uero matutino diſcedentes partibus nunq̃ ãplius undenis. Poſtea radioꝝ eius contractu tegunt. & ī triquetro a partibus. c. xx. ſtatiões matutĩas faciũt: quæ & primæ uocant. mox in aduerſo a partibus. c. lxxx. exortus ueſptinos. Iterumq; in. c. xx. ab alio latere appropinquante ſtationes ueſptinas: quas & ſecundas uocant: donec aſſecutus in partibus duodenis occultet illas: q ueſpertini occaſus appellãtur. Martis ſtella ut ꝓpior etiam ex quadrato ſentit radios ab. lxxx. partibus: ũde & nomē accepit is motus primus & ſecundus nonagenarius dictus ab utroq; exortu. Eadem ſtationalis ſenis mēſibus cõmorat inſignis: alioqn bimeſtris: cũ cætere utraq; ſtatiõe quaternos menſes non īpleant. Inferiores aũt duæ occultant in coitu ueſptino ſimili modo: relictoq; ſole totidē in partibus faciunt exortus matutinos. atq; a longiſſimis diſtantiæ ſuæ metis ſolē inſequunt. adeptæq; occaſũ matutino condũt ac prætereũt. mox eodē interuallo ueſperi exoriũt: uſq; ad quos diximus termĩos. Ab his retrogradiunt ad ſolē: & occaſu ueſptino deliteſcũt. Veneris ſtella & ſtatiões duas matutinã ueſptinãq; ab utroq; exortu facit: a lõgiſſimis diſtãtiæ ſuæ finibus. Mercurii ſtatiões breuiore momento: q̃ ut deprehendi poſſint. Hæc eſt luminũ occultationumq; ratio perplexiore motu: multiſque inuoluta miraculis. Siquidem magnitudines ſuas & colores mutant. & eædem ad ſeptentrionē accedunt: abeuntq; ad auſtrum. terriſque ꝓpiores: aut cælo repente cernunt. In qbus aliter multa q̃ priores tradituri fatemur ea quoq; illoꝝ eſſe muneris: q primi quærendi uias demonſtrauerunt: modo ne quis deſperet ſæcula ꝓficere ſemp. Pluribus de cauſis hæc oĩa accidũt. Prĩa circulorum eſt quos græci abſidas in ſtellis uocant. etenī græcis utendũ erit uocabulis. Sunt autē hi ſui cuiq; eaꝝ: aliiq; q̃ mundo: quoniã terra a uerticibus duobus: quos appellauerunt polos: centrum cæli eſt: non ſigniferi oblique inter eos ſiti. Omnia aũt hæc conſtant rõne circini ſemp indubitata. Ergo ab alio cuiq; centro abſides ſuæ exurgunt. Ideoq;

diuersos hn̄t orbes motusq; dissiles: quoniā īteriores absidas necesse ē breuiores esse.

Quare eadem alias altiora: alias inferiora uideantur. Cap. xvi.

IGitur a terræ centro absides altissimæ sūt. Saturno ī scorpione. Ioui ī uirgīe. Marti in leone. Soli in geminis. Veneri in sagittario. Mercurio in capricorno. Mediis omnium partibus. Et econtrario ad terræ centrū humillimæ atq; proximæ. Sic fit ut tardius moueri uideant̄: cū altissimo ambitu ferunt̄: non quia accelerent: tardent ue naturales motus: qui certi ac singuli sunt illis: sed quia deductas ab sūma abside lineas coartari ad centrum necesse est: sicut in rotis radios. idemq; motus alias minor centri propinqtate sentit̄. Altera sublimitatum cā: quoniā a suo cētro absidas altissimas habent in aliis signis. Saturnus in libræ parte uicesima. Iupiter cācri. xv. Mars capricorni. xxviii. Sol arietis. xxix. Venus piscium. xvi. Mercurius uirginis. xv. Luna tauri. iiii. Tertia altitudinum rō cæli mensura non circuli intelligit̄: subire eas: aut descēdere p ꝓfūdū aeris oculis æstimantibus. Huic connexa latitudinū signiferi obliqtatisq; cā est. Per hunc stellæ: quas diximus errātes: ferunt̄. Nec aliud habitatur in terris: q̄ quod illi subiacet. Reliqua a polis squalēt. Veneris tantū stella excedit eū binis ptibus. Quæ cā intelligit̄ efficere: ut quædā aīalia & in desertis mūdi nascātur. Luna quoq; p totā latitudinē eius uagat̄: sed ōino nō excedens eum. Ab iis Mercurii stella laxissīe: ut tamen e duodenis ptibus (tot. n. sūt latitudines) non āplius octonas perret: neq; has æqualiter. Sed duas medio eius: & supra. iiii. infra duas. Sol deinde medio fert̄ īter duas ptes flexuoso draconū meatu inæqualis. Martis stella quattuor medias. Iouis mediā & sup eam duas. Saturni duas: ut sol. Hæc erit latitudinum rō ad austrū descendentiū: aut aqlonē subeūtiū. Hac constare & tertiā illam a terra sub/euntiū in cælum. Et pariter scandi eam quoq; existimauere plerique falso. Qui ut coarguant̄: aperienda est subtilitas immensa: & omnis eas cōplexa cās. Coueīt stellas in occasu uesptino ꝓximas esse terræ: & latitudīe & altitudīe: exortusq; matutinos in initio cuiusq; fieri. Stationes in mediis latitudinū articulis: quæ uocāt ecleptica. pīde confessū ē motū augeri q̄diu in uicino sint terræ: cū abscedant in altitudinē: minui. quæ ratio lunæ sublimitatibus maxime approbat̄. Aeq; non est dubium in exortibus matutinis etiā numeꝝ augeri: atq; a stationibus primis tres supiores diminui usque ad stationes secundas. Quæ cū ita sint: manifestū erit ab exortu matutino latitudīes scandi. quoniam in eo primū habitu incipiant pcius adiici motus. In statiōibus uero primis & altitudine subire: quoniam tū primū incipiant detrahi numeri: stellæque retroire. Cuius rei rō priuatī reddenda est. Percussæ in qua diximus pte & triangulo solis radio inhibent̄ rectū agere cursū: & ignea ui leuant̄ ī sublime. Hoc nō ꝓtinus intelligi pōt uisu nr̄o. ideoq; existimant̄ stare: unde & nomē accepit statio. Progredit̄ deinde eiusdem radii uiolentia: & retroire cogit uapor repcussas. Multo id magis in uesptino eaꝝ exortu toto sole aduerso: cū in sūmas absidas expellūtur: minimeque cernūtur: quoniam altissime absunt: & minimo feruntur motu. tanto minores cum hoc ī altissimis absidū euenit signis. Ab exortu uesptino latitudo descēditur: parcius iam se minuente motu: non tamen ante stationes secundas augente cum & altitudo descenditur supueniēte ab alio latere radio: eademq; ui rursus ad terras deprimente: quæ sustulerit ī cælū ex priore triquetro. tantū ītereſt: subeāt ne radii: an supueniāt. multoq; eadē magis ī uespertino occasu accidūt. Hæc ē supioꝝ stellaꝝ rō. Difficilior reliquaꝝ: & a nullo ante nos reddita. Catholica sydeꝝ errantiū. Cap. xvii.

PRimū igitur dicatur cū sint diuersæ stellæ: cur Veneris stella nūq̄ longius. xlvi. partibus: Mercurius. xx. a sole abscedant. Sæpe citra eas ad solem reciprocent. Conuersas habent utræq; absidas: ut infra solem sitæ: tātūq; circulis eaꝝ sub terra ē: q̄tū superne prædictarum. & ideo non possunt abesse amplius: quoniam curuatura absidū ibi non habet longitudinē maiorē. Ergo utræq; simili rōne admodū statuunt absidū suaꝝ margines. ac spatia longitudinis latitudinū euagatione pensant. At enī

cur nō semp ad.xlvi. & ad ptes.xx.perueniunt:īmo uero.Sed rō canonica fallit.nāq; apparet absidas quoq; eap mouēri:q; nunq̄ transeant solē.itaq; cū in partem ipsam eius incidere margines alterutro latere:tū & stellæ ad longissima sua īteruallla pueīre intelligunt:cū citra fuere margines totidē ptibus.& ipsæ ocius redire credunt:cum sit illa sēp utriq; extremitas sūma.Hinc & rō motuū conuersa intelligit. Superiores.n. celerrime ferunt in occasu uespertino:hæ tardissime. Illæ a terra altissime absunt:cū tardissime mouent:hæ cū ocissime.Quia sicut in illis ꝓpinqtas centri accelerat:ita ī iis extremitas circuli.Illæ ab exortu matutino minuere celeritatē incipiunt : hæ uero augere.Illæ retro cursum agunt a statione matutina usq; ad uespertinam.Veneris a uesptina usq; ad matutinā.Incipit aūt ab exortu matutīo latitudinē scādere.Altitudinē uero ac solē inseq a statione matutina ocissima in occasu matutino & altissima. Digredi aūt latitudine motūq; minuere ab exortu matutino retro qdē ire: simulque altitudīe digredi ab statiōe uespertina.Mercurii rursus stella utroq; modo scādere ab exortu matutino:digredi uero latitudine a uespertino.consecutoq; sole ad.xv.ptium interuallum consistit quatriduo ꝓpe īmobilis. Mox ab altitudine descēdit:retroque gradit ab occasu uespertino usq; ad exortū matutinū.Tātumque hæc & luna totidē diebus quot subiere:descendūt.Veneris quīdecies & pluribus subit. Rursus Saturni & Iouis duplicato digrediunt.Martis etiā quadruplicato.Tanta est naturæ uarietas. Sed rō euidēs.Nā quæ in uaporē solis nitunt:etiā descendūt ægre.Multa ꝓmi āplius circa hæc possūt secreta naturæ legesq; : qbus ipsa seruiat exēpli grā.In Martis sydere cuius est maxīe inobseruabilis cursus:nunq̄ id stationē facere.Iouis sydere triquetro raro admodū sexaginta ptibus discreto.Qui nūerus sexangulas mūdi efficit formas. Nec exortus:nisi in duobus signis tantū cancri:& leonis simul edere . Mercurii uero sydus in piscibus exortus uespertinos raro facere:creberrime in uirgine.In libra matutinos.Itē matutinos in aquario: rarissimos in leone . Retrogradum in tauro & in geminis non fieri.In cancro uero nō citra.xxv.ptē.Lunā bis coitū cū sole ī nullo alio signo facere q̄ geminis.Non coire aliquando in sagittario tantū. Nouissimam uero primamq; eadē die uel nocte nullo alio in signo q̄ ariete conspici. Id quoque paucis mortaliū contigit. Et inde fabula cernendi Lynceo.Non comparere in cælo Saturni sydus & Martis cū plurimū diebus.c.lxx.Iouis.xxxvi.Aut cū minimū denis detractis diebus.Veneris .lxix. Aut cum minimum.lii. Mercurii.xiii.Aut cum plurimū.xvii.

¶Quæ rō colores eoꝝ mutet. ¶Cap.xviii.

COlores rō altitudinū tēperat.siqdē eaꝝ similitudinē trahunt : in quarum aera uenere subeundo. Tingitq; appropīquantes utralibet alieni meatus circulus. Frigidior in pallorē.Ardentior in ruborē.Vētosus in horrorē.Sol atque commissuræ absidum:extremæq; orbitæ a terra ī obscuritatē.Suus qdē cuique color est . Saturno candidus:Ioui clarus:Marti igneus:Lucifero candens : Vesperi refulgens : Mercurio radians:Lunæ blandus:Soli:cum oritur:ardens : postea radians.His causis connexo uisu:& earum quæ cælo continentur.Nanq; mō multitudo conferta īest circa dīdios orbes lunæ:placida nocte leniter illustrante eas . Modo raritas ut fugisse miremur plenilunio abscondente:aut cum solis supraue dictaꝝ radii uisus pstrinxere nostros. Et ipsa autē luna ingruentium solis radioꝝ haud dubie differentias sentit.hebetāte cætera inflexos mundi conuexitate eos:præterq̄ ubi recti anguloꝝ competunt ictus. Itaq; in quadrato solis diuidua est:in triquetro semi ambitur orbe.Implet autem in aduerso.Rursusq; minuens easdē effigies paribus edit interuallis: simili ratione qua supra solem tria sydera.

¶Solis motus & dierum inæqualitatis rō. ¶Cap.xviiii.

SOl aūt ipse q̄ttuor differētias habet bis æquata nocte diei:uerno & autumno: in centrum incidens terræ octauis in partibus arietis ac libræ . Bis permutatis spatiis in auctum diei bruma octaua in parte capricorni.Noctis uero solstitio totidē

in partibus cancri. Inæqualitatis cã obliquitas est signiferi: cum pars æqua mundi super subterq; terras oĩbus fiat momentis. Sed quæ recta in exortu suo consurgunt signa: longiore tractu tenent lucẽ. Quæ uero obliqua ociore transeunt spatio.

Quare Ioui fulmina assignent. Cap. xx.

LAtet plerosq; magna cæli affectatione compertum a prĩcipibus doctrinæ uiris supernoꝝ trium sydeꝝ ignes esse: q decidui ad terras fulminum nomẽ habeãt. sed maxĩe ex iis medio loco siti. fortassis quoniã contagiũ nimii hũoris ex superiore circulo: atq; ardoris ex subiecto per hunc modũ egerat. Ideoq; dictũ Iouem fulmina iaculari. Ergo ut e flagrante ligno carbo cũ crepitu: sic a sydere cælestis ignis expuitur præscita secũ afferens: ne abdicata qdem sui parte in diuinis cessante operibus. idque maxĩe turbato fit aere: qa collectus humor habundantiã stimulat: aut quia turbatur quodã ceu grauidi syderis partu.

Interualla sydeꝝ. Cap. xxi.

INterualla quoq; sydeꝝ a terra multi indagare tentauerũt. Et solẽ abesse a luna undeuiginti ptes: q̃tũ lunã ipsã a terra ꝓdiderunt. Pythagoras uero uir sagacis animi a terra ad lunã. c. xxv. milia stadioꝝ esse collegit. Ab ea usq; ad solẽ: duplum. Inde ad duodecĩ signa triplicatũ. In qua sententia & Gallus Sulpitius noster fuit.

DE Sydeꝝ musica. Cap. xxii.

SEd Pythagoras interdũ ex musica rõne appellat tonũ: q̃tũ absit a terra luna. Ab ea ad Mercurium spatii eius dimidiũ. Et ab eo ad Venerẽ. A qua ad solem sescuplũ. A sole ad Martẽ tonũ id est quantũ ad lunã a terra. Ab eo ad Iouẽ dimidiũ. Et ab eo ad Saturnũ dimidiũ. Et inde sescuplũ ad signiferũ. Ita. vii. tonos effici. quã diapason harmoniã uocãt: hoc ẽ uniuersitatẽ concentus. In ea Saturnum Dorio moueri. Mercuriũ Phthongo. Iouẽ Phrygio. & in reliquis silia: iucunda magis q̃ necessaria subtilitate.

DE Mũdi geometria. Cap. xxiii.

STadiũ. c. xxv. nostros efficit passus. hoc est pedes sexcentos. xxv. Posidonius non minus. xl. stadioꝝ a terra altitudinem esse: in qua nubila ac uenti nubesq; ꝓueniant. Inde puꝝ liquidũq; & imperturbatæ lucis aerem. Sed a turbido ad lunam uicies centũ stadioꝝ. Inde ad solẽ q̃nquies milies. Eo spatio fieri ut tã immensa eius magnitudo non exurat terras. Plures autem nongentis stadiis in altitudinem subire ꝓdiderũt. Incõpta hæc & inextricabilia: sed tam ꝓdenda: q̃ sunt ꝓdita. In quis tamen una rõ geometricæ collectionis nunq̃ fallacis possit non repudiari: si cui libeat altius ista ꝓsequi. Nec ut mensura (id. n. uelle pene dementis ocii est) sed ut tãtũ cõiectãti animo cõstet extimatio. Nã cũ trecentis. lx. & fere. vi. partibus orbis solis ex circuitu eius patere appareat circulum: per quem meat: semperq; dimetiens tertiam partem ambitus: & tertiæ paulominus septimam colligat: apparet dempta eius dimidia: quoniã terra centralis interueniat. sextã uero partẽ huius immensi spatii: quod circa terram circuli solaris animo cõprehẽdit: inesse altitudinis spatio. Lunæ uero duodecimã: quoniam tanto breuiore q̃ sol ãbitu currit. ita ferri eã in medio solis ac terræ. Miꝝ quo ꝓcedat improbitas cordis hũani paruulo aliquo inuitata successu: sicut in supradictis occasionem impudentiæ rõ largit: ausiq; diuinare solis ad terram spatia. Eadẽ ad cælũ agunt: quoniam sit medius sol ut ꝓtinus mundi quoq; ipsius mẽsura ueniat ad digitos: quantas enĩ dimetientes habeat septimas tantas habere circulum duo & uicesimas: tanq̃ plane a ppendiculo mensura cæli constet. Aegyptia rõ quam Petosiris & Necepsos ostẽdere: singulas partes in lunari articulo (ut dictũ ẽ) minimo . xxxiii. stadiis paulo ãplius patere colligit. in Saturni ãplissĩo duplũ. in solis quem mediũ esse diximus utriusq; mẽsuræ dĩdiũ. Quæ cõputatio plurimũ habet pudoris: quoniã ad Saturni circulũ addito signiferi ipsius interuallo nec numerabilis multiplicatio efficit.

DE Repentinis syderibus. Cap. xxiiii.

REstant pauca de mundo. nãq; & in ipso cælo stellæ repente nascunt. Plura earũ genera.

DE Cometis & cælestibus ꝓdigiis: natura: & situ: & generibus

eorum. ¶Cap.uigesimumquintum.

COmetas græci uocant:noſtri crinitas:horrentes crine ſanguineo:& comarũ mõ in uertice hiſpidas.Iidē pogonias:quibus inferiore ex pte in ſpeciē barbæ longæ ꝓmittit̃ iuba.Acontiæ iaculi mõ uibrant̃ ociſſimo ſignificatu.Hæc fuit:de qua qnto conſulatu ſuo Tiberius īpator Cæſar præclaro carmine pſcripſit ad hunc diē nouiſſīe uiſam.Eaſdē breuiores & in mucronē faſtigiatas xiphias uocauere:quæ ſunt omniũ pallidiſſimæ:& quodã gladii nitore:ac ſine ullis radiis: quos Chryſeus auro nomine ſimilis:colore aũt electro raros e margine emittit. Pithetes dolioꝝ cernitur figura in cõcauo fumidæ lucis.Ceratias cornus ſpēm habet:qualis fuit:cũ græcia apud ſalamīa depugnauit.Lãpades ardentes imitant̃ faces.Hippeus eqnas iubas celerrimi motus: atq; in orbē circa ſe euntis.Fit & candidus cometes argenteo crine ita refulgens:ut uix contueri liceat:ſpecieq; hũana dei effigiem in ſe oſtendens . Fiunt & hirti uillorum ſpecie:& iuba aliqua circundati . Semel adhuc iubæ effigies mutata in haſta ē olym‑piade centeſima octaua:urbis anno.ccc.lxxxxviii.Breuiſſimum quo cernerent̃ ſpatiũ ſeptem dierum annotatum eſt . Longiſſimum octoginta . Mouentur autem alii errantium modo.alii immobiles hærent. omnes ferme ſub ipſo ſeptentrione aliqua eius parte non certa:ſed maxime in candida:quæ lactei circuli nomen accepit. Ariſto‑teles tradit & ſimul plures cerni nemini compertũ alteri:quod equidem ſciã . Vētos autē ab iis graues:æſtuſq; ſignificari.Fiunt & hybernis menſibus & in auſtrino polo: ſed ibi citra ullum iubar . Diraq; comperta æthiopum & ægypti populis:cui nomen æui eius rex dedit Typon : ignea ſpecie:ac ſpiræ modo intorta:uiſu quoq; toruo nec ſtella uerius : q̃ quidam igneus nodus . Sparguntur aliquando & errantibus ſtellis cæteriſq; crines. Sed cometes nunq̃ in occaſura parte cæli eſt. Terrificũ magna ex pte ſydus atq; non leuiter piatũ ut ciuili motu Octauio conſule. Iterumque Pompeii & Cæſaris bello.In noſtro uero æuo circa ueneficiũ quo Claudius Cæſar imperiũ reliqt Domitio Neroni: ac deinde principatu eius aſſiduum prope ac ſæuum.Referre arbi‑trantur:in quas partes ſeſe iaculet̃:aut cuius ſtellæ uires accipiat:quaſq; ſimilitudīes reddat:& qbus in locis emicet.Tibiarum ſpecie arti muſicæ portendere.Obſcenis aũt moribus:in uerendis ptibus . Signorum ingenii & eruditionis triquetram figuram quadratamue paribus angulis ad aliquos perennium ſtellarum ſitus edunt. Venena fundere in capite ſeptentrionalis:auſtrinæue ſerpentis . Cometes in uno totius orbis loco colitur in templo romæ admodum fauſtus Diuo Auguſto iudicatus ab ipſo : q incipiente eo apparuit ludis : quos faciebat Veneris genitricis:non multo poſt obitũ patris Cæſaris in collegio ab eo īſtituto. Nãq; his uerbis id gaudium ꝓdidit.Iis ipſis ludorum meorum diebus ſydus crinitum per ſeptem dies in regione cæli ſub ſepten‑trionibus eſt conſpectum.id oriebatur circa undecimam horam diei.clarũq; & õibus terris cõſpicuum fuit. Eo ſigno ſignificari uulgus credidit Cæſaris animã īter deorũ immortalium numina receptam.quo nomine id īſigne ſimulacro capitis eius:quod mox ī foro conſecrauimus:adiectum eſt. Hæc ille ī publicum : interiore gaudio ſibi illum natum ſeſeq; ī eo naſci īterpretatus eſt.& ut uerum fateamur:ſalutare id terris fuit.Sunt q & hæc ſydera perpetua eſſe credant:ſuoq; ambitu ire . ſed nõ niſi relicta ab ſole cerni.Alii uero q naſci humore fortuito & ignea ui:ideoq; ſolui.

¶Hipparchus de ſyderibus per exempla hiſtorica:faces: lampades : trabes:bolides: & chaſma cæli. ¶Cap.uigeſimumſextum.

IDem Hipparchus nunquam ſatis laudatus:ut quo nemo magis approbauerit cognationem cum homine ſyderum:aĩaſq; nr̃as partem eſſe cæli nouam ſtellã & aliam in æuo ſuo genitam deprehendit.eiuſq; motu qua die fulſit:ad dubitationē eſt adductus:an ne hoc ſæpius fieret:moueréturq; & eæ:quas putamus affixas.Idēq; auſus rem etiam deo īprobam annumerare poſteris ſtellas:ac ſydera ad nomen expã‑gere organis excogitatis: per quæ ſingularũ loca atq; magnitudīes ſignaret : ut facile

discerni posset ex eo:non mõ an obirent:nascerenturq;:sed an omnino aliq̃ trãsirẽt: mouerẽtur ue. Itẽ an crescerent:minuerentq; cælo ĩ hæreditate cunctis relicto:si qsq̃ q rõnẽ eã caperet:inuentus esset. Emicant & faces non:nisi cũ decidunt:uisæ. qualis Germãico Cæsare gladiato℞ spectaculũ edẽte:præter ora populi meridião trãscurrit. Duo genera earum. Lãpades uocãt plane faces. Alterum bolidas:quale mutinẽsibus malis uisum ẽ. Distant q; faces uestigia longa faciunt priore ardente pte. Bolis uero ppetua ardens longiorẽ trahit limitẽ. Emicãt & trabes simili mõ: quas docos uocãt. quales cũ lacedæmonii classe uicti ĩperiũ græciæ amisere. Fit & cæli ipsius hiatus:quẽ uocant chasma. ¶DE Cæli coloribus. ¶Cap.xxvii.

FIt & sanguinea specie:quo nihil terribilius mortalium timori est. Incendium ad terras cadens inde. Sicut olympiadis centesimæseptimæ anno tertio cũ rex Philippus græciã quateret. Atq hæc ego ratis tpĩbus natæ:ut cætera arbitror existere: non ut pleriq; uariis de causis:quas ingenio℞ acumen excogitat. Quippe ingentium malorum fuere prænuntia. Sed ea accidisse non quia hæc facta sunt arbitror: ue℞ hæc ideo facta qa incussura erant illa raritate timorem. occultã aũt eo℞ esse rõnẽ. Ideoq; non sicut exortus supradictos defectusq; & multa alia nosci.

¶DE Flamma cæli. ¶Cap.xxviii.

CErnunt & stellæ cũ sole totis diebus ple℞q;. & circa solis orbẽ ceu specie coronæ & uersicoloris circuli:qualiter Augusto Cæsare in prĩa iuuenta urbem intrante post obitũ patris ad nomẽ ingẽs capessẽdũ. ¶DE Coronis cælestibus. ¶Ca.xxviiii.

EXistunt eædẽ coronæ circa lunam & circa nobilia astra cælo quoq; inhærentia. Circa solẽ arcus apparuit. L. Opimio. iii. Q. Fabio. ii. cõss. Orbis. L. Portio. M. Acilio. ¶DE Circulis repentinis. ¶Cap.xxx.

CIrculus rubri coloris. L. Iulio. P. Rutilio conss. Fiũt ꝓdigiosi & longiores solis defectus:qualis occiso dictatore Cæsare & Antoniano bello totius pene anni pallore continuo. ¶Plures Soles. ¶Cap.xxxi.

ET rursus soles plures cernunt:nec supra ipsũ:nec infra se: sed ex obliquo:nũq̃ iuxta:nec contra terrã:nec noctu: sed aut oriẽte aut occidẽte. Semel & meridie conspecti ĩ bosphoro ꝓdunt: q ab matutino tpẽ durauerunt in occasũ. Trinos soles antiqui sæpius uidere. Sicut SP. Postumio. Q. Minutio. Q. Martio. M. Portio. M. Antonio. P. Dolobella: &. M. Lepido. L. Plãco conss. Et nr̃a ætas uidit Diuo Claudio principe consulatu eius Cornelio Orfito collega. Plures simul q̃ tres uisi ad hoc æui nunq̃ ꝓdunt. ¶Plures Lunæ. ¶Cap.xxxii.

LVnæ quoq; trinæ:ut Cn. Domitio. C. F. L. Annio cõss. apparuere:quos pleriq; appellauerũt soles nocturnos. ¶Die℞ lux nocte. ¶Cap.xxxiii.

LVmen de cælo noctu uisũ ẽ. C. Cecilio Cn. Papyrio cõss. Et sæpe alias ut diei spẽs noctu luceret. ¶Clypei ardentes. ¶Cap.xxxiiii.

CLypeus ardens ab occasu ad ortũ scintillans transcurrit solis occasũ. L. Valerio Cn. Mario cõss. ¶Ostentum cæli. ¶Cap.xxxv.

SCitillã e stella cadere & augeri terræ appropĩq̃nte:ac postq̃ ĩ lunæ magnitudinẽ facta sit:illuxisse ceu nubilo die. dein cũ in cælũ se reciperet: lãpadem factam semel unq̃ ꝓdit Cn. Octauio. C. Scribonio cõss. Vidit hoc Licinius Syllanus ꝓcõsul cũ comitatu suo. ¶DE Discursu stellarum. ¶Cap.xxxvi.

FIeri uidetur & discursus stellarum nunq̃ temere:ut non ex ea parte truces uenti cooriãt: & ex iis tũc ꝓcellæ in mari terrisq;.

¶DE Stellis castoribus. ¶Cap.xxxvii.

VIdi in nocturnis militum uigiliis inhærere pilis ꝓ uallo fulgurum effigies. Ex & antennis nauigãtiũ:aliisq; nauiũ partibus ceu uocali quodã sono ĩsistũt:ut uolucres sedẽ ex sede mutãtes. Graues cũ solitariæ uenere:mergentesq; nauigia. & si in carinæ ima deciderit exurentes. Gemmæ aũt salutares: & ꝓsperi cursus prænũtiæ.

quarum aduentu fugari dirā illā ac minacē: appellatāq; Helenā ferunt. & ob id Poluci & Castori id numen assignant: eosq; in mari deos inuocant. Hominū quoque capita uespertinis horis magno præsagio circūfulgent. Oīa īcerta rōne: & in naturæ maiestate abdita.

DE Aere. Cap. xxxviii.

HActenus de mundo ipso syderibusq;. Nunc reliqua cæli mēorabilia. Nanq; & hoc cælum appellauere maiores: quod alio nomine aera: ōe quod inani simile: uitalē hunc spiritū fundit. Infra lunam hæc sedes: multoq; inferior. Vt animaduerto ꝓpe modū constare: infinitū ex supiore natura aeris & terreni halitus miscens utraq; sorte confundit᷑. Hinc nubila: tonitrua: & alia fulmina. Hinc grandines & pruinæ: hymbres: ꝓcellæ: turbines. Hīc plurima mortaliū mala: & rerum naturæ pugna secum. Terrena in cælum tendentia deprimit syderum uis. Eademq;: quæ sponte non subeant: ad se trahunt. Decidunt hymbres. Nebulæ subeūt. Siccantur amnes. Ruūt grādines. Torrent radii. Et terram in medium undiq; īpellunt. Iidē infracti resiliunt. et quæ potuere: auferunt secū. Vapor ex alto cadit. rursūq; in altum redit. Venti ingruunt inanes. Iidēq; cū rapina remeant. Tot aīaliū haustus spiritū e sublimi trahit. At ille contra nitit᷑. Tellusq; ut inani cælo spiritum infundit. Sic ultro citro cōmeāte natu᷑a: ut tormento aliquo mundi celeritate discordia accendat᷑. Nec stare pugnæ licet: sed assidue rapta conuoluit᷑. Et circa terrā īmenso rerum cās globo tendit: subinde ꝑ nubes cælum aliud obtexens. Ventorum hoc regnum. Itaq; præcipua eorum natura ibi: & ferme reliquas complexa cās: quoniam & tonitruum & fulminū iactus horum uiolētiæ pleriq; assignant. Quin & ideo lapidibus pluere interim: ꝗ uento sint rapti: & multa similiter. Quamobrem plura simul dicenda sunt.

DE Aestatis tempestatibus. Cap. xxxviiii.

TEmpestatū rerumq; quasdā statas esse cās: quasdā uero fortuitas: aut adhuc rōnis incōptæ manifestū est. Quis enī æstates & hyemes quæq; in tp̄ibus ānua uice intelligunt᷑: syderum motu fieri dubitet᷑: ergo ut solis natura temperando ītelligit᷑ āno. sic reliquorum quoq; syderum ꝓpria ē qbusq; uis: & ad suā cuiq; naturā fertilis. Alia sunt ī liquorē soluti hūoris fœcūda. Alia concreti ī pruinas: aut coacti ī niues: aut glaciati in grandines. Alia flatus teporis. Alia uaporis. Alia roris. Alia rigoris. Nec uero hæc tanta debent existimari: quāta cernunt᷑: cū esse eorum nullū minus luna tam immensæ altitudinis rō declaret. Igit᷑ ī suo quæq; motu naturam suam exercēt: quod māifestū Saturni maxīe transitus hymbribus faciunt. Nec meantium mō syderum hæc uis ē: sed multorum etiam adhærentiū cælo quotiēs errantium accessu impulsa aut coniectu radiorum extimulta sunt. Qualiter ī suculis sentimus accidere: quas græci ob id pluuio nomine hyadas appellāt. Quin & sua spōte quædam statisq; temporibus ut hædorū exortus. Arcturi uero sydus nō ferme sine ꝓcellosa grandine emergit.

DE Caniculæ exortu. Cap. xl.

NAm caniculæ exortu accendi solis uapores quis ignorat᷑: Cuius syderis effectus amplissimi in terra sentiunt᷑. Feruent maria exoriente eo. Fluctuant in cellis uina. Mouentur stagna. Origē appellat ægyptus ferā: quā in exortu eius contrastare: & contueri tradit: ac uelut adorare cū sternuerit. Canes quidē toto eo spatio maxime in rabiē agi non ē dubiū.

Vis temporū anni statuta. Cap. xli.

QVin in partibus quoq; signorum quorūdā sua uis īest: ut autumnali æquinoctio: brumaq; cum tempestatibus confici sydus intelligimus.

DE Incertis tempestatibus. Cap. xlii.

NEc hymbribus tantum tempestatibusq;: sed multis & corporum & ruris experimentis. Afflant᷑ alii sydere. Alii commouēt᷑ statis temporibus: aluo: neruis capite: mente. Olea & populus alba & salices folia solstitio circunagunt. Floret ipso brūali die suspensa ī tectis arentis herba pulegii. Rumpunt᷑ intentæ spiritu mēbranæ. Miretur hoc: qui non obseruet quotidiano experimento herbam unam: quæ uocatur

heliotropiũ: abeũtẽ solẽ ĩtueri semp ōibusq; horis cũ eo uerti uel nubilo obũbrante.
Iam quidẽ lunari potestate ostrearũ conchyliorũq;:& conchaꝝ ōiũ corpora augeri:ac
rursus minui. Quin & soricũ fibras respondere numero lunæ exqsiuere diligẽtiores.
Minimumq; aīal formicam sentire uires syderis interlunio semper cessantem. Quo
turpior homini inscitia est: fatenti præcipue iumentoꝝ quorũdam in oculis morbos
cũ luna increscere ac minui. Patrocinat̃ uastitas cæli ĩmensa discreta altitudĩe in duo
atq; septuaginta signa. Hæ sũt reꝝ aut animantiũ effigies: in quas digessere cælum
periti. In his qdā mille sexcentas ānotauere stellas insignes uidelicet effectu uisu ue.
Exẽpli grā in cauda tauri septẽ: quas appellauere uergilias. In fronte suculas. Booten
quæ sequtur septẽtriones. ❡DE Hymbribus. ❡Cap. xliii.

Extra has causas nõ negauerĩ existere hymbres uentosq;. Quoniam humidam
a terra alias uero ꝓpter uapores fumidam exhalare caliginẽ certũ ẽ. Nubesque
liquore egresso in sublime: aut ex aere coacto in liquorẽ egresso ĩ sublime: aut ex aere
coacto in liquorẽ gigni. Densitas eaꝝ corpusq; haud dubio coniectat̃ argumento: cũ
solẽ obumbrent. Perspicuũ alias etiam urinantibus in quanlibet ꝓfundam aquarũ
altitudinẽ. ❡Quare lapides pluant. ❡Cap. xliiii.

IGit̃ nõ eam inficias: posse in has & ignes supne stellaꝝ decidere: quales sereno
sæpe cernimus. quoꝝ ictu cõcuti aera ueꝝ ẽ: quando & tela uibrata stridũt. Cũ
uero ĩ nubẽ puenerint: uaporẽ dissonũ gigni: ut candente ferro in aquā demerso. Et
fumidũ uorticẽ uolui. Hic nasci ꝓcellas. ❡DE Tonitruis & Fulguribus. ❡Ca. xlv.

ET si in nube luctet̃ flatus aut uapor tonitrua edi. Si erumpat ardens: fulmina.
Si longiore tractu nitat̃: fulgetra. His findi nubẽ. illis prumpi. Et esse tonitrua
ĩpactoꝝ igniũ plagas. Ideoq; ꝓtinus coruscare igneas nubiũ rimas. Posse & repulsu
sydeꝝ depressũ: q a terra meauerit: spiritũ nube cohibitũ tonare: natura strangulante
sonitũ: dũ rixet̃: edito fragore cũ erumpat: ut in membrana spiritu intenta. Posse &
attritu dũ in præceps ferat̃ illũ: qsquis est: spiritũ accendi. Posse & afflictu nubium
elidi: ut duoꝝ lapidũ scintillantibus fulgetris. Sed hæc oīa esse fortuita. Hinc bruta
fulmina & uana: ut quæ nulla ueniant rõne naturæ. Iis percuti mõtes: iis maria: oẽsq;
alios irritos iactus. Illa uero fatidica ex alto: statisq; de causis: & ex suis uenire syde-
ribus. Simili mõ uentos uel potius flatus posse & arido siccoq; anhelitu terræ gigni
non negauerĩ. Posse & aquis aera expirantibus q neq; in nebulā denset̃: nec crassescat
in nubes. Posse & solis ĩpulsu agi: quoniā uentus nõ aliud intelligat̃ q̃ fluctus aeris.
Pluribusq; etiam modis. Nāq; & fluminibus & niuibus & e mari uidemus equidem
tranquillo: & alios: quos uocant altanos: e terra consurgere. Qui quidẽ: cum e mari
redeunt: tropei uocant̃. Si pgunt apogei. ❡Q ua rõne Echo reddat̃. ❡Ca. xlvi.

MOntiũ uero flexus crebriq; uertices: & conflexa subito aut confracta ĩ humeros
iuga: concaui ualliũ sinus scindunt ĩ æqualiter inde resultantẽ aera: quæ causa
etiā uoces multis in locis reciprocas facit. ❡DE Ventis. ❡Cap. xlvii.

SIne fine uentos generāt iā qdā etiā specus: q̃lis ĩ dalmatiæ ora uasto ĩ præceps
hiatu. In quẽ deiecto leui pondere: q̃uis tranquillo die turbini similis emicat
ꝓcella. nomen loco ẽ sentaquin. Et in cyrenaica ꝓuincia rupes quædā austro traditur
sacra: quam profanũ sit attrectari hominis manu: confestĩ austro inuoluente arenas.
In domibus etiā multis manufacta inclusa opacitate conceptacula auras suas habẽt.
adeo cā non deest. Sed plurimum interest flatus sit an uentus: illos status atq; per-
spirantes: quos non tractus aliquis: uerum terræ sentiunt: qui non aura: nõ procella
maris: sed appellatione quoq; ipsa uẽti sunt. Q ui siue assiduo mũdi ĩcitu & cõtrario
syderum occursu nascuntur: siue hic est ille generabilis rerum naturæ spiritus huc
illucq; tanq̃ in utero aliquo uagus: siue disparili errantium syderum ictu: radiorũq;
multiformi iactu flagellatus aer: siue a suis syderibus exeunt his propioribus: siue ab
illis cælo affixis cadunt: palam est illos quoq; legẽ hr̃e naturæ non ignotā: etiā si non

dũ percognitã. ❡Naturæ & obſeruatiões uentorũ. ❡Cap.xlviii.

V Iginti & ãplius auctores græci ueteres ꝓdidere de iis obſeruationes. quo magis miror orbe tam diſcordi: & in regna: hoc ẽ ĩ membra diuiſo tot uiris curæ fuiſſe tam ardua inuentu perquirere: inter bella præſertĩ & infida hoſpitia. Piratis etiã õiũ mortaliũ hoſtibus: tranſitus fame tenentibus: ut hodie quædam in ſuo qſq; tractu ex eorum cõmentariis: qui nunq̃ eo acceſſere: uerius noſcant q̃ indigenaꝝ ſcientia. Nunc uero pace tam feſta: tã gaudente prouentu reꝝ: artiũq; principe: omnino nihil addiſci noua inquiſitiõe. immo ne ueteꝝ qdẽ inuenta pdiſci. Non erant maiora pre mia in multos diſpſa fortunæ magnitudĩe. & iſta plures ſine premio alio q̃ poſteros iuuandi eruerũt. Nanque mores hominũ ſenuere non fructus. Et ĩmenſa multitudo apertũ quocũq; eſt mare hoſpitaliq; littoꝝ õiũ appulſu nauigat. ſed lucri nõ ſciẽtiæ gr̃a. Nec reputat cæca mens & iam tantum auariciæ intenta: id ipſum ſcientia poſſe tutius fieri. Quapropter ſcrupuloſius: q̃ inſtituto fortaſſis conueniat opi: tractabo uentos: tot milia nauigantiũ cernens. ❡Ventoꝝ genera. ❡Cap.xlviiii.

U Eteres quattuor õino ſeruauere ꝑ totidem mũdi ptes. Ideo nec Hõerus plures nominat. Hebeti mox iudicatu ſecuta ætas octo addidit: rõne nimis ſubtili & conciſa. Proximis ĩter utraq; media placuit ad breuẽ numeꝝ additis quattuor. Sũt ergo bini in quattuor cæli ptibus. Ab oriente æqnoctiali ſubſolanus. Ab oriẽte brũali uulturnus. Illũ apelioten. Hunc græci eurũ appellant. A meridie auſter. Et ab occaſu brũali africus: noton & liba nominant. Ab occaſu æquinoctiali fauonius. Ab occaſu ſolſtitiali corus: Zephyron & argeſten uocant. A ſeptẽtrionibus ſeptẽtrio. Interq; eũ & exortum ſolſtitialem aquilo: Aparctias dicti & boreas. Numeroſior rõ quattuor iis interiecerat traſceam media regione inter ſeptentrionem & occaſum ſolſtitialem. Itẽq; cætiam media inter aquilonem et exortum æquinoctialem. Ab ortu ſolſtitiali phœnica media regione inter ortum brumalem & meridiem. Item inter liba & noton compoſitum ex utroq; medium. inter meridiem & hybernum occidentem libanotõ. Nec finis. Alii quippe meſen nomine etiãnum addidere inter boream & cæciã. & ĩter eurum & noton euronoton. Sũt etiam quidam peculiares qbuſq; gentibus uenti: nõ ultra certum ꝓcedentes tractum: ut athenienſibus ſcyron: paulo ab argeſte deflexus: reliquæ græciæ ignotus. Aliubi elatior idem olympias uocat̃. Conſuetudo his õibus nominibus argeſten intelligit & cætiã. Aliqui uocant helleſpontion: & eoſdem alibi aliter. Itẽ in narbonenſi prouincia clariſſimus uentorum eſt circius: nec ulli uiolẽtia inferior. Oſtiam pleꝝq; recto liguſtico mari perferens. Idem non modo in reliquis partibus cæli ignotus eſt: ſed ne uiennam quidẽ eiuſdem prouinciæ urbem attingẽs: paucis ante limitibus iugi modici occurſu tantus ille uentoꝝ eſt coercitus. Et auſtros in ægyptum penetrare negat Fabianus. Quo fit manifeſta lex naturæ uentis etiam & tẽpore & fine dicto. Ver ergo aperit nauigantibus maria. Cuius in prĩcipio fauonii hybernum molliunt cælum: ſole aquarii. xxv. optinente partem. Is dies ſextus ẽ ante februarias idus. Competit ferme & hoc omnibus: quos deinde ponam per ſingulas intercalationes: uno die anticipantibus rurſũq; luſtra ſequenti ordine ſeruantibus. Fauonium quidam ad .viii. cal. martii chelidoniam uocant: ab hirundinis uiſu: nõ nulli uero orithyiam uno & ſeptuageſimo die poſt brumam ab aduentu auiũ flantẽ per dies nouem. Fauonio contrarius eſt: quem ſubſolanum appellauimus. Datus eſt autem huic exortus uergiliarũ in totidem ptibus tauri ſex diebus ante maias idus. quod tempus auſtrinum eſt huic uento ſeptẽtrione contrario. Ardentiſſimo autem æſtatis tempore exorit̃ caniculæ ſydus ſole primam partẽ leonis ĩgrediente. Qui dies .xv. ante auguſti calend. eſt. Huius exortum diebus octo ferme aquilones antecedũt: quos prodomos appellant. Poſt biduũ aũt exortus iidẽ aquilones conſtantius pflant diebus .xl. quos eteſias uocant. Mollire eos creditur ſolis uapor geminatus ardore ſyderis. Nec ulli uentorum magis ſtati ſũt. Poſt eos rurſus auſtri frequentes uſq; ad

ſydus arcturi:quod exorit᷑.xi.diebus ante æqnoctiũ autumni.Cum hoc corus ĩcipit.
corus autumnat.Huic ē contrarius uulturnus.Poſt id æquinoctiũ diebus fere q̃ttuor
& .xl. uergiliaꝝ occaſus hyemē inchoat. quod tēpus in tertio idus nouēbris incidere
cōſueuit:hoc eſt aquilonis hyberni.multumq; æſtiuo illi diſſimilis cuius ex aduerſo
ē africus.Ante brumã aũt ſeptē diebus totidēq; poſtea ſternit᷑ mare halcyonũ fœturæ.
& inde nomē ii dies traxere. Reliquũ tēpus hyemat.Nec tamē ſæuitia tempeſtatum
concludit mare.Piratæ primũ coegere mortis piculo in mortē ruere:& hyberna expiri
maria.Nunc idē auaricia cogit. Vētorum etiam frigidiſſimi ſunt:quos a ſeptētrione
diximus ſpirare.Vicinus his corus.Ii & reliquos cōpeſcunt:& nubes abigũt.Humidi
auſter africus:& præcipue auſter italiæ.Narrant & in ponto cæcian ĩ ſe trahere nubes.
Sicci corus & uulturnus præterq̃ deſinentes.Niuales aquilo & ſeptentrio.Grandines
ſeptētrio importat & corus.Aeſtuoſus auſter. Tepidi uulturnus & fauonius. Iidem
ſubſolano ſicciores.& in totum ōes a ſeptentrione & occidente ſicciores: q̃ meridie &
oriente.Saluberrimus aũt ōium aquilo.Noxius auſter & magis ſiccus:fortaſſis quia
humidus frigidior eſt.Minus eſurire eo ſpirante creduntur animantes.Eteſiæ noctu
deſinũt flare:& a tertia diei hora oriunt᷑.In hiſpania & aſia ab oriente flatus eſt eoꝝ.
In ponto ab aquilone.Reliqs in ptibus a meridie. Spirant aũt & a bruma:qui uocãt᷑
ornithiæ:ſed leniores:& paucis diebus.Permutãt & duo naturã cũ ſitu.Auſter africæ
ſerenus.Aquilo nubilus.Omnes uenti uicibus ſuis ſpirant maiore ex parte. Aut ut
contrarius deſinēti ĩcipiat cũ proxīe cadētibus.Surgunt a leuo latere in dextrum:Vt
ſol ambiunt.De rōne eorum menſtrua quarta maxime luna decernit.Iiſdē autē uētis
in contrarium nauigat᷑ ꝓlatis pedibus:ut noctu plerunque aduerſa uela concurrant.
Auſtro maiores fluctus edunt᷑ q̃ aquilone:quoniam ille ĩfernus ex imo maris ſpirat:
hic ſũmo.Ideoq; poſt auſtros noxii præcipue terræmotus.Noctu auſter:ĩterdiu aqlo
uehementior.Et ab ortu flantes diuturniores ſunt ab occaſu flantibus.Septentriones
impari fere deſinunt numero.Quæ obſeruatio etiam in aliis multis reꝝ naẽ ptibus
ualet. Mares itaq; exiſtimantur impares numeri. Sol & auget & comprimit flatus.
Auget exoriens occidenſq;. Comprimit meridianus æſtiuis temporibus.Itaq; medio
diei aut noctis plerũq; ſopiũt᷑:quia aut nimio frigore aut æſtu ſoluũt᷑.Et hymbribus
uenti ſopiuntur.Expectantur autem maxime unde nubes diſcuſſæ adaperuere cælũ.
Omnium quidem ſi libeat obſeruare minimos ambitus redire eaſdē uices q̃driēnio
exacto Eudoxus putat:non uentoꝝ mõ:uerum & reliquarum tempeſtatũ magna ex
parte.Et eſt principium luſtri eius ſemp intercalari anno caniculæ ortu.De g̃nalibus
uentis hæc.

¶DE Repentinis flatibus. ¶Cap.L.

Nunc de repentinis flatibus: q exhalant e terra ut dictũ ē coorti rurſuſq; deiecti
interĩ obducta nubiũ cute:multiformes exiſtũt.Vagi qppe & ruentes torrētiũ
mõ ut aliquibus placere oſtendimus: tonitrua & fulgura edunt. Maiore uero illati
pondere ĩcurſuq; ſi late ſiccam ruperint nubē:procellã gignunt:quæ uocatur a græcis
ecnephias. Sin uero depreſſo ſinu arctius rotati effregerint ſine igne: hoc eſt ſine
fulmine uorticē faciunt:qui typhon uocat᷑:id eſt uibratus.Ecnephias differt.Hic ſecũ
aliquid abreptum e nube gelida conuoluens uerſanſq; & ruinam ſuam illo pondere
aggrauans:& locum ex loco mutans rapida uertigine:præcipua nauigantium peſtis:
non antennas mõ: ueꝝ ipſa nauigia contorta frangens: tenui remedio aceti ĩ adue-
nientē effuſi cui frigidiſſĩa eſt natura. Idē illiſu ipſo repcuſſus correpta ſecũ in cælũ
refert:ſorbetq; ĩ excelſum.Quod ſi maiore depreſſæ nubis eruperit ſpecu:ſed minus
lato q̃ ꝓcella:nec ſine fragore: turbinem uocant:proxima quæq; proſternentē. Idem
ardentior:accenſuſq; dũ fuerit: preſter uocatur amburens cōtacta pariter & ꝓterēs.

¶Alia prodigioſa genera tēpeſtatũ. ¶Cap.Li.

Non fit aũt aquilonius typhon nec niualis:aut niue iacēte ecnephias. Quod ſi
ſimul rupit nubem exarſitq;:& ignem habuit:aut poſtea concepit: fulmen eſt.

Distat a prestere: quo flāma ab igne. Hic late funditᵣ flatu. Illud conglobatᵣ impetu. Vortex aūt hic remeando distat a turbine quo stridor a fragore. Procella latitudīe ab utroq; disiecta nube uerius q̄ rupta. Fit & caligo belluæ silis nube dira nauigantibus. Vocatᵣ & colūna: cū spissatus humor rigensq; ipse se sustinet. Ex eodē genere & ī lōgā ueluti fistulam nubes aquam trahit.

¶Quibus in terris fulmina non cadant. ¶Cap. Lii.

HYeme & æstate rara fulmina contrariis de causis: quoniam hyeme densatus aer nubiū crassiore corio spissatᵣ. omnisq; terraꝝ exhalatio rigens ac gelida qcquid accipit ignei uaporis extinguit. Q uæ rō īmunē scythiā & circa rigētia a fulminū casu præstat: & e diuerso nimius ardor ægyptum. siqdem calidi sicciq; halitus terræ raras admodū: tenuesq; & infirmas densantᵣ in nubes. Vere aūt & autumno crebriora ful/mina: corruptis in utroq; tpre æstatis hyemisq; cāis. Qua rōne crebra in italia fulmīa quia mobilior aer mitiore hyeme & æstate nimbosa: semp quodammodo uernat uel autumnat. Italiæ quoq; ptibus iis: quæ a septentriōe descendunt ad teporē: qualis est urbis cāpaniæ tractus: iuxta hyeme & æstate fulgurat: quod nō in alio situ.

¶Fulgurū genera & miracula. ¶Ca. Liii.

FVlminum ipsorum plura genera traduntᵣ. Q uæ sicca ueniunt non adurunt: sed dissipant. Q uæ hūida: non urunt: sed infuscāt. Tertiū ē quod claꝝ uocāt: mirificæ maxime naturæ: quo dolia exhauriuntᵣ in tactis operimentis: nulloque alio uestigio relicto. Aurum & æs & argentum liquatᵣ ītus sacculis ipsis nullo mō abustis: ac ne cōfuso quidē signo ceræ. Martia princeps romanaꝝ icta grauida partu exaīato ipsa citra ullum aliud incommodum uixit. In catilinianis prodigiis pompeiano ex municipio. M. Herennius decurio sereno die fulmine ictus est.

¶DE Obseruationibus. ¶Cap. Liiii.

THuscorum litteræ nouem deos emittere fulmina existimant. eaq; esse undecim generum. Iouē. n. trina iaculari. Romani duo tantum ex iis seruauere. Diurna attribuentes Ioui. Nocturna Summano. Rariora sane eadē de causa frigidioris cæli. Hetruria rumpere a terra quoq; arbitratᵣ: quæ infera appellat brumali tempore facta sæua maxime & execrabilia: cū sint omnia quæ terrena existimant non illa generalia: nec a syderibus uenientia: sed ex proxima atq; turbidiore natura. Argumentū euidēs est: ꝙ oīa a superiore cælo decidentia obliquos habeant ictus. Hæc aūt quæ uocantur terrena rectos. Sed quia ex ꝓpiore materia cadunt: ideo creduntᵣ e terra exire: quoniā ex repulsu nulla uestigia edant: cū sit illa rō non inferni ictus: sed aduersi. Saturni ea a sydere ꝓficisci subtiliter ista consectati putāt: sicut cremantia a Martis. Qualiter cum uulsinii oppidum thuscorū opulentissimū totū concrematū ē fulmine. Vocant & familiaria in totam uitā fatidica: quæ prima fiunt familiam suam cuiq; indepto. Cæterū existimant non ultra decem annos portendere priuata: præterq̄ hæc quæ ma/trimonio primo facta aut natali die. Publicaᵣ nō ultra tricesimū ānū: præterq̄ ī deduc/tiōe oppidorū.

¶DE Fulminibus euocandis. ¶Cap. Lv.

EXtat ānaliū mēoria sacris qbusdā & precatiōibus uel cogi fulmīa uel īpetrari. Vetus fama ē hetruriæ īpetratū uulsiniis & urbe & agris depopulatis: subeūte mōstro: quod uocauere oltā: euocatum & a Porsenna suo rege. & ante eum a Numa sæpius hoc factitatū: in primo annaliū suoꝝ tradidit. L. Piso grauis auctor. Quod imitatū parum rite Tullū Hostiliū ictū fulmine. Lucosq; & aras & sacra habemus: inter quæ statores & tonantes et feretrios eliciū quoq; accepimus Iouē. Varia in hoc uitæ sētentia: & pro cuiuslibet animo. Imperari naturæ audacis ē credere. Nec minus hebetis beneficiis abrogare uires: quādo in fulguꝝ quoq; interpretatione eo profecit scientia: ut uentura alio finito die præcinat: & an pemptura sint fatum: aut apertura potius alia fata quæ lateant: innumerabilibus ī utroq; publicis priuatisq; expimētis. Quamobrem sint ista (ut reꝝ naturæ libuit) aliis certa: aliis dubia: aliis probata: aliis

dānāda. Nos cætera: quæ sūt in his memorabilia: non omittemus.

Catholica fulgurꝝ. Cap. Lvi.

FVlgetrū prius cerni q̄ tonitrum audiri cū simul fiāt: certū ē. Nec mirꝝ quoniā lux sonitu uelocior. Ictū aūt & sonitū cōgruere ita modulāte natu͂a. Sed sonitū profecti esse fulminis: non illati: etiamnum spiritum ociorem fulmine. Ideo quati prius omne & afflari: q̄ pcuti. Nec queq̄ tangi qui prior uiderit fulmen: aut tonitrua audierit. Leua prospa existimāt: quoniā leua pte mundi ortus est. Nec tā aduentus spectatur q̄ reditus: siue ab ictu resiliat ignis: siue opere confecto aut igne cōsumpto spiritus remeet. In. xvi. ptes cælū in eo respectu diuisere thusci. Pria ē a septētriōibus ad æqnoctialem exortū. Secunda ad meridiē. Tertia ad æqnoctialē occasum. Quarta optinet quod reliquū est ab occasu ad septentriones. Has in quaternas iterꝝ diuisere ptes: ex quibus octo ab exortu sinistras: totidē e contrario appellauere dextras. Ex iis maxime diræ quæ per septētriones occasū attingunt. Itaq; perplurimū refert unde uenerint fulmina: & quo concesserint. Optimū ē in exortiuas redire ptes. Ideo cum a prima cæli pte uenerint: & in eandē cōcesserint: sūma fœlicitas portendit: quale Syllæ dictatori ostentū datū accepimus. Cætera ipsius mundi portione minus ꝓspera aut dira. Quædam fulgura enuntiare non putant fas. nec audire: præterq̄ si hospiti īdicēt aut parenti. Magna obseruationis huius uanitas: tacta Iunonis æde romæ deprehēsa ē: Scauro cōs. q mox princeps fuit. Noctu magis q̄ interdiu sine tonitribus fulgurat. Vnū aīal hominem nō semp extinguit: cætera illico: hunc uidelicet natura tribuente honorē: cū tot belluæ uiribus præstēt. Oīa cōtrarias īcubant ptes: homo nisi cōuertat ui pcussus non expirat. Supne icti considunt. Vigilans ictus contuentibus oculis: dormiens patentibus reperit. Hominē ita exaīatū cremari fas non ē. cōdi terra religio tradidit. Nullum aīal nisi exanimatum fulmine accenditur. Vulnera fulminatorum frigidiora reliquo corpore sunt.

Quæ nō feriant fulmine. Cap. Lvii.

EX iis quæ terra gignunt: lauri feuticē non icit. Nec unq̄ altius quinq; pedibus descendit in terram. Ideo pauidi altiores specus tutissimos putant. Aut tabernacula pellibus belluarum: quas uitulos marinos appellant: quoniā hoc solū animal ex marinis nō pcuciat: sicut nec e uolucribus aquilam: quæ ob hoc armiger huius teli fingit. In italia inter terracinā & ædē Feroniæ turres bellicis tpībus desiere fieri: quia nonnullæ earꝝ sunt fulmine dirutæ.

DE Prodigiosis pluuiis lacte: & sāguīe: carne: ferro: lana: lateribus coctis. Cap. Lviii.

PRæter hæc inferiore cælo relatū in monumenta est lacte & sanguine pluisse. M. Acilio. C. Portio cōss. Et sæpe alias carne sicut. L. Volumnio: Ser. Sulpitio cōss. Exq; ea non pputruisse: quod non diripuissent aues. Itē ferro in lucanis anno anteq̄. M. Crassus a parthis interemptus est: ōesq; cū eo lucani milites: quorum magnus numerus in exercitu erat. Effigies quæ pluerat spongiarꝝ fere similis fuit. Aruspices cauenda præmonuerunt supna uulnera. L. aūt Paulo. C. Marcello conss. lana pluit circa castellum carissanum: iuxta quod post annum. T. Annius Milo occisus ē. Eodē cām dicente lateribus coctis pluisse in eius anni acta relatū est.

DE Crepitu armorꝝ & tubarꝝ de cælo audito. Cap. Lviiii.

ARmorum crepitus & tubæ sonitus auditus e cælo cimbricis bellis accepimus: crebroque & prius & postea. Tertio uero consolatu Marii a mamertinis & tudertibus spectata arma cælestia ab ortu occasuq; inter se concurrentia: pulsis quæ ab occasu erāt. Ipsū ardere cælū minime mirꝝ ē. Et sæpius uisū maiore ui ignis nubibus correptis.

DE Lapidibus e cælo cadentibus. Cap. Lx.

CElebrant græci Anaxagoram clazomenium olympiadis septuagesimæ octauæ secundo anno prædixisse cælestium litterarum scientia: quibus diebus saxum casurū esset e sole. Idq; factū interdiu in thraciæ pte ad egos flumen. qui etiam lapis nunc ostenditur magnitudīe uehiculi colore adusto: comete quoque illis noctibus

flagrante. Quod ſi quis prædictum credat: ſimul fateatur neceſſe ẽ maioris miraculi diuinitatẽ fuiſſe Anaxagoræ: ſoluiq; rerum naturæ intellectũ: & confundi oĩa: ſi aut ipſe ſol lapis eſſe: aut unq̃ lapidẽ in eo fuiſſe credat. decidere tamen crebro non erit dubium. In abidi gymnaſio ex ea cã colitur hodieq; modicus q̃dã: ſed quẽ in media terraꝝ caſurum idẽ Anaxagoras prædixiſſe narrat̃. Colitur & Caſãdriæ: quæ Potidea uocitata ẽ: ob id deducta. Ego ipſe uidi in uocontioꝝ agro paulo ante delatũ.

DE Arcu cæleſti. Cap. Lxi.

Arcus uocamus extra miraculũ frequentes: & extra oſtentum. nam nec pluuios quidẽ aut ſerenos dies cũ fide portendunt. manifeſtũ ẽ radiũ ſolis ĩmiſſũ cauæ nubi repulſa acie in ſolẽ refringi coloꝝq; uarietatẽ mixtura nubiũ aeris igniũq; fieri. certe niſi ſole aduerſo non fiunt: nec unq̃ niſi dimidia circuli forma nec noctu: q̃uis Ariſtoteles ꝓdat aliquando uiſũ: quod tamen fatetur idẽ nõ niſi triceſĩa luna poſſe. Fiunt aũt hyeme maxĩe ab æqnoctio autumnali die decreſcente. Quo rurſus creſcẽte ab æquinoctio uerno non exiſtunt: nec circa ſolſtitiũ lõgiſſimis diebus. Bruma uero hoc ẽ breuiſſimis diebus frequenter. Idẽ ſublimes humili ſole: humileſque ſublimi: & minores occidente uel oriente: ſed in latitudinẽ diffuſi: meridie exiles: ueꝝ ãbitus maioris. Aeſtate uero per meridiem non cernunt̃. Poſt autumni æqnoctiũ quacunq; hora. Nec unq̃ plures ſimul q̃ duo. Cætera eiuſdẽ natæ non multis dubia eſſe uideo.

DE Grandine: niue: pruina: nebula: rore. Cap. Lxii.

Grandinẽ conglaciato hymbre gigni & niuẽ eodẽ hũore mollius coacto. Pruinã aũt ex rore gelido. Per hyemẽ niues cadere: non grandines. Ipſaſque grandines interdiu ſæpius q̃ noctu: & multo celerius reſolui: q̃ niues. Nebulam nec æſtate: nec maximo frigore exiſtere. Rores neq; gelu neq; ardoribus neque uentis nec niſi ſerena nocte. Gelando liquorem minui: ſolutaq; glacie non eundem inueniri modũ.

DE Nubium imaginibus. Cap. Lxiii.

Varietates colorum figurarumque ĩ nubibus cerni: prout admixtus ignis ſupet: aut uincat̃.

DE Proprietatibus cæli in locis. Cap. Lxiiii.

Præterea quaſdam ꝓprietates cæli quibuſdam locis eſſe. Roſcidas æſtate africæ noctes. In italia locris & lacu uelino nullo non die apparere arquus. Rhodi & ſyracuſis nunq̃ tanta nubila obduci: ut non aliqua hora ſol cernat̃: qualia aptius ſuis referent̃ ĩ locis. Hæc ſint dicta de aere.

DE Natura terræ. Cap. Lxv.

Sequit̃ terra cui uni reꝝ naturæ ptiũ eximia ꝓpter merita cognomen ĩdidimus maternæ uenerationis. Sic hominũ illa: ut cælũ dei. quæ nos naſcentes excipit: natos alit. ſemelq; editos ſuſtinet ſemp. nouiſſĩe complexa gremio: iã a reliq̃ natura abdicatos: tũ maxime ut mater operiens. nullo magis ſacramẽto: q̃ quo nos quoque ſacros facit: etiã monumenta ac titulos gerens: nomenq; ꝓrogãs noſtrum: & mẽoriã extendẽs cõtra breuitatẽ æui. cuius numẽ ultimũ iã nõnullis ĩprecamur iraſci graue: tanq̃ neſciamus hanc eſſe ſolã: quæ nũq̃ iraſcat̃ homini. Aquæ ſubeunt in hymbres. rigeſcunt in grandines. tumeſcunt in fluctus. præcipitant̃ in torrentes. Aer denſatur nubibus. furit procellis. At hæc benigna: mitis: indulgens: uſuſq; mortalium ſemper ancilla: quæ coacta generat̃: quæ ſponte fundit̃: quos odores ſaporeſq;: quos ſuccos: quos tactus: quos colores: q̃ bona fide creditũ reddit fœnus: quæ noſtri cauſa alit̃! Peſtifera. n. animantia uitali ſpiritu habente culpã neceſſe ẽ illi ſeminata excipere: & genita ſuſtinere. Sed in malis generantiũ noxa ẽ. Illa ſerpentẽ homine percuſſo non recipit ãplius: pœnaſq; etiã inertiũ nomine exigit. Illa medicas fundit herbas: & ſẽp homini parturit. Quin & uenena noſtri miſerta ĩſtituiſſe credi poteſt: ne ĩ tedio uitæ diræ famis mors terræ meritis alieniſſima lenta nos cõſumeret tabe: ne laceꝝ corpus abrupta diſpergerẽt: ne laquei torqueret pœna præpoſtera: ĩcluſo ſpiritu cui quæreret̃ exitus: ne in ꝓfũdo quæſita morte ſepultura pabulo fieret: ne ferri cruciatus ſcĩderet corpus. Ita eſt: miſerta genuit id: cuius facillimo hauſtu illibato corpore & cum toto

ſanguine extingueremur nullo labore ſitiētibus ſimiles. Quo taliter defunctos non uolucres nō feræ attigerent: terræq; ſeruaret̃ q ſibi ipſe periſſet. Et ut ueꝝ fateamur: terra nobis maloꝝ remediū genuit: nos illud uitæ fecimus uenenum. nos. n. & ferro: quo carere non poſſumus: ſimili mō utimur. Nec tamen quæreremur merito: etiā ſi maleficii cā tuliſſet. Aduerſus unā quippe naturæ ꝑtē ingrati ſumus: quaſi quæ non ad delicias quaſque: non ad contumelias ſeruiat homini. In maria iacitur: ut freta amittamus. erudit̃ aqs: ferro: ligno: igne: lapide: fruge. Oībus cruciat̃ horis: multoq; plus ut deliciis: q̄ ut alimentis noſtris famulet̃. Illa tamen quæ ſūma patiatur atque extrema cute tolerabilia uideant̃. Penetramus in uiſcera: auri argentiq; uenas & æris ac plūbi metalla fodiētes. gēmas etiā & quoſdā paruulos quærimus lapides ſcrobibus in profundum actis. Viſcera eius extrahimus: ut digito geſtet̃ gemma: quā petimus. Quot manus atterunt̃: ut unus niteat articulus. Si ulli eſſent inferi: iā profecto illos auariciæ atq; luxuriæ cuniculi refodiſſent. Et miramur ſi eadē ad noxa genuit aliqua. Feræ. n. credo cuſtodiūt illā: arcentq; ſacrilegas manus. Nōne īter ſerpētes fodimus? Et uenas auri tractamus cū ueneni radicibus? Placatiore tamen dea utimur ob hoc: ꝙ oēs hi opulentiæ exitus ad ſcelera cædeſq; & bella tēdūt: quæq; ſāguīe nr̄o rigamus: inſepultis oſſibus tegimus. Quibus tamen uelut exprobrato furore tandem ipſa ſe obducit: & ſcelera quoq; mortalium occultat. Inter crimīa īgrati animi & hoc dixerī: ꝙ naturā eius ignoramus.

DE Forma terræ. Cap. Lxvi.

EST aūt figura prima de qua cōſenſus iudicat. Orbē certe dicimus terræ globū: quē uerticibus includi fatemur. Neq;. n. abſoluti orbis eſt forma ī tāta mōtiū excelſitate: tanta cāpoꝝ planitie: ſed cuius āplexus: ſi cuncta linearum comprehēdāt̃ ambitu: figurā abſoluti orbis efficiat. id quod ipſa reꝝ naturæ cogit rō: nō eiſdē cauſis quas attulimus ī cælo. Nāq; in illo caua in ſe conuexitas uergit. & cardini ſuo hoc eſt terræ ūdiq; incūbit. Hæc ut ſolida atq; cōferta aſſurgit intumeſcenti ſimilis: extraque portendit̃. Mundus in centrum uergit. At terra exit a centro: immenſū eius globum in formā orbis aſſidua cira eā mundi uolubilitate cogente.

DE Antipodibus an ſint. Cap. Lxvii.

INgēs hic pugna lr̄arū cōtraq; uulgi opinionē circunfundi terræ homines ūdiq; conuerſiſq; inter ſe pedibus ſtare: & cunctis ſimilē eſſe cæli uerticē: ac ſili modo ex quacunq; parte mediā calcari. illo quærente cur non decidant contra ſiti: tanq̄ nō & rō præſto ſit: ut nos non decidere mirēt̃ illi. Interuenit ſententia quanuis indocili ꝓbabilis turbæ inæquali globo. etſi ſit figura pineæ nucis nihilominus terram ūdiq; incoli. Sed quid hoc refert? alio miraculo exoriente: pendere ipſos ac non cadere nobiſcum ceu ſpiritus uis mundo præſertim incluſi dubiū ſit: an poſſit cadere: nat̃a repugnante: & quo cadat negante. Nam ſicut ignium ſedes non eſt niſi in ignibus: aquarum niſi in aquis: ſpiritus niſi ī ſpiritu: ita terræ arcentibus cūctis niſi ī ſe locus non eſt. Globum tamen effici mirum eſt in tanta planicie maris cāpoꝝq;: cui ſētētiæ adeſt Dicæarchus uir in primis eruditus regum cura ꝑmenſus montes: ex q̃bus altiſſimum prodidit pelion. M. cc. l. paſſuum rōne ꝑpendiculi nullam eſſe eam portionē uniuerſæ rotundis colligens. Mihi incerta hæc coniectatio uidet̃ haud ignaro quoſdā alpium uertices longo tractu nec breuiore quinquaginta milibus paſſuū aſſurgere. Sed multo maxīe hæc pugna eſt: ſi coactā in uerticē aquaꝝ quoq; figuram credere cogatur. Atq non aliud in reꝝ naturæ aſpectu manifeſtius. Nanq; dependētes ubiq; guttæ paruis globant̃ orbibus. Et pulueri illatæ frondiūq; lanugini īpoſitæ abſoluta rotūditate cernūt̃. Et in poculis repletis media maxīe tumēt. Quapropter ſubtilitate humoris molliciaq; in ſe reſidente rōne facilius: q̄ uiſu deprehendūt̃. Idq; etiā magis mirum in poculis repletis addito humore minimo circunfluere quod ſuperſit. cōtra euenire pōderibus additis ad uicenos ſæpe denarios. Scilicet q̃a intus recepta liquorē ī uerticē attollant: ut cumulo eminēte īfuſa dilabāt̃. Eadē ē cā propter quā e nauibus

terra nõ cernat᷑:e nauiũ malis cõſpicua. At ꝓcul recedẽte nauigio ſiq̇d quod fulgeat: religetur in mali cacumine:paulatĩ deſcendere uideat᷑:& poſtremo occultet᷑. Denique oceanus:quẽ fatemur ultimũ:qua nã alia figura cohæreret:atq; non decideret᷑ nullo ultra margine includente᷑ Ipſũ id ad miraculũ redit:quonam modo etiam ſi globet᷑ extremũ non decidat mare᷑ contra quod ut ſint plana maria:& qua uidentur figura: non poſſe id accidere magno ſui gaudio magnaque gloria inuentores græci docent ſubtilitate geometrica. Nãq; cum e ſublimi in inferiora aquæ ferant᷑: & ſi hæc natura earũ confeſſa:nec quiſq̄ dubitet: in littore ullo acceſſiſſe eas: q̄longiſſimæ deuexitas paſſa ſit:procul dubio apparere quo q̇d humilius ſit propius a cẽtro eſſe terræ: õeſq; lineas quæ emittant᷑ ex eo ad ꝓximas aquas breuiores fieri:q̄ quæ ad extremum mare a primis aquis. ergo totas:omniq; ex ꝑte aquas uergere ĩ cẽtrum: ideoq; nõ decidere: quoniã in interiora nitantur. Quod quidẽ & ita formaſſe artifex natura credi debet: ut cũ terra arida & ſicca conſtare ꝑ ſe ac ſine hũore non poſſet: nec rurſus ſtare aqua niſi ſubſtinẽte terra:mutuo amplexu iungerent᷑. hac ſinus pãdente:illa uero ꝑmeãte totã:intra:extra:ſupra: uenis ut uĩculis diſcurrẽtibus:atq; etiã ĩ ſũmis iugis erũpẽte. quo ſpiritu acta & terræ pondere expreſſa ſiphonũ modo emicat. tantũq; a periculo decidendi abeſt:ut in ſũma quæq; & altiſſĩa exiliat. Qua rõne mãifeſtum eſt: quare tot fluminum quotidiano acceſſu maria non creſcãt.

¶Quomodo aqua ſit terræ innexa. ¶Cap. Lxviii.

ESt igitur in toto ſuo globo tellus medio ambitu præcincta circũfluo mari. nec argumentis hoc ĩueſtigandũ:ſed iam exꝑimentis cognitum.

¶DE Nauigatione maris & fluminũ. ¶Cap. Lxix.

HA Gadibus colũniſq; Herculis hiſpaniæ & galliarũ circuitu totus hodie nauigat᷑ occidens. Septẽtrionalis uero oceanus maiore ex ꝑte nauigatus ẽ auſpiciis diui Auguſti. Germaniam claſſe circũuecta ad cimbrorum promõtoriũ. & inde immenſo mari proſpecto aut fama cognito: ad ſcythicam plagam & humore nimio rigentia. Propter quod minime ueriſimile eſt illic maria deficere: ubi uis hũoris ſuꝑet. Iuxta uero ab ortu ex indico mari ſub eodem ſydere pars tota uergens in caſpium mare ꝑnauigata eſt macedonũ armis:Seleucho atq; Antiocho regnantibus. quæ ſeleuchida atq; antiochida ab ipſis appellari uoluere. Circa caſpium quoq; multa oceani littora explorata: paruoq; breuius q̄ totus hinc aut illinc ſeptentrio eremigatus. Vt tamen coniecturæ locum ſic quoq; non relinquã:ingens argumentũ paludis mæoticæ: ſiue ea illius oceani ſinus eſt ut multos aduerto crediſſe: ſiue ãguſto ſinu diſcreti reſta-gnatio. Alio latere gadiũ ab eodem occidente: magna pars meridiani ſinus ambitu mauritaniæ nauigatur hodie. Maiorem quidem eius partẽ & oriẽtis uictoriæ Magni Alexandri luſtrauere: uſq; in arabicũ ſinũ. In quo res gerente. C. Cæſare Auguſti filio ſigna nauiũ ex hiſpaniẽſibus naufragiis ferũt᷑ agnita. Et Hanno carthaginis potẽtia florẽte circunuectus a gadibus ad finem arabiæ nauigationẽ eã prodidit ſcripto. Sicut ad extera europæ noſcẽda miſſus eodem tẽpore Himilco. Præterea Nepos Cornelius auctor eſt Eudoxum quemdam ſua ætate cum Lathyrum regem fugeret arabico ſinu egreſſum gades uſq; peruectum. Multoq; ante eum Cœlius Antipater uidiſſe ſe qui nauigaſſet ex hiſpania ĩ æthiopiam commercii gratia. Idem Nepos de ſeptentrionali circuitu tradit. Q. Metello Celeri. C. Afranii in conſulatu collegæ: ſed tum galliæ proconſuli:indos a rege ſueuorum dono datos: qui ex india commercii cã nauigãtes tempeſtatibus eſſent in germaniam abrepti. Sic maria circunfuſa undique diuiduo globo ꝑtẽ orbis auferunt nobis:nec inde huc:nec hinc illo peruio tractu. Quæ contẽ-platio apta detegendæ mortalium uanitati poſcere uidetur:ut totum hoc q̇cquid eſt in quo ſingulis nihil ſatis eſt:ceu ſubiectum oculis quantum ſit oſtendã.

¶Quæ portio terræ habitet᷑. ¶Cap. Lxx.

IAm primum in dimidio computari mihi uidet᷑ tanq̄ nulla portio ipſi decedat

oceano : qui toto circundatus medio & omnes cæteras fundens recipiensque aquas: & quicquid exit in nubes ac sydera ipsa tot & tantæ magnitudinis pascēs: quo tādem amplitudinis spatio terra creditur habitari? improba & infinita debet esse tam uastæ molis possessio. Adde ꝙ ex relicto spatio plus abstulit cælum. Nā cū sint eius quinq; ptes: quas uocant zonas: infesto rigore & æterno premit̃ gelu omne quicqd ē subiectū duabus extremis utrinq; circa uertices: hūc q septentrion uocatur: eūq; qui aduersus illi austrinus appellat̃. Perpetua caligo utrobiq; : & aliena molliorꝝ syderum aspectu maligna ac pruina tantū albicans. Lux uero media terrarum qua solis orbita ē: exusta flammis & cremata comminus uapore torret̃. Circa quam duæ tantū inter exustam & rigentes temperant̃. Hæq; ipsæ inter se non peruiæ propter incendium syderis. Ita terræ tres ptes abstulit cælum. Oceani rapina in incerto est. Sed & relicta nobis una portio haud scio an etiam in maiore dāno sit. Idē siquidē oceanus īfusus in multos: ut dicemus sinus: adeo uicino accessu interna maria allatrat: ut centū qndecī milibus passuū arabicus sinus distet ab ægyptio mari. Caspius uero. ccc. lxxv. milibus a pōtico. Idem interfusus intrat per tot maria quibus africam europā asiamq; dispTit. Quātū terrarum occupet computetur etiam nunc mensura tot fluminū tantarum paludū. Addantur & lacus & stagna. Iam elata in cælū & ardua aspectu quoq; iuga. Iā siluæ uallesq; præruptæ & solitudines: & mille causis deserta detrahant̃. Hæ tot portiones terræ: immo uero ut plures tradidere: mundi punctus : neq;. n. ē aliud terra uniuersa: hæc ē materia gloriæ nostræ. Hæc sedes. Hic honores gerimus. Hic exercemus īperia. Hic opes cupimus. Hic tumultuat̃ hūanū genus. Hic īstauramus bella etiam ciuilia: mutuisq; cædibus laxiorē facimus terrā. Et ut publicos gētiū furores transeam: hæc ī qua conterminos pellimus. furtoq; uicini cespitē nostro solo affodimus: ut q latissīe rura metatus fuerit: ultraq; famā exegerit accolas quota terrarū pte gaudeat. uel cū ad mensurā auariciæ suæ propagauerit quā tandē portionē defūctus eius optineat.

¶ Mediā esse mundi terram. ¶ Cap. Lxxi.

MEdiam esse mundi totius terram haud dubiis constat argumentis. Sed clarissīe æquinoctii paribus horis. Nam nisi in medio esset: æquales dies noctesque hīe non posse deprehenderunt & Dioptræ : quæ uel maxīe id confirmant: cū æqnoctiali tempore ex eadem linea ortus occasusq; cernatur. Et solstitialis exortus p suā lineam brumalisq; occasus. Quæ accidere nullo mō possent: nisi ī centro sita esset.

¶ DE Sydeꝝ inæqualitate: & de eclipsi: & ubi: & quare. ¶ Cap. Lxxii.

TRes autem circuli supradictis zonis implexi inæqualitates temporꝝ distīguūt. Solstitialis a parte signiferi excelsissīa nobis ad septentrionalem plagā uersus. Contraq; ad aliū polū brumalis. Itē medio ambitu signiferi orbis īcedēs æqnoctialis. Reliquorum quæ miramur cā in ipsius terræ figura est: quam globo similem & cum ea aquas iisdem intelligitur argumentis. Sic enī fit haud dubie: ut nobis septētriōalis plagæ sydera nunq̄ occidant: contra meridianæ nunq̄ orient̃. Rursusq; hæc ab illis nō cernantur attollente se contra medios uisus terrarū globo. Septentriones non cernit troglodytice: & confinis ægyptus. Nec canopū italia: & quā uocant berenices crinem. Itē quā sub diuo Augusto cognominauere Cæsaris thronon: īsignis ibi stella. Adeoq; manifesto assurgens fastigio incuruatur: ut canopus quartam fere ptem signi unius supra terrā eminere alexandriæ intuentibus uideat̃. Eadē a rhodo terrā quodāmodo ipsam stringere. In ponto omnino non cernat̃: ubi maxīe sublimis septentrio. Idem a rhodo absconditur : magisq; alexandriæ. In arabia nouembri mense prima uigilia occultus: secunda se ostendit. In meroe solstitio uesperi paulisp apparet: paucisq; āte exortum arcturi diebus pariter cum die cernitur. Nauigantium hæc maxime cursus deprehēdunt in alia aduerso in alia prono mari: subitoq; conspicuis: atque ut e freto emergentibus quæ in anfractu pilæ latuere syderibus. Neque enim (ut dixere aliqui) mundus hic polo excelsiore se attollit: ut undiq; non cernant̃ hæc sydera. Verū hæc

eadem quibusq; proximis sublimiora credunt: eadéq; demersa longinquis. Vtq; nûc sublimis in deiectu positis uidetur hic uertex: sic î illam terræ deuexitaté transgressis illa se attollunt: residentibus quæ hic excelsa fuerât. quod nisi in figura pilæ accidere non posset. Ideoq; defectus solis ac lunæ uespertinos orientis incolæ nô sentiût: nec matutinos ad occasum habitantes: meridianos uero sæpius. Nobili apud arabiam Magni Alexandri uictoria luna defecisse noctis secunda hora est prodita. Eademq; î sicilia exoriens. Solis defectum Vipsano & Fonteio conss. qui fuere ante paucos ânos factum pridie calend. maias campania hora diei inter septimam & octauam sensit. Corbulo dux in armenia: inter horam diei decimam & undecimam prodidit uisû: circuitu globi alia aliis detegête & occultante. Quod si plana esset terra simul omnia apparerent cunctis: noctesq; non fierent inæquales: neq; aliis q̃ in medio sitis paria duodecim horarum îterualla cernerentur. quæ nunc non in omni parte simili modo côgruût.

Quæ rô diurnæ lucis in terris. Cap. Lxxiii.

IDeo nec nox diesq; q̃uis eadem toto orbi simul est: oppositu globi nocté: aut ambitu diem afferente. Multis hoc cognitum experimentis. In africa hispaniaq; turrium Annibalis. In asia uero propter piraticos terrores simili specularum præsidio excitato: in quis prænuntiatos ignes sexta hora diei accensos sæpe compertû est: tertia noctis a tergo ultimis uisos. Eiusdé Alexandri cursor Philonides ex sicyone ad elin mille & ducenta stadia nouem diei confecit horis. Indeque quâuis decliui itinere tertia noctis hora remensus est sæpius. Causa q͂ eûti cum sole iter erat: eûdéq; remeans obuium contrario præuertebat occursu. Qua de causa ad occasû nauigâtes: q̃uis breuissimo die uicût spatia nocturnæ nauigationis: ut solé ipsû comitâtes.

Gnomica de eadé re & horologio primo. Cap. Lxxiiii.

VAsaq; horoscopa non ubiq; eidé sunt usui: trecêtis stadiis aut longissime etiâ quingentis: mutantibus semet umbris. Solis itaq; umbilici quem gnomonem appellant umbra in ægypto meridiano tépore æquinoctii die paulo plus q̃ dimidiam gnomonis mésurâ efficit. In urbe roma nona pars gnomonis deest umbræ. In oppido ancona superest quinta .xxx. In p̄te italiæ quæ uenetia appellat̃: eisdé horis umbra gnomoni par fit.

Vbi & quâdo nullæ umbræ. Cap. Lxxv.

SImili modo tradunt in syene oppido quod ê supra alexandriâ quinq; milibus stadiorum solstitii die medio nullam umbram iaci. Puteûq; eius experimenti gr̃a factû: totum illuminari. Ex quo apparere solé illi loco supra uerticé esse. Quod etiam in india supra flumen hypasin fieri tépore eodé Onesicritus scripsit. Côstatq; in berenice urbe troglodytarum: & inde stadiis quattuor milibus octingentis .xx. eadé gente in ptolemaide oppido quod in margine rubri maris ad primos elephantorum uenatus conditum est: hoc idem ante solstitium quadragenis quinis diebus totidéq; postea fieri: & post eos nonaginta dies in meridiem umbras iaci. Rursus î meroe îsula quæ est caput gentis æthiopum quinq; milibus stadiorum a syene î âne nilo habitat̃ bis anno absumi umbras: sole duodeuicesimam tauri partem & quartâdecimâ leonis obtinente. In india gente oreum mons est maleus nomine: iuxta qué umbræ æstate î austrum: hyeme ad septêtrionem iaciuntur. Quindecim tantum noctibus ibi appet septentrio. In eadé india patalis celeberrimo portu sol dexter oritur. umbræ î meridié cadunt. Septentrionem ibi Alexandro morante annotatum prima tantum noctis p̄te aspici: Onesicritus dux eius scripsit. Quibus î locis indiæ umbræ nô sint: septétrioné non conspici: & ea loca appellari ascia: nec horas dinumerari ibi.

Vbi bis anno umbræ: & ubi in contrariû. Cap. Lxxvi.

ET in tota troglodytice umbras bis .xlii. diebus in anno: Eratosthenes î côtrariû cadere p̄didit.

Vbi longissimus dies: & ubi breuissimus. Ca. Lxxvii.

SIc fit ut uario lucis incremento in meroe longissimus dies duodecim horas æquinoctiales: & octo p̄tes unius horæ colligat. Alexandriæ uero .xiiii. horas.

In italia.xv. in britannia.xvii. Vbi æstate lucidæ noctes haud dubie repromittunt id: quod cogit ratio credi: solstitialibus diebus accedēte sole ꝑpius verticē mūdi āgusto lucis ambitu subiecto terræ continuos dies hr̄i senis mensibus. noctesq; e diuerso ad brumā remoto. Quod fieri ī īsula tile Pythias massiliēsis scripsit: sex dierꝫ nauigatiōe in septentrionē a britannia distāte. Quidam uero in mona: quæ distat a camalduno britanniæ oppido circiter ducentis milibus affirmant.

Item de Horologio. Cap. Lxxviii.

u Mbrarū hanc rationē & quam uocāt gnomonicen īueīt Anaximenes milesius: Anaximandri de quo diximus: & Thaletis discipulus. Primusque horologium: quod appellant sciotericon: lacedæmone ostendit.

Quomodo dies obseruentur. Cap. Lxxix.

IPsū diē alii aliter obseruauere. Babylōii īter duos solis exortus. Atheniēses īter duos occasus. Vmbri a meridie ī meridiē. Vulgus ōe a luce ad tenebras. Sacerdotes romāi & q diē defiiere ciuilē: itē ægyptii & Hipparchus a media nocte ī mediā. Minora aūt interualla esse lucis inter ortus solis iuxta solstitia q̄ æqnoctia apparet: qa positio signiferi circa media sui obliqor ē: iuxta solstitiū uero rectior.

Differentiæ gentiū & ratio. Cap. Lxxx.

c Ontexenda sūt his cælestibus nexa causis. Nāq; æthiopas uicini syderis uapore torreri: adustisq; similes gigni: barba & capillo uibrato: non ē dubiū. Et aduersa plaga mundi atq; glaciali candida cute esse gentes flauis promissas crinibus. Truces uero ex cæli rigore has & illas mobilitates habentes. Ipsorumq; crinium argumento illis in supera succum reuocari natura uaporis. His in inferas partes depelli humore deciduo. Hic graues feras. Illic uarias effigies animalium prouenire: & maxīe alitum. Et in multas figuras gigni uolucres. Corporum autem proceritatem utrobique: illic ignium nisu: hic humoris alimento. Medio uero terræ salubris utrinque mixtura. Fertilis ad omnes tractus: modicus corporum habitus. Magna & in colore temperies: ritus molles: sensus liquidos: ingenia fœcunda: totiusq; naturæ capacia. Iisdē īperia quæ nunq̄ extimescentibus fuerint: sicut ne ille quidem his paruerint auulsæ ac pro unitate naturæ urgētis illas solitarie.

DE Motu terræ. Cap. Lxxxi.

b Abyloniorum placita motus terræ hiatusq; & cætera omnia ui sydeꝝ existimāt fieri. Sed illorum trium: quibus fulmina assignant. Fieri autem hæc meantiū cum sole aut congruentium & maxime circa quadrata mundi. Præclara quædā esse & immortalis ī eo (si credimus) diuinitas perhibetur Anaximandro milesio physico: quem ferunt lacedæmoniis prædixisse: ut urbem ac tecta custodirent: instare.n.motū terræ. Et tum urbs tota eorum corruit. Et taygeti mōtis magna pars ad formā puppis eminens: abrupta cladem insuper eam ruina pressit. Perhibetur & Pherecydis Pythagoræ doctoris alia coniectatio: sed & illa diuina. haustu aquæ e puteo præsensisse ac prædixisse ibi terræmotum. Quæ si uera sunt: q̄tum a deo tandem uideri possunt tales distare dum uiuant? Et hæc quidem arbitrio cuiusq; existimanda relinquātur. Ventos ī causa esse non dubium reor. Neq; enim unq̄ intremiscunt terræ nisi sopito mari: cæloq; adeo tranquillo: ut uolatus auium nō pendeant subtracto omni spiritu qui uehit. Nec unq̄ nisi post uentos conditos scilicet ī uenas & cauernas eius occulto afflatu. Neq; aliud est in terra tremor q̄ in nube tonitruum. Nec hiatus aliud q̄ cum fulmen erumpit incluso spiritu luctante: & ad libertatem exire nitente.

DE Terræ hiatibus. Cap. Lxxxii.

u Arie itaque quatit̄. & mira edūtur opera: alibi prostratis mœnibus: alibi hiatu profundo haustis: alibi egestis molibus: alibi emissis amnibus: nonnūq̄ etiam ignibus calidisue fontibus: alibi auerso fluminum cursu. Præcedit uero comitaturq; terribilis sonus: alias murmur similius mugitibus aut clamori humano: armorumue pulsantium fragori: pro qualitate materiæ excipientis formaq; uel cauernarum uel

cuniculi per quem meat exilius grassante in angusto : eodem rauco . In recuruis resultante : in duris feruente : in humidis fluctuante & stagnantibus. Item feruente contra solida. Itaq; & sine motu sæpe editur sonus: nec simplici modo quatitur unq̄: sed tremit: uibratq;. Hiatus uero alias remanet ostendens quæ sorbuit: alias occultat ore compresso: rursusq; ita inducto solo : ut nulla uestigia extent urbibus plerunque deuoratis agrorumq; tractu hausto. Maritima autem maxime quatiunt̃. Nec mōtosa tali modo carent. Exploratum est mihi alpes apenninas sæpius tremuisse. Et autūno ac uere terræ crebrius mouentur. Sicut fiunt fulmina. Ideo galliæ & ægyptus minime quatiuntur: quoniā hic æstatis causa obstat: illic hyemis . Itē noctu sæpius q̄ īterdiu. Maximi autem futuri signa motus existunt hi matutini uespertiniq;: sed propinqua luce crebri. Interdiu autem circa meridiem fiunt . Et solis lunæq; defectu : quoniam tēpestates tunc sopiuntur. Præcipue uero cum seqt̃ hymbrē æstus : hymbresue æstū.

Signa motus futuri. Cap. Lxxxiii.

NAuigantes uero sentiunt non dubia coniectura siue flatu intumescente fluctu subito: aut q̄tiente icti. Intremunt uero & in nauibus posita æque q̄ ī ædificiis: crepituq; prænuntiant. Quin & uolucres non impauidæ sedent. Est & in cælo signum præceditq; motu futuro aut interdiu aut paulo post occasum sereno ceu tenuis lineæ nubis in longum porrectæ spatium . Est & in puteis turbidior aqua: nec sine odoris tedio.

Auxilia contra motus futuros. Cap. Lxxxiiii.

SIcut & ī iisdem est remedium: quale cloacæ & crebri specus præbēt. præcōceptū enī spiritum exhalant: quod in certis notatur oppidis: quæ minus quatiuntur crebris ad purgandam eluuiem cuniculis cauata. Multoque sunt tutiora ī iisdem illis quæ pendent: sicut neapoli ī italia ītelligitur : parte eius quæ solida est ad tales casus obnoxia. Tutissimi sunt ædificiorum fornices: anguli quoq; prietū: postesq; alterno pulsu renitente. Et latere terreno facti parietes mīore noxa quatiuntur. Magna differentia est & in ipso genere motus. Pluribus siqdem modis quatitur. Tutissimum est cum uibrat crispante ædificiorum crepitu . Et cum ītumescit assurgens : alternoque motu residet īnoxium. Et cum concurrentia tecta contrario ictu arietant : quoniam alter motus alteri renititur . Vndantis inclinatio & fluctus more quædam uolutatio infesta est. Aut cum in unam partem totus se motus impellit . Desinūt aūt tremores cum uentus emersit. Sin uero durauere: non ante quadraginta dies sistunt̃. Plerunq; & tardius: utpote cum quidam annuo & biennii spatio durauerint.

Portenta terrarꝝ semel uisa. Cap. Lxxxv.

FActum est & hoc semel : quod equidem ī etruscæ disciplinæ uolumībus īueni: Ingens terrarum portentum. L. Martio. Sex. Iulio conss. in agro mutinēsi. nāq; montes duo inter se cōcurrerunt crepitu maximo assultantes recedentesq; : inter eos flamma fumoq; in cælum exeunte interdiu spectante e uia æmilia magna equitum romanorum familiariumq; & uiatorum multitudīe. Eo concursu uillæ omnes elisæ. Animalia permulta : quæ ītra fuerant: exanimata sunt: anno ante sotiale bellū: quod haud scio an funestius ipsi terræ italiæ fuerit q̄ ciuile. Non minus mirum ostentum & nr̃a cognouit ætas anno Neronis principis supremo: sicut ī rebus eius exposuimus pratis oleisq; ītercedente uia publica in cōtrarias sedes transgressis ī agro marrucino prædiis Vectii Marcelli equitis romani res Neronis procurantis.

Miracula terræmotus. Cap. Lxxxvi.

FIunt simul cum terræmotu & inundationes maris: eodē uidelicet spiritu īfusi: aut residentis sinu recepti. Maximus terræ memoria mortalium extitit motus Tiberii Cæsaris prīcipatu. xii. urbibus asiæ una nocte prostratis. Creberrimus punico bello intra eundem annū septies atq; qnquagies nūtiatus romam. Quo quidem āno ad thrasimenū lacū dimicantes maximū motū neq; pœni sensere: nec romani . Nec uero simplex malū aut in ipso tantū motu periculū est: sed par aut maius ostentum.

Nunq̃ urbs roma tremuit: ut non futuri euentus alicuius id prænunciũ esset.

¶Quibus locis maria recesserint. ¶Cap. Lxxxvii.

Eadem nascentiũ causa terrarũ est: cũ idem ille spiritus attollendo potens solo non ualet erumpere. Nascũt enim: nec fluminũ tantũ inuectu sicut echinades insulæ: ab acheloo amne conuectæ: maiorq; pars ægypti a nilo: in quã a pharo insula noctis & diei cursũ fuisse Homero credimus. Nec recessu maris sicut idem Circeus. Quod accidisse & in ambraciæ portu decemmiliũ passuũ interuallo: & atheniensiũ quinq; miliũ ad pyræeũ: memorat. Et ephesi ubi quondam ædem Dianæ alluebat. Herodoto qdẽ si credius mare fuit supra mẽphin usq; ad æthiopũ mõtes. Itẽq; a plãis arabiæ mare circa iliũ & tota teuthraniæ: qq; cãpos intulerit mæander.

¶Ratio insularũ enascentiũ. ¶Cap. Lxxxviii.

Nascũtur & alio modo terræ: ac repẽte ĩ aliquo mari emergunt uelut paria secũ faciẽte natura: quæq; hauserit hiatus alio loco reddente.

¶Quæ & qbus temporibus enatæ sũt. ¶Ca. Lxxxix.

Claræ iam pridem ĩsulæ delos & rhodos memoriæ produũt enatæ. Postea mĩores ultra melo: anaphe. Inter lemnũ & hellespontum nea. Inter lebedum & theon alone. Inter cycladas olympiadis. c. xxxv. anno quarto thera & therasia. Inter easdem post annos. c. xxx. hiera: eadẽq; automate. Et ab ea duobus stadiis post annos. c. x. in nostro æuo. M. Iunio Syllano: &. L. Balbo conss. ad. viii. idus iulii thia.

¶Quas terras interruperint maria. ¶Cap. Lxxxx.

Ante nos & iuxta italiam inter æolias insulas. Item iuxta cretam emersit e mari mille quĩgẽtum passuum una. Cum calidis fontibus altera: olympiadis. cxliii. anno tertio in thusco sinu flagrans hæc uiolento cũ flatu. Proditur quoq; memoriæ: magnam circa illam multitudinem piscium fluitantem confestim expirasse quibus ex iis cibus fuisset. Sic & pythecusas in campano sinu ferunt ortas. Mox in iis montẽ epopon cum repente flamma ex eo emicuisset campestri æquatum planitie. In eadẽ & oppidum haustum profundo. Alioq; motu terræ stagnum emersisse. Et alio prouolutis montibus insulam extitisse prochytam. Nanq; & hoc modo insulas rerũ natura fecit. Auellit siciliam italiæ: cyprum syriæ: euboeam boetiæ: euboeæ atlãtem & macriã: belbicum bithyniæ: leucosiam syrenum promontorio.

¶Quæ insulæ continenti adiunctæ. ¶Cap. xci.

Rursus abstulit insulas mari: iũxitq; terris. Antissã lesbo: zephiriũ halicarnaso: ethusam mindo: domiston & pernem mileto: arthemisiam parthenio promõtorio: hybanda quõdam insula ioniæ. cc. nunc a mari abest stadiis. Syriten ephesus in mediterranea habet. Derasidas & sophoniam uicinam ei magnesia. Epidaurus & oricon insulæ esse desierũt. ¶Quæ terræmotu mari permutatæ. ¶Ca. xcii.

In totum abstulit terras. Primum omnium ubi atlanticum mare est: si Platoni credimus: in medio spatio. Mox interno: quæ uidemus hodie mersã acarnaniã ambracio sinu: achaiam corinthio: europam asiamq; propontide & ponto. Ad hoc prupit mare leucada: anthirrhum: hellespontum: bosphoros duos.

¶Quæ terræ ipsæ se sorbuerunt. ¶Cap. xciii.

Atq; ut sinus & stagna præterea: ipsa se cõdẽs terra deuorauit. Cybotũ altissimũ montem cũ oppido curite: siphylum in magnesia. Et prius in eodẽ loco clarissimam urbẽ quæ tantalis uocabatur. Galanis & calanies urbium in phœnice agros: et cũ ipsis phegium æthiopiæ iugũ excelsissimũ: tanq̃ non ĩfida grassarent & littora.

¶Quæ urbes haustæ sint a mari. ¶Cap. xciiii.

Pyrrhã & antistã circa mæotin pontus abstulit. Elicen & burã sinus corinthius: quarum in alto uestigia apparent. Ex insula æea amplius. xxx. milia passuum abrupta subito cum plurimis mortaliũ rapuit. Et ĩ sicilia dimidiã tyndarida urbem: ac quicquid ab italia deest. Similiter in boetia & eleusina.

¶DE Piaculis. ¶Cap.xcv.

MOtus eñuero terræ ſileantur & quicquid eſt:ubi ſaltem buſta urbium extant.
ſimul ut terræ miracula potius dicamus:q̃ ſcelera naturæ. Et hercule nõ cæleſtia
enarratu difficiliora fuerint. Metallorum opulentia tam uaria tam diues tã fœcũda
tot ſæculis ſuboriens cum tantũ quotidie orbe toto populẽtur ignes ruinæ naufragia
bella fraudes:tantum uero luxuria & tot mortales conterant. Gemmarum pictura tã
multiplex. Lapidũ tam diſcolores maculæ. Interq; eos candor alicuius : præter lucem
omnia excludens . Medicatorum fontium uis. Ignium tot locis emicantiũ perpetua
tot ſæculis incẽdia. Spiritus letales alibi:aut ſcrobibus emiſſi: aut ipſo loci ſitu mor-
tiferi. Alibi uolucribus tantum: ut ſoracte uicino urbi tractu. Alibi præter hominem
cæteris animantibus. Nonnunq̃ & homini:ut in ſinueſſano agro & puteolano ſunt.
quæ ſpiracula alii uocant:alii charoneas ſcrobes mortiferum ſpiritum exhalantes. Itẽ
in hirpinis amſancti ac mephitis eundem locum : quem qui intrauere moriuntur.
Simili modo hierapoli ĩ aſia matris magnæ tantum ſacerdoti innoxiũ . Alibi fatidici
ſpecus:quorum exhalatione temulẽti futura præcinũt:ut delphis nobiliſſĩo oraculo.
Quibus in rebus quid poſſit aliud cauſæ afferre mortalium quiſpiam : q̃ diffuſæ ꝑ
omne naturæ ſubinde aliter atq; aliter numen erumpens?

¶DE Terris ſemper trementibus. ¶Cap.xcvi.

QVædam uero terræ ad ingreſſus tremunt : ſicut in gabinenſi agro non procul
urbe roma iugera ferme ducenta equitantium curſu.

¶DE Inſulis ſemper fluctuantibus. ¶Cap.xcvii.

SImiliter in reatino quædam inſulæ ſemper fluctuant:ſicut in agro cecubo . Et
eodem reatino:mutinenſi:ſtationenſi: in uadimonis lacu. Et ad cutilias aquas
opaca ſilua:quæ nunq̃ die ac noctu eodẽ loco uiſitur. In lydia aquæ uocãt᷑ calaminæ:
non uentis ſolum:ſed etiam contis uel quolibet impulſu multorum ciuiũ mithrida-
tico bello ſalus . Sunt & in nympheo paruæ ſaltares dictæ: quoniam im ſymphoniæ
cantu ad ictus modulantium pedum mouentur . In tarquinenſi lacu magno italiæ
duo nemora circunferuntur: nũc triquetram figuram edentes:nũc rotũdã complexu
uentis impellentibus:quadratam nunq̃.

¶Quibus in terris nõ pluat:& aceruata terraꝝ miracula:& cæterorum elementorum. ¶Cap.xcviii.

CElebre fanum habet Veneris paphos : in cuius quamdam aream non im-
pluit. Item in nea oppido troadis circa ſimulacrum Mineruæ. In eodem relicta
ſacrificia non putreſcunt . Iuxta narpaſa oppidum aſiæ cautes ſtat horrenda : uno
digito mobilis. eadem ſi toto corpore impellatur:reſiſtens . In taurorum pœninſula
ĩ ciuitate paraſino terra eſt : qua ſanantur omnia uulnera. At circa aſon troadis lapis
naſcitur:quo conſumuntur omnia corpora. ſarcophagus uocatur. Duo ſunt montes
iuxta flumen indum. Alteri natura eſt ut ferrũ omne teneat. Alteri ut reſpuat . Itaq;
ſi ſint claui in calciamento:ueſtigia auelli in altero non poſſe:in altero ſiſti. Locris &
crotone peſtilentiam nunq̃ fuiſſe:nec ullo terræmotu laboratum:annotatum eſt. In
lycia uero ſemper a terræmotu .xl. dies ſerenos eſſe. In agro harpauo frumentũ ſatum
non naſcitur. Ad aras mutias in ueiente & apud thuſculanum & in ſilua ciminia loca
ſunt: in quibus in terram depacta non extrahuntur . In cruſtumino natum fœnum
ibi noxium:extra ſalubre eſt. Et de aquarum natura complura dicta ſũt.

¶Qua ratione æſtus maris accedant & recedant. ¶Cap.xcviiii.

SEd æſtus maris accedere & reciprocare maxime mirum eſt. pluribus q̃dẽ modis
accidit. Verum cauſa in ſole lunaq;. Bis inter duos exortus lunæ affluunt. biſq;
remeant:uicenis quaterniſq; ſemper horis. Et primum attollentes ſe cũ ea & mundo
ĩtumeſcentes. Mox a meridiano cæli faſtigio uergente in occaſũ reſidentes. Rurſuſq;
ab occaſu ſubter ad cæli ima & meridiano contraria accedente inundantes. Hĩc donec
iterũ exoriantur:ſe ſorbentes. Nec unq̃ eodem tempore quo pridie refluit: ut ãcillãte

ſydere trahēteq; ſecū auido hauſtu maria:& aſſidue aliunde q̄ pridie exoriēte paribus tamen interuallis reciprocis. Seniſq; ſēper horis non euiuſq; diei aut noctis aut loci: ſed ab æquinoctialibus. ideoq; īæquales uulgariū horarū ſpatio ut cūq; plures in eas aut diei aut noctis illarū menſuræ cadunt:& æquinoctio tātū pares ubique. Ingens argumentum plerunq; lucis ac uicis etiā diurnæ hebetes eſſe qui negent ſubtermeare ſydera: ac rurſus eadē reſurgere. ſimileq; terris: īmo uero uniuerſæ naturæ & īde faciē in iiſdē ortus occaſuſq; operibus non aliter ſub terra manifeſto ſyderis curſu: alioue effectu: q̄ cū præter oculos noſtros feratur. Multiplex etiānum lunaris differentia. Primumq; ſeptenis diebus. Quippe modici noua ad diuiduā æſtus. Pleniores ab ea exundāt. Plenaq; maxime feruent. Inde miteſcunt. Pares ad ſeptimā primis. Iterūq; alio latere diuidua augentur. In coitu ſolis pares. Plane eadem aquilonia & a terris lōgius recedente mitiores: q̄ cū in auſtros degreſſa propiore niſu uim ſuā exercet. Per octonos quoq; annos ad principia motus & paria incrementa centeſio lunæ reuocātᵘ ābitu: augente ea cuncta ſolis annuis cauſis duobus æquinoctiis maxime tumentes. & autumnali amplius q̄ uerno. Inanes uero bruma:& magis ſolſtitio. Nec tamen in ipſis: quod dixi: temporum articulis: ſed paucis poſt diebus: ſicuti neq; in plena aut nouiſſima ſed poſtea: nec ſtatim ut lunam mundus oſtendat: occultetue: aut media plaga declinet: uerum fere duabus horis æquinoctialibus ſerius: tardiore ſēp ad terras omnium: quæ geruntur in cælo: effectu cadente q̄ uiſu: ſicuti fulguris & tonitrui & fulminum. Omnes enim æſtus in oceano maiora integunt ſpatia: inundantque q̄ in reliquo mari: ſiue quia totum ī uniuerſitate animoſius eſt q̄ ī parte: ſiue qa magni- tudo aperta ſyderis uim laxe graſſantis efficacius ſentit eādem anguſtiis arcentibus. Qua decauſa nec lacus nec amnes ſimiliter mouentur. Octogenis cubitis ſupra bri- tanniam intumeſcere æſtus Pytheas maſſilienſis auctor eſt. Interiora autem maria clauduntur ut portu. Quibuſdam tamen ī locis ſpatioſior laxitas ditiōi paret: utpote cum plura exempla ſunt in tranquillo mari nulloq; uelorum impulſu tertio die ex italia peruectorum uticam æſtu feruente. Circa littora autem magis q̄ ī alto deprehē- duntᵘ hi motus: quoniā & in corpore extremo pulſū uenarum: id eſt ſpiritus magis ſentiunt.

Ubi æſtus extra rationē. Cap. C.

IN pleriſq; tamen æſtuariis propter diſpares ſyderum in quoq; tractu exortus diuerſi exiſtunt æſtus tempore non ratione diſcordes: ſicut in ſyrtibus. Et quo- rundam tamen priuata natura eſt: uelut taurominitani euripi. Sæpius & in eubœa ſepties die ac nocte reciprocantes. Aeſtus idem triduo in menſe cōſiſtit ſeptīa: octaua nonaq; luna. Gadibus: qui eſt delubro Herculis proximus: fons incluſus ad putei modum: alias ſimul cum oceano augetur: minuiturq;: alias uero utrunq; contrariis temporibus. Eodem in loco alter oceani motibus conſentit. In ripa bethys oppidum eſt: cuius putei creſcente æſtu minuuntur. augeſcunt decedente: mediis temporum immobiles. Eadem natura in hiſpali oppido uni puteo: cæteris uulgaris. Et pōtus ſēp extra meat in propontidem: introrſus in pontū nunq̄ refluo mari.

Miracula maris. Cap. Ci.

OMnia plenilunio maria purgantᵘ: quædam & ſtato tempore. Circa meſſanam & milyas fimo ſimilia expuuntᵘ in littus purgamenta. Vnde fabula ſolis boues ibi ſtabulari. His adde: ut nihil quod equidem noueri̅ prætercam: Ariſtoteles nullū aīal niſi æſtu recedente expirare affirmat. Obſeruatum id multum in gallico oceano: & duntaxat in homine compertum.

Quæ poteſtas lunæ & terrena & marina. Cap. Cii.

QVo uera coniectatio exiſtit haud fruſtra ſpiritum ſydus lunæ exiſtimari. & hoc eſſe quod terras ſaturet: accedenſq; corpora impleat: abſcedenſq; inaniat. Ideo cum incremento eius augeri conchylia. Et maxime ſpiritum ſentire: quibus ſāguis nō ſit. Sed & ſanguinem hominum etiam cum lumine eius augeri ac minui. Frondes

quoq; & pabula (ut suo loco dicet) sentire: in omnia eadẽ penetrante ui.

¶Quæ solis & quare salsũ mare. ¶Cap. Ciii.

I Taq; solis ardore siccat liquor. & hoc esse masculum sydus accepimus torrens cũcta sorbensq;. Sic mari late patenti saporem incoqui salis: aut qa exhausto inde dulci tenuiq; quod facillĩe trahat uis ignea: omne asperius crassiusq; linquatur. ideo sũmã æquorũ aquã dulciorem profunda. Hãc esse ueriorẽ cãm asperi saporis: q̃ q̧ mare terræ sudor sit æternus. Aut qa plurimũ ex arido misceat illi uapore. Aut qa terræ natã medicatas aq̃s inficiat. Est in exemplis Dionysio siciliæ tyrãno: cũ pulsus est ea potentia: accidisse prodigiũ: ut uno die ĩ portu dulcesceret mare.

¶Item de natura lunæ. ¶Cap. Ciiii.

E Contrario ferũt lunæ fœmineũ ac molle sydus. Atq; nocturnũ soluere hũorẽ. Et trahere: non auferre. Id manifestum est: q̧ ferarũ occisa corpora in tabẽ uisu suo resoluat. Somnoq; sopitis torporem contractũ in caput reuocet. Glaciẽ refũdat. Cũctaq; humifico spiritu laxet. Ita pẽsari naturæ uices. Sẽperq; sufficere: aliis sydeꝝ elementa cogentibus: aliis uero fundentibus. Sed in dulcibus aquis lunæ alimentum esse: sicut in marinis solis.

¶Vbi altissimũ mare. ¶Cap. Cv.

A Ltissimum mare .xv. stadiorum Fabianus tradit. Alii in ponto ex aduerso coraxorum gentis: uocant bathea ponti: trecentis fere a continenti stadiis ĩmensã altitudinem maris tradunt uadis nunquam repertis.

¶Miracula aquarum fontium & fluminũ. ¶Ca. Cvi.

M Irabilius id faciũt aquæ dulces iuxta mare: ut fistulis emicantes. nã nec aquaꝝ natura a miraculis cessat. Dulces mari inuehuntur leuiores haud dubie. Ideo & marinæ: quarum natura grauior magis: inuecta sustinẽt. Quædam uero & dulces ĩter se supermeant alias. Vt in fucino lacu inuectus amnis: in lario addua: in uerbano ticinus: in benaco mintius: in seuinno ollius: in lemanno rhodanus. Hi trans alpes superiores in italiam multorum milium transitu hospitales: suas tãtũ nec largiores q̃ intulere aquas euehentes. Proditum hoc & in oronte amne syriæ: multisque aliis. Quidam uero odio maris ipsa subeunt uada: sicuti arethusa fons syracusanus: ĩ quo redduntur iacta in alpheum: qui per olympiam fluens peloponnesiaco littori ĩfũdit. Subeunt terras rursusque redduntur: lycus in asia: erasinus in agnolica: tigris in mesopotamia. Et quæ ĩ Aesculapii fonte athenis mersa sũt: in phalerico redduntur. Et in atinate campo fluuius mersus post .xx. milia passuum exit: et in aquileiensi timauus. Nihil ĩ asphaltice iudææ lacu: qui bitumẽ gignit: mergi põt. Nec ĩ armeniæ maioris arithisso. is quidem nitrosus pisces alit. In salentino iuxta oppidũ mãduriã lacus ad margines plenus: neq; exhaustis aquis minuitur: neq; infusis augetur. In ciconum flumine & in piceno: lacu uelino lignum deiectum lapideo cortice obducit. Et in surio colchidis flumine adeo ut lapidem plerũq; durans adhuc integat cortex. Similiter in flumine silero ultra surrentum nõ uirgulta modo immersa: ueꝝ & folia lapidescunt: alias salubris potus eius aquæ. In exitu paludis reatinæ saxum crescit. et in rubro mari oleæ uirentesq; frutices enascũtur. Sed & fontium plurimorum natura mira est feruore. idq; etiam in iugis alpium: ipsoq; ĩ mari: & inter italiam & enariam ut in baiano sinu: & in liri fluuio: multisq; aliis. Nam dulcis haustus ĩ mari plurimis locis ut ad chelidonias insulas & arabum: & in gaditano oceano. Patauinorum aquis calidis herbæ uirentes innascuntur: pisanorum ranæ. Ad uetulonios in hetruria non procul a mari pisces. In casinate fluuius appellat scatebra frigidus abũdãtior æstate. In eo ut in arcadiæ stymphali enascuntur aquatiles musculi. In dodone Iouis fons cum sit gelidus: & immersas faces extinguat: si extinctæ admoueãtur accendit. Idem meridie semper deficit: q̃ decausa anapauomenon uocãt. Mox increscens ad medium noctis exuberat. ab eo rursus sensim deficit. In illyriis supra fontem frigidum expãsæ uestes accẽdũt. Iouis Hammonis fõs ĩterdiu frigidus: noctibus feruet. In troglodytis

fons solis appellat᷑:dulcis & circa meridiem maxime frigidus. Mox paulatī tepescēs: ad noctis media feruore & amaritudīe infestat᷑. Padi fons mediis diebus æstiuis uelut interquiescens semper aret. In tenedo insula fons semper a tertia noctis hora ī sextā ab æstiuo solstitio exundat. Et in delo insula inopus fons eodem:quo nilus modo ac pariter cum eo decrescit : augeturue . Contra timauū amnē insula parua in mari est cū fontibus calidis:qui pariter cū æstu maris crescunt:minuunturq;. In agro pitinate trans appenninum fluuius nouanus:omnibus solstitiis torrens bruma siccatur . In falisco clitumni amnis aqua potata cādidos boues facit. In boetia amnis melas oues nigras. Cephisus ex eodem lacu profluens:albas rursus nigras penitus. Ruffasq; iuxta iliū xāthus:ūde & nomen amni. In ponto fluuius astaces irrigat cāpos:ī qbus pastæ oues nigro lacte æque gentes alunt . In reatino fons neminia appellatus alio atque alio loco exoritur annonæ mutationem significās. Brondusii in portu fōs īcorruptas præstat aquas nauigātibus. Lyncestis aqua:quæ uocatur acidula: uini mō temulētos facit:item in paphlagonia & in agro caleno. In andro insula templo Liberi pr̄is fonté nonis ianuariis sēper uini sapore fluere Mutianus ter cons. credit. diosthedosia uocat᷑. iuxta nonacrinam arcadiæ styx nec odore differens:nec colore epota illico necat. Item in beroso taurorum colle tres fontes sine remedio sine dolore mortiferi. In carrinensi hispaniæ agro duo fontes iuxta fluunt:alter omnia respuens:alter absorbens. In eadē gente alius aurei coloris omnes ostendit pisces : nihil extra illam aquam cæteris differentes. In comēsi iuxta lariū lacum fons largus horis singulis semper ītumescit: ac residet. In cydonia īsula ante lesbum fōs calidus uere tantum fluit. Lacus sannaus ī asia circunnascente abscinthio inficitur. Colophone ī Apollinis Clarii specu lacuna est:cuius potu mira redduntur oracula bibentium breuiore uita . Amnes retrofluere & nostra uidit ætas Neronis principis annis supremis : sicut in rebus eius retulimus. Iam ōes fontes æstate q̄ hyeme gelidiores esse : quē fallit᷑? Sicut illa permira naturæ opera æs & plumbum in massa mergi. Dilatata fluitare. Eiusdēq; pōderis alia sedere: alia inuehi. Onera in aqua facilius moueri. Thyreum lapidem q̄uis grādem īnatare. eundemq; comminutum mergi. Recentia cadauera ad uadum labi . Intumescentia attolli. Inania uasa haud facilius q̄ plena extrahi. Pluuia salinas aquas dulciores esse q̄ reliquas. Nec fieri salem:nisi admixtis dulcibus . Marīas tardius gelare: et celerius accendi. Hyeme mare calidius esse: autumno salsius. Omne oleo tranquillari. Et ob id urinātes ore spargere:quoniam mitiget naturam asperam:lucēq; deportet. Niues in alto mari non cadere. Cum omnis aqua deorsum feratur:exilire fontes. Atq; etiam in ætnæ radicibus flagrantis in tātum ut quinquagena & centena milia passuum arenas flammarum globus eructet.

¶Ignium & aquarum iuncta miracula & de maltha. ¶Cap. Cvii.

IAmq; & ignium:quod est naturæ quartum elementum:reddamus aliqua miracula . Sed primum ex aquis . In comagene urbe samosata stagnum ē emittēs limum: maltham uocant: flagrantem. Cum quid attingi᷑ solidi:adhæret . Præterea tactus sequitur fugientes. Sic defendere muros oppugnāte Lucullo:flagrabatq; miles armis suis. Aquis etiam accenditur. Terra tantum restingui docuere experimēta.

¶DE Naptha. ¶Cap. Cviii.

SImilis est naturæ napthæ:ita appellatur circa babyloniam:& in austagenis parthiæ profluens bituminis liquidi mō. Huic magna cognatio igniū. Trāsiliūtq; protinus in eā undecunq; uisā. Ita ferunt a Medea pelicem crematā:postq̄ sacrificatā ad aras accesserat:corona igne rapta. ¶DE Semp ardentibus locis. ¶Ca. Cviiii.

VErum in montium miraculis ardet ætna noctibus semper : tātoq; æuo ignium materia sufficit. Niualis hybernis tēporibus:egestumq; cinerem pruinis opiēs. Nec in illo tātum natura sæuit exustionem terris denunciās . Flagrat in phase lyciæ mons chimæra:& quidem immortalis diebus ac noctibus flāma. Ignem eius accendi

aqua: extingui uero terra aut fœno Gnidius Ctesias tradit. Eadem in lycia ephesti montes tæda flāmāte tacti flagrant adeo: ut lapides quoq; riuorum & arenæ in ipsis aquis ardeāt. alitq; ignis ille pluuiis. Baculo si quis ex iis accēso traxerit sulcos: riuos ignium sequi narrāt. Flagrat in bactris cophanti noctibus uertex. Flagrat in medis & cestia gente confinio persidis. Susis quidem ad turrim albam. xv. caminis maximo eo℞. Et īterdiu campus babyloniæ flagrat quadam uelut piscina iugeri magnitudīe. Item æthiopum iuxta hesperum montem stellarum modo campi nocte nitēt. Siliter in megalipolitanorum agro: tametsi internus sit ille iucundus: frondemque densi supra se nemoris non adurens: & iuxta gelidum fontem semper ardens. Nymphei crater dira apolloniatis suis portendit: ut Theopompus tradidit. Augeť hymbribus egeritq; bitumen temperandum fonte illo ingustabili: alias omni bitumine dilutius. Sed quis hæc miretur? In medio mari hiera insula ardet. Aeolia insula iuxta italiam cū ipso mari arsit per aliquot dies: sotiali bello: & donec legatio sēatus piauit. Maxīo tamen ardet incendio theonochema dictum æthiopum iugum. Torrentesque solis ardoribus flammas egerit. Tot locis: tot incendiis rerum naťa terras cremat.

¶Ignium per se miracula. ¶Cap. Cx.

PRæterea cū sit huius unius elemēti ratio fœcunda: seq; ipsa pariat: & minimis crescat scintillis: quid fore putandum est in tot rogis terræ? Quæ est illa natura quæ uoracitatem auidissimam in toto mundo sine damno sui pascit? Addantur iis sydera innumera: ingēsq; sol. Addantur humani ignes: et lapidum quoq; īsiti natæ: attrita inter se ligna: iam nubium & origines fulminum. Excedit profecto oīa miracula: ullum diem fuisse: quo non cuncta cōflagrarent: cum specula quoque concaua: aduersa solis radiis facilius etiam accendātur: q̄ ullus alius ignis. Quid q̄ īnūerabiles partus: sed naturales scatent? In nympheo exit e petra flamma: quæ pluuiis accendiť. Exit & ad aquas scancias. hæc quidem inualida cum transit: nec longe in alia durans materia. Viret ex æterno hunc fontem igneum contexens fraxinus. Exit in mutinēsi agro statis uulcano diebus. Reperitur apud auctores subiectis ariciæ aruis si carbo deciderit ardere terram. In agro sabino & sidicino unctum flagrare lapidē. In salētino oppido natiam imposito ligno in saxum quoddam ibi sacrum: protinus flammam existere. In laciniæ Iunonis ara sub diuo sita: cinerem immobilem esse: perflantibus undiq; procellis. Quin & repentinos ignes existere & in aquis. Et in corporibus etiam humanis emicuisse. Thrasimenum lacum arsisse totum. Seruio Tullio dormienti in puericia ex capite flammam emicuisse. L. Martium in hispania interemptis Scipionibus concionantem: & milites ad ultionem exhortantem arsisse simili mō Valerius Antias narrat. Plura mox & distinctius. Nunc enim quadā mixtura rerum omnium exhibentur miracula. Verum egressa mens interpretationem naturæ: festinat legētiū animos per totum orbem ueluti manu ducere.

¶Terræ uniuersæ mensura longitudo & latitudo. ¶Cap. Cxi.

PArs nr̄a terrarum de qua memoro ambiente (ut dictum est) oceano: uelut īnatās lōgissīe ab ortu & ab occasu patet: hoc est ab india ad Herculis colūnas gadibus sacratas: octogīta qnq; milia sexagītaocto milia passuū: ut Artemidoro placet auctori. Vt uero Isidoro nōagītaocto milia decē & octo. Artemidorus adiicit āplius a gadibus circuitu sacri ꝓmōtorii ad promōtoriū artabrū: quo lōgissīe frōs ꝓcurit hispāiæ octingēta milia nonagintaunū. Id mensuræ duplici currit uia. A gange amne ostioq; eius: quo se in eoum oceanū effundit per indiā parthienenq; ad myriandrum urbem syriæ in issico sinu positā quinquaginta quinq; milia passuū decē & nouē. Inde ꝓxīa nauigatione cyprū insulā patarā lyciæ rhodū astypalæā in carpacio mari in insulas laconicæ tænarum. Lylibæum siciliæ caralium sardiniæ trigīta quattuor. Deīde gades duodecim milia quinquaginta. Quæ mensura uniuersa ab eo mari efficit nonaginta octo milia passuum sexaginta nouem. Alia uia quæ certior itinere terreno maxime

patet a gange ad euphratem amnē: quinquaginta milia passuū.xxi. Inde cappadociæ in mazaca.cc. milia.xliiii. Inde per phrygiam: cariam: ephesum : quadrigenta milia passuum.xcviii. Ab epheso per ægæum pelagus delum ducenta milia. Isthmū ducēta duodecim milia. Deinde terra & laconico mari & corinthiaco sinu patras peloponēsi ducenta duo milia quingenti. Leucadem octingenta sex milia quingenti . Corcyram totidem. Acroceraunia : centum trigitaduo milia quingenti. Brundusiū octogitasex milia quingenti. Romam.ccc. milia sexaginta. Ad alpes usq; calcincomacum uicum quingenta decem & octo milia. Per galliam ad pyreneos montes illibriū quingenta quinquagintasex milia. Ad oceanum & hispaniæ oram trecenta triginta duo milia . Traiectu gadis septem milia quingenti . Quæ mensura Artemidori rōne nonaginta efficit sexagintanouem. Latitudo autem terræ a meridiano situ ad septētrionē: dīdio fere minor colligitur : quinquaginta quattuor milium sexagintaduo . Quo palam fit q̄tum & hinc uapor abstulerit & illic rigor. neq; enim deesse arbitror terris: aut nō esse globi formam. Sed inhabitabilia utrinq; incomperta esse . Hæc mensura currit a littore æthiopici oceani qua modo habitatur: ad meroen quingenta quinquaginta milia. Inde alexādriam duodecī milia q̄nquaginta. Rhodum quingēta octogitatria. Gnidum octogintaquattuor milia quingenti. Coum.xxv. milia. Samū cētum milia. Chium octogintaquattuor milia. Mytilenen sexaginta quinq; milia. Tenedō.xcviiii. milia. Sigæum promontoriū.xii. milia quingenti. Os ponti.ccc. duodecim milia .d. Carambin promontorium.ccc.l. Os mæotidis.ccc.xii. milia.d. Ostium tanais .cclxv. milia. Qui cursus cōpēdiis maris breuior fieri potest.lxxxix.M. Ab ostio tanais nihil modicum diligētissimi auctores fecere. Artemidorus ulteriora incomperta existiauit: cum circa tanain sarmatarū gentes degere fateretur ad septentriones uersas. Isidorus adiecit.xii. milia.l. usq; ad tilen. quæ coniectura diuinationis est. Ego non minore q̄ proxīe dicto spatio sarmatarꝝ fines nosci intelligo. Et alioq̄n quantū esse debet quod innumerabiles gentes subinde sedem mutantes capiat? Vnde ulteriorem mensuram inhabitabilis plagæ multo esse maiorē arbitror. Nā & a germania īmensas insulas nō pridem compertas cognitū habeo. De longitudine ac latitudine hæc sunt: quæ digna mēoratu putē. Vniuersū aūt hūc circuitū Eratosthenes ī oīū q̄dē litterarꝝ subtilitate: & in hac utiq; præter cæteros sollers quē a cunctis probari uideo ducētorꝝ q̄nquagita-duorum miliū stadiū prodidit. Quæ mensura romana cōputatione efficit trecenties quindecies centena milia passuū . Improbū ausū: uerum ita subtili argumentatione comprehensum: ut pudeat non credere. Hipparchus & in coarguendo eo & ī reliqua omni diligentia mirus adiicit stadiorum paulominus.xxv. milia.

¶Harmonica mundi ratio. ¶Cap.Cxii.

aLia Dionysiodoro fides : neque enim subtraham exemplum uanitatis græcæ maximum . Melius hic fuit geometrica scientia nobilis. Senecta diem obiit in patria . Funus duxere ei propinquæ : ad quas pertinebat hæreditas . Eæ cum secutis diebus iusta peragerent: inuenisse dicuntur in sepulchro epistolā Dionysiodori noīe ad superos scriptam. Peruenisse eum a sepulchro ad īfimam terram: esseq; eo stadiorꝝ quadragintaduo milia . Nec defuere geometræ: qui interpretarentur significare epi-stolam a medio terrarum orbe missam quo deorsum ab summo longissimum esse spatium & idem pilæ medium. ex quo consecuta computatio est: ut circuitu esse.cc. quinquagintaquinq; milia stadia pronūciarēt. Harmonica rō quæ cogit rerū naturā sibi ipsam congruere: addit huic mēsuræ stadia septē milia. terrāq; nonagesimāsextā millesimā totius mundi partem facit.

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER TERTIVS. PROOEMIVM.

HACTENVS DE SITV ET MIRACVLIS terræ:aquarũq; ac syderũ:& ratiõe uniuersitatis atq; mensura. Nunc de partibus : quãq̃ infinitũ id quoq; existimatur : nec temere sine aliqua reprehensione tractatum. Haud ullo in genere uenia iustior est:si modo minime mirũ ẽ hominẽ genitũ nõ omnia humana nouisse. Quapropter auctorem neminem unum sequar. Sed ut quẽq; uerissimum in quaq; parte arbitrabor:quoniam commune ferme omnibus fuit : ut eos quisque diligẽtissime situs disceret:in qbus ipse ꝑdebat. Ideo nec culpabo:aut coarguã quẽq̃. Locoꝝ nuda nomina & quanta dabitur breuitate ponentur:claritate causisq; dilatis ĩ suas partes. Nunc enim sermo de toto est. Quare sic accipi uelim:ut sicut uidua fama sua nomĩa qualia fuere primordio ãte ullas res gestas nuncupẽtur : & sit quædã ĩ iis nomẽclatũa quidem:sed mundi:rerumq; naturæ. Terrarum orbis uniuersus ĩ tres diuiditur ptes: europam:asiam:africam. Origo ab occasu solis : & gaditano freto : qua irrumpens oceanus atlanticus in maria interiora diffunditur. Hinc intranti dextra africa est. Leua europa. Inter has asia est. Termini:amnes tanais & nilus .Xii.M. passuum in longitudinem quas diximus fauces oceani patent. quinque milium in latitudinem a uico mellaria hispãiæ ad promontorium africæ album:auctore Turãnio Grachula iuxta genito. T. Liuius: ac Nepos Cornelius latitudinis tradiderunt: ubi minus .vii. M. passuum:ubi uero plurimũ .x.M. Tam modico ore tã immensa æquoꝝ uastitas panditur. Nec profunda altitudo miraculum minuit. Frequẽtes qppe tæniæ cãdicãtis uadi carinas territãt. Qua de causa limen interni maris multi eum locũ appellauere. Proxima autem faucibus utrinque impositi montes coercent claustra : abila africæ: europæ calpe laborum Herculis metæ. Quam ob causam indigenæ columnas eius dei uocãt. credũtq; pfossas exclusa antea admisisse maria:& reꝝ natũæ mutasse faciẽ.

DE Europa. Cap. i.

PRimum ergo de europa altrice uictoris omnium gentium populi : longeque terrarum pulcherrima:quam pleriq; merito non tertiam portionem fecere:ueꝝ æquam in duas partes ab amne tanai ad gaditanum fretum uniuerso orbe diuiso. Oceanus hoc:quod dictum est : spatio atlanticum mare infundens : & auido meatu terras quæcũq; uenientem expauere demergens: resistentes quoq; flexuoso littorum anfractu lambit: europam uel maxime recessibus crebris excauans. Sed in quattuor præcipuos sinus. Quorum primus a calpe hispaniæ extimo (ut dictum est)monte : locrobrutinum usq; promontorium immenso ambitu flectitur. In eo prima hispãia terrarum est ulterior appellata. Eadem bethyca. Mox a fine tirgitano citerior : eadẽq; tarraconensis ad pyrenea iuga. Vlterior in duas per longitudinem ꝓuĩcias diuidit : Siquidem bethycæ latere septentrionali prætenditur lusitania amne anã discreta. Ortus hic in aminitano agro citerioris hispaniæ:& modo se in stagna fundẽs : modo in angustias resorbens : aut in totum cuniculis condens: & sæpius nasci gaudens in atlanticum oceanum effunditur. Tarraconensis autem hinc affixa pyreneo: totoque eius a latere decurrens & simul ad gallicũ oceanũ hibero mari transuersa se pãdens solorio monte & oretanis iugis carpentanisque & asturũ a bethyca atque lusitania distinguit. Bethyca a flumine eam mediam secante cognominata:cũctas prouinciarũ diuiti cultu & quodã fertili ac peculiari nitore præcedit. Iuridici cõuẽtus ei quattuor.

Gaditanus:cordubensis: astysitanus:hispalensis. Oppida omnia numero .clxxii. In
iis coloniæ septē. Municipia.xviii. Latio ātiquitus donata.xxix. Libertate.vi. Fœdere
.iii. Stipendiaria.c.xx. Ex his digna mēoratu aut latio sermone dictu facilia.a flumīe
ana littore oceani oppidum ossonoba asturiæ cognominatū. interfluentes luxia &
urium arenæ montes. Bethys fluuius. Littus cursense inflexo sinu. Cuius ex aduerso
gadis īter īsulas dicendæ. Promontorium Iunonis. Portus uesippo. Oppida belon
mellaria. Fretum ex atlātico mari. Cartheia:carthesos a græcis dicta. Mōs calpe. dein
littore interno oppido berbesula cū fluuio. Item salduba oppidū: uel malacha cum
fluuio fœderatorū. Dein menoba cū fluuio. Sexifirmum cognomīe iuliū. Sexabdera
Murgis. Bethycæ finis. Orā eā uniuersā originis pœnorū existīauit. M. Agrippa. Ab
ana autem atlantico oceano obuersa bastulorum turdulorumque est. In uniuersam
hispaniam. M. Varro peruenisse iberas & psas & phœnicas: celtasq; & pœnos tradit.
Lusum enī Liberi patris ac Lysam cū eo bacchantem nomē dedisse lusitaniæ:& Pana
præfectum eius. Vuniuersa autem quæ de Hercule ac Pyrene uel Saturno tradunt:
fabulosa in primis ut arbitror. Bethys in tarraconensi prouīcia:non ut aliqui dixere
mentesa oppido:sed tygensi exoriens saltu: iuxta quem tader fluuius q carthaginēsē
agrum rigat ille ocior refugit Scipionis rogū. uersusq; in occasum oceanum atlāticū
prouīciam adoptans petit: modicus prīo:sed multorum fluminum capax. quibus
ipse famā aq̄sq; aufert. Bethycæ primū ab ossigetania infusus amœno blādus alueo.
crebris dextra leuaq; accolit oppidis. celeberrīa inter hūc & oceani orā ī mediterraneo
segeda:quæ augurina cognomīatur. Iulia quæ fidentia. Vrgao quæ alba. Ebura quæ
cerialis. Siliberi quod liberini. Libida quæ clausa. Stici quod iulienses. Vesci quod
fauētia:singilia:hegua:auia:ebdanum:agla minor:hebura. Castra uaria:episimbriū:
ipho noua: illyrico:osca: escua: succabon:uditanum. Tuati uetus obuia bastetaniæ
uergentis ad mare. Conuentus uero cordubensis circa flumen ipsum ossigi: quod
cognominatur laconium. Iliturgi. quod forum iulium. Ipasturgi:quod triumphale.
Sitia &.xiiii. M.p. remotum in mediterraneo. Obulco quod bontificense appellatur.
Mox ripepora fœderatorum. Sacimaritalium onuba. Et dextra corduba colonia pa-
tritia cognominata. Inde primū nauigabili bethyæ. Oppida carbulo decumo. Fluuius
singilis eodem bethys latere incedens. Oppida hispalensis conuentus: celtiaca:uaca-
mana:acria:ilipa:cognomīe ila italica. Et a leua hispali colonia cognoīe romuliēsis.
Ex aduerso oppidum osset:quod cognominatur iulia constantia. Virgentium:quod
Iulii gēitor. Hippo caurasiarum. fluuius menoba & ipse a dextro latere īfusus. Ac īter
æstuaria bethys oppidum nebrissa cognomīe ueneria & colobona. Colonia asta: quæ
regia dicitur. Et in mediterraneo asida:quæ cæsariana. Singilis fluuius in bethyn quo
dictum est ordine irrumpēs astygitanam coloniam alluit cognomine augustā firmā.
ab ea nauigabilis. Huius conuentus sunt reliquæ coloniæ immunes tucci quæ cogno-
minatur augusta gemella. Ituci quæ uirtus iulia. Atubi quæ claritas iulia. Vrso quæ
genua urbanorum. Inter quæ fuit munda cum Pompeii filio capta. Oppida libera
astygie uetus:ostippo: stipēdiaria:callet: calucula:castragēina:ilipula mīor:merucra:
sucrana:obulcula:onīgis. Ab ora uenti ꝑpe menobā amnē & ipsum nauigabilē haud
procul accolunt alontigi:celi:alostigi. Quæ autem regio a bethye ad fluuium anam
tendit: extra prædicta beturia appellatur in duas diuisa partes: totidemque gentes.
celticos qui lusitaniam attingunt:& hispalensis conuētus. Turdulos qui lusitaniam
& tarraconensem accolunt. iura cordubā petunt. Celticos a celtiberis ex lusitania ad-
uenisse manifestū est sacris lingua oppidorum uocabulis: sacrisque cognominibus ī
bethyca distīguuntur. Serica quæ dicitur fama iulia. Vertobrige concordia iulia:
Segede:restituta iulia:contribute iulia. Vcultuniacū quæ & turiga nūc ē. Lacimurge:
constantia iulia. Teresibus fortunales: & callensibus emanici. Præter hæc in celtica
acimbro:arūda:arūci:turobriga:lastigi:alpesa:sepone:serippo. Altera beturia quam

diximus turdulorum: et conuentus cordubensis habent oppida nō ignobilia: Arsam mellariā mirobicam regiones osintiadis iseponem. Gaditani conuentus ciuium romanorum. Regina latinorum. Regia. Carisa cognomīe aurelia. Vrigia cognominata castꝝ iulium. Item Cæsaris salutariensis. Stipendiaria basaro: belippo: barbes: ulula: ciprobassis: progallet: cappagum: oleatro: icocio: brana: lisculasa: guntiasa: andorise. Porro longitudinem uniuersam eius prodidit. M. Agrippa. cccc. lxv. M. p. Latitudinē .cc. lvii. M. Sed cum termini carthaginē usq; procederent. Quæ causa magnos errores computatione mensuræ sæpius parit. Et dum alibi mutato prouinciarū modo: alibi itinerū auctis aut diminutis passibus: incubuere maria tam longo æuo: alibi ꝓcessere littora. Torsere se et fluminum aut correxere flexus. Præterea aliunde aliis exordiū mensuræ ē: et alia meatus. ita fit: ut nulli duo concinant.

¶Bethycæ longitudo & latitudo. ¶Ca. ii.

BEthycæ lōgitudo nūc a castulonis oppidi fine gadis. cc. l. M. Et a murgi maritīa ora. xxii. M. p. āplior. Latitudo a carteiana ora .cc. xxxvi. M. Agrippā quidem ī tāta uiri diligētia: præterq; in hoc opere cura cū orbē terrarū urbi spectādū ꝓponeret: cæce errasse quis credat? & cū eo diuum Augustū? Is nāq; complexā eā porticum ex destinatione & commentariis. M. Agrippæ a sorore eius inchoatā peregit.

¶Hispania citerior. ¶Cap. iii.

CIterioris hispaniæ sicut compluriū prouinciarū aliquātū uetus forma mutata est: utpote cum Pompeius magnus trophæis suis quæ statuebat in pyreneo. d. ccc. xlvi. oppida ab alpibus ad fines hispaniæ ulterioris ī ditionē a se redacta testatus sit. Nunc uniuersa prouincia diuiditur in conuentus septem. Carthaginensē: tarraconensem: cæsaraugustanum: cluniensem: asturum: lucrensem: bracarum. Accedunt insulæ: quarum mentione seposita ciuitates: prouincia ipsa præter contributas aliis .cc. xciii. continet oppida. In iis colonias. xii. Oppida ciuiū romanorum. xiii. Latinoꝝ ueterum. xviii. Fœderatorum unum. Stipendiaria .cxxxii. Primi in ora bastuli: post eos quo dicitur ordine intus recedentes mentesani: oretani: & ad tagum carpentani. iuxta eos uaccei: uectones: & celtiberi: atrebaci. oppida oræ proxima urci. Adscriptūq; bethycæ barea regio mauritania: mox deitania. Dein cōtestania: carthago noua: colonia: cuius a promontorio quod saturni uocatur: cæsaream mauritaniæ urbē. clxxxvii. M. passuum traiectus. Reliqua in ora flumen tader: colonia immuni. Ilici unde ilicitanus sinus. in eam contribuuntur icositania: mox latinorum lucentium: dianium: stipendiarium: sucro fluuius: & quondam oppidum. Cōtestaniæ finis regio idetania amœno prætendente se stagno ad celtiberos recedens. Valentia colonia. iii. M. p. a mari remota. Flumen turium: tātundem a mari sagūtum ciuium romanoꝝ oppidū. uide nobile flumen idubeda: regio ilergaonum. Iberus amnis nauigabili commercio diues ortus in cantabris haud procul oppido iuliobrica. ccccl. M. p. fluens. nauium. p. .cclx. M. a uaria oppido capax: quem propter uniuersā hispaniam græci appellauere iberiam. Regio cessetania: flumen subi: Colonia: Tarraco Scipionum opus: sicut carthago pœnorum. Regio ilergetū: oppidum subur: flumē rubricatum: a quo laletani & indigetes. Post eos quo dicetur ordine ītus recedētes radice pyrenei: ausetani: itani: lacetani. Perq; pyreneum ceretani: dein uascones. In ora autē colonia barcine cognoīe fauentia. Oppida ciuium romanorum betulo illuro. Flumen larnum blande fluens alba. Emporia geminum hoc ueterum incolarum & græcorum: qui phocentium fuere soboles. Flumen ticher. ab eo pyrenea Venus in latere promontorii altero. xl. M. Nūc per singulos conuentus reddentur insignia præter supradicta tarracone disceptant populi. xliiii. quorum celeberrimi ciuium romanorum dertusāi bisgargitani. Latīorū ausetani cæretani: qui iuliani cognoīant: & qui augustani: sedetani: gerūdēses: gessoriēses teari: q iulienses. Stipēdiarioꝝ aquicaldenses: onenses: betulonenses. Cæsaraugustana colonia immunis amne ibero affusa: ubi oppidum antea uocabatur saldyba

regionis reditaniæ:recipit populos.lii.Ex iis ciuiū romanorum bellitanos celſenſes.
Ex colonia calaturiganos:qui naſici cognomiātur.Ilerdenſes ſurdaonum gētis iuxta
quos ſicoris fluuius : oſcenſes regionis ueſſetaniæ turiaſſonenſes.Latinorum ueterū
caſcantenenſes ergauicenſes gracchuritanos leonicenſes oſſigerdenſes . Fœderatos
tarragenſes . Stipendiarios arcobrienſes andologenſes arocelitanos burſaonenſes
calaguritanos : qui fibularenſes cognominantur . Complutenſes carenſes cincienſes
cortoenſes daminitanos larnenſes lurſenſes ſpalenſes ilumberitanos lacetanos
iubienſes pompolonenſes ſegiſenſes. Carthaginem conueniunt populi.lxii.exceptis
inſularū incolis. ex colonia accitania gemelleſenſes & libiſoſona cognomine foroau/
guſtana:quibus duabus ius italiæ datum.Ex colonia ſalarienſe oppidani latii ueteris
caſtulonenſes:qui cæſariuenales appellantur.Setabitani qui auguſtani:ualerienſes .
Stipendiariorum autem hi celeberrimi albanenſes baſtiani conſaburenſes dianenſes
egeleſtani lorcitani laminitani menſani : qui & oritani . Menteſani: qui & baſtuli .
Oretani:qui & germani cognominantur . caputq; celtiberiæ ſegobrigenſes carpetani
& toletani tago flumini impoſiti.dein uicienſes uirgilienſes . In conuētū cluniēſem
uarduli ducunt populos.xiiii. ex qbus labanenſes tātū nominare libeat. Turmodigi
quattuor in quibus ſegiſamonenſes & ſegiſamaiulienſes.In eundē conuentū carietes
& uennenſes quinq; ciuitatibus uadunt. Quarum ſunt uelienſes:eodē pelleodeones
celtiberorum .iiii.pupulis: quorum numantini fuere clari:ſicut in uacceorum.xviii.
ciuitatibus intercatinienſes palatini locobrigenſes caucenſes . Nam in cantabris
quattuor populis iuliobrica ſola memoratur.in autrigonum decē ciuitatibus tritiū :
& uiroueſca.Areuacis nomen dedit fluuius areua. horum ſex oppida raguntia & ibi/
xama:quæ nomina crebro aliis ī locis uſurpantur. Præterea ſegouia & noua auguſta
termes:ipſaque clunia celtiberiæ finis . Ad oceanum reliqua uergunt uardulique ex
prædictis & cantabri.Iunguntur iis aſturum.xii.populi diuiſi in auguſtanos aſturica
urbe magnifica.In his ſūt girri peſici lacienſes zoelæ . Numerus omnis multitudinis
ad.cc.lx.M.liberorum capitum.Lucenſis conuentus populorum eſt.xvi.præter celti/
cos & leuanios ignominoſæ ac barbaræ appellationis . Sed liberorum capitum ferme
.clxvi.Simili modo bracarū .xxiiii.ciuitates.cc.lxxv.capitum . ex quibus præter ipſos
bracaros iuballi celerni galleci equeſilici querquerni citra faſtidium nominentur .
Longitudo citerioris hiſpaniæ eſt ad finem caſtulonis a pyreneo .d.c.vii.M.p.& ora
paulo amplius.Latitudo a tarracone ad littus olarſonis .ccc.vii. E radicibus pyrenei
ubi cuneatur anguſtiis inter duo maria paulatim:deinde ſe pandens : qua contingit
ulteriorem hiſpaniam:tantundem & amplius latitudinem adiicit.Metallis:plumbi:
ferri:æris:argenti:auri tota ferme hiſpania ſcatet.Citerior & ſpecularibus lapidibus.
Betica & minio.Sunt & marmorum lapidicinæ uniuerſæ hiſpaniæ. Veſpaſianus im/
perator Auguſtus iactatus procellis reip. latii ius tribuit . Pyrenei montes hiſpanias
galliaſq; diſterminant:promontoriis in duo diuerſa maria proiectis.

¶Narbonenſis prouincia. ¶Cap.iiii.

NArbonenſis prouincia appellatur pars galliarum : quæ interno mari alluitur :
bracchata ante dicta : amne uaro ab italia diſcreta alpiumque ſaluberrimis ro/
mano imperio iugis . A reliqua uero gallia latere ſeptentrionali montibus gebenna
& urbibus agrorum cultu uirorum mo℞q; dignatione amplitudine opum nulli pro/
uinciarum poſtferenda:breuiterq; italia uerius q̄ prouincia.In ora regio ſardonum :
ituſq; conſuaranorum.Flumina technumner nodubrum. Oppida illiſeberæ magnæ
quondam urbis tenue ueſtigium.Ruſcino latinorum:flumen atax e pyreneo rubrēſē
permeans lacum.Narbo martius decumanorum colonia .xii. M . paſſuum a mari
diſtans. Flumina araris liria . Oppida de cætero rara præiacentibus ſtagnis agatha
quondam maſſilienſium & regio uolcarum tectoſagum. atq; ubi rhoda rhodiorum
fuit:unde dictus multo galliarū fertiliſſimus rhodanus fluuius ex alpibus ſe rapiēs

per lemãnum lacum:ſegnemq; deferens ararim: nec minus ſe ipſo torrentem iſaram & truentiam. Libyca appellantur duo eius ora modica. Ex iis alterum hiſpanienſe: alterum metapinum: tertium idemq; ampliſſimum maſſalioticum. Sunt auctores & heracleam oppidum ĩ oſtio rhodani fuiſſe: ultra foſſam ex rhodano.c.paſſibus Marii opere & nomine inſigne ſtagnum. Aſtromela oppidum maritima auaricorũ ſuperq; campi lapidei Herculis prœliorum memoria. Regio anatiliorum & intus deſuuiatiũ cauaꝝq;.rurſus a mari tricoriũ & ĩtus tricolloꝝ. Vocontioꝝ:& ſegouellaunoꝝ: mox allobrogum ac in ora maſſilia græcorum phocenſium. Fœderata promontorium: zoachitariſta portuſregio clamatulicorum. Dein ſuelteri: ſupraq; uerucini. In ora autem hac athenopolis maſſilieſium forum Iuliioctauianorum colonia: quæ paceſis appellatur:& claſſica amnis ſiue argenteus. Regio oxibiorum ligaunorumque: ſuper quos ſuebri quariates adunicantes. At in ora oppidum latinum antipolis. Regio deciatium. Amnis uarus ex alpium mõte cemeno profuſus. In mediterraneo colonia arelate ſextanorum: beterræ ſeptumanorum: arauſio ſecundanorum. In agro cauarũ ualentia: uiẽna: allobrogum. Oppida latina aquæſextiæ ſalubiorum: auenio cauarũ: aptaiulia uulgientium alebecerioꝝ apollinarium: alba heluoꝝ: auguſta tricaſtinoꝝ: Abatilia area bormannico macina bellio carcaſũ uulgarũ tectoſagũ ceſſero carbantorathe: me minorum: cenicenſes: cambolectri: qui atlantici cognominantur. Forum Voconi: glarum Liuii Leuteuani: q et foroneronieſes. Nemauſũ aremicorũ. Piſcenæ ruteni ſannagenſes toloſani tectoſagii aquitaniæ contermini ataſcodinitarii cononienſes umbranici. Vocontiorum ciuitatis fœderatæ duo capita uaſgo & lucus auguſti. Oppida uero ignobilia.xix.ſicut.xxiiii.nemauſenſibus attributa. Adiecit formulæ Galba imperator ex inalpinis aganticos atq; bodiontios: quorum oppidum dina. Longitudinẽ prouinciæ narbonenſis.cccc.lxx.M. paſſuũ Agrippa tradit. Latitudinẽ .cc.lxviii.

¶Italia: Tyberis: Roma: Campania. ¶Cap.v.

ITalia dehinc: primiq; eius ligures: mox hetruria: umbria: latium: ubi tyberina oſtia:& roma terrarum caput.xvi.M.p. interuallo a mari. Volſcorum poſtea littus:& campaniæ: picentium inde: ac lucanum brutiumq;.quo longiſſĩe in meridiẽ ab alpium pene lunatis iugis in maria excurrit italia. Ab eo græciæ ora. Mox ſalẽtini: peduculi: apuli: peligni: frẽtani: marrucini: ueſtini: ſabĩi: picẽtes: galli: ũbri: hetruſci: ueneti: carni: iapides: iſtri: liburni. Nec ignoro ĩgrati ac ſegnis animi exiſtimari poſſe merito: ſi breuiter atq; in tranſcurſu in hunc modum dicatur terra omnium terrarũ alumna. eadem & parens numine deum electa: quæ cælum ipſum clarius faceret: ſparſa congregaret ĩperia. rituſq; molliret:& tot populorum diſcordes feraſq; lĩguas ſermonis commercio contraheret ad colloquia:& humanitatem homini daret. breuiterq; una cunctarum gentium in toto orbe patria fieret. Et quid agam: tãta nobilitas omnium locorum: quos quis attigerit? tãta rerum ſingularum populorumq; claritas tenet. Vrbs roma uel ſola in ea & digna etiam feſta ceruice facies quo tandem narrari debet opere? Et qualiter campaniæ ora per ſe felixq; illa ac beata amœnitas: ut palam ſit uno in loco gaudentis opus eſſe naturæ. Iam uero tota ea uitalis ac perennis ſalubritatis cæli temperies eſt: tam fertiles campi: tam aprici colles: tam innoxii ſaltus: tã opaca nemora: tam munifica ſiluarum genera: tot montium afflatus: tanta frugum & uitium olearumq; fertilitas: tam nobilia pecori uellera: tam opima tauris colla: tot lacus: tot amnium fontiumque ubertas: totam eam perfundens: tot maria: portus. Gremiumq; terrarum commercio patens undiq;. & tanq̃ ad iuuandos mortales ipſa auida in maria procurrens. Neq; ingenia rituſq; ac uiros & lingua manuq; ſuperatas commemoro gentes. Ipſi de ea iudicauere græci: genus ĩ gloriã ſui effuſiſſimũ quotã partem ex ea appellando græciam magnam. Nimirum id quod in mentione cæli fecimus: hac quoq; in parte faciendum eſt: ut quaſdam notas ac pauca ſydera attingamus. Legẽtes tantũ quæſo meminerint ad ſingula toto orbe ediſſerenda feſtinari.

Est ergo folio maxĩe querno assĩlata: multo proceritate ãplior q̃ latitudine in leuo se
flectens cacumine: et amazonicæ figura desinens parmæ. ubi a medio excursu cynthos
uocatur per sinus lunatos duo cornua emittens leucopetram dextra lacinium sinistra.
Patet lõgitudine ab alpino fine prætoriæ augustæ per urbem capuam: eq; cursu meãte
rhegiũ oppidum ĩ humero eius sitũ: a quo ueluti ceruicis ĩcipit flexus: decies centena
& uigĩti milia passuum. multoque amplior mensura fieret lacinium usque: ni talis
obliquitas in latus digredi uideretur. Latitudo eius uaria est. cccc. x. milium ĩter duo
maria ĩferum & superum: amnesq; uarum atq; arsiam mediam atq; ferme circa urbẽ
romam ab hostio aterni amnis in hadriaticum mare influentis ad tyberina hostia. c.
. xxx. vi. & paulominus a castronouo hadriatici maris alpium ad thuscum æquor.
Haud ullo in loco. cc. in latitudinem excedens. Vniuersæ autem ambitus a uaro ad
arsiam. xxx. M. passuum. lviii. efficit. Abest a circundatis terris histria ac lyburnia: q̃
busdam locis. c. milia passuum. Ab epiro & illyrico. l. Ab africa minus. cc. ut auctor
affirmat Varro. Ab sardinia. c. xx. milia. A sicilia. M. d. A corsica minus. lxx. Ab issa. l.
Incedit per maria cæli regione ad meridiem quidem. Sed siquis diligenti subtilitate
id exigat: inter sextam horam: primamq; brumalem. Nunc ambitum eius urbesque
enumerabimus. qua in re præfari necessarium est auctorem nos diuum Augustum
secutores: descriptionemq; ab eo factam italiæ totius in regiones. xi. Sed ordine eo q̃
in littorum tractu fiet urbium quidem uicinitates oratione utiq; præpropera seruari
non posse. itaq; interiori in parte digestionem ĩ litteras eiusdem nos secutos coloniarũ
mentione signata: quas ille in eo prodidit numero. Nec situs originesq; p̃seq facile
est. Ingaunis liguribus ut cæteri omittantur agro tricies dato. Igitur ab amne uaro
nicea oppidum a massiliensibus conditum. Fluuius pado: alpes populiq; in alpinis
multis nominibus: sed maxime capillati oppido uediancioruin: ciuitatisgemellio:
portus Herculis: menœchi: ligustica ora. Ligurum celeberrimi ultra alpes saluidecea-
tes: moxubii: citrauenæ: mesturi: sotibagieni: stati: ellibi: uelli: aielli: euburiates: cas-
monates: ueliates. & quorum oppida ĩ ora proxima dicemus. Flumẽ rutuba: oppidũ
albium: intemilium: flumẽ merula: oppidum albingaunum: portus uadũ: sabaciũ:
flumen porcifera: oppidum genua: fluuius feritor: portus delphini. Tigulia ĩtus &
segesta tigulliorum: flumen macra liguriæ finis. A tergo autem supradictorũ omniũ
apenninus mons italiæ amplissimus perpetuis iugis ab alpibus tendens ad siculum
fretum. Ab altero eius latere ad padum amnem italiæ ditissimum: omnia nobilibus
oppidis nitẽt. Libarna dertonacolonia: trira: barderatæ: ĩduffria: polẽtia: carrea: quod
potentia cognominatur. Forofului quod ualentinum. Augusta uaciennorum alba
pompeia asta aquæ scatiellorum. Hæc regio ex descriptione Augusti nona est. patet
ora liguriæ ĩter amnes uarum & macrã. cc. xi. M. p. Adnectitur septimæ: ĩ q̃ hetruria
est ab amne macra: & ipsa mutatis sæpe nominibus. Vmbros inde exegere antiqtus
pelasgi. Hos lydi: a quorum rege tyrrheni: mox a sacrificio ritu lingua græcorũ thusci
sunt cognominati. Primum hetruriæ oppidum luna portu nobile. Colonia luca a
mari recedens. propiorq; pisa inter amnes auserem & arnum orta a Pelope pisisque.
siue a tenucanis græca gente. Vada uolaterrana: fluuius cecina populorum hetruscorũ
quondam hoc tantum in littore. Hinc amnes prile: mox umbro nauigiorum capax
& ab eo tractus umbriæ portusq; telamon: cosa uolgentium a populo ro. deducta.
grauisce castrũ nouũ: pyrgi: cæretanus amnis: & ipsũ cære. Intus mil. passibus q̃ttuor
agilla a pelasgis cõditoribus dictũ alsiũ: phregne. Tyberis amnis a macra. cc. lxxxiiii.
. M. p. Intus colõiæ falisca argis orta ut auctor ẽ Cato: quæ cognoĩãt hetruscorũ lucus.
Colõiæ rusellana: saniẽsis: critona: de cætero arẽtini ueteres: arẽtini fidẽtiores: arẽtini:
iulienses: amitinẽses: aquasenses cognomine taurini blerani cartonienses: capinates.
Clusini noui: clusini ueteres. Fluẽtini præfluenti arno appositi: fesulæ: ferentinum:
fescennia: hortanum: herbanũ: nepe. Nouem pagi præfecturæ claudiæ. Foro clodi:

pi∫toriũ:perusia:suanenses:satnini: qui ãte aurinini uocabãtur:subertani:scatones:
tarquiniẽses:thuscanienses:uertulonienses:uerentani:esetini. Volaterrani cognomĩe
hetrusci. Volsinienses ĩ eadem parte:oppidorũ ueterũ nomina retinẽt agri crustumi-
nus caletranus. Tyberis antea tybris appellatus:et prius albula e media fere lõgitudĩe
apennini finibus aretinorũ profluit:tenuis prĩo nec nisi piscinis corriuatus emissusq;
nauigabilis:sicuti tinna & glanis influentes in eum nouenorum ita conceptu dierum
si non adiuuẽt hymbres:sed tyberis propter aspera & confragosa. Ne sic qdẽ prærerq̃
trabibus uerius q̃ ratibus lõge meabilis. Fertur per.c.l.M.p. non procul tiferno pusia
& otriculo hetruriam ab umbris ac sabinis:mox citra.xiii.M.p.urbis ueientẽ agrum a
crustumino:dein fidenate:latinumq; a uaticano dirimens. Sed ĩtra tinnã & glanim
duobus & .xl. fluuiis auctus:præcipuis autem nare & aniene.qui & ipse nauigabilis.
Latium includit a tergo:nec minus tamen aquis ac tot fontibus in urbem perductis.
Et ideo quanlibet magnarum nauium ex italo mari capax rerum ĩ toto orbe nascẽtiũ
mercator placidissimus. Pluribus prope solus q̃ cæteri ĩ omnibus terris amnes accolit
aspiciturq; uillis. Nulliq; fluuiorum minus licet inclusis utrinq; lateribus.nec tamen
ipse pugnat quanq̃ creber ac subitis incrementis:& nusq̃ magis aquis q̃ in ipsa urbe
stagnantibus. Quĩimmo uates intelligit potius ac monitor auctu semper religiosus
uerius q̃ sæuus. Latiũ antiquum a tyberi circeios seruatũ est.M.passuũ.l.lõgitudĩe:
tam tenues primordio imperii fuere radices. Colonis sæpe mutatis tenuere alii aliis
tẽporibus. Aborigines:pelasgi:arcades:siculi:arunci:rutyli. Et ultra circeios : uolsci:
osci:ausones unde nomen modo latii processit ad lirin amnem. In principio est ostia
colonia a romano rege deducta. oppidum laurentum locus solis indigetis : amnis
numicus. Ardea a Dane Persei matre condita. Dein quondam aphrodisium antium
colonia. Astura flumen & insula:fluuius nympheus:clostra romana. Circeii quondã
insula immenso quidem mari circundata(si creditur Homero)& nunc plane. Mirum
ẽ: quod hac de re tradere hominũ noticiæ possumus. Theophrastus q prĩo externorũ
aliqua de romanis diligẽtius scripsit. Nam Theopompus: ante quẽ nemo mentionẽ
habuit:urbem duntaxat a gallis captam dixit. Clytarchus ab eo proximus legationẽ
tantum ad Alexandrum missam.hic iam plus q̃ & fama circeiorum insulæ & mẽsurã
posuit stadia.lxxx.ĩ eo uolumine:quod scripsit Nicodoro atheniẽsium magistratui:
qui fuit urbis nostræ.cccc.lx.ãno. Quicquid est ergo terrarum præter .x.M.p.prope
ambitus adnexum ĩsulæ. Post eum annum accessit italiæ aliud miraculum a circeiis.
Palus pontina est:quem locum.xxiiii.urbium fuisse Mutianus ter consul prodidit.
dein flumen usens supra quod tarracina oppidum lĩgua uolscorum anxur dictum.
ibi fuere amyclæ a serpentibus deletæ. dein lacus fadanus:caieta portus. Oppidum
formiæ antiqua læstrygonum sedes.ultra fuit oppidum pyræ:colonia minturnæ lyri
amne diuisa glanico appellato. Sinuessa extremum in abiecto latio:quã quidã dixere
sinopem uocitatam. Hinc felix illa campania est. Ab hoc sinu ĩcipiunt uitiferi colles:
& temulentia nobilis:succo per omnis terras ĩclyto.atq;(ut ueteres dixere) summum
Liberi patris cum Cerere certamen. Hĩc setini & cecubi obtenduntur agri. Iis iungunt
falerni:caleni. Dein consurgũt massici gaurani:surrentiniq; montes.ibi leborini cãpi
sternuntur:& ĩ delicias alice epulantur mensis. Hæc littora fontibus calidis rigantur.
Præterq; cætera ĩ toto mari conchylio pisce nobili annotantur. Nusq̃ generosior oleæ
liquor. Et hoc quoq; certamẽ hũanæ uoluptatis tenuere osci:græci:ũbri:thusci:cãpãi.
In ora sauo fluuius. Vulturnum oppidum cum amne:liternum:cumæ chalcidẽsiũ:
misenum : portus baiarũ:bauli:lacus lucrinus & auernus.iuxta quẽ cimeriũ oppidũ
quondã.dein puteoli colonia dicæarchia dicti:postq; phlegræi cãpi. Acherusia palus
cumis uicina. Littore aũt hoc neapolis chalcidensium:& ipsa parthenope a tumulo
sirenis appellata. Herculanium Pompeii:haud procul expectante monte uesuuio.
Alluente uero sarno amne ager nucerinus est.&.uiii.M.passibus a mari ipsa nuceria

Surrentum cū promontorio Mineruæ ſirenum quondam ſede nauigatione a circeiis
duo de.lxxx.M.paſ. patet.Regio ea a tyberi prima italiæ ſeruatur ex deſcriptiōe Au/
guſti.Intus colōiæ capua a.xl.campo dicta:aquinum: ſueſſa:uenafrum:ſora:teanū:
ſidicinum cognomine nola. Oppida abellinum: aritia:alba longa:acerani: allifani:
atinates:aletrinates:anagnini:atellani:ueſulani:arpinates:auxiniates:auxellani: al/
faterni .Et qui ex agro latino: item hernico: item labicano cognominati.Bouelle:ca/
latie:caſinum:calenum:capitulum:hernetum:cernetani qui mariani cognominātur.
Corani a Dardano troiano orti.Cubulterini:caſtrimonienſes : cingulani:gabienſes.
ī monte albano foropopulienſes.Ex falerno:fruſinates: ferentinates:freginates : fra/
baterni ueteres: frabaterni noui.Ficolenſes fregellani:foroappi:forentani:gabini:in/
terānates: ſuccaſani qui et lirinates uocātur.Ilionenſes:lauini:norbani : normētani:
Preneſtini urbe quōdam ſtephane dicta:priuernates:ſetini:ſignini:ſueſſulani:telini:
trebulani cognomine balimenſes.Trebani:thuſculani:uerulani:ueliterni:ulubrēſes:
uluarnates.ſuper quæ roma ipſa:cuius nomen alterum dicere arcanis cerimoniarum
nefas habetur: optimaq; et ſalutari fide abolitum annuntiauit Valerius ſoranus:lu/
itq; mox pœnas.Nō alienum uidetur inſerere hoc loco exemplum religionis ātiquæ
ob hoc maxime ſilētium inſtitutæ.Nāq; diua Angerona:cui ſacrificatur ad diem.xii.
kalēdas ianuarii:ore obligato obſignatoq; ſimulacrum habet.Vrbem tris portas ha/
bentem Romulus reliquit: aut ut plurimis tradētibus credamus:quattuor. Mœnia
eius colligere ābitu imperatoribus cēſoribuſq; Veſpaſianis : āno cōditæ.d.ccc.xxviii.
.M.paſſuum.xiii.M.cc.complexa montes.vii.Ipſa diuiditur in regiōes.xiiii. Cōpita
ſingularum.cc.lxv.p.eiuſdem ſpatii menſura currente a miliario in capite romani
fori ſtatuto ad ſingulas portas:quæ ſūt hodie numero.xxxiiii.ita ut.xii. portæ ſemel
numerentur prætereanturq; ex ueteribus ſeptem:quæ eſſe deſierunt. efficit paſſuum
per directum.xxx.M.d.v.lxii.ad extrema uero tectorum cū caſtris prætoriis ab eodē
miliario per uicos omnium uiarum menſura colligit paulo amplius.lxx.M. paſſuū.
Quod ſiquis altitudinem tectorum addat:dignam profecto æſtimationem cōcipiat.
fateaturq; nullius urbis magnitudinem ī toto orbe potuiſſe ei comparari.Clauditur
ab oriente aggere Tarquinii Superbi inter prima opere mirabili. Nanq; eum muris
æquauit:qua maxīe patebat aditu plano:cætero munita erat præcelſis muris aut ab/
ruptis montibus:niſi ꝙ expatiantia tecta multas addidere urbes:in prima regione.
Præterea fuere in latio clara oppida ſatricum : pometia : ſcaptia : pitulum : polito/
rium : tellene : tifata:cecina : ficana:cruſtumium: meridia : medullum:corniculū:
ſaturnia ubi nunc roma eſt.Antipolis quod nunc ianiculum in parte romæ.antēna:
camerium:collatia: amitinū:norbe:fulmo.& cum iis carnem in monte albano ſoliti
accipere populi albenſes.Albani: eſolani:accienſes:abolani:nubetani: bolanitii:ſue/
tani:coriolani:fidenates:coretii:hortenſes:latinienſes: longani: manates: macrales:
muniēſes:olliculani:octulani:pedani:polletaurini:querquetulani:ſicanni:ſiſolēſes:
tolerienſes:tutienſes: uimiterali:uelienſes:uenetulani:uicellenſes. Ita ex antiquo la/
tio.liii. populi interiere ſine ueſtigiis.In cāpano autem agro ſtabie oppidum fuit
uſq; ad Cn.pōpeium &.L.Catonem cōſſ.a pridie kalend.maii.quo die Sylla legatus
bello ſociali id deleuit:quod nūc in uillas abiit.Intercidit ibi & taurania.Sunt & mo/
rientis ſcalini reliquiæ.Præterea auctor eſt Antias oppidum latinoꝝ apiolas captum
a.L.Tarquinio rege. ex cuius præda capitolium is ī fine inchoauerit.A ſurrentino ad
ſilaꝝ amnem.xxx.M.paſſus ager picentinus fuit thuſcoꝝ templo Iunonis arigie ab
Iaſone cōdito inſignis.Intus oppidum ſalerni : picentia.A ſilaro regio tertia & ager
lucanus brutiuſq; incipit. Nec ibi rara incolarum mutatio.Tenuerūt eum pelaſgi:
& notri:itali:morgetes:ſiculi: græciæ maxīe populi : nouiſſime lucani a ſamnitibus
orti duce Lucio.Oppida peſtum a græcis poſidonia appellatum:ſinus peſtanus:op/
pidum elea:quæ nunc uelia promōtorium.Palinuꝝ a quo ſinu recedēte traiectus ad

coloniam regiam .c. M .paſſus . Proximum autem huic flumen melphes:oppidum
buxentum græciæ prius magnæ:nunc lucaniæ. Laus amnis : fuit & oppidum eodem
nomine. Ab eo brutium littus:oppidum blanda:flumē baletum:portus parthenius.
& phocēſiū ſinus uibonēſis:locus clampeciæ. Oppidū tempſa a græcis temeſe dictū:
& crotonienſium terina: ſinuſq; ingēs terinus. Oppidum conſentia. Intus ī penīſula
fluuius acheron a quo oppidani acherontini. Hippo : quod nunc uibonem ualentiā
appellamus. portus Herculis:metaurus amnis:tarentum oppidum:portus Oreſtis &
meddua. Oppidum ſcylleū:cratis fluuius pater ut dixere Scyllæ. Dein colonia regia:
ſiculum fretum:ac duo aduerſa promontoria ex italia cenis:e ſicilia pelorum.xii.ſta-
diorum interuallo. Vnde rhegium.xliii.paſſuum. Inde apennini ſilua:ꝓmontorium
leucopetra.xii.M.paſſibus ab ea locri cognomīati.li.a promontorio zephyrio abſūt:
a ſilaro.ccc.iii.M. Et includitur europæ ſinus primus in eo quem maria nuncupant.
unde irrumpit atlanticum ab aliis magnum:qua intrat porthmos a græcis : a nobis
gaditanū fretum cum ītrauit. Hiſpanum quatenus hiſpanias abluit. Ab aliis ibericū
aut balearicū. Mox gallicum ante narbonenſem prouinciam: hinc liguſticum. Ab eo
ad ſiciliam inſulam thuſcum . quod ex græcis alii notium : alii tyrrhenum:e noſtris
plurimi inferum uocant. Vltra ſiciliam quod eſt ad ſalentinos : auſonium Polybius
appellat. Eratoſthenes autem īter oſtium oceani & ſardiniam quicquid eſt ſardonū.
Inde ad ſiciliam tyrrhenum:ab hac cretam uſq; ſiculum:ab ea creticum. Inſulæ ꝑ hæc
maria primæ omnium pityuſæ a græcis dictæ a frutice pineo : nunc ebuſus uocatur :
utraq; ciuitate fœderata:anguſto freto interfluente. patent.xlii.M.paſſibus. abſūt ab
dianio.lxx.ſtad. totidem dianium per continentem a carthagine noua. tantundem a
pityuſis in altum baleares duæ: et ſucronem uerſus colubraria. Baleares funda belli-
coſas:græci gymnaſias dixere. Maior.c.M.p.eſt lōgitudine : circuitu uero .cccc.lxxx.
.M.oppida habet ciuium romanorum palinam & polentiam latinorum ciuium.&
tucini quod fœderatum bochorum fuit:ab ea .xxx.M.p.diſtat minor : longitudine
.xl.M.circuitu.c.l.M.paſſuū. Ciuitates habet labonem: ſaniſerā:magonē. a maiore
.xii.paſſuum in altum abeſt capraria inſidioſa naufragiis:& e regione palinæ urbis
meraria ac tiquadra patria Annibalis. Ebuſi terra ſerpentes fugat : colubrariæ parit.
Ideo infeſta omnibus niſi ebuſitanam terram inferentibus. græci ophiuſam dixere.
Cuniculos ebuſis gignit populantes balearium meſſes . Sunt aliæ.xx. ferme paruæ
mari uadoſo . Galliæ autem hinc ora in rhodani oſtio metina : mox quæ blaſconus
uocatur:& ſtechades a uicinis maſſilienſibus dictæ : propter ordinem quo ſitæ ſunt
erunt nomina ſingulis prote meſe: quæ & pomponiana uocatur : tertia hype. Ab iis
ſturium:phœnice:philarero:& lerina aduerſū antipolin:ī q̄ uergoani oppidi mēoria.

Corſica. Cap.vi.

IN liguſtico mari eſt corſica:quam græci cyrnon appellauere: ſed thuſco ꝓpior
a ſeptentrione in meridiem proiecta. longa paſſuum.cl.M.lata maiore ex parte
.l.circuitu.ccc.xxii.M. Abeſt a uadis uolaterranis.lxii.M.p. Ciuitates habet .xxxiii.&
colonias marianam a Mario deductam: aleriam a dictatore Sylla . Citra eſt oglaſa .
Intra uero .lx. M . paſſibus a corſica:planaria a ſpecie dicta æqualis freto : ideoque
nauigiis fallax:amplior gorgona & capraria: quam græci ægilon dixere. Item igiliū:
& dianium quam artemiſiam:ambæ contra coſanum littus:& contra littus uaponæ:
menaria:colūbaria: uenaria:ilua:cum ferri metallis circuitu.c.p.a populonio .x.M.
A græcis ætalia dicta.ab ea planaſia .xxxviiii.M. Ab iis ultra tyberina oſtia ī antiano
ſtura. mox palmaria ſinonia aduerſum formias pontiæ . In puteolano autem ſinu
pandataria ꝓchyta nō ab Eca Aeneæ nutrice : ſed quia ꝓfuſa ab ænaria erat. Aenaria
ipſa a ſtatiōe nauium Aeneæ Homero inarimæ dicta. græcis pythecuſa: nō aſymiarū
multitudine : ut aliqui exiſtimauere : ſed a figulinis doliariorum. inter pauſilipum
& neapolin megaris . mox a ſurrento. viii. M. paſſibus diſtantes Tyberii pricipis arce

nobiles capreæ circuitu.xl.M.p.c.x.leucothea. Extra quẽ conſpectũ pelagus africam attingens. Sardinia minus.viiii.M. paſſibus a corſicæ extremis etiamnum anguſtias eas arcentibus inſulis paruis: quæ cuniculariæ appellantur. Itemque pinton & foſſæ: a quibus fretum ipſum taphros nominatur.

Sardinia. Cap.vii.

SArdinia ab oriente patens.c.lxxxviii.M.paſſuũ: ab occidente.c.lxxii.milia: a meridie.lxxiiii.milia: a ſeptẽtriõe.c.xxii.Circuitu.d.lxii.milia. Abeſt ab africa calaritano promontorio ducenta milia. a gadibus.xiii.l.habet & a garditano ꝓmõtorio duas inſulas: quæ uocantur Herculis a ſulcherſi enoſin: a calaritano ficariam. Quidam haud procul ab ea etiam beleridas ponunt: & callodem: & quam uocant hieracam. Celeberrimi in ea populorum ilienſes: ſalari: corſi. oppidorum.xiiii. ſulchitani: ualentini: neapolitani: bocenſes: calaritani ciuium romanorum: & norenſes. Colonia autem una: quæ uocatur ad turrim libyſonis. Sardiniam ipſam Timæus ſandaliotin appellauit ab effigie ſoleæ. Myrſilus ichnuſam a ſimilitudine ueſtigii. Contra peſtanum ſinum leucaſia eſt a ſirene ibi ſepulta appellata. Contra ueliam pontia & iſacia: utræque uno nomine œnotrides: argumentum poſſeſſæ ab œnetriis italiæ: & contra uibonẽ paruæ quæ uocantur ithaceſiæ Vlyxis ſpecula.

DE Sicilia. Cap.viii.

VErum ãte omnes claritates ſicilia ſicania a Thucydide dicta. Trinacria a pluribus aut triquetra a triangula ſpecie: circuitu patens ut auctor eſt Agrippa.d.c.xviii. M.paſſibus: quondam brutio agro cohærens: mox interfuſo mari auulſa.xii.M.in longitudinem freto. In latitudinem autem.cxd. Iuxta coloniam regiã ab hoc dehiſcendi argumento: rhegium græci nomen dedere oppido in margine italiæ ſito. In eo freto eſt ſcopulus ſcylla: item carybdis. Mare uorticoſum: ambo clara ſæuitia. Ipſius triquetræ ut diximus promontorium pelorus uocatur: aduerſus ſcyllã uergẽs in italiam: pachynam in græciam.cxliiii.M. ab eo diſtante peloponneſo. Lilybeum in africam.c.lxxx. M. interuallo a Mercurii promontorio: & a calaritano ſardiniæ.c.uiginti. M. Inter ſe autem hæc promontoria late diſtant his ſpatiis. Terreno itinere a peloro pachinum.c.lxvi.M.paſſus. Inde lilybeum.cc. M. Inde pelorum.c.lxx.M. coloniæ ibi urbes ac ciuitates.lxxii. A peloro mare ioniũ ora ſpectãte oppidũ meſſana ciuium romanorum: qui mamertini uocantur. Promontorium drepanum: colonia taurominium: quæ antea naxos: flumen aſines: mons ætna nocturnis mirus ĩcẽdiis. Crater eius patet ambitu ſtadia.xx. fauilla taurominium & catinã uſque peruenit feruens. fragor uero ad maronem & gemellos colles. ſcopuli tres Cyclopum. Portus Vlyxis: colonia catina: flumina ſymethum terias. Intus leſtrigoni campi. Oppida leontini: megaris: amnis pantagies: colonia ſyracuſæ cum fonte arethuſa. Quãquam: & temenitis: & archidemiſa: & magea: & cyane: militiæ fontes in ſyracuſano potãtur agro. portus nauſtathmus: flumen florus: promontorium pachynũ: a qua fronte ſiciliæ flumen hirminium. oppidum camarina: fluuius celas: oppidum agragas: quod agrigentum noſtri dixere. thermæ colonia: amnes agathema therypſa celinus. Oppidũ lilybeũ. ab eo promontorium drepana: mox eryx. Oppida panormum: ſolinium: hymera cum fluuio cephaledi: ſeleuntinum: agathyrnum: tyndaris colonia: oppidum myle. Et unde cepimus pelorus. Intus latinæ conditionis centuripini: nepini: ſegeſtani. Stipendiarii: aſſorini: ætnẽſes: aggerini: aceſtei: acrenſes: bidini: citatiarini: drepanitani: argeſtini: aceſtiẽſes: erycini: entelletini: netini: edini: eguini: gelani: galatheni: haleſini: ennenſes: hybleenſes: hebrytenſes: herbẽſes: herbulenſes: halicẽſes: hadranitani: macarenſes: hypanẽſes: ietenſes: mutruſtani: magellini: murgentini: muticenſes: menanini: naxinonii: petini: paropini: teraphitienſes: ſemellitani: ſeſcherini: ſelinunti: ſimeti: hilarẽſes: tiſſinenſes: triocalini: tiriacienſes: zandei meſſeniorũ. Hoꝝ ĩ ſiculo freto ſũt inſulæ in africam uerſæ gaulos melita a camarina.lxxxiiii.M.paſſibus. a lilybeo.c.xiii. coſira: erõneſos: cereine: galatha:

lepadusa: æthusa quam alii ægusā scripserunt. bucion ætnæ. Et a seleūte.lxxv.milia osteades: cōtraq; paropinos userca. Citra uero siciliā ex aduerso metauri amnis.xxii. ferme passuum ab italia.vii. æoliæ appellatæ. Eædem lipareorum & ephestiades a græcis: a nostris Vulcani. Aeoliæ q Aeolus iliacis tpībus ibi regnabat.

DE Lipara. Cap.viii.

Lipara cū ciuium romanorum oppido dicta a Liparo rege: qui successit Aeolo: antea longinis uel meligonis uocitata. abest.xxii. M.p. ab italia ipsa circuitu paulo minori. Inter hanc & siciliam altera antea therasia appellata: nunc hiera quia sacra Vulcano est: colle in ea nocturnas euomente flammas. Tertia strongyle a lipara mille passus ad exortum solis uergens: in qua regnauit Aeolus: quæ a lipara liquidiore flamma tantum differt. Cuius fumo qui nam flaturi sint uenti in triduo prædiscere incolæ traduntur: unde Aeolo uentos paruisse existimatum. Quarta didyme minor q̄ lipara. Quinta eriphusa. Sexta phœnicusa pabulo proxīarū relicta. Nouissima eademq; minima euonymos. Hactenus de primo europæ sinu.

DE Locris italiæ fronte. Cap.ix.

A Locris italiæ frons incipit: magna græcia appellata in tres sinus recedēs ausonii maris: quoniā ausones tēuere primi. patet.lxxxii.M. passuū: ut auctor ē Varro. pleriq;.lxxii.M. fecere. in ea ora flumina innumera: sed memoratu digna loconus sagra: & uestigia oppidi caulonis: mystia: consilinum castrum: carcinum: quod esse longissimum italiæ promontorium aliqui existimant. Dein scyllaceus: & scolagium scyllaceum: & scyletum atheniensibus cum conderent dictum. Quem locū occurrens therineus sinus peninsulam efficit. & in ea portus qui uocatur castra Annibalis: nusq̄ angustiore italia.xl.M. passuum latitudo est. Itaq; Dionysius maior intercisā eo loco adiicere siciliæ uoluit. Amnes ibi nauigabiles carcinas: crotalus: semyrus: arocha: targines. Oppidum intus petilia: mons clybanus: promontorium lacinium: cuius ante oram insula.x. M.p. a terra dioscoron. altera calypsus quam ogygiam appellasse Homerus existimatur. Præterea tiriseranus amelœssa. Ipsum a caulōe abesse.lxx.M. passibus ꝓdidit Agrippa.

Secundus Europæ sinus. Cap.x.

A Lacinio promontorio secundus europæ sinus incipit: magno ambitu flexus. & acroceraunio epiri finitur promontorio. a quo abest.lxxv. M. passibus oppidū Croto: amnis neethus. Oppidum thurium īter duos amnes cratin & sybarin: ubi fuit urbs eodē noīe. Siīliter est inter syrin & acrin heraclea aliq̄ndo syris uocitata. Fluīa thalandrum: casuentum. oppidum metapontum: quo tertia italia regio finitur. Mediterranei brutiorum aprustani tantum. Lucanorum autem hinc atinates: buxētini: eburini: grumentini: potentini: sontini: syrini: tergilani: ursentini: uolsētani: quibus numestrani iunguntur. Præterea īterisse thebas lucanas Cato auctor est. & mardoniā lucanorum urbem fuisse Theopompus: in qua Alexander epirotes occubuerit. Connectitur secunda regio amplexa hirpinos: calabriam: apuliā: salentinos.cc.l.M. sinu qui tarentinus appellatur ab oppido laconum in recessu hoc intimo sito contributa eo maritima colonia: quæ ibi fuerat. Abest.cxxxvi.M.p. a lacinio promontorio: aduersam ei calabriam in peninsulam emittens. Græci messapiam a duce appellauere: & ante peucetiam a Peucetio Oenotri fratre. In salentino agro īter promōtoria.c.M. passuum inter sunt. Latitudo penīsulæ a tarento brundusium terreno itinere.xxxii. M. passibus patet: multoq; breuius a portu sasina. Oppida p continentem a tarento uaria cui cognomen apule: messapia: aletium. In ora uero senonum gallipolis: quæ nunc est anxa.lxii.M. passibus a tarento. Inde.xxxiii.M. ꝓmontorium quod acran iapygiam uocant: quo longissime in maria excurrit italia. Ab eo basta oppidum & hydruntum.x.M.ac.viiii.M. passuum: ad discrimen ionii & hadriatici maris: qua in græciā breuissimus transitus. Ex aduerso apollonia oppido latitudīe ītercurrētis freti .l. non amplius passuum. Hoc interuallum pedestri continuare transitu pontibus

iactis primum Pyrrhus epiri rex cogitauit. Poſt eum. M. Varro cũ claſſibus Pompeii pyratito bello præeſſet. Vtrunq; aliæ impediere curæ. Ab hydrũte ſoletum deſertum. dein fratuertium: portus tarentinus: ſtatio militũ luſpia: baleſſum: celium. Brũduſiũ .l.M. paſſuum ab hydrunte: in primis italiæ portu nobile ac uelut certiore tranſitu: ſicuti longiore excipiente illyrica urbe dirrachio .cc.xxii. M. traiectu. Brũduſio conterminus pediculorum ager nouem adoleſcentes totidemque uirgines ab illyriis .xiii. populos genuere. Pediculorum oppida rhudia: ſtegnatia: barion ante iapyx a Dedali filio: a quo & iapygia. amita pactius: aufidus ex hirpinis mõtibus canuſiũ præfluẽs. Hinc apulia Dauniorum cognomine a duce Diomedis ſocero: in q̃ oppidum ſalapia Annibalis meretricio amore inclytum. Sipontum: uria: amnis cerbalus Dauniorum finis. portus aggaſus. Promontorium montis gargani a ſalentino ſiue iapygio .c.xxx. .iiii. M. paſſibus ambitu. gargani portus garnæ: lacus pantanus: flumen portuoſum frẽto teanum apuloꝝ. Itemq; larinũ: diternia: tifernus amnis. Inde regio frẽtana. Ita apulorum genera tria: teani a duce. Gares. Lucani qui ſubacti a Calchãte tenuere loca quæ nunc tenent etinates. Dauniorum præter ſupradicta coloniæ luceria: uenuſia. Oppida canuſium arpi aliquando hargos hippium Diomede condente. Mox argirippa dictum. Diomedes ibi deleuit gentes monadorum: dardorumq; & urbes duas quæ in ꝓuerbii ludicrum uertere apinam metaicram. Cætera ĩtus. In ſecunda regione hirpinoꝝ colonia una beneuentũ auſpicacius mutato nomine: quæ quõdã appellata maleuentũ. auſeculani: aquiloni: abellinates cognomine protropi: compſani: caudini ligures: qui cognominantur cornelani: & qui bebiani: ueſcellani: deculani: aletrini: abellinates cognomĩati marſi. atrani: ecani: alfellani: artinates: arpani: uorcani: collatini: corinenſes. & nobiles clade romana cannenſes. dirini: forentani: genuſini: herdorienſes: irini: larinaces: cognomine frentani: etinates. ex gargano mateolani: nerecini: matini: rubuſtini: ſiluini: ſtrapellini: tĩmãtini: uibinates: uenuſini: ulurtini. Calabroꝝ mediterranei egetini: butuntinenſes: deciani: brumbeſtini: narbonenſes: baltonenſes: ſtulnini: tutini. Salentinoꝝ aletini: baſterbini: neretini: ulentini: ueretini.

Regio Italiæ quarta. Ca. xi.

SEquitur regio quarta gentium uel fortiſſimarum italiæ in ora frẽtanorum a tiferno flumẽ triniũ portuoſum. oppida biſtoniũ: buca: ortona. aternus amnis. Intus anxani cognomine frentani: caretini ſupnates & infernates lanuenſes. marrucinorum teatini. pelignorum corfinienſes: ſupequani: ſulmonẽſes. marſoꝝ anxãtini: atinates: ſucẽtes: lucentes: marruuii. Albenſium alba ad fucinum lacũ. Aeqculanorũ cliternini: carſeolani. Veſtinorum angulani: pẽnienſes: peltuinates: quibus iungunt̃ aufinates: ciſmontani. Samnitium: quos ſabellos & græci ſaunitas dixere. Colonia bouianum uetus: & alterum cognomĩe undecumanorum: aufidenates: eſernini fagifugali ficolẽſes: ſepinates treuẽtiates. Sabĩorum amiternini: curẽſes: forum decii: foꝝ nouum: fidenates: ĩteramnates: nurſini: nomẽtani: reatini: trebulani: q̃ cognominãt̃ mutueſti: & qui ſuffenates: tyburtes: parinates. In hoc ſitu ex æqculis ĩteriere comini: tadiates: acedici: alfaterni. Gelianus auctor ẽ lacu fucino hauſtum marſorũ oppidũ archippe cõditum a Marſya duce lydorum. Item urticinorum ĩ piceno deletum a romãis Valeriãus. Sabini (ut quidam exiſtimauere) a religiõe & deorum cultu ſeuini appellati uelinos accolũt lacus roſcidis collibus. Nar amnis exhaurit illos ſulphureis aquis. Tyberim ex his petẽs replet e mõte fiſcello labẽs iuxta uacunæ nemota & reate ĩ eoſdem cõditus. At ex alia parte anio ĩ mõte trebanorum ortus lacus tris amœnitate nobiles qui nomẽ dedere ſublaqueo: defert ĩ tyberin. In agro reatino cutyliæ lacum: ĩ quo fluctuet ĩſula: italiæ umbilicum eſſe. M. Varro tradit. Infra ſabinos latium eſt: a latere picenum: a tergo umbriã apenninis iugis ſabinos utrĩq; uallãtibus.

Quinta regio. Ca. xii.

QVita regio piceni eſt quondam uberrime multitudĩs .ccc.lx. milia picentium ĩ

fidem romãi populi uenere . Orti ſũt a ſabinis uoto uere ſacro . Tenuere ab aterno amne: ubi nũc ager hadrianus & hadria colonia a mari . vii . milium paſſuum flumẽ uomanum: ager prætutianus palmẽſiſq;. Item caſtrumnouũ: flumẽ batinũ: truẽtum cum amne quod ſolum liburnorum ĩ italia: reliquum eſt. flumĩa albulates: ſuinum: heluinum quo finitur prætuciana regio: & picẽtium ĩcipit. Cupra oppidum: caſtellũ firmãorum: & ſuper id colõia aſculũ piceni nobiliſſima. Intus nobana: ĩ ora cluana: potentia: numana a ſiculis cõdita . Ab iiſdem colõia ancon appoſita promontorio cũero ĩ ipſo flectẽtis ſe ore cubito a gargão . c . lxxxiii . M . paſſibus . Intus auſinates: ueregrani: cĩgulãi: cuprẽſes: cognomĩe mõtani : falariẽſes: pauſulãi: plyniẽſes: ricinẽſes: ſeptempedani: tollentinates: triacenſes cum urbe ſaluia: polentini.

❡Sexta regio. ❡Cap. xiii.

IVngitur hic ſexta regio umbriam complexa: agrumq; gallicum circa ariminũ . Ab ancone gallica ora ĩcipit: togata gallia cognomine. Siculi & liburni plurimi eius tractu tenuere in primis palmenſem: prætutianum hadrianumq; agrum. Vmbri eos expulere: hos hetruria: hanc galli . Vmbrorum gens antiquiſſima italiæ exiſtĩatᷣ: ut quos umbrios a græcis putẽt dictos: ꝙ inundatione terraꝝ hymbribus ſupfuiſſẽt. Trecenta eorum oppida thuſci debellaſſe reperiuntur. Nunc in ora flumẽ eſis : ſenegallia: metaurus fluuius: colõia fanum fortunæ: piſauꝝ cum amne. Et ĩtus hiſpellũ: tuder. De cætero amerini: attidiates: aſirinates: arnates: eſinates: camertes: caſuẽtini : carſulani: doiates cognomine ſalentini: fulginates: foroflamminienſes: foroiuliẽſes cognomine concubienſes: forobremitiani: foroſempronienſes: inginini: interannates cognomine nartes: meuanates: meuanionenſes: matilicates: narnienſes: quod oppidũ nequinum antea uocitatum eſt. nucerini cognomine fauonienſes: & camellani: otriculani: ortani: pitulani cognomine piſuertes: ætali : mergentini : peſtini: ſetinates : ſarſinates : ſpoletini: ſuareani: ſeſtinates: ſuillates: adinates: trebiates: tuſſicani: tibernates cognomine tyburini: & allimetaurenſes : ueſionicates : urbinates cognomine metaurenſes: & allihortenſes: metionenſes: uindinates: uiuentani. In hoc ſitu ĩteriere feliginates: & qui cluſiolũ tẽuere: ſupra ĩterannani: & ſarranates cum oppidis acerris quæ uafriæ cognominabantur. Turocelo : quod uettiolum. Item ſolinates: ſuriates : fallienates. Apienates interiere & arienates cum crinouolo: & uſcidicani: & plãgenſes: piſinates: cæleſtini. Ameriam ſupraſcriptã Cato ante Perſei bellũ cõditam ãnis . dcccc . lxiiii . prodidit.

❡Octaua Regio. ❡Cap. xiiii.

OCtaua regio determinatur: arimino: pado: apẽnino. In ora fluuius cruſtumiũ: ariminum colonia: cum amnibus arimino & apruſa. Fluuius hĩc rubico quõdã finis italiæ. Ab eo ſapis: & uitis : & anemo. Rauẽna ſabinorum oppidum cum amne bedeſe ab ancone . c . ii . M . paſſibus: nec procul a mari umbrorum butriũ. Intus colõia bononia felſina uocitata cũ prĩcipis hetruriæ eſſet. brixillũ: mutina: parma: placẽtia. Oppida ceſena: claterna: foroclodii: liuii. Populi truẽtinoꝝ: cornelii: licinii: fauẽtini : fidẽtini: oteſini: padinates: regiẽſes a Lepido. Solonates: ſaltes: q galliani cognomĩatᷣ. aquinates: tãnitãi . Veliates cognomĩe ueteti: regiates: urbinates. In hoc tractu ĩterierũt boii: quoꝝ tribus . cxii . fuiſſe auctor eſt Cato. Item ſenones: q ceperãt romã.

❡DE Pado flumĩe. ❡Cap. xv.

PAdus e gremio ueſuli mõtis celſiſſimũ ĩ cacumẽ elati finibus liguꝝ gabiẽnorũ uiſẽdo fõte proflués cõdẽſq; ſeſe cuniculo: & ĩ forouibiẽſium agro iteꝝ exoriẽs: nulli amniũ claritate ĩferior: a græcis dictus eridanus ac pœna Phæthõtis illuſtratus. Augetur ad canis ortus liquatis niuibus: agris q̃ nauigiis torrẽtior: nil tamẽ ex rapto ſibi uẽdicãs. Atq; ubi liqt agros: ubertate largior . ccc . M . paſſibus a fõte addẽs meatu duodenonagĩta. Nec amnes tãtum apẽninos alpinoſq; nauigabiles capiẽs : ſed lacus quoq; immẽſos ĩ eum ſeſe exonerãtes omni numero . xxx . flumĩa ĩ mare hadriaticum defert. Celeberrima ex iis apẽnini latere iactum: tanarum: trebiam placẽtinum: tarum

niciam:gabellum:sculternam:renum. Alpium uero sturam : morgum:durias:duas: sessitem:ticinum:lambrum:adduam:ollium:mĩtium. Nec alius amnium tam breui spatio maioris ĩcrementi est. Vrgetur qppe aquarum mole : & ĩ profũdum agitur. grauis terræ quanquam deductus ĩ flumĩa & fossas ĩter rauẽnam altinumq; passuũ .c.xx.M. tamẽ quia largius uomit : septem maria dictus facere. Angusta fossa rauẽnã trahitur:ubi padusa uocatur:quondã messanicius appellatus. Proximum ĩde ostium magnitudinẽ portus habet: qui uatreni dicitur. quo Claudius Cæsar e britãnia triũ/phãs prægrãdi illa domo uerius q̃ naue ĩtrauit hadriam. Hoc ante eridanum ostium dictum est:ab aliis spireticum ab urbe spira:quæ fuit iuxta : prævalens ut delphicis creditum est thesauris cõdita a Diomede. Auget ibi padum uatrenus amnis:ex foro/corneliensi agro. Proximum inde ostium caprasiæ:dein sagis:dein uolane:quod ante alane uocabatur. Omnia ea fossas fluminaq; primi asagi fecere thusci egesto amnis impetu per trãsuersum ĩ hatrianorũ paludes:quæ.vii.maria appellãtur:nobili portu oppidi thuscorum hadriæ:a quo hadriaticum mare ante appellatum: quod nunc ha/driaticum. Inde ostia a plena carbonaria ac fossiones philistinæ : quod alii tartarum uocant:omnia ex philistinæ fossæ abũdatione nascẽtia: accedẽtibus atesi ex tridẽtinis alpibus & togisono ex patauinorum agris. Pars eorum & proximum portum facit brũdulum:sicut edronem mediacidua ac fossa clodia. His se padus miscet:ac per hæc effunditur plerunq;:ut in ægypto nilus:quod uocant delta. triquetramque figuram ĩ alpes atq; oram maris facere proditur stad.ii.M. circuitu. Pudet a græcis italiæ rõnẽ mutuari. Metrodorus tamen Sceptius dicit : quoniam circa fontem arbor multa sit picea:quæ pades gallice uocetur:padum hoc nomen accepisse. Ligurum quidẽ lingua amnem ipsum bodincum uocari : quod significet fundo carentem. Cui argumento adest oppidum iuxta industria uetusto nomine bodincomagum : ubi præcipua alti/tudo ĩcipit.

¶DE Italia transpadana:regio nona. ¶Ca.xvi.

TRanspadana appellatur ab eo : regio.ix.tota ĩ mediterraneo: cui maria cuncta fructuoso alueo ĩportat. Oppida uibiforũ segusio. Coloniæ ab alpiũ radicibus augusta taurinorum antiqua ligurum stirpe:inde nauigabili pado. Dein salasorum augusta prætoria iuxta gemĩas alpium fauces graias atq; pœninas. His pœnos:graiis Herculem transisse memorant. Oppidum eporedia sibyllinis libris a po. ro. condi iussum. Eporedicas enim galli bonos equorum domitores uocant. Vercellæ libitiorũ ex saluis ortæ : nouaria ex uertamacoris uocantiorum:hodieq; pagus. Non (ut Cato existimat) ligurum ex quibus leui & marici condidere ticinum non procul a pado : sicut boii transalpes profecti laudem pompeiam : insubres mediolanũ : orobiorum stirpis esse comum atq; bergomum:& liciniforum:& aliquot circa populos auctor ẽ Cato:sed originem gentis ignorare se fatetur:quam docet Cornelius Alexãder ortam a græcia:ĩtepretatione etiam nominis uitam ĩ mõtibus degentibus. In hoc situ ĩteriit oppidum orobiorum barra:unde bergomates Cato dixit ortos: etiamnum prodente se altius : q̃ fortunatius siti. Interiere & caturi gens ĩsubrum exules:& spira supra/dicta. Item melpum opulentia præcipuum : quod ab ĩsubribus & boiis & senonibus deletum est eo die:quo Camillus ueios cepit:ut Nepos Cornelius tradit.

¶Venetia decima regio. ¶Cap.xvii.

SEquitur decima regio italiæ hadriatico mari apposita : cuius uenetia fluuius silis ex montibus taurisanis : oppidum altinum:flumen liquẽtia ex montibus opiterginis:& portus eodem nomine:colonia cõcordia: flumen & portus romatinũ : tiliauentũ maius minusq; : anassum:quo uaramus defluit. alsa : natiso cum turro præfluente aquileiam coloniam.xii.M. passibus a mari sitam. Carnorum hæc regio iunctaq; regiõi iapidum:amnis timauus:castellum nobile uino pucinũ. Tergestinus sinus:colonia tergeste. xxx. M. iii. M. ab aquileia:ultra quam sex milia passuum formio amnis.ab rauenna.c.lxxxix.passibus:antiquus auctæ italiæ terminus. Nunc

uero istriæ: quam cognominatã tradunt a flumĩe istro in hadriam effluẽte e danubio amne eodemq; istro ex aduerso padi fauces: contrario eorum percussu: mari ĩteriecto dulcescente. Pleriq; dixere falso & Nepos Cornelius etiam padi accola. nullus enim ex danubio amni ĩ mare hadriaticum effũditur. Deceptos credo quoniam argo nauis flumine in mare hadriaticum descendit: nec procul tergeste. Nec iam constat quo flumine. Humeris trauectam alpes diligentiores tradunt. subiisse autem istro: dein sao: dein nauporto: cui nomen ex ea causa est inter hemonaim alpesq; exorienti.

DE Istria. Cap. xviii.

ISTria ut peninsula excurrit. Latitudinem eius. xl. M. passuum: circuitũ uero. c. xxii. M. prodidere quidam. Item adhærentis liburniæ & panatici sinus. Alii liburniæ. c. lxxx. M. nonnulli ĩ panaticum sinum iapidiam promouere: a tergo istriæ. c. xxx. M. passuũ. dein liburniam. c. l. M. fecere. Tuditanus: q domuit istros: ĩ statua sua ibi inscripsit ab aquileia ad titium flumẽ stad. cc. M. Oppida istriæ ciuiũ romaoꝝ agida: parentium. Colonia pola quæ nunc iuliapietas quondam a colchis condita. Abest a tergeste. c. M. n. p. mox oppidum nexantium. & nunc finis italiæ fluuius arsia. Polã ab ancona traiectus. c. xx. M. passibus est. In mediterraneo regionis deciæ colonia: cremona: brixia cenomannorum agro. Venetorum autem natri Acestæ & oppida acelum: patauium: opitergium: belunium: uicentia: mantua thuscorũ trans padum sola reliqua. Venetos troiana stirpe ortos auctor est Cato. Cenomãnos iuxta massiliã habitasse. In uolscis fertini: & tridẽtini: & beruenses. Rhetica oppida rhetoꝝ & euganeorum Veronã: iuliẽses carnorum. Dein quos scrupulose dicere nõ attĩeat: alutraenses: asseriates: flamonienses: uanienses tuli cognomine culici: foroiulienses cognomine trãspadani: foretani: nedinates: quarqueni: taurisani: cogiẽses: uaruani. In hoc situ interiere per oram iraminæ: pellaon: pasicium: ex uenetis: atina: & cælina: carnos segeste: & ocra. Tauriscis: noreia. Et ab aquileia ad duodecimum lapidẽ deletũ oppidum etiam inuito senatu a. M. Claudio. L. Marcello. L. Piso auctor est. In hac regione &. xi. lacus inclyti sunt. amnesq; eorum partus aut alumni si modo acceptos reddunt: ut adduam larius: ticinum uerbanus: mintium benacus: ollium sebinus: lambrum eupilis: omnes incolas padi. Alpes in longitudinem. x. M. passuum patere a supero mari ad inferum Cælius tradit. Timagenes. xxii. M. passuum deductis in in latitudinem. Cornelius autem Nepos. c. M. T. Liuius tria milia stadiorum: uterq; diuersis in locis. Nam & centum milia excedunt aliquando ubi germaniam ab italia submouent. nec. lxx. M. explent. reliqua sui parte gracilis ueluti naturæ prouidentia. Latitudo italiæ subter radices earum a uaro per uada sabacia: taurinos: comũ: brixiã: ueronam: uicentiam: opitergũ: aqleiã: tergeste: polã arsiã. dcc. xlii. M. p. colligit.

DE Alpibus & gentibus alpinis. Cap. xix.

INcolæ alpium multi populi: sed illustres a pola ad tergestis regionẽ: secusses: subocrini: atali: menocaleni: iuxtaq; carnos quondam taurisci appellati: nunc norici. His contermini rheti: & uindelici: omnes ĩ multas ciuitates diuisi. Rhetos thuscorum prolem arbitrantur a gallis pulsos duce Rheto. Verso deinde italiã pectore alpium latini iuris euganeæ gentes: quarum oppida. xxxiiii. enumerat Cato. ex iis triumpilini uenalis cum agris suis populus. Dein canuni: compluresque siles finitĩis attributi municipiis. Lepontios: & salasos tauriscæ gẽtis idem Cato arbitratur. Cæteri fere lepontios relictos ex comitatu Herculis interpretatione græci nominis credunt: præustis ĩtra sinus alpium niue membris: eiusdem & graios fuisse positos ĩ transitu. Graiarum alpium ĩsulas præstãtesq; genere euganeos ĩde tracto nomine. Caput eoꝝ stheonos: rhetorũ uennonenses: sarunetesq; ortus rheni amnis accolunt. Lepontiorũ qui uiberi uocantur: fontem rhodani eodem alpium tractu. Sũt præterea latio dõati ĩcolæ: ut octodurenses & finitimi centrones: cottianæ ciuitates: eturi e liguribus orti. uagienni ligures: & q montani uocãtur. Capillatorumq; plura genera ad confinium

ligustici maris. Nō alienum uidetur hoc loco subiicere īscriptionem e trophæo alpiū quæ talis ē. Imperatori Cæsari diui filio Aug. pontifici maximo imp. xiiii. tribunitiæ potestatis: Senatus populusq; romanus: q eius ductu auspiciisque gentes alpinæ oēs quæ a mari supo ad inferum ptinebāt: sub impium po. ro. sunt redactæ. Gētes alpīæ deuictæ: triumpilini: canuni: uēnotes: uenonetes: hisarci: breuni: naunes: focunates. uindelicorum gētes quattuor: consuanetes: uirucinates: licates: cattenates: ābisontes: rugusci: suanetes: callucones: brixentes: lepontii: uiberi: nautuates: seduni: uaragri: salassi: acitauones: medulli: ucenni: caturiges: brigiani: sōtiontii: brodiōtii: nemaloni: edemnates: esubiani: ueamini: gallicæ: triulatti: ectini: uergunni: eguituri: nemeturi: oratelli: uerusi: uelauni: suetri. Non sūt adiectæ cottianæ ciuitates. xii. quæ nō fuerāt hostiles: sed item attributæ mūicipiis lege pompeia. Hæc est italia diis sacra. hæ gētes eius. hæc oppida populorū. Sup hæc italia quæ. L. Aemilio Paulo. C. Statilio Regulo consulibus: nunciato gallico tumultu sola sine externis ullis auxiliis: atq; etiam tunc sine transpadanis equitum. lxxx. M. peditum. dcc. M. armauit. Metallorum omniū fertilitate nullis cedit terris. Sed īterdictū id uetere cōsultu patrū italiæ parci iubētiū.

¶Illyricum. ¶Cap. xx.

ARsia gens liburnorum iūgitur usq; ad flumen titium. Pars eius fuere mētores: hymani: encheleæ: dudini: & quos Callimachus peucecias appellat. Nūc totum uno nomine illyricum uocatur generatim: populorum pauca effatu digna aut fœlicia nomina. Conuentum scardonitanum petunt iapides: & liburnorum ciuitates. xiiii. e quibus lacinienses: scultinos: burnistas: olbonenses nominare nō pigeat. Ius italicū habent eo cōuentu alutæ fanates: a quibus sinus nominatur. Lopsi uarubarini īmunesq; asseriates: & ex insulis fertinates curittæ. Cæterum per oram oppida anesactio aluona: flamona: tarsatica: sema: lopsica: ortoplyma: regium: argiruntum: corinium: enona ciuitas: pausinus: flumen telaulum: quo finitur iapidia. Insulæ eius sinus cū oppidis præter supra significata: absyrtium: arba: tragurium: issa: pharos: paros ante. Rursus in cōtinente: colonia iadera quæ a pola. c. lx. M. p. abest. inde. xxx. M. colentū insula. xviii. ostium titii fluminis.

¶Liburnia. ¶Ca. xxi.

LIburniæ finis & initium dalmatiæ scardona ī amne. ea. lxii. M. passuū a mari. dein tariotarum antiqua regio & castellum tariona. Promontoriū Diomedis: uel ut alii penīsula Hillis circuitu. c. M. passuum tragurium ciuiū romāoꝝ marmore notum siculi. In quem locum diuus Claudius ueteranos misit. Salona colonia ab iadera. cc. xxii. M. passuum. Petunt in ea iura iuribus descriptis in decurias. ccc. lxii. dalmatæ. xxii. decuni. cc. xxxix. ditiones. lxix. mazei. lii. sardiates. In hoc tractu sunt burnum mandetrium: tribulium. nobilitata prœliis castella petunt & ex īsulis stati: colentini: separi: epetini. Ab his castella piguntiæ: rataneum: narona colonia. Tertii conuentus a salona. lxxii. M. passuum apposita cognominis sui fluuio a mari. xx. M. pas. M. Varro. lxxxix. ciuitates eo uenditasse auctor est. Nunc prope soli noscuntur cerauri decuriis. xxiiii. diuersi. xvii. desitiates. c. iii. docleates. xxxiii. deretini. xiiii. deremistæ. xxx. dindari. xxxiii. glīditiones. xliiii. melcomani. xxiiii. nares. c. ii. scirtari. lx. xii. siculotæ. xxiiii. Populatoresq; quondam italiæ uardei nō amplius q̄. xx. decuriis. Præter hos tenuere tractū eū œuei: partheni: hemasi: marsthitæ: armisthæ. A narone amne. c. M. passuum abest epidaurum colonia. Oppida ciuium romanorū rhiziniū: ascriuium: butuanium: olchinium: quod ātea colchiniū dictum est a colchis cōditū. amnis dirino: superq; eum oppidum ciuiū ro. scodra a mari. xix. M. passuū. Præterea multoꝝ græciæ oppidoꝝ deficiens memoria: necnon & ciuitatū ualidarū. Eo nanque tractu fuere labeates enederudini: sassei: grabei: proprieq; dicti illyrii: & taulanti: & pyrei. Retinet nomen in ora nympheum promontorium. Lyssū oppidū ciuium ro. ab epidauro. c. M. passuum.

¶Macedonia ¶Cap. xxii.

A Lysso macedonia prouincia: gentes parthini & a tergo eorum dissaretæ. mōtes

candauiæ a dirrachio .lxxix. M. passuum. In ora uero ciuium romanorum epidamnū colonia propter inauspicatum nomen a romanis dyrrachium appellata. Flumē aous a quibusdam eas nominatum. Apollonia quondam corinthiorum colonia. iiii. M. passuum a mari recedens. Cuius in finibus celebre nympheū accolunt barbari amātes & belliones. At ī ora oppidum oricum a colchis conditum. Inde initium epiri. Mōtes acroceraunii: quibus hunc europæ determinauimus sinum. Oricum a salētino italiæ promōtorio distat. lxxxv. M. passus: a tergo carnoꝝ & iapidū q̄ se effert magnus ister.

Norici. Cap. xxiii.

RHetis iūgūtur norici. Oppida eorum uirunum: celeia: taurnia: agūtū: uiuana: momnia: claudia: flauium: soluense. Noricis iunguntur lacus peiso: deserta boiorum. Iam tamen colonia diui Claudii sabaria: & oppida carambaria iulia.

Pannonia. Cap. xxiiii.

HAbitātur inde glandifera pannoniæ: qua mitescentia alpium iuga: p medium illyricū a septētriōe ad meridiē uersa molli ī dextra ac leua deuexitate cōsidūt.

Dalmatia. Cap. xxv.

QVæ pars ad mare hadriaticum spectat: appellatur dalmatia & illyricum supradictum. Ad septentriones pannonia uergit. finitur inde danubio. In ea colōiæ mona siscia. Amnes clari & nauigabiles ī danubium fluūt drauus e noricis uiolētior. Sauus ex alpibus carnicis placidior. c. xv. M. p. interuallo. Drauus per serretes: serapillos: iasos: sandrizetes. Sauus per colapianos breucosq;. Populorum hæc capita. Præterea ariuates: asali: amantes: belgites: carthari: cornacates: erauisci: hercuniates: latouici: oseriates: uartiani: monsclaudius: cuius in fronte scordisci: in tergo taurisci. Insula in sauo metubarris amnicarum maxima. Præterea amnes memorandi: colapis in sauum influens iuxta sisciam gemino alueo insulam ibi efficiens: quæ segestica appellatur. Alter amnis bacuntius in saum sirmio oppido īfluit: ubi ciuitas sirmiensium & amantinorum. Inde .xlv. M. passuum taurunum ubi danubio miscetur saus. Supra influunt ualdanus urpanus: & ipsi non ignobiles.

Mesia. Cap. uicesimumsextū.

PAnnoniæ iūgitur prouincia: quæ mesia appellatur ad pōtū usq; cum danubio decurrens. Incipit a confluente supradicto. In ea dardani: celegeri: triballi: trimachi: mœsi: thraces: pontoq; contermini scythæ. Flumina clara dardanus: margis: pingius: timachus ex rhodope: oescus ex emo: utus: escamus: ieterus. Illyrici latitudo qua maxima est. ccc. xxv. M. p. colligit. Longitudo a flumine arsia ad flumē drinium .dccc. M. a drinio ad promontorium acroceraunium. c. lxxii. M. Agrippa ꝑdidit uniuersum hunc sinum italiæ & illyrici ambitus. xiiii. M. In eo duo maria quo distixius fine inferum siue ionium in prima parte. interius hadriaticum: quod superū uocāt. Insulæ in ausonio mari præter iam dictas memoratu dignæ nullæ. In ionio paucæ calabro littore ante brundusium: quarum obiectu portus efficicitur. Contra apulum littus diomedea conspicua monumento Diomedis. & altera eodem noīe a quibusdā teutria appellata. Illyrici ora mille amplius insulis frequentatur natura uadosi maris æstuariisque tenui alueo intercursantibus. clare antea ostia timaui calidorū fōtium cum æstu maris crescentium iuxta istrorum agrum. Cissa pullariæ & absyrtides graiis dictæ a fratre Medeæ ibi interfecto: nūc absyrtium. iuxta eas electridas uocauere: in quibus proueniret sucinum: quod illi electrum appellant uanitatis græcæ certissimum documentum. Adeo ut lissa quas earum designent: haud unq̄ cōstiterit. Contra iader est issa. Quæque appellatæ cōtra liburnos creteæ aliquot. Nec pauciores trucones liburnicæ. Celaduse intra surium bubus & capris laudata battriasa ciuium romanorum reliqua: & cum oppido pharia. ab his corcyra melena cognominata: cū gnidiorum oppido distat uigintiduo milia passuum. Inter quam & illyricū melita. Vnde catulos melitos appellari Callimachus auctor est .xxii. M. pas. Ab ea .iii. M.

claphites. In ionio autem mari ab arico. M.M.p. Sasonis piratica statione nota.

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER .IIII.

Sinus claritatis lrarum & omnis fabulositatis.

TERTIVS EVROPAE SINVS ACROCE-rauniis incipit montibus. Finitur hellespo nto. Amplectitur præter minores sinus .xix. xxii. M. passuum. In eo epirus: acarnania: ætolia: phocis locris: achaia: messenia: laconia: argolis: megaris: attica boetia. Iterumq; ab alia mari eadem phocis: & locris doris: phthiotis: thessalia: magnesia: macedonia: thracia. Omnis græciæ fabulositas: sicut & litterarum claritas ex hoc primum sinu effulsit. Quapropter in eo paululum cõmorabi-mur. Epiros in uniuersũ appellata: acrocerauniis incipit montibus. In ea primi chaones: a quibus chaonia. dein thesproti: antigonenses: locus aornos: & pestifera auibus exhalatio. Ce-strini: perrhebi: quorum mõs pindus cassopei: driopes: sellæ: pelopes: molossi. apud quos dodonei Iouis templum oraculo illustre. Talarus mons centũ fõtibus circa ra-dices Theopompo celebratus.

Epirus. Cap. i.

EPirus ipsa ad magnesiam macedoniamq; tendens a tergo suo dassarethas supradictos liberam gentem: mox ferã dardanos habet. Dardanis leuo triballi prætenduntur latere. Et mesicæ gentes a fronte iunguntur: medi: ac denselatæ quibus thraces ad pontum usque pertingentes. Ita succincta rhodopes: mox & emi uallatur excelsitas. In epiri ora castellum in acroceràuniis chimera: sub eo aquæ regiæ fons. Oppida meandria. Cestriæ flumẽ thesprotia: uethimius: colonia butrotum: maxĩeq; nobilitatus ambrocius sinus faucibus spatiosum æquor accipiẽs. Longitudĩs trigĩta-nouem milia passuum: latitudinis quĩdecim milia. In eum defertur amnis acheron e lacu thesprotiæ acherusia proflues trigintasex milia passuum: inde & mille pedum ponte mirabilis omnia sua mirantibus. In sinu oppidum ambracia. Molossorum flumĩa: alphas: arathus. Ciuitas anactoria: lacus pãdosia. Acarnania quæ ãtea curetis uocabatur. Oppida heraclea chinus. Et in ore ipso colonia Augusti actiũ cum templo Apollinis nobili ac ciuitate libera nicopolitana. Egressos sinu ambracio in ionium: excipit leucadium littus: promõtorium leucates. dein sinus: ac leucadia ipsa penĩsula quondam meritis appellata opere accolarum abscisa a continenti ac reddita uentorũ flatu congeriem arenæ accumulantium: qui locus uocatur diorectus stadiorũ longi-tudine trium. Oppidum in ea leucas quondam neritum dictum. Deĩde acarnanum urbes halyzia: astacus: argos amphilochicum cognomĩatum. Amnis achelous e pĩdo fluens atq; acarnaniam ab ætolia dirimẽs: & artemicã insulam assiduo terræ inuectu continenti annectens.

Aetolia. Cap. ii.

AEtolorum populi athamanes: tymphei: epirimẽses: perrhebi: dolopes: marages: atraces a quibus atrax amnis ionio mari infunditur. Aetoliæ oppidum calidon est septem milium quingẽtorum passuum a mari iuxta euenum amnẽ. dein matina molycria. cuius a tergo chalcis & mons est prasus. At in ora promontorium antiriũ: ubi ostium corinthiaci sinus minus mille passuum latitudine influentis: ætolosque dirimentis a peloponneso. Promontorium quod contra pcedit: appellatur rhion: sed in corinthiaco sinu. Oppida ætoliæ naupactum: eupalimna. Et in mediterraneo pleuron: halisorna. Montes clari: ĩ dodone tõmarus: in ambracia acranos: ĩ acarnania

aracynthus . In ætolia achaton : panetolium : madimium.

¶Locri. ¶Capitulum.iii.

PRoximi æto lis locri : qui cognominãtur ozolæ immunes . Oppidum eanthẽ : portus Apol linis ꝑſeſtis:ſinus chryſeus. Intus oppida argon:eupolea:peſtum : calamiſus. Vltra cirrhei phocidis campi:oppidum cirrha:portus caleon. A quo ſeptẽ milia paſſuum introrſus liberum oppidum delphi ſub monte parnaſo:clariſſimi in terris oraculi Ap ollinis. Fõs caſtalius. Amnis cephiſus præfluẽs delphos ortus in lilea quõdã urbe. Præ terea oppidũ chryſa & cũ ulẽſibus : antycira:naulocũ:pyrrha:ãphiſa immunis: tricone: trycorimbus : myrenaque regio taulis appellata . Dein in intimo ſinu ãgulus boetiæ all uit cũ oppidis gymnis:thebis:quæ corſicæ cognoĩatæ ſũt iuxta heliconẽ . Tertium ab hoc mari boetiæ oppidum page unde pelopõneſi ꝓſilit ceruix.

¶Peloponneſus. ¶Cap.iiii.

PElopõneſus apie ãte appellata: & pelaſgia peninſula haud ulli terræ nobilitate poſtferenda inter duo maria : ægæum & ionium platani folio ſimilis propter anguloſos receſſus:circuitu quingentorum ſexagĩta trium milium paſſuum colligit auctore Iſidoro . Eadem per ſinus pene tantundem adiicit. Anguſtiæ unde procedit : iſthmos appellatur. In eo loco irrumpẽtia e diuerſo quæ dicta ſũt maria a ſeptẽtriõe exortu eius:omnem ibi latitudinem uorando:donec cõtrario incurſu æquoꝝ tantoꝝ in quinq; milium paſſuum interuallo exeſis utrinq; lateribus anguſta ceruice pelo-ponneſum contineat hellas. Corinthiacus hinc : illinc ſaronicus appellatus ſinus . Legeæ hinc cenchreæ:illinc anguſtiarum termini:longo & ancipiti nauium ambitu : quas magnitudo plauſtris tranſuehi ꝓhibet. Quam obcauſam ꝑfodere nauigabili alueo anguſtias tentauere Demetrius rex:dictator Cæſar. C. prĩceps:Domitius Nero: infauſto:ut omnium patuit exitu:ĩcepto. Medio hoc interuallo: quod iſthmi appel-lauimus:applicata colli habitatur colonia corinthus:antea ephyre dicta:ſexagenis ab utroq; littore ſtadiis e ſumma ſua arce:quæ uocatur acrocorinthus. in qua fõs pyrene diuerſa duo maria proſpectans . Octogintaſeptem milium paſſuum ad corinthiacũ ſinum traiectus eſt patras a leucade. Patras colonia in longiſſimo ꝓmõtorio pelopõ-neſi condita ex aduerſo ætoliæ & fluminis eueni minus mille paſſuum:ut dictum eſt interuallo:in ipſis faucibus ſinum corinthiacum octogĩta qnq; milium paſſuum in lõgitudinẽ uſq; ad iſthmon tramittũt.

¶Achaia. ¶Cap.v.

AChaiæ nomem ꝓuinciæ ab iſthmo ĩcipit:antea egialos uocabatur ꝓpter urbes ĩ littore ꝑ ordinem diſpoſitas. Primæ ibi quas diximus:lecheæ corĩthioꝝ portus. Mox olirus pelleneorum caſtellum. Oppida helice:bura:ĩ quæ refugere hauſtis prio-ribus ſyciõ:egira:egiõ:erineos. Intus cleone:hiſie:palinhormus portus. Demõſtratũq; iam rhium:a quo promõtorium quinq; milium paſſuum abſunt patræ: quas ſupra memorauimus. Locus pheræ in achaiam nouem montium ſcio eſſet. Notiſſimus fõs cymothoe. Vltra patras oppidum olenum: colonia dyme:loca bupraſum hormine : ꝓmontorium auraxus:cyllæ ſinus: ꝓmontorium chelonates. Inde cyllenen duorum milium paſſuum:caſtellum philium. Quæ regio ab Homero arethuſe dicta :poſtea aſophis : inde eliorum ager:qui antea epie uocabatur . Ipſa elis in mediterraneo : & apilo duodecim milibus paſſibus: intus delubrum olympii Iouis ludorum claritate faſtus græciæ complexum. Piſa eorum quondam oppidum præfluẽte alpheo amne . At in ora promontoriũ ichthis. Amnis alpheus nauigabilis prope ſex oppida. Aulon brepium:promontorium platanodes. Omnia hæc ad occaſum uerſa. Ad meridiẽ aũt cypariſſius ſinus cum urbe cypariſſa ſeptuaginta duorum milium paſſuum circuitu. Oppida pilos:metone:lucus elis ꝓmontoriũ acritas:ſinus aſineus ab oppido aſinæ. coroneus a corona . Finiuntur tænaro ꝓmontorio . Ibi regio meſſenia duodeuiginti mõtium. Amnis pamiſus. Intus autem ipſa meſſene:ithome:œchalia:arene:ptœleõ: thryron:doriõ:zancle: uariis temporibus clara. Huius ſinus circuitus octoginta milia

passuum. Traiectus uero triginta milia. Dehinc a tænaro ager laconicus liberæ gẽtis. Et sinus circuitu ducenta sex milia: traiectu trigintanouem milia. Oppida tænarum amycle: pheræ: leutra. Et intus sparta: therãne: atque ubi fuere cardami: lepitame: antiane: locustiree: egerania. Mõs taygetus: amnis eurotas: sinus ægilodes. Oppidũ psammathus. Sinus cytheates ab oppido: ex quo ad cretam insulã certissimus cursus. Omnia autem maleo ꝓmontorio includunt. Qui sequitur sinus ad scylleũ argolicus appellatur: traiectu quĩquaginta milia passuum. Idem ambitu centũ septuagĩtaduo milia. Oppida boea epidaurus limera cognomĩe: zarax: ciphanis portus. Amnes inachus: erasinus: inter quos argos hippium cognominatum. Supra lacũ lernen a mari quadringentis milibus nouẽq; additis milibus micenæ. Et ubi fuisse tyrintha tradũt: & locus mantinea: montes arthemius: apesanthus: asterion: parparus: aliiq; undecim numero. Fontes niobe: amymone: psãmathe. A scylleo ad isthmum cẽtum septuagĩtaseptem milia passibus oppida harmione: troezene coriphasium appellatum: quæ alias inachium: alias dipsium argos. Portus chenitas: sinus saronicus: olim querno nemore redimitus: unde ei nomen: ita græcia antiqua appellante quercum. In eo epidaurum oppidum Aesculapii delubro celebre. Pireũ promõtoriũ: portus antedus: & bucephalio: & quas supra dixeramus cenchreæ. Istmi pars altera cum delubro Neptunni quinquennalibus inclyto ludis. Tot sinus peloponnẽsem oram lancinãt. tot maria allatrant. Siquidem a septentrione ionium irrumpit. Ab occidente siculo pulsatur. A meridie cretico urgetur: ab oriente brumali ægæo: ab oriente solstitiali myrtoo: quod a megarico incipiens sinu: totam atticam alluit.

DE Arcadia. Capitulum. vi.

Mediterranea eius arcadia maxime tenet undiq; a mari remota: initio drymodis: mox pelasgis appellata. Oppida eius prophis: mantinea: stymphalum: tegea: antigonea: orchomenum: phineum: pallãtium: unde palatium romæ. Megalepolis: cartina: bocalium: crannõ: parrhasiæ: thelphusa: mænala: here: phile: pallene: pĩcina: ethelepre: arcalie: parthenium: elee: methydrium: enisphe: macistum: lampadia: clitorium: cleone. Inter quæ duo oppida regio nemea est thembinadia uocitata. Montes in arcadia phole cum oppido. Itẽ cyllene: lyceus: in quo lycei Iouis delubrũ. menalus: arthemisius: parthenius: lãpheus: nonacris. Præterq; ignobiles octo. Amnes ladon e paludibus. phineus & erimanthus e monte eiusdem nominis: in alpheum defluens. Reliquæ ciuitates in achaia dicendæ: alithrei: ab ea tepurgenses: pereate: paregenite: tortuni: tiphanai: triusi: trirenses. Vniuersæ achaiæ libertatem Domitius Nero dedit. Peloponnesus in latitudine a ꝓmontorio maleæ ad oppidum rhegeum corinthiaci sinus centum sexaginta milibus passibus patet. At in transuersũ ab elide epidaurum centum uigĩtiquinq; milibus. Ab olympia argos ꝑ arcadiã sexagĩtaocto milibus. Ab eodem loco ad phliunta dicta mensura est centum quinquaginta miliũ passuũ. Vniuersa aũt uelut pensante æquorum ĩcursus natura ĩ montes sex atq; septuaginta attollit.

Græcia & attica. Cap. vii.

Ab isthmi angustiis hellas incipit: a nostris græcia appellata. In ea prima attica antiquitus atte uocata. attingit isthmũ ꝑte sui quæ appellat megaris a colonia megara e regiõe pagaꝝ. Duo hæc oppida excurrente pelopõneso sita sũt utraq; ex ꝑte uelut in humeris helladis pagei centum. c. lii. M. passibus: & amplius egosthenenses contributi megarẽsibus. In ora autẽ hac portus schenos. Oppida duo cremion: scyronia saxa septẽ milia lõgitudĩe geranea: megara eleusin. Fuere & enoa: & ꝓbalithos: quæ nunc non sunt. Ab isthmo quinquagintaduorum milium passuum pyreus: & phalera portus duorum milium passuum muro recedentibus athenis iuncti. Libera hæc ciuitas: nec indiga ullius preconii amplius: tanta claritas supfluit. In attica fõtes cephisia: larine: calliroe: nemee: crunos. Montes: brilessus: ægialus: icarius: hymetus: lycabettus: lacus selinos. A pireo quadragĩtaduobus mil. passibus sunium doriscum

ꝓmõtorium.Polypostere:brauron:ion quõdam oppida.Rhamnos pagus . Marathõ
campus.Triassus oppidum:miletum & oropus in confinio boetiæ.Cuius anthedon:
onchesthos:thespiæ liberum oppidum lebedea . Nec cedentes athenis claritate : quæ
cognominantur boetiæ thebæ duorum numinum Liberi atque Herculis(ut uolunt)
patria.Et musis natale in nemore helicone assignãt.Datᷣ & his thebis saltus citherõ :
amnis ismenius.Præterea fontes in boetia œdipodia psammate dirce:epigranea:are/
thusa:hippocrene:aganippe:gargaphie. Mõtes extra prædictos:micalesus:adilisius :
acontius.Reliqua oppida inter megaram & thebas:leuthre:haliartus:platee:pheræ :
aspledon:hile:ethisbe:erythre:glissa:cophe.Iuxta cephisum amnem lamie:& anichie
medion:phligone:grephis:corone:acharo.In ora autem infra thebas:ocale : etheon :
iolcos:schenos:peteon: hyrie : mycalessus:hyreseon : pteleon : olyros. Tanagra liber
populus . Et in ipsis faucibus euripi quem facit obiectu insulæ euboeæ aulis capaci
nobilis portu boetos.Hyanias antiquitus dixere locri.Deinde pygmenidi cognoĩant:
olim leleges appellati:per quos amnis cephisus defertur in mare.Oppida opus:unde
opontinus sinus ginusæ phocidis. In littore unum daphnus . Introrsus autẽ larisse :
clatea.& in ripa cephisi ut diximus:lilea delphosq̃:uersenemis & hyampolis.Rursus
in locrorum ora:in qua larymna : tronium : iuxta quod boagrius amnis defertur in
mare.Oppida naricum: alope:scarpia.Postea maliacus sinus ab incolis dictus: ĩ quo
oppida halcyone:econia:phalarna.Doris deinde in qua sparchos:erineon:bolon: pi/
dus cythinum . doridis a tergo mons est oetha . Sequitur mutatis sæpe nominibus
hemonia.Eadem pelasgicum argos.Hellas eadẽ thessalia & driopis semper a regibus
cognominata. Ibi genitus rex noĩe Græcus a quo græcia.ibi Hellenes a quo hellenis.
Hos eosdem Homerus tribus noĩbus appellauit:myrmidonas: & hellenas & achæos.
Ex iis phthiotæ nominãtur dorica accolentes . Eorum oppida echinus in faucibus
sperchii fluminis.Thermopylarum angustiæ : quo argumẽto quattuor milia passuũ
in heraclea trechin dicta est:mõs ibi callidromus:oppida celebria hellas:halos:lamia:
phthia:arne.

❡Thessalia. ❡Cap.viii.

IN thessalia autem amnis orcomenus minilus antea dictus. Et oppidũ alimon
ab aliis elmon:atrax : palamna : fons hiperia . Oppida theræ:quarum a tergo
pierus ad macedoniam ꝓtenditur:larissa:gomphi:thebæ:thessaliæ : nemus pteleon :
sinus pagasicus:oppidum pagasa . Idem postea demetrias dictum:tricea. Pharsalici
campi cum ciuitate libera crannon iletia. Montes phiotidis nympheus quondam
topiario naturæ opere spectabilis : buzigeus:donacesa:bromius:daphus:achimaron:
athamas:stephane. In thessalia sunt quattuor atq̃ trigita montes:quoꝝ nobilissimi
cerceti:olympus:pieris : ossa : cuius ex aduerso pindus : & othris : laphytarum sedes
ad occasum uergentes.Ad ortus pelios:omnes theatrali modo inflexi caueatis ãte eos
septuagĩtaquiq̃ urbibus.Flumĩa thessaliæ:apidanus phoenix:enipheus:onochonus:
laminissus.Fons messeis: lacus bebeis.Et ante cunctos claritate peneus : ortus iuxta
gomphos:interq̃ ossam & olympum nemorosa conualle defluẽs quingentis stadiis
dimidio eius spatio nauigabilis.In eo cursu tempe uocantur quinq̃ milium passuũ
longitudine: & ferme sex latitudine ultra uisũ hominis attollẽtibus se dextera leuaq̃
leniter conuexis iugis. intus sua luce uiridãte allabitᷣ peneus uiridis calculo amœnus
circa ripas gramine:canorus auium concentu.Accipit amnem orcon.Nec recipit: sed
olei modo supernatantem (ut dictum est ab Homero) breui spatio portatum ab/
dicat:pœnales aquas dirisque genitas argenteis suis misceri recusat.

❡Magnesia. ❡Capitulũ.ix.

THessaliæ annexa magnesia est:cuius fons libetra.Oppida ormenium : pyrrha:
meton:olizon.Promontorium sepias.oppida casiana:spalatra . ꝓmontorium
eantium.oppida meliboea:rhybus:erimne:ostium penei:oppidum omolium:orthei:
thesie:pelin:nathocum:achie: cricon:crannon:acarne:dorion:melite:phila: ceponie.

Epiri:achaiæ:atticæ:thessaliæ in porrectum longitudo quadringentorum octoginta milium passuum traditur:latitudo ducentorum nonagintaseptē miliū.

Macedonia. Cap.x.

MAcedonia postea.cl. populorum duobus inclyta regibus quondamque terrarū imperio:emathia antea dicta. Hæc ad epiroticas gentes in solis occasū recedens post terga magnesiæ atq; thessaliæ infestatur a dardanis. Partem eius septentrionalē penia ac pelagonia protegunt a triballis. Oppida egle: in quo mos sepelire reges. Beroa & in regione quæ pieria appellatur a nemore egidium. In ora heraclea: flumen apilas. oppida phina:oloros. Amnis haliacmō. Intus haloritæ: uallei:philacei:cyrrhestæ:thirissei. Pella colonia. Oppidum stobici ciuium romanorum. Mox antigone europus ad axium amnem:eodemq; noīe amnis p quod rhedias fluit:scydra:phordea: emiora:gorgidone. Mox in ora ichne: fluuius axius. Ad hunc finem dardani:treres: pieres macedoniam accolūt. Ab hoc amne peoniæ gētes:parocei:heordēses:halmopi: pelagones:migdones. Montes rhodope:scopius: orobellus. Dein præiacente gremio terrarum arecusi:antiochenses:idomenenses:doberienses:trienses: allatenses: acclaristenses:morilli:garreti:lyncestæ: enoricœni:& mātini liberi:atq; orestæ colōia. bullidenses:edienses:xylopolitæ:cotisei liberi:heraclea:scyntiga:thimphei:coronei. In ora sinus macedonici oppidum calastia. & intus phileros:lethe. Medioque flexu littoris thessalonice liberæ conditionis. Ad hanc a dirrachio centum quattuordecim milium passuum thermæ. In thermico sinu oppida dicea:padina:dera:scione. Promontoriū chanastreum. Oppida phalene phlegra. Qua in regione montes hypsizorus: epitus: alchione:leuomne. Oppida:nissos:phryx: eleō:mende & hippalensis:isthmo:quodā potidea:nunc casandria colonia:athemus olypixus sinus:metiberna. Oppida iscella: ampelos:torone:soggostedes:fretumq;. Mons athō:quem Xerses rex persarum cōtinēti abscidit: in longitudine passuum mille quingētorum. Mons ipse a planicie excurrit in mare septuagintaquinq; milia passuum. Ambitus radicis cētum quīquagīta milia colligit. Oppidū in cacumine fuit acroton. Nunc sunt uranopolis:paleotrū:thyrsus: oleon:apollonia. cuius incolæ macrobii cognominantur. Oppidum cassera: faucesq; a latere isthmi. Acanthus:istria:gyrassitonia:heraclea. Regio mygdoniæ subiacens:in qua recedētes a mari apollonia arethusa. In ora rursus posidium. Et sinus cū oppido cermoro:amphibolis. Libera gens bysalthæ. dein macedoniæ terminus. Amnis strymō ortus in emo. Memorandum in septem lacus eum fundi priusq̃ dirigat cursum. Hæc est macedonia terrarum imperio potita quondam. Hæc asiam:armeniam: iberiam: albaniam:cappadociam:syriam:ægyptum:taurum: caucasum transgressa. Hæc in bactris:medis: persis dominata toto oriente possesso. Hæc etiam indiæ uictrix per uestigia Liberi patris atq; Herculis uagata. Hæc eadem est macedonia cuius uno die Paulus Aemilius imperator noster septuagintaduas urbes direptas uendidit. Tantam differentiā sortis præstitere duo homines.

Thracia. Cap.xi.

THracia sequitur inter ualidissimas europæ gentes in strategeas quinquaginta diuisa. Populorum eius quos nominare nō pigeat: amnem strimonē accolūt dextero latere denselethæ:& medi bysalthas usq; supradictos. Leuo digerri. Bessorūq; multa nomina ad nestum amnem pangei montis ima ambientem:inter heletos:diobesos:carbilesos:inde brisas:sapheos. Adomantes odrysarum gens infundit hebrum accolentibus:carbiletis:pyrogeris:drugeris:cenistis:bisalthis:benis:corpillis: botieis: edonis. Eodem sunt ī tractu syaletæ: priantæ:dobangæ:thynicæ:laletæ maiores emo: mīores rhodopæ subditi. Inter quos hebrus amnis. Oppidū sub rhodope pēcropolis antea:mox a cōditore philippopolis: nunc a situ termontium dicta. Emi excelsitas sex mil. p. subitur. Auersa eius & ī istrū deuexa:mesi:getæ:aoti:gaugdæ clariæq;. Sub iis carrei sarmatæ:quos areates uocant. Scythæque & circa ponti littora morisenæ: scithoniæ:quæ Orphei uatis genitores optinent. Ita finit ister a septentrione. Ab ortu

põtus ac ꝓpontis. A meridie ægeũ mare: cuius in ora astrumone: apollonia: cesimna: neapolis: batos. Intus Philippi colonia. Absunt a dirrachio .ccc. uigintiquiq; scotusa dipyros ciuitas. Nesti amnis ostium. Mõs pangeus: heraclea: olynthos. Abdera libera ciuitas. Stagnũ bistonum & gens. Oppidum fuit tyrida Diomedis equorum stabulis dirum. Nũc sunt diceæ: ismaron: locus parthenion: phalesina: maronea: prius orthagurea dicta. Mons serium & zonetum. Locus doriscus centum uigĩti milia hominũ capax. Ita Xerxes ibi dinumerauit exercitum. Os hebri. Portus tentoris. Oppidũ enos liberum cum Polydori tumulo. Ciconum quondam regio. A dorisco incuruatur ora ad macronticos centum uigintiduorum milia passuum. Circa quem locum fluuius melas a quo sinus appellatur. Oppida cipselabis: ante macronticos dictum: qui a propontide ad meleam sinum inter duo maria porrectis muris procurrentẽ excludit cheronnesum. nanq; thraciæ altero latere a pontico littore incipiens: ubi ister amnis immergitur: uel pulcherrimas in ea parte urbes habet: istropolin: milesiorum tomos. Scalatinq; quæ antea aceruetis uocabatur: heracliam habuit & bizonen terræ hiatu raptam. Nũc habet dionysiopolin: crunon antea dictam. Alluit ziras amnis. Totum eum tractũ scythæ aroteres dicti tenuere. Eorum oppida aphrodisias: libistos: zigere: brocobe: eumeneda: parthenopolis: gerania. Vbi pygmeorum gẽs fuisse prodit': quos gatizos barbari uocant. creduntq; a gruibus fugatos. In ora a dionysiopoli est odessus milesiorum. Flumen panusus. Oppidum tretanarum locus. Mõs hemus uasto iugo procumbens in pontum. Oppidum habuit ĩ uertice aristeum. Nũc ĩ ora mesembriã: anchileum: ubi mesembria fuerat. Asticæ regio habuit oppidum anthium: nunc est apollonia. Flumina panisa: rira: stearus: orosines. Oppida tinnias: halmidessos: deuelcon cum stagno: quod nunc deultum uocãt: uteranorum: phynopolis: iuxta quã bosphorus. Ab istri ostio ad os ponti passuum quingentoꝝ quinquagintaq; mil. alii fecere. Agrippa adiecit quadraginta. Inde ad murum supradictum centum quinquaginta. Ab eo ceron est centum uigintisex mili. Sed a bosphoro sinus casthenes: Portus senum: & alter qui mulierum cognominatur. Promontorium chrysoceras: in quo oppidum byzantium liberæ conditionis: antea lygos dictum. Abest a dirrachio .dcc.xi.mil. passuum. Tantum patet longitudo terrarum inter hadriaticum mare & propontidem. Amnes bithynias: pidaras: siue tidas. Oppida selimbria perinthus latitudine ducentorum pedum continenti annexa. Intus bizia arx regum thraciæ a Terei nefasto crimine inuisa hirundinibus: regio celica: colonia flauiopolis: ubi antea zela oppidum uocabatur. & a bizie quinquaginta mil. passuum apros colonia: quæ a philippis abest centum .lxxxviii. mil. pass. At in ora amnis erginus. Oppidum ganos fuisse fertur & lysimachia. Iam in cheronneso. alius nanque ibi isthmos angustias similes eodem nomine & pari latitudine illustrant: duæ urbes utrinque littora haud dissimili modo tenuere. Pactiæ a propontide: cardia a melane sinu. Hæc ex facie loci nomine accepto utræq; comprehensæ. Post hæc e lysimachia quinq; milia passuum a longis muris. Cheronnesos a propõtide habuit tyristasin: critoten: scissam flumini ego appositam. Nunc habet a colonia a propontide .xxii. mili. seston: et ex aduerso coloniæ pharianæ. Et hellespõtus septẽ ut diximus stadiis europam ab asia diuidẽs: illic inter se contrarias urbes habet: in europa callipolin & seston: in asia lampsacum & abydon. Dein ꝓmontorium cheronnesi mastusia aduersum sigeaco: cuius in frõte obliqua cynossema: ita appellat' Hecubæ tumulus. statio acheroũ. Turris & delubrũ Protesilai. Et in extrema cheronnesi fronte: quæ uocatur eleũ: oppidum eleus Dein petenti melanem sinum portus cœlos: & panormus: & supradicta cardia. Tertius europæ sinus ad hunc modum clauditur. Montes extra prædictos thraciæ edomus: gygemoros: meritus: melampillus. Flumina in hebrum cadentia: bargus: suemus. Macedoniæ: thraciæ: hellesponti longitudo supradicta. Quidam .dcc.xx. M. faciunt. Latitudo .ccc.lxxxiiii. M. est. Egeo mari nomen dedit scopulus inter tenum: & chium

uerius q̃ insula: ex eo noĩe a specie capræ:quæ ita a græcis appellatur:repente ĩ medio mari exiliens. Cernunt eum a dextera pte andrum nauigantes ab achaia: dirum ac pestiferum. Aegei pars myroodatus appellatur ab ĩsula parua:quæ cernit͛ macedoniã a geresto petentibus haud ꝓcul euboeæ carysto. Romani omnia hæc maria duobus nominibus appellant. Macedonicum quodcunq; macedoniam aut thraciam attĩgit. Græciense qua græciam alluit. Nam græci & ionium diuidunt in siculum ac creticũ ab ĩsulis. Item icarium quod ẽ ĩter samum & myconen. Cætera nomina sinus dedere quos diximus. Et maria quidem gẽtesq; ĩ tertio europæ sinu ad hũc modũ se habẽt.

Insulæ ĩter eas terras ĩter q̃s creta:euboia:cyclades:sporades:mæotis:hellespõtus: ponti:mæotidis:daciæ:sarmatiæ:scythiæ. Cap. xii.

INsulæ autem ex aduerso thesprotiæ a butroto duodecim mil. passibus. eadem ab acroceraunis quinquaginta mil. cum urbe eiusdem nominis corcyra liberæ ciuitatis & oppido cassiope: temploq; cassii Iouis: passuum nonagintaseptem mil. in longitudine patens: Homero dicta scheria & pheacia: Callimacho etiam drepane. Circa eam aliquot. Sed ad italiam uergens thoronos: ad leucadiam paxoe duæ quĩq; mil. discretæ a corcyra nec procul ab iis. Ante corcyram ericusa: marathe: elaphusa: maltace: trachie: pythionia: pthichia: taracie. Et a phalacrio corcyræ ꝓmõtorio scopulus in quem mutatam Vlyxis nauem a simili specie fabula est. Ante leucadiã sibora. Inter leucadiam autem & achaiã permultæ: quarum teleboides eædem quæ thaphiæ ab incolis ante leucadiam appellantur: saphiosis: arnoxia: prinessa. Et ante ætoliam echinades: ægialia: cotonis: thyatira: geoaris: dionysia: cirnus: chalcis: pinara: mystus. Ante eas in alto cephalania: zacinthus: utræq; liberæ. Ithacha: dulichium: samos: crocilea: paxos. Cephalania quondam melena dicta undecim passuum abest: circuitu patet quadragintaquattuor. M. Same diruta a romanis: adhuc tamen oppida tria habet. Inter hanc & achaiam cum oppido magnifica & fertilitate præcipua zacynthus aliquãdo appellata hyrie cephalaniæ a meridiana parte. xxii. milia abest: mons elatus ibi nobilis. Ipsa circuitu colligit trigintasex mil. Ab ea ithaca duodecim mil. distat: in qua mons neritus. Tota uero circuitu patet uigintiquinq; milia passuũ. Ab eo araxũ peloponnesi ꝓmontorium duodecim mil. pass. Ante hanc in alto asteris. Prothe ante zacynthum trigintaquĩq; milia passuum. In eurum uentum strophades duæ: ab aliis plotæ dictæ. Ante cephalaniã letoia. Ante pilum. iii. spageta: & totidem ãte messenẽ œnusta. In sinu asineo thresthirides: in laconico teganisa: cothon. Cythera cũ oppido antea porphyris appellata. Hæc sita ẽ a maleæ ꝓmontorio quinque milia passuum ancipiti ꝓpter angustias ibi nauium ambitu. In argolica pythiusa: irine: ephire cõtra hermonium agrum tiparenus epiropia colonis: aristera contra troezenum caulauria quinquaginta mil. passuum distans a plateis: bellina: lasia: baucidias. Cõtra epidaurũ cethiphalos: sytionnesos. vi. mil. passuum abest a continente. Ab hac egina liberæ cõditionis. xvii. M. passuum: cuius uiginti. M. p. nauigatio ẽ. Eadem autem a pireo atheniensium portu duodecim mil. passuum abest: ante enone uocitata. Spireo promõtorio obiacent eleusa: dendros: graugiæ duæ: cetiæ duæ: selacosa: dacechris: saspis: septem. Et in megario sinu ethrurides quattuor. Egila autem. xv. passuum a cythara: eademq; a cretæ phalasarna oppido uigintiquinq; passuum. Ipsa creta altero latere ad austrum altero ad septentrionem uersa inter ortum & occasum: quæ porrigitur centum urbium clara fama. Dosiades eam a creta nympha hesperidis filia: Anaximãder a rege curetum: Philistides: Moletes: Crates: primũ aeriam dictam: deinde postea curetim appellauere. Et macaron nonnulli a temperie cæli appellatam existimauere. Latitudine nusq̃ quinquaginta milia passuum excedens: & circa mediam sui partem maxime patens. Longitudĩe implet. cc. lxx. mil. passuum. Circuitu. d. lxxxix. flectẽsq; se in creticum pelagus ab ea dictum: qua longissima est ad orientem sammonium promõtoriũ aduersum rhodo. Ad occidentem criu metopon cyrenas uersus expellit.

Oppida eius inſignia palaſerne:clea:cyſamon:pergamum:cidon:minoum: apteron:
pantomatrium:amphimala : rhitimna : panormium: cyteum: apollonia: matium:
heraclia:miletos:ãpela: hierapicna:lebena: hierapolis . Et in mediterraneo cortyna :
epheſtum:gnoſſum:polirenum:myrhina:lycaſtus:rhamnus:lyctus:dium:aſiũ: phi/
leros:rhition:clatos:ſphere:olypiſos:laſpha:eleuterne: therapne : manathuſa:githi/
ſos:& aliorum circiter.lx.oppidorum memoria extat. Montes cadiſchus:idæus:dicti/
neus:crocus . Ipſa abeſt a promontorio ſuo quod uocatur criu metopon : ut prodit
Agrippa a cyrenarum promontorio phicunte.c.xxv.p. Item cadiſto a meleo pelopõ/
neſi.lxxx. A carpato inſula:promontorio ſammonio.lx.M.in fauonium uentũ. Hæc
inter eam & rhodum interiacet : reliqua circa eam ante peloponneſum duæ coſicæ :
totidem mylæ & a latere ſeptentrionali dextera cretam habent. Contra cydoniã:leuce
& due budroe. Contra matium drya . Contra itanum promontorium oniſa leuce .
Contra hierapycnam cryſa gaudos. Eodem tractu ophius ſabuto: aramnus circũuec/
tiſq; criu metopon. tres acauſagores appellatæ. Hæ ante ſammonium promõtorium
phocæ:plachiæ:ſirnides:naulocos:armedõ:zephyre. Ac ĩ hellade etiãnũ ĩ egeo lycades
ſcarphia:coreſa :phocaſia . compluresque aliæ ex aduerſo atticæ ſine oppidis & ideo
ignobiles. Sed contra eleuſina clara ſalanus ante eam pſytalia . A ſunio uero helene
.v.M.paſſuum diſtans. Dein coeos ab ea totidem:quam noſtri quidem dixere ceam.
Græci & hydruſam auulſam eubœæ. Quingentis longa ſtadiis fuit quondam : mox
quattuor fere partibus quæ ad boetiam uergebant : eodem mari deuoratis . Oppida
habet reliqua iulida:carthea. Intercidere cereſſa:phœceſſa. Ex hac ꝓfectã delectation
fœminis ueſtem auctor ẽ Varro. Eubœa & ipſa auulſa boetiæ & a modico ĩterfluẽte
euripo ut ponte iungatur ad meridiem promõtoriis duobus geraſto ad atticã uergẽte
& ad helleſpõtũ caphareo inſignis a ſeptentrione ceneo. nuſq̃ latitudinẽ ultra.xl.M.
paſſuũ extẽdit : nuſq̃ ĩfra.xx.M.cõtrahit. Sed ĩ lõgitudinẽ uniuerſæ boetiæ ab attica
theſſaliã uſq; prætẽtã ĩ.c.l.M.paſſuũ. Circuitu uero .ccc.lxv. abeſt ab helleſpõto ꝑte
capharei.cc.xxv.urbibus clara quondam pyrrha:portamo:neſſo:cerintho:oreo: dio :
edepſo:achalia: nunc chalcide:cuius ex aduerſo in continẽti aulis eſt geraſto:eretria:
caryſtos:oroſtane:oritano:arthemiſia: cum fonte arethuſa flumine lelanto : aquiſq;
calidis : quæ elopiæ uocantur. Caryſtus nobilis:notiorq; tamẽ marmore caryſtio ante
uocitata eſt chalcodotis:aut macris : ut Dionyſius:& Ephorus tradunt : ut Ariſtides
macra:ut Challidemus chalcis:ære ibi primum reperto:ut Menechinus abantias :ut
poetæ uulgo aſopis. Extra eam in myrtoo multæ ſed maximæ illuſtres glauconneſos:
& begilia: & a promontorio gereſto circa delum in orbem ſitæ:unde & nomẽ traxere
cyclades. Prima earum andrus cum oppido:abeſt a gereſto.x.M.paſſuũ:a ceo .xxxix.
mil. Ipſam Myrſilus cauron: deinde antandron cognominatam tradit. Callimachus
laſſiam. Alii nonagriam:hydruſã:epagrin. Patet circuitu.xc.iii.M.p. Ab eadẽ andro
paſſus mille:& a delo.xvii. mil. Tenos cum oppido in quindecim milia paſſuũ por/
recta. Quam propter aquarum abundãtiam Ariſtoteles hydruſam appellatam ait .
aliqui ophiuſã. Cæteræ mycone cum monte dimaſto a delo .xvii.mil.paſſuũ. Scyros
ſiphnus ãte eropia & acis appellata:circuitu uigintiocto milia paſſuum:ſeriphus.xii.
præpeſinthus citanos. Ipſaq; longe clariſſima cycladum media a templo Apollinis &
mercatu celebrata delos:quæ diu fluctuata(ut proditur)ſola motũ terræ nõ ſenſit ad
.M. Varrõis ætatem . Mutianus prodidit bis cõcuſſam. Hãc Ariſtoteles ita appellatã
ꝓdidit:quoniã repente apparuerit enata. Egloſthenes cynthiã: alii ortygiã : aſteriã:
lagiã:cerhã:mydiã:cynethũ:pyrpilen:igne ibi primũ rꝑto. Cĩgit quĩq; .M. paſſuũ.
aſſurgit cintho monte. Proxima ei rherene:quã Anticlides celaduſã uocat. Item ar/
themiten Helladius. Syros: quã circuitu patere.xx.M. paſſuũ ꝓdidere ueteres. Mu/
tianus .clx. Olearus paros cum oppido ab delo trigintaocto mil. marmore nobilis
quam primo plateam poſtea minoida uocarunt . Ab ea ſepties quingenta naxus a

delo.xviii.M. cum oppido:quã ſtrongylen : deinde dian:mox dionyſiada a uinearũ
fertilitate:alii ſiciliam minorem aut callipolin appellarunt.Patet circuitu ſeptuagin-
taquinq; milia paſſuum:dimidioq; maior eſt q̃ paros. Et hactenus quidem cycladas
ſeruant.Cæteras: quæ ſequũt: ſparodes.Sũt aũt hellene:phocuſa:hecaria:ſchinuſa:
polegrados.Et a naxo decem & ſeptem milia paſſuum icaros:quæ nomẽ mari dedit.
tantundem ipſa in longitudinem patens : cum oppidis duobus : tertio amiſſo ante
uocata doliche:& maris:& ichthiſuſa.Sita eſt ab exortu ſolſtitiali delo quinquaginta
milia paſſuum.Eademq; a ſamo trigintaquinq; milia:inter eubœam & andrũ decem
milia paſſuum freto.Ab ea gereſtum.c.xii.M.quinquaginta paſſuum . Nec deinde
ſeruari poteſt ordo.Aceruatim ergo ponentur reliquæ.Scyros a naxo quattuordecim
milia paſſuum Homeri ſepulchro ueneranda . Longitudinis uigintiquĩq; mil.antea
phœnice appellata.Odua letãdro gyaros cum oppido circuitu duodecim .M. paſſuũ
ꝑpe.Abeſt ab andro ſexagintaduoꝝ mil.paſſuũ.Ab ea ſyrnos octuagĩta mil.paſſuũ.
Cynethus atelos: ũguẽto nobilis a Callimacho agathuſa appellata.Donyſa pathmos
circuitu trigĩta mil.paſſuum.Caruſa:lebĩthus:gyrus:cynara:ſycinus:quæ ãtea œnos.
cheratri quæ onus.caſos quæ aſtragale . cimolus quæ echinuſa . Melos cum oppido
quam Ariſtides mimblida appellat:Ariſtoteles zephyriam:Callimachus mimallida:
Heraclides ſiphnum & acitiam.Hæc inſularum rotũdiſſima eſt.Poſt machia hypere
quondam patage:& ut alii platage:nunc amorgos polyegas.Philetera cum primum
emerſit caliſte dicta.Ex ea auulſa poſtea theraſia atque inter duas enata : mox auto-
mate. Eadem hiera enata . Diſtat ios a thera uigĩtiquinque mil.paſſuum.Sequũtur
lea:aſcania:canaphe:hippurus:hippurtuſa : aſtiphalea liberæ ciuitatis circuitu octo-
gĩtaocto.M.paſſ. Abeſt a cadiſto crete cẽtũ uigĩtiqnq; mil.ab ea platea ſexaginta mil.
unde caminia trigintaocto milia.Azibinta:laniſe: atragia : pharmacuſa : techedia :
chalcia:calymna.ĩ qua oppidum co.coreſia:olymnos . A qua carpatum:quæ nomen
carpatio mari dedit uigintiquinque mil.paſſuum . Inde rhodum africo uento .l.M.
paſſuum. A carpato ad caſſon.vii.mil.A caſſo ſammonium cretæ promontoriũ.xxx.
.M.In euripo aũt euboico primo fere introitu petaliæ.iiii.inſulæ & in exitu athlante
cyclades:& ſporades: ab oriente littoribus icariis aſiæ : ab occidente myrtois atticæ :
a ſeptentrione ægeo mari: a meridie cretico & carpatio incluſæ.cc.M.paſſuum ĩ lon-
gitudinem:& per.cc.M.in latitudinem iacent . Pagaſicus ſinus ante ſe habet eutyciã
& cynetum:ſyrum ſupradictam. Sed cycladum & ſporadum extimam gerontiã:ſca-
diram:thermeuſim:irheſiam:ſolymniam:eudemiam:neam quæ Mineruæ ſacra eſt .
Athos ante ſe quattuor parethum cum oppido quondam euonum dictam nouem
mil.paſſuum:ſcyathum.xv.mil.imbrum cum oppido.lxxxviii.M.paſſuum. Eadem
abeſt a maſtuſia cherõneſi.lxxv.M.paſſuum.ipſa circuitu.lxii.M.p. Perfũdit amne
illiſo.Ab ea lẽnos.xxii.M. quæ ab atho.lxxxvii.mil. Circuitu patet.xxii.mil.d.paſſ.
Oppida habet epheſtiam & myrinam:in cuius forum ſolſtitio athos eiaculat umbrã.
Ab ea thaſos libera .vi.mil.paſſuũ:olim eria uel etria dicta.Inde abdera a continenti
.xxii.M.paſſuum:ad athos.lxii.mil. tantundem ad inſulam ſamothracẽ:quæ libera
ante hebrum ab imbro.xxxii.mil.a lemno.xxii.mil.d.attollitur monte ſaoce .x.mil.
paſſuum portuoſiſſima omnium . Callimachus eam antiquo nomine dardaniam
nominat:inter cheronneſum & ſamothracen:utrinq; fere .xv.mil. Haloneſos ultra
gethone:lamponia:alopeconneſus haud procul a cælo . Cheronneſi portu & quædã
ignobiles:deſertis quoq; redduntur in hoc ſinu quarum.M.inueniri potuerũt noĩa.
Deſticos:ſarnos: cyſſiros:carbruſa:calathuſa:ſcylla:dialeon dicta melantia : dracha-
non:arroneſus:diethuſa:ſcapos:capheris:meſatea:eantiron:phateronneſos:pateria:
calethe:neriphus:polendos . Quartus e magnis europæ ſinus:ab helleſponto ĩcipiẽs
mæotis oſtio finitur. Sed totius ponti forma breuiter amplectenda ẽ:ut facilius ꝑtes
noſcant.Vaſtũ mare præiacens aſiæ & ab europa porrecto cheronneſi littore expulſũ

angusto meatu irrumpit in terras septem stad. ut dictum est : interuallo europam
auferens asiæ. Prīas angustias hellespōtū uocant. Hac Xerxes persarū rex cōstrato in
nauibus ponte duxit exercitū. Porrigitur īde tenuis euripus .lxxxvi. M. pas. spatio ad
urbem priapum asiæ: qua Magnus Alexander transcendit. Inde expatiatur æquor :
rursusq; in arctum coit laxitas. Propontis appellat̃. Angustiæ thracius bosphorus la-
titudine. d. passuum: qua Darius pater Xerxis copias ponte transuexit. Tota ab hel-
lesponto lōgitudo. cc. M. xxxix. M. passuum. Dein uastum mare. Pontus euxinus qui
quondā axenus longe refugiētes occupat terras: magnoq; littorū flexu retro curuatus
in cornua ab iis utrinque porrigitur: ut sit plane arcus scythici forma. medio flexu
iungit̃ ostio mæotici lacus cīmerius bosphoros: idos uocat̃. ii. M. d. passuū latitudine.
At īter duos bosphoros thracium & cimmerium directo cursu: ut auctor est Polybius
.d. passus intersunt. Circuitu uero totius ponti uicies semel milia ut auctor est
Varro: & fere ueteres. Nepos Cornelius. ccc. M. l. adiicit. Artemidorus uicies nouies
decem nouem milia facit. Agrippa. xxiii. lx. M. Mutianus. xxviii. lxv. M. Simili mō
europæ latere mensuram alii q̃ttuordecies. lxxviii. M. pas. determinauere. alii ūdecies
.lxx. M. M. Varro ad hunc modum metitur. Ab hostio ponti apolloniam. clxxxviii.
.M. d. pas. Calatin tantundem. Ad ostiū istri. cxxv. Ad borysthenen. ccl. M. Cherōnesū
heraclidarum oppidum. ccclxxv. M. pas. Ad panticapeum: quod aliqui bosphorum
uocant: extremum in europæ ora. cc. M. xxii. d. quæ summa efficit. xiii. mil. xxxvi. M.
.d. Agrippa a bizantio ad flumen istrum. dlx. Inde panticapeum. dcxxx. Inde lacus
ipse mæotis tanain amnem ex rhipheis montibus defluentem accipiens nouissimū
inter europam asiamq; finem. xiiii. M. vi. M. circuitu patere traditur. Ab aliis. xi. M.
.xxv. Ab ostio eius ad tanais ortū directo cursu. ccclxxv. M. passus esse constat. Accolæ
sinus eius in mentione thraciæ dicti sunt istropolin: inde ostia istri. Ortus hic in ger-
maniæ iugis montis arnobæ: ex aduerso raurici galliæ oppidi: multis ultra alpes mili-
bus: ac per innumeras lapsus gentes danubii nomine immenso aquarum auctu : &
unde primum illyricum alluit: ister appellatur : sexaginta amnibus receptis : medio
ferme numero eorum nauigabili in pontum uastis sex fluminibus euoluitur. Primū
ostium peuces. Mox ipsa peuce insula: in qua proximus alueus appellatus. xix. pass.
magna palude sorbetur. Ex eodē alueo & super istropolin lacus gignit̃. lxiii. M. pas.
ābitu: halmirin uocāt. Secūdū ostiū naracustoma appellat̃. Tertiū calostoma iuxta
īsulā sarmaticā. Quartū pseudostoma & insula conopōdiabasis: postea boryostoma
& spireostoma. Singula autem ora tanta sunt: ut prodatur in. xl. M. pas. longitudīs
uinci mare: dulcemq; intelligi haustum. Ab eo in plenum quidem omnes scytharum
sunt gentes uarie tamen littori apposita tenuere alias gethæ : daci a romanis dicti :
alias sarmatæ: a græcis sauromatæ: eorūq; hamoxobii aut corsi: alias scythæ degeneres
& a seruis orti: aut troglodytæ: mox alani & toxalani. Superiora autem īter danubiū
& hyrcinum saltum usq; ad pannonica hyberna carnunti germanorumq; ibi cōfiniū.
Campos & plana iagyges: sarmatæ uero mōtes & saltus. pulsi ab his daci ad pathissū
amnem amoros siue duria est a sueuis: regnoq; uanniano dirimens eos. Ex aduerso
absternæ tenent: haliq;. Inde germani. Agrippa totum eum tractum ab istro ad ocea-
num bis ad decies centum milia passus: in longitudine quattuor milibus q̃dringētis.
In latitudine ad flumen uischiam a desertis sarmatiæ prodidit. Scytharum nomen
usq;quaq; transit in sarmatas atq; germanos. Nec aliis prisca illa durauit appellatio:
q̃ qui extremi gentium harum ignoti prope cæteris mortalibus degunt. Verū ab istro
oppida crenne scepolium. Montes macrocrennius clarus. Amnis tyra oppido nomen
imponens: ubi antea ophiusa dicebatur. In eodem insulam spatiosam incolunt ty-
ragetæ. Abest ab pseudostomo istri ostio. cxxx. mil. Mox astacæ cognomines flumini:
ultra quos erobizi: flumen rhode: sinus saggaricus: portus ordesus. Et a tyra. cxx. mil.
passuum flumen borysthenes: lacusq; & gens eodē nomine & oppidum a mari recedēs

Carnun-
tum voca-
bat, ubi nunc
Petronella, et
Germanicum
Altenburgh
sita sunt.

.xv.mil.paſ.Olbiopolis & miletopolis antiquis nominibus. Rurſus ĩ littore portus achæorum. Inſula achillis tumulo eius uiri clara. Et ab ea centum uigintiquinque milia paſſuum: peninſula ad formam gladii in tranſuerſum porrecta exercitatione eiuſdem cognominata dromos achilleos. Cuius lõgitudinem octoginta milia paſſuũ tradidit Agrippa. Totum enim tractum ſardi ſcythæ & ſcyraci tenent. Inde ſilueſtris regio: hyleum mare: quo alluitur cognominant. Enœcadloæ uocantur incolæ. Vltra panticapes amnis: qui nomadas & georgos diſterminat: mox aceſinus. Quidã penticapem confluere intra olbiam cum boryſtene tradunt. Diligentiores hipanin tanto errore eorum: qui illum ĩ aſiæ parte prodidere. Mare ſubit uaſto receſſu donec quĩq; milibus paſſuum interuallo abſit a mæotide: uaſta ambiens ſpatia multaſq; gentes. Sinus garcinites appellatur: flumen placyris. Oppida nauarum: gorcine. A tergo lacus buges foſſa miſſus in mare. Ipſe buges a coreto mæotis lacu ſinu petroſo diſcluditur dorſo. Recipit amnes bugem gerrhum hypanin ex diuerſo uenientes tractu. Nam gerrhus baſilidas & nomadas ſeparat. Hypanis per nomadas & hyleos fluit manu facto alueo in bugem: naturali in coretum. Regio ſcythiæ ſendica nominatur. Sed a carcinte taurica incipit quondam mari circufuſa & ipſa: quaque nunc iacent campi. Deinde uaſtis attollitur iugis. Trigĩta ſunt eorum populi. Ex iis mediterranei .xxvii. Sex oppida: orgocyni: caraſeni: aſſyrani: tractari: arciſſali: tecali: caliordi. Iugum ipſũ ſcythotauri tenent. Clauduntur ab occidente cheronneſo: ab ortu ſcytiſſa taucis. In ora a carcinite oppida tagræ in ipſis anguſtiis peninſulæ. Mox heraclea cherõneſus: libertate a romanis donatum. Megarice uocabatur antea præcipui nitoris in toto eo tractu cuſtoditis græciæ moribus: quinque milibus paſſuum ambiente muro. Inde parthenium promõtorium taurorum ciuitas placia. Symbolum portus. Promõtoriũ criu metopon aduerſum carambico aſiæ promontorio: per medium euxinum percurrens centum ſeptuaginta milia paſſuum interuallo: quæ maxime ratio ſcythici arcus formam efficit. Ab eo taurorum portus multi: & lacus. Oppidum theodoſia a criu metopo .cxxii. M. paſ. A cheronneſo .cxlv. M. Vltra fuere oppida cyte: zephiriũ: acre: nympheum: dia. Reſtat longe ualidiſſimum in ipſo boſphori introitu panticapeum mileſiorum a theodoſia mille trigintaquinque paſſuum: a cimmero uero oppido trans fretum ſito mille .d. ut diximus ſpatium. Hæc ibi latitudo aſiam ab europa ſeparat. eaq; ipſa pedibus plerunq; peruia glaciato freto boſphori cimmerii. Latitudo duodecim .d. paſſuum. Oppida habet hermiſium: mirmetium: & intus ĩſulã alopecẽ. Per mæotin autem ab extremo iſthmo: qui locus taphræ uocatur: ab ore boſphori ducenta ſexaginta milia paſſuum longitudo colligitur. A taphris per cõtinẽtẽ introrſus tenent auchetæ: apud quos hypanis oritur. Neuroæ: apud quos boryſthenes geloni: tugaſetæ: budini: baſilidæ: & ceruleo capillo agathyrſi. Super eos nomades. Deinde anthropophagi. A bute ſup mæotin ſauromatæ: & heſſedones. At ꝑ oram ad tanain uſq; mæotæ a quibus lacus nomen accepit. Vltimiq; a tergo eorum arimaſpi. Mox rhiphei montes. Et aſſiduo niuis caſu pinnarum ſimilitudine pterophoros appellata regio. pars mundi dãnata a natura rerum: & denſa merſa caligine: neq; ĩ alio ꝗ rigoris opere gelidiſq; aquilonis conceptaculis. Pone eos montes ultraque aquilonem gens fœlix (ſi credĩus quos hyperboreos appellauere) annoſo degit æuo: fabuloſis celebrata miraculis. Ibi creduntur eſſe cardines mundi: extremiq; ſyderum ambitus: ſemeſtri luce & una die ſolis auerſi: non ut imperiti dixere ab æquinoctio uerno in autumnũ. Semel in anno ſolſtitio oriunt̃ iis ſoles: brumaq; ſemel occidunt. Regio aprica: fœlici temperie: omni afflatu noxio carens. Domus iis nemora luciq; & deorũ cultus. Viritĩ gregatĩq; diſcordia ignota & ægritudo omnis. Mors non niſi ſatietate uitæ epulatis: delibutiſque ſenibus luxu ex quadam rupe in mare ſalientiũ: hoc genus ſepulturæ beatiſſimum. Quidam eos in prima pte aſiæ littorum poſuere non in europa: ꝗ ſunt ibi ſimilitudine & ſitu attacori nomine. Alii medios fecere eos inter utrumq; ſolem

antipodum occasum exorientemq; nostrum. quod fieri nullo mō potest cōstare tam uasto mari īteruenientе. Qui alibi q̄ in semestri luce cōstituere eos: serere matutinis: meridie metere: occidente sole fœtus arborum decerpe: noctibus in specus cōdi tradiderunt. Nec libet dubitari de gente ea: cum tot auctores ꝓdāt: frugū primitias solitos delon mittere Apollini: quem præcipue colunt. Virgines ferebant eas hospitiis gētiū ꝑ annos aliquot uenerabiles: donec uiolata fide ī proximis accolarum finibus deponere sacra ea īstituere. Hiq; ad conterminos deferre: atq; ita delum usq;. Mox & hoc ipsum exoleuit. Sarmatiæ: scythiæ: tauricæ: oīsq; a borystene amne tractus longitudo .d.cccc.lxxx. M. Latitudo .d.cc.xvii. M. a. M. Agrippa tradita ē. Ego īcertā ī hac terraꝝ ꝑte mēsurā arbitror. Veꝝ īstituto ordīe reliqua huius sinus dicant. Et maria qdē eius nūcupabimus.

¶Insulæ ponti. ¶Cap. xiii.

HEllespontus insulas non habet ī europa dicēdas. In ponto duæ .M.d. passibus ab europa .xiiii. milia ab hostio cyaneæ: ab aliis symplegades appellatæ: traditæq; fabulis inter se concurrisse: quoniā paruo discretæ interuallo ex aduerso ītrātibus geminæ cernebantur: paulumq; deflexa acie coeūtium speciem præbebant. Citra istrū apolloniatarum una octoginta milia a bosphoro thracio. Ex qua. M. Lucullus Capitolinum Apollinem aduexit. Inter ostia istri quæ essent diximus. Ante borysthenem achillea est supradicta. Eadem leuce & macaron appellata. Hanc temporum horum demonstratio a borystene centum quadraginta milia ponit: a tyra .cxx. M. a peuce insula quinquaginta .M. Cingitur circiter .x. milia. pass. Reliquæ in carcinitis sinu cephallones: rhosphodus: amacra. Nō est omittenda multorum opinio priusquam digrediamur a ponto: qui maria omnia interiora illo capite nasci non gaditano freto existimauere: haud improbabili argumento: quoniam æstus semper e ponto ꝓfluens nunquam reciprocetur ad eundem. Deinde est ut extera europæ dicātur: trāsgressisq; in rhipheos montes littus oceani septentrionalis in leua donec perueniatur gades legendum. Insulæ complures sine nominibus eo situ traduntur. ex quibus āte scythiā quæ appellatur bannonia: unam abesse a scythia diei cursu: in quam ueris temperie fluctibus electrum eiiciatur Timæus prodidit. Reliqua littora incerta signata fama. Septētrionalis oceanus amalchium eum Vecatæus appellat a paropaniso amne qua scythiam alluit. quod nomen eius gentis lingua: significat congelatum. Philemon morimarusam a cimbris uocari: hoc est mortuum mare. Inde usq; ad promontorium rubeas. Vltra deinde crenium. Xenophon lampsacenus a littore scytharum tridui nauigatione insulam esse immensæ magnitudinis baltiam tradit. Eandem Pythias basiliam nominat. Feruntur & oonæ: in quibus ouis auium & auenis incolæ uiuant. Alii: in quibus equinis pedibus homines nascantur: hippopodes appellati. Fanesiorū aliæ in quibus nuda alioquin corpora prægrandes ipsorum aures tota ītegāt. Incipit inde clarior aperiri fama ab gente ingeuonum: quæ est prima. Inde germaniæ seuo mons ibi immensus: nec rhipheis iugis minor immanem ad cimbrorum usq; promōtorium efficit sinum: qui codanus uocatur refertus īsulis. quaꝝ clarissīa scandinauia est: incompertæ magnitudinis. portionem tantum eius quod sit notum: hilleuionū gente quingentis incolente pagis: quæ alterum orbem terrarum eam appellat. Nec ē minor opinione eningia. Quidam hæc habitari ad uisulam usq; fluuium a sarmatis benedis: scyris: hyrris tradunt. Sinum clylipenum uocari: & in ostio eius īsulā latrin. Mox alterum sinum lagnum conterminum cimbris. Promontorium cībroꝝ excurrēs in maria longe peninsulam efficit: quæ haustisus appellatur: uigintitria milia pass. Inde insulæ romanis armis cognitæ. Earum nobilissimæ burcana fabaria a nr̄is dicta a frugis similitudine sponte prouenientis. Item glessaria a sucino militiæ appellata a barbaris austerania. præterq; actania. Toto autem hoc mari ad scaldin usq; fluuiū germaniæ accolunt gentes haud explicabili mensura: tam immodica prudentium discordia est. Græci & qdā nostri uigītiquīq; milia passuū orā germaniæ tradiderūt.

Agrippa cum rhetia & norico longitudinem.dc. milia octogintasex milia passuum. Latitudiné ducenta quadragitaocto.M. ¶Germaniæ. ¶Cap.xiiii.

R Hetiæ prope unius maiore latitudie: sane circa excessũ eius subactis. Nam germania multis postea annis nec tota percognita est. Si coniectare pmittitur haud multum ora deerit græcoꝝ opinioni: & longitudini ab Agrippa traditæ. Genera germanorũ quinq;. Vindili: quorum pars burgundiones: uarinnæ: charini: guttones. Alterum genus igeuones: quorum pars cimbri: teutoni a cauchorum gente. Proximi autem rheno isteuones: quorum pars cimbri mediterranei: hermiones quorũ sueui hermũduri: chatti: cherusi. Quita pars peucini: basternæ supradictis cõtermini dacis. Amnes clari i oceanũ defluũt: gutallus: uistillus siue iustilia: aluus: uisurgis: ammisis: rhenus: mosa. Introrsus uero nulla iferius nobilitate hercyniũ iugũ prætendit.

¶Insulæ i gallico oceano. ¶Cap.xv.

I N rheno autẽ ipso prope centũ milia passuũ i longitudinẽ nobilissia batauorũ isula & cannenefatũ: & aliæ frisiorũ: caucoꝝ: frisiabonum: sturioꝝ: morsatioꝝ: quæ sternuntur inter helinum: ac fleuum. ita appellantur ostia in quæ effusus rhenus ab septentrione in lacus ab occidente in amnem mosam se spargit: medio inter hæc chore modicum nomini suo custodiens alueum.

¶Britannia Hibernia. ¶Cap.xvi.

E X aduerso huius situs britannia isula clara græcis nostrisq; monumentis. Inter septentrionem & occidentem iacet: germaniæ galliæ hispaniæ multo maximis europæ partibus magno interuallo aduersa. Albion ipsi nomen fuit: cum britanniæ uocarentur omnes de quibus mox paulo dicemus. Hæc abest a gesoriaco morinorum gentis littore proximo traiecto quinquaginta milia milium. Circuitu uero patere trigintaocto milia passus.lxxv.M. Pythias & Isidorus tradunt: triginta prope iã ãnis noticiam eius romanis armis non ultra uicinitatem siluæ calidoniæ propagantibus. Agrippa longitudinem octingentorum milium passuum credit esse. Latitudinem tricentorum milium credit. Et eandem hiberniæ latitudinem. Sed longitudinem ducentorum.M.p.minorem. Super eam hæc sita abest breuissimo transitu a silurum gente.xx.M. passuum. Reliquarum mella.cxxv.M. circuitu amplior proditur. Sunt autem hinc.xl.M.pas. orcades: modicis iter se discretæ spatiis. Septẽ acmodæ: & triginta hebudes. Et inter hiberniam & britanniã mona: manapia: ricnea: uectis: silimnus: andros. Infra uero siambis: & axantos. Et ab aduerso in germanicũ mare sparsæ glessariæ quas electridas græci recentiores appellauere: ꝙ ibi electrum nasceretur. Vltima omnium: quæ memorantur: tyle. i qua solstitio nullas esse noctes indicauimus cancri signum sole transeunte. Nullosque contra per brumam dies. Hæc quidam senis mensibus continuis fieri arbitrãtur. Timæus historicus a britãnia introrsus sex dierun nauigatione abesse dicit insulam mitterin: in qua cãdidũ plũbũ proueniat. Ad eam britannos uitilibus nauigiis corio circunsutis nauigare. Sunt & q alias pdãt scandiam: dumnam: bergos: maximamque omnium uerigon: ex qua in tylen nauigetur. A tyle unius diei nauigatione mare concretum a nonnullis cronium appellatur.

¶Gallia. ¶Cap.xvii.

G Allia omnis comata unó nomine appellata in tria populorum genera diuidit amnibus maxime distincta. A scalde ad sequanam: belgica. Ab eo ad garũnam: celtica. Eademq; lugdunensis. Inde ad pyrenei montis excursũ: aquitania aremorica ante dicta. Agrippa uniuersarum galliarum iter rhenum & pyreneum atq; oceanum ac montes cebennam & iuram: quibus narbonẽsem galliã excludit: longitudinẽ.cccc.xx.M. passuum. Latitudinem.ccc.xiii.computauit. Ascaldi icolunt: exerni: texãdri pluribus noĩbus. deĩde menapii: morini: oromãsaci iũcti pago: qui cersiacus uocatur. Britãni: ambiani: bellouaci: bassi. Introrsus catoslogi: attrebates: neruii liberi: ueromãdui: sueuconi: suessiões: ueruni liberi: ulmanetes liberi: tũgri: rinuci: frisi: auones:

betasi:leuci liberi:treueri liberi antea:& lingones fœderati:rheni fœderati:medioma-
trici:sequani:rauraci:heluetii. Colonia equestris & rauriaca. Rhenum autē accolētes
germaniæ gētium ī eadem prouīcia:nemetes:triboci: uangiones:īcubi:colōia agrippi-
nēsis : guberni : butani : & quos in īsulis diximus rheni.

Lugdunēsis gallia. Capitulū.xviii.

LVgdunēsis gallia habet lexouios:uellocasses:galletos:uenetos:abrīcatuos:ossi-
sinos: flumē clarum ligerī . Sed penīsulā spectatiorem excurrētem ī oceanū a
fīe ossisinoꝝ circuitu.dc.xxv.M.pas.lōgitudīe. In latitudīe cētū.xxv.M. Vltra eā uā-
netes. Intus aūt hedui fœderati:carauteni fœderati:boii:senones. Aulerci q cognoīāt
eburones:& qui cenomani:meldi liberi:parisii:trecasses:andegaui:īducasses:bodicas-
ses:uenelli:cariosuelites:diablīdi:rhedones:turones:itesui:secusii:albii liberi:ī quoꝝ
agro colonia lugdunum.

Aquitania. Cap.xix:

AQuitanicæ sūt:ābulatri:anagnutes:pictones:santones liberi:bituriges liberi:
sexignani cognomine ubisci:aquitani unde nomen prouinciæ : sediboniates .
Mox in oppidum contributi conuenæ:begerbi:tarbelli quattuor:signani: cocosates :
sexsignani:uenami:enobrisates:belendi : saltus pyreneus:infraq; meneosi:osqdates:
montani:sybillates:camponi:bercorcates:pimpedimui:sassumini:uellates:tornates:
consoranni:ausci:elusates:sottiates:ossidates:campestres:succasses: latusates : basa-
bocates:uassei:sennates:cambolectri : agessinates pictonibus iuncti. Hinc bituriges
liberi qui cubi appellātur. Dein lemouices:aruerni liberi:gabales. Rursus narbonēsis
prouinciæ contermini ruteni:cadurci:antobroges. Tarnæq; amne discreti a tolosanis
petrogori. Maria circa oram ac rhenum septentrionalis oceanus: inter rhenū & seqnā
britannicus:inter rhenum & pyreneum gallicus. Insulæ complures uenetorum & quæ
ueneticæ appellantur : et inter aquitanicum sinum .

Citerior hispania. Capitulum.xx.

APyrenei promontorio hispania incipit angustior non gallia modo: uerum etiā
semetipsa:ut diximus:immensum quantum hinc oceano:illinc hiberico mari
comprimentibus . Ipsa pyrenei iuga ab exortu æquinoctiali in occasum brumalem
breuiores latere septentrionali q̄ meridiano hispanias faciunt. Proxima ora citerioris
est eiusdem tarraconensis situs a pyreneo per oceanum bastonum saltus . Aolarso:
uasdulorum oppida : morosgi:menosta: uesperies:amanum portus : ubi nūc obrica
flaui colonia ciuitatum nouem. Regio cantabrorum:flumen sanga: portus uictoriæ
iuliobricensium. Ab eo loco fōtes hiberi quadragīta milia passuū. Portus biendium:
origeni mixti cantabris. Portus eorum uesei:ueca. Regio asturum : noega oppidum
in peninsula pisici. Et deinde conuentus lucensis a flumine nauia. Albiones: cibarci:
egouarri cognomīe namarini:iadoni:arrotebæ: promontorium celticum. Amnes flo-
rius:nelo:celtici cognomine neriæ: superq; tamarci : quorum in peninsula tresaræ :
sestianæ Augusto dicatæ:& Toporio oppidū noela. Celtici cognomine præstamartii:
cileni. Ex īsulis nominandæ:corticata:& aunios:acilensis:conuentus bracharum : he-
leni:groni:castellum tide: græcorum sobolis omnia. Insulæ cycæ . Insigne oppidum
abobrica . Minius ānis quattuor. M. pas. ore spatiosus. leuni:seurbi:bracharū oppidū
augusta quos super gallecia. Flumē limia. Durius amnis e maximis hispaniæ ortus ī
pelondonibus:& iuxta numātiam . Lapsus dein per areuacos uacceosq; distermīatis
ab asturia uectonibus:a lusitania gallecis . Ibi quoq; turdulos a bracharis arcēs:oīsq;
dicta regio a pyreneo metallis referta auri argēti ferri plūbi nigri albiq;.

Lusitania. Capitulum.xxi.

ADurio lusitania incipit. Turduli ueteres : pesuri : flumen uagia : oppidū tala-
brica : oppidum & flumen eumenium : oppida conimbrica:colippo : euburo:
britium. Excurrit deinde in aliud uasto cornu promōtorium:quod alii artabrum ap-
pellauere:alii magnū:multi ulysipponēse ab oppido: terras maria cælū disterminās.

Illo finit hiſpaniæ latus. Et a circuitu eius īcipit frōs ſeptētrionis.

Inſulæ ī oceano Cap.xxii.

HInc oceanus q & gallicus occaſus: illinc oceanus atlanticus promōtorii excurſū .xl.M. prodidere. Alii.xc.M.paſ.ad pyreneum. Inde non pauci duodecim qnq̄ginta milia.& ibi gētem artabrū quæ nūq̄ fuit: manifeſto errore. Arrotebras enī quos ante celticum diximus promōtorium hoc ī loco poſuere litteris permutatis. Erratum & ī amnibus īclytis ab minio: quem ſupra diximus.cc.M.paſſuum ut auctor ē Varro: abeſt eminius: quem alibi quidam ītelligūt: & lineam uocāt: obliuiōis ātiqs dictus: multumq; fabuloſus. Ab durio tagus.cc.milium paſſuum īterueniēte mūda. Tagus auriferis harenis celebratur. Ab eo cētum ſexagīta mil. paſſuū promōtorium ſacrum e media prope hiſpāiæ frōte proſilit quattuordecī mili.paſſuum. Inde & pyreneum medium colligit ut Varro tradit. Ab ana uero: quo luſitaniam a betica diſcreuimus: cētum uigītiſex.M.paſſum: a gadibus cētum duo.M.paſ. additis gētes celticæ ī duli: et circa tagū uetones. Ab ana ad ſacrum luſitani. Oppida memorabilia a tago in ora: olyſippo equarū e fauonio uento conceptu nobile: ſalatia cognominata. Vrbs imperatoria: merobrica promōtorium ſacrum: et alterum ceneus. Oppida oſſonobia balſa myrtili. Vniuerſa prouincia diuiditur in conuentus tres: emericenſem: pacenſem: ſcalabitanum. Tota populorum.xlvi.in quibus coloniæ ſunt quinq; municipiū ciuium romanorum latii antiqui quattuor. Stipendiaria trigintaſex. Coloniæ auguſta emerita anæ fluuio appoſita: mertallinenſis: pacenſis: norbenſis cæſariana cognomine. Contributa ſunt in eam caſtra iulia: caſtra cecilia. Quinta eſt ſcalabis: quæ præſidiū iulium uocatur. Mūicipium ciuium romāorum olyſippo: fœlicitas iulia cognoīatū. Oppida ueteris latii ebora: quod idem liberalitas iulia & myrtilis & ſalatia quæ diximus ſtipendiariorum: quos nominare non pigeat. Præter iam dictos in betica cognominibus: auguſtobrigenſes: emienſes: aranditani: taxabritenſes: blaxenſes: cæſarobricenſes: caperenſes: caurenſes: colarnici: bilitani: concordienſes: & bocori: interauſēſes: latiēſes: mirobrigenſes: qui celtici cognominantur: medubrigēſes qui plumbarii: ocelenſes: lāciēſes: turduli qui barduli & tapori. Luſitaniam cū aſturia & gallecia patere longitudine.d.xl.paſ. latitudīe.d.trigītaſex mil. Agrippa prodidit. Omnes autem hiſpaniæ a duobus pyrenei promotoriis per maria totius oræ circuitu trigītanouem .M.duodecim colligere exiſtimantur: ab aliis uigintiſex mili. Ex aduerſo celtiberiæ cōplures ſūt īſulæ caſſiterides dictæ a græcis a fertilitate plūbi & e regiōe arrotrebarū promontorio deoꝝ ſex: quas aliqui fortunatas appellauere. In ipſo uero capite: mox beticæ ab oſtio freti paſſus ſeptuagītaquīq; mil. gadis longa: &(ut Polybius ſcripſit) duodecim mil.lata .iii.mil. paſſuum abeſt a continente. Proxīa parte minus pedes dcc. Reliqua plus ſeptem mil. ipſius ſpatium quindecim.M.paſſ.eſt. Habet oppidū ciuium romāorum quod appellatur auguſtana urbs iulia. Gaditani ab eo latere quo hiſpaniam ſpectat: paſſibus fere centum. Altera īſula eſt ī longum ducentorū miliū paſſuum quadragīta.M.lata. In qua prius oppidum gadium fuit. Vocat ab Ephoro & Phyllide erithea: a Timæo & Sylæo aphrodiſias: ab indigenis Iunonis. Maiorem Timæus potinuſam a puteis uocitatam ait. noſtri tarteron appellant: quam pœni appellarunt gadiritam. Pæonica diruta punica lingua ſeptem ſignificante. Erythea dicta eſt: quoniam tyrii ab origine eorum orti ab erythreo mari ferebantur. In hac Geriones habitaſſe a qbuſdam exiſtīantur: quorum armēta Hercules abduxerit. Sūt q aliā eſſe eā: & cōtra luſitaniā arbitrent: eodēq; noīe quondā ibi appellant.

Vniuerſæ europæ menſura. Cap.xxiii.

PEracto ambitu europæ: reddēda cōſūmatio eſt: ne qd ī expedito nō ſit noſcere uolentibus. Longitudinem eius Artemidorus atq; Iſidorus a tanai uſque gades octogītaqttuor mil.qttuordecī paſſuū ꝓdiderūt. Polybius latitudīe europæ ab italia ad oceanum ſcribit.xi.M.quīquagīta eſſe etiam tum īcomperta magnitudīe huius.

Est autem ipsius italiæ: ut diximus: duodecĩ. M. uiginti ad alpes. Vnde lugdunum ad portũ morinoꝝ britannicũ: qua uidetur mensuram agere Polybius. xiii. M. xviii. Sed certior mẽsura ac lõgior ad occasũ solis æstiui ostiũq; rheni p castra legionũ germãiæ ab iisdem dirigitur alpibus duodecim mil. q̃dragintatriũ passuũ. Hinc deinde africa atq; asia dicentur.

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER .V.

¶Africæ descriptio.

AFRICAM GRAECI LIBYAM APPELLA-uere: qua mare ante eam libycum ĩcipiẽs ægypto finitur. Nec alia pars terrarum pauciores recipit sinus: longe ab occidente littorũ obliquo spatio. Populorum eius oppidorumq; noĩa uel maxĩe sunt ĩeffabilia: præterq̃ ipsorum linguis: & alias castella ferme inhabitant.

¶Mauritania. ¶Cap. primũ.

PRincipio terrarum mauritaniæ appellant usq; ad Caium Cæsarẽ Germanici filium regna. Sæuitia eius ĩ duas diuisa est prouĩcias. Promontorium oceani extimũ ãpelusia noĩatur a græcis. Oppida fuere: lissa: cottæ: ultra columnas Herculis. Nunc est tingi quondã ab Anteo conditum: postea a Claudio Cæsare cũ coloniã faceret: appellatũ traducta iulia. Abest a belone oppido beticæ proximo traiectu triginta mil. passuũ. ab eo uigĩti-quinq; mil. in ora oceani colonia Augusti: iulia constantia: zubil regũ ditioni exẽpta et iura ĩ beticam petere iussa: et ab eo. xxxii. M. passuũ colonia a Claudio Cæsare facta lixos: uel fabulosissime ab antiquis narrata. Ibi regia Antei certamenq; cũ Hercule: et hesperidum horti. Affunditur autem huic æstuarium e mari flexuoso meatu: in quo draconis custodiæ instar fuisse nunc interpretantur. Amplectitur intra se insulã: quã solam e uicino tractu aliquãto excelsiores non tamen æstus maris inundant. Extat in ea et ara Herculis: nec præter oleastros aliud ex narrato illo aurifero nemore. Minus profecto mirentur portentosa græciæ mendacia de iis et amne lixo prodita: qui cogitẽt nostros nup paulominus monstrifica quædam de iisdẽ tradidisse. Præualidam hanc urbem maioremq; magna carthagine. Præterea ex aduerso eius sitã et prope immẽso tractu. Ab tingi quoq; aliã Cornelius Nepos audacissĩe credit ab lixo quadragĩta mil. passuum. In mediterraneo altera Augusti colonia est babba: iulia cãpestris appellata. Et tertia banasa. lxxv. mil. ualentia cognominata. Ab ea trigintaquinq; mil. passuũ: uolubile oppidum: tantundem a mari utroq; distans: et in ora a lixo quinquaginta mil. amnis sububus: præter banasam coloniã defluens: et magnificus et nauigabilis Ab ea totidẽ milibus passuum oppidum sala eiusdẽ nominis fluuio impositum: iã solitudinibus uicinum elephantorumq; gregibus infestum. Multo tamẽ magis: au-tololum gentem per quã iter est ad montem africæ uel fabulosissimum atlantem. E mediis hunc arenis ĩ cælum attolli prodiderunt: asperum: squalentem: qua uergat ad littora oceani: cui cognomen imposuit. Eundẽ opacum nemorosumq; et scatebris fontium riguũ qua spectat africam fructibus omniũ generũ spõte ita subnascẽtibus ut nunq̃ satietas uoluptatibus desit. Incolarum neminem ĩterdiu cerni: silere omnia haud alio q̃ solitudinum horrore subire tacitam religionem animos propius ac-cedentium: præterq; horrorem elati super nubila atq; in uicinia lunaris circuli. Eundẽ noctibus micare crebris ignibus ægypanum satyrorumq; lasciuia. impleri tibiarũ ac

V

fistulæ cantu tympanorumq; et cymbalorum sonitu strepere. Hæc celebrati auctores prodidere: præter Herculi et Perseo laborata ibi. spatiũ ad eum immensum ĩcertũq;. Fuere et Hannonis carthaginensium ducis commentarii punicis rebus florentissimis explorare ambitum africæ iussi: quẽ secuti pleriq; e græcis nostrisq; . Et alia quædam fabulosa & urbes multas ab eo conditas ibi prodidere : quarum nec memoria ulla nec uestigium extat. Scipione Aemiliano res ĩ africa gerente Polybius annaliũ cõditor ab eo accepta classe scrutandi illius orbis gratia circunuectus prodidit a monte eo ad occasũ uersus saltus plenos feris: quas generat africa: ad flumẽ anatin. cccc. octogīta quinq; mil. pas. Ab eo lixũ. ccv. M. pas. Agrippa lixũ a gaditano freto cẽtum. xii. mil. pas. abesse. Inde sinum qui uocetur saguti. Oppidum in promontorio mulelacha. Flumina sububam et salat. Portum rutubis a lixo. cccxiii. mil. pas. Inde promontoriũ solis: portum risardir. Gætulos: autoteles: flumen cosenum: gentem selatitos: et masatos: flumen masathat: flumen darat: in quo crocodilos gigni. Deinde sinum . dc. xvi. mil. pas. Includi montes barce promontorio excurrente in occasum: quod appellatur surrentium . Postea flumen palsum : ultra quod æthiopas peroros: quorum a tergo porusios. Iis iungi mediterraneo gætulos daras. at in ora æthiopas daratitas. Flumen bambothum crocodilis & hippopotamis refertum . Ab eo montes perpetuos usque ad eum: quem eonochema dicemus. Inde ad promontorium hesperum nauigatione dierum ac noctium decem. In medio eo spatio atlantem locauit: a cæteris omnibus ĩ extremis mauritaniæ proditum. Romana arma primũ Claudio prĩcipe ĩ mauritania bellauere Ptolemæũ regem a Caio Cæsare interemptum: ulciscente liberto Aedemõe: refugientibusq; barbaris uentum constat ad montem atlantem. Nec solum cõsulatu perfunctis atq; e senatu ducibus qui tum res gessere: sed equitibus quoque romanis qui ex eo præfuere: ibi atlãtem penetrasse gloria fuit. Quinq; sũt ut diximus romanæ coloniæ in ea prouĩcia. peruiumq; famæ uideri potest. Sed id plerunque fallacissimo experimento deprehenditur: quia dignitate indagare uera pigeat : ignorãtiæ pudore mentiri nõ piget. haud alio fidei proniore lapsu: q̃ ubi falsæ rei grauis auctor existit. Et equidem minus miror incomperta quædam esse equestris ordinis uiris. Iam uero & e senatu non aliunde intrantibus q̃ causa luxuriæ: cuius efficacissima uis sentitur atq; maxima cum ebori: cædroq; siluæ exquirantur: omnes scopuli gætuli muricibus ac purpuris. Indigenæ tamen tradunt in ora absala centum quĩquagĩta. M. passuum flumen asanam marino haustu: sed portu spectabile: mox amnem quem uocãt fuut. Ab eo ad dirin hoc enim atlanti nomen esse eorum lingua conuenit . cc. M. passuum interueniente flumine : cui nomen est uior. Ibi fama existere circa uestigia habitati quondam soli uinearum palmetorumq; reliquias. Suetonius Paulinus: quẽ cõsulem uidimus: primus romanorum ducum transgressus quoq; atlantem aliquot milium spatio prodidit de excelsitate quidem eius quæ cæteri . Imas radices densis altisque repletas siluis: incognito genere arborum : proceritatem spectabilem enodi nitore : frondes cupressis similes: præter grauitatem odoris tenui eas obduci lanugine : qbus addita arte posse quales bombice uestes confici. Verticem altis etiam æstate operiri niuibus. Decumis se eo peruenisse castris: & ultra ad fluuium qui niger uocatur : per solitudines nigri pulueris eminentibus interdum uelut exustis cautibus loca ĩhabitabilia feruore: quanq̃ hyberno tempore expertos . Qui proximos inhabitent ei saltus refertos elephantorum ferarumque & serpentium omni genere canarios appellari. Quippe uictum eius animalis promiscuum iis esse : & diuidua ferarum uiscera. Iunctam æthiopũ gentẽ quos perorros uocant satis constat. Iuba Ptolemæi pater: qui primus utriq; mauritaniæ imperauit: studiorum claritate memorabilior etiã q̃ regno similia prodidit de atlante : præterq; gigni ibi herbam euphorbiã nõie ab inuentore medico suo appellatã . Cuius lacteũ succũ miris laudidus celebrat in claritate uisus cõtraq; serpẽtes & uenena õia: priuatĩ dictato uolumĩe. Et satis superq; de atlante.

¶Tingitania prouincia. ¶Cap. ii.

TIngitaniæ prouinciæ longitudo.clxx.M. passuum est : & gens in ea quondam præcipua maurorū:unde nomen prouinciæ:quos pleriq; maurusios dixerunt. Attenuata bellis ad paucas reddit familias. Proxima illi massesylorum fuerat:sed sili modo extincta est. Getulæ nunc tenent gētes:bamuræ:multosq; ualidissi autololes. Et horū pars quondam nesimi:qui auulsi iis propriā fecere gentem uersi ad æthiopas. Ipsa prouincia ab oriente montosa fert elephantos. In abila quoque monte & quos septem fratres a simili altitudīe appellant freto immineti iūcti abilæ.ab iis ora iterni maris. Flumen tamū da nauigabile quondam & oppidum . Flumē laud & ipsū nauigiorū capax. Rusaddir oppidū et portus maluana. Fluuius nauigabilis siga. Oppidū ex aduerso maluanæ in hispania sitū. Syphacis regia:alterius iam mauritaniæ. Nāq; diu regū nomina optinuere:ut bogudiana appellaretur extima. Itemque bocchi quæ nūc cæsariēses. Ab ea portus magnus harpatio appellatus ciuiū romanorū oppidum. amnis mulucha Bocchi massesylorūq; finis . Quizacenitana peregrinorū oppidum. Arsennaria latinorū tria mil. passuū a mari. Carcenna colonia Augusti:legio secūda. Item colonia eiusdem deducta cohorte prætoria gunugii. Promontoriū Apollinis . Oppidūq; ibi celeberrimū cæsarea antea uocitatū iol Iubæ regia a diuo Claudio coloniæ iure donata eiusdē iussu deductis ueteranis. Oppidū nouū & latio datū tipasa . Itemq; a Vespasiano imperatore eodē mūere donatū icosio. Colonia Augusti rusguniæ. Rusucuriū ciuitate honoratū a Clandio. Ruzasus colonia Augusti. Salde colonia eiusdē:gigili oppidū. Tucca īpositū mari & flumini ampsagæ. Intus colonia augusta quæ item sucha:baritem:tubi:subtu. Ciuitates:tirmici:tigauæ. Flumina isarges : gesnabades:sardana : lauerna:bargensina:turebi: flumen usariens nauigabile . flumen ampsaga abest a cæsarea.cc.xxxiii.M.passuum. Vtriusq; mauritaniæ lōgitudo .dccc. .M.pas.xxxix.M.Latitudo.cccc l.xvii.M.p.

¶Numidia. ¶Cap. iii.

AB ampsaga numidia est : Masinissæ clara nomine : metagonitis terra a græcis appellata. Numidæ uero nomades a permutandis papilionibus mapalia sua: hoc est domus plaustris circunferentes. Oppida cullurus:ichadæ. Ab ea ad quadragintaocto.M.passuum in mediterraneo colonia cirtha sitianorum cognomine . Et alia intus sicca. Liberumq; oppidum bulla regia. Et in ora tacatua hippo regius . Flumen armua. Oppidum tachabracha ciuium romanorum . Tusca fluuius:numidiæ finis . Nec præter marmoris numidici ferarumq; prouentum aliud insigne.

¶Africa. ¶Cap. iiii.

A Tusca zeugitana regio:& quæ ꝓprie uocet africa ē. Tria ꝓmōtoria:candidum. mox Apollinis aduersū sardiniæ. Mercurii aduersū siciliæ ī altū ꝓcurrētia duos efficiūt sinus hiponēsē ꝓximum ab oppido quod hipponē dirutū uocant diarrhitū a græcis dictū propter aquaꝝ irrigua. Cui finitimū theudalis immune oppidū longius a littore. Dein promontorium Apollinis:& in altero sinu utica ciuium romanorum Cathonis morte nobilis . Flumen bagrada . Locus castra cornelia. Colonia carthago magnæ ī uestigiis carthaginis:colonia maxulla. Oppida carpi: misua. Et libeꝝ clupea in ꝓmōtorio Mercurii. Itē libera curubisne Apollinis. Mox africæ ipsius alia distictio. libyphoenices uocantur qui bizantium incolunt:ita appellatur regio.ccl.M.passuum per circuitum fertilitatis eximiæ cum centesima fruge agricolis fœnus reddente terra. Hic oppida libera leptis adrumētum ruspina thapsus. Inde thena auesinacō madesta chape:fabrata contingens syrtin minorem.ad quam numidiæ et africæ ab ampsaga longitudo.dlxxx.M.passuum. Latitudo qua cognitum est.cc.M.Ea pars quā africā appellauimus diuiditur in duas prouincias:ueterem et nouam discretas fossa. Inter africanum sequētem et reges thenas usq; perducta:quod oppidum a chartagīe abest .cc.xvii.M.passus. Tertius sinus diuiditur in geminos duarum syrtium uadoso ac reciproco mari. Disrhoos:ad proximam quæ minor est a carthagine .ccc.M.passuū ut

Polybius tradit. Ipsam centum. M. pass. aditu. ccc. M. ambitu. Et terra hæc aũt sydere obseruatione nobilis. Ad eam per deserta harenis pq; serpẽtes iter est. Excipiũt saltus repleti ferarũ multitudine: & introrsus elephãtorum solitudines: mox deserta uasta. utrinq; garamãtes ab augylis dierum duodecim itinere distantes. Super illos fuere gens psylli: sup quos lacus Lycomedis desertis circundatus. Augyle ipsi medio fere spatio locantur ab æthiopia: quæ ad occidentem uergit: & a regione quæ duas syrtes interiacet: pari utrinque interuallo: sed littore inter duas syrtes ducentorũ qnqginta milia passuũ. Ibi ciuitas oensis. Cyniphos fluuius ac regio. Oppida neapolis: taphra habrothonum. Leptis altera: quæ cognominatur magna. Syrtis maior circuitu cẽtum uigintiquĩq;. M. passuũ. aditu aũt. ccc. xiii. M. Inde accolit gens cisipadum. In ĩtimo sinu fuit ora lotophagon: quos qdam alachroas dixere: ad philenorum aras. ex arena sũt eæ. Ab iis non ,pcul a continente palus uasta ad amnem tritonem. Nomenq; ab eo accepit: palãtias appellata a Callimacho: et citra minorẽ syrtin esse dicta: a multis uero inter duas syrtes. Promontorium quod maiorem includit burion appellat: ultra cyrenaica prouincia. Ad hunc finem africa a fluuio Ampsaga populos uigintisex habet: qui romano parent imperio. In iis colonias sex præter iam supradictas uthinam tuburbin. Oppida ciuium romanorum quindecim ex quibus ĩ mediterraneo dicenda absuritanum: abutucense: aboriente canophicum: chimanense: rhimituense: thunusidiense: tuburbiense: tybidrumense: tibigense. Vcitana duo maius et minus. uagense. oppidum latinum unum uzzalitanum. Oppidum stipendiarium unum. Castris corneliis oppida libera triginta ex quidus dicenda intus acolitanum: acharitanum: auinense: abziritanum: canopitanum: melzitanum: mararense: salaphitanũ: tusdritanum: diricense: thiphicẽse: tunisẽse: schoedense: tagasense: sigense. ulusuburitanũ: uagiense aliud: sigense: zianiẽse. Ex reliquo numero non ciuitates tantũ: sed pleræq; etiã nationes iure dici possũt: ut nattabudes: capsitani: musulani: sabarbares: massylini ciues uamacures: ethini: mussini: marchubi: et tota gætulia ad flumen nigrum: q africam ab æthiopia dirimit.

¶ Cyrene. Cap. v.

CYrenaica eadem pentapolitana regio illustratur Hãmonis oraculo: quod a cyrenis abest. cccc. M. passuum fonte solis: pentapolis urbibus maxime quinq; berenice: arsinoe: ptolemaide: apollonia: ipsaq; cyrene. Berenice in syrtis extimo cornu ẽ quondam uocata hesperidum supradictarum uagantibus græciæ fabulis. Nec procul ante oppidum fluuius lethon: lucus sacer: ubi hesperidum horti memorantur. Abest ab lepti. ccc. lxxxv. mil. pas. ab ea arsinoe theutyra uocitata. xliii. M. pas. Et deide ptolemais antiquo nomine barce. xxii. M. pas. Mox. ccl. M. promontorium phycus per creticum mare excurrit distans. cccl. mil. pas. a tænaro laconicæ promontorio: a creta uero ipsa. cxxv. mil. Post id cyrene a mari. xi. mil. pas. A phicunte appolloniam. xxiiii. mil. pas. ad cherronnesum. lxxxviii. mil. passuum. Vnde catabathmum. ccxvi. M. pas. accolunt marmaridæ a pharedoni ferme regione ad syrtin usq; maiorẽ porrecti. Post eos acraucæ lesatiani. In ora syrtis nasammones: quos antea mesammones græci appellauere ab argumento loci: medios inter arenas sitos. Cyrenaicus ager quindecĩ. M. passuum latitudine a littore arboribus fertilis habetur. Intus eodem spatio frugibus tantũ. mox. xxx. M. passuum latitudine: et. ccl. M. pas. longitudine laseri modo. Post nasammonas hasbytæ et macæ uiuunt. Vltra eos Hammanientes. xi. dierum itinere a syrtibus maioribus ad occidentem: et ipsi quaquauersus arenis circũdati: puteos tñ haud difficiles binum fere cubitorũ ĩueniũt altitudine: ibi restagnãtibus mauritaniæ aquis. Domos sale e montibus suis exciso ceu lapide construunt. Ab iis ad troglodytas hyberni occasus plaga dierum quattuor iter: cum quibus commertium gemmæ tantum: quam carbunculum uocamus: ex æthiopia uectæ. Interuenit ad solitudines africæ super minorem syrtin dictas uerphazania: ubi gentem phazaniorum urbesq; alelen et cillabam subegimus. Item cidamum e regione sabrate. Ab his mons longo

ſpatio in occaſũ ab ortu tẽdit: ater a noſtris dictus a natura aduſto ſimilis: aut ſolis repercuſſu accenſo. Vltra eũ deſerta. Matelgæ oppidum garamãtum. Itemq; detris affuſo fonte a medio die ad mediã noctem aquis feruentibus: totidẽ horis ad mediũ diem rigentibus. clariſſimumq; oppidum garadamum caput garadamanthum: oĩa armis romãis ſuperata: et a Cornelio Balbo triumphata: unius omniũ curru externo et quiritiũ iure donato. Quippe gadibus nato ciuitas romana cum Balbo maiore pa/truo data ẽ. Et hoc mirum ſupradicta oppida ab eo capta auctores noſtros ꝑdidiſſe. Ipſum in triũpho præter cydamum et garradamum omniũ aliarũ gentium urbiũq; numina ac ſimulacra duxiſſe: quæ fuere hoc ordine. Tabidium oppidum. Niteris na/tionis gligemela oppidum. Bubeium natio uel oppidũ. Enipi natio. Thubẽ oppidũ. Mons nomine niger: nitibrum rapſa oppida: diſcera natio: detri oppidum: flumen nathabur: tapſagum oppidum: nannagi natio: boin oppidum: pege oppidum: flu/mẽ daſibari. Mox oppida cõtinua baracũ: buluba: alaſi: galſa: balla: maxalla: zizama. Mons gyri: in quo gemmas naſci titulus prodidit. Ad garamantas iter inexplicabile adhuc fuit latronibus gentis eius. puteos qui ſunt non alte fodiendi ſi locorũ noticia aſſit: arenis operientibus. Proximo bello quod cũ oenſibus romani geſſere auſpiciis Veſpaſiani imperatoris compendium uiæ quatriduo deprehenſũ eſt. hoc iter uocat̃ præter caput ſaxi. finis cyrenaicus catabathmos appellatur oppidum et uallis repẽte conuexa. Ad eum terminũ cyrenaica africa a ſyrti minore decies ſexagĩta. M. paſſuũ in longitudinem patet. In latitudine qua cognitum eſt. d. ccc. paſſuum.

¶Libya mareotis. ¶Cap. vi.

SEqua quæ ſequitur regio mareotis libya appellatur ægypto cõtermina. Tenẽt mar/marides: adirmachidæ: deinde mareotæ. Mẽſura a catabathmo ad paretoniũ .lxxxvi. M. paſſuum. In eo tractu intus apis intereſt nobilis religiõe ægypti locus. Ab eo paretonium. lxii. M. paſ. Inde alexandriam. c. M. paſſuum. latitudo. clxix. eſt. Era/toſthenes a cyrenis alexandriam terreſtri itinere. d. xxv. M. prodidit. Agrippa totius africæ a mari atlantico cum inferiore ægypto. lxxxv. M. paſſuum longitudinẽ poſuit. Polybius et Eratoſthenes diligentiſſime exiſtimati ab oceano ad carthaginẽ magnã .lxvi. milia paſſuum. Ab ea canopum nili proximum oſtium. xvi. M. paſſuum. xxix. fecerunt. Iſidorus a tingi canopum. xxxv. xcix. M. paſſuum. Artemidorus. xl. minus q̃ Iſidorus.

¶Inſulæ circa africã: et aduerſaꝝ africæ. ¶Cap. vii.

INſulas non ita multas complectuntur hæc maria. Clariſſima eſt menix lõgitu/dine. xxxv. paſ. latitudine. xxv. ab Eratoſthene lotophagites appellata. Oppida habet duo meningen ab africæ latere: et altero thoiar. Ipſa a dextro ſyrtis minoris ꝓ/montorio paſſibus. cc. ſita. ab ea. c. p. contra leum cercina cum urbe eiuſdem nominis libera: longa. xxv. M. paſſuum: lata dimidium eius ubi plurimum. At in extremo non plus. v. M. paſſus. hinc perparua carthaginem uerſus cercinitis ponte iungitur. Ab iis .l. M. fere paſſuum lipaduſa longa. vi. M. p. Mox gauleegalata: cuius terra ſcorpionẽ dirũ animal africæ necat. Dicuntur et in clupea emori. cuius ex aduerſo coſſyria cum oppido. ac contra carthaginis ſinũ duæ e gremio æreæ aræ. Reuera autẽ ſcopuli uerius q̃ inſulæ: inter ſiciliam maxime et ſardiniã. Auctores ſunt et has quondam habitatas ſubſediſſe. Interiori autẽ ambitu africæ ad meridiẽ uerſus: ſupq; gætulos ĩteruenieñti/bus deſertis primi omniũ libyi ægyptii: deinde leucæ æthiopes habitant.

¶Aethiopes. ¶Cap. viii.

SVper eos æthiopũ gẽtes nigritæ a quo dictũ eſt flumine. Gymnetes pharuſi etiã oceanum attingẽtes: quos in mauritaniæ fine diximus: perorri. Ab iis omnibus uaſtæ ſolitudines orientem uerſus: uſq; garamãtes: augilaſq; et troglodytas: ueriſſĩa opinione eoꝝ qui deſertis africæ duas æthiopias ſuperponunt: et ãte omnes Homeri qui bipertitos tradit æthiopas ad orientẽ occaſumq; uerſos. Nigri fluuio eadem natura quæ nilo: calamum et papyrum et eaſdem gignit animantes: iiſdemq; temporibus

augescit. Oritur iter tareleos æthiopas: & œcalicas. Horum oppidum mauin quidam solitudinibus interposuerunt. Atlãtas iuxta eos: ægipanas semiferos: & blemmias: & gamphasantas: & satyros: & himantopodas. Atlantes degeneres sunt humani ritus si credimus. Nam neq; nominum ullorum inter eos appellatio est: & solem orientem occidentemq; dira imprecatione contuentur: ut exitialem ipsis agrisq;. neq; ĩsomnia uisũt q̃lia reliq mortales. Troglodytæ specus excauãt. hæ illis domus. uictus serpẽtiũ carnes. stridorq; non uox: adeo sermonis cõmercio carent. Garamantes matrimoniorũ exortes: passim cum fœminis degunt. Augilæ tantum inferos colunt. Gamphasantes nudi: præliorumq; expertes nulli externo congregantur. Blemmiis traduntur capita abesse: ore & oculis pectori affixis. Satyris præter figuram nihil moris humani. Aegipanis qualis uulgo pingitur forma. Himantopodes loripedes quidam: q̃bus serpẽdo ingredi natura est. Pharusi quondam persæ comites fuisse dicuntur Herculis ad hesperidas tendẽtis. Nec de africa plura: quæ memorentur: occurrunt.

DE Asia. Cap. viiii.

HAdhæret asia: quam patere a canopico ostio ad põti ostium Timosthenes .xxvi. .xxxviii. M. passuum tradidit. Ab ore autem ponti ad os mæotis Eratosthenes .xv.xlv. M. passuum. Vniuersam uero cũ ægypto ad tanain Artemidorus & Isidorus .lxxxviii.d.ccl. M. passus. Maria eius cõpluria ab accolis traxere nomina: quare simul indicabuntur. Proxima africæ incolitur ægyptus introrsus ad meridiem recedẽs: donec a tergo prætendãtur æthiopes. Inferiorem eius partem nilus dextra leuaque diuisus amplexu suo determinat canopico ostio ab africa: ab asia pelusiaco. clxx. M. passuum interuallo. Quam ob causam inter ĩsulas quidam ægyptum rettulere: ita se findente nilo: ut triquetram terræ figuram efficiat. Ideo multi græcæ litteræ uocabulo deltam appellauere ægyptum. Mensura ab unitate aluei: unde se primum findit in latera: ad canopicum ostium. cxlvi. M. ad pelusiacum. cclvi. M. est. Summa pars contermina æthiopiæ thebais uocatur. Diuiditur in præfecturas oppidorum: quas nomos uocãt: ombiten: phanturiten: apollopoliten: hermotiten: tiniten: phanturiten: copititen: tentiriten: diopoliten: anteopoliten: aphrodipoliten: lycopoliten. Quæ iuxta pelusiũ est regio nomos habet barbetiten: bubastiten: thyetroiten: taniten. Reliq̃ autẽ arabicũ hammoniacum tẽdentem ad Hammonis Iouis oraculum osirintiten: leõtopoliten: atribiten: synopoliten: hermopoliten: xoiten: mendesium: sebenniten: sabastiten: letapoliten: heliopoliten: prosobiten: cynopoliten: thermopoliten: brusophiten: omphiten: saiten: ptenethum: pthemphũ: naucratiten: ueratiten: meletiten: gymnopoliten: menelaiten. Alexandriæ regione. Item libyæ mareotis: heracleopolites ẽ ĩ insula nili: longa passus. l. M. ĩ qua & oppidum Herculis appellatum. Arsinoitæ duo sunt. hi & memphites usq; ad summum delta ꝑueniunt. Cui sunt contermini ex africa duo oeasitæ. Quidam ex iis aliqua nomina ꝑmutant: & substituunt alios nomos: ut heroopoliten: crocodilopoliten. Inter arsinoiten autẽ ac mẽphiten lacus fuit circuitu .ccl. M. p. aut ut Mutianus tradit. ccccl. M. & altitudinis. l. p. manufãctus a rege qui fecerat Mœridis appellatus. Inde. lxxii. M. p. ꝓpe abest memphis quondã arx ægypti regum. Inde ad Hammonis oraculum. xii. dierum iter est. Ad scissuram autem nili quod appellauimus delta. xv. M. p. Nilus ĩcertis ortus fõtibus: ut p deserta & ardẽtia & immenso longitudinis spatio ambulans famaq; tantum inermi quæsitu cognitus sine bellis: quæ cæteras omnes terras inuenere: originem (ut Iuba rex potuit exquirere) in monte inferioris mauritaniæ non ꝓcul oceano habet: lacu ꝓtinus stagnante: quẽ uocãt hilidẽ. Ibi pisces repiũtur alabetæ: coracini: siluri: crocodilus quoq;. Inde ob argumẽtũ hoc cæsareæ ortus creditur: ĩ his quæ nili alueo spectantur: hocq; lacu educantur. in heseo dicatus ab eo spectatur hodie. Præterea obseruatũ est: ꝓut in mauritania niues hymbresue satiauerint: ita nilum increscere ex hoc lacu. Rursus indignatur fluere p arenosa & squalentia. Conditq; se aliquot dierum itinere. Mox alio lacu maiore in

cæsariensis mauritaniæ gente masesylum erumpit.& hominum cœtus ueluti circun-
spicit iisdem animalium argumentis.Iterũ arenis receptus conditur rursus.xx. dierũ
desertis ad ꝓxĩos æthiopas.Atq; ubi iteꝝ senserit hominẽ ꝓsilit fonte(ut uerisimile ẽ)
illo quẽ nigrũ uocauere.ĩde africã ab æthiopia dispescẽs etiã si nõ ꝓtinus populis feris
tamen & belluis frequens:siluarumque opifex:medios æthiopas secat cognominatus
astapus:quod illarum gentium lingua significat aquam e tenebris ꝓfluentẽ.Insulas
ita innumeras spargit: quasdamque tam uastæ magnitudinis quãq̃ rapida celeritate
ut tamen dierum quinq; cursu non breuiore transuolet: circa clarissimã eaꝝ meroen
astabores leuo alueo dictus:hoc est ramus aquæ uenientis e tenebris . Dextera uero
astusapes : quod latentis significationem adiicit. Nec ante nilus q̃ se totum aquis
concordibus rursus iunxit. Sic quoq; etiamnum gyrisantes nominatus per aliquot
milia:& in totum Homero ægyptus:aliisq; triton. Subinde insulis impactus:totidẽ
incitatus iritamentis.Postremo inclusus montibus: nec alibi torrentior uectus aquis
properantibus ad locum æthiopum: qui catadupi uocatur:nouissimo cataracte inter
occursantes scopulos non fluere immẽso fragore credit̃ sed ruere. Postea lenis & con-
fractis aquis:domitaq; uiolẽtia:alioquin & spatio fessus multis quamuis faucibus in
ægyptium mare se euomit. Certis tamen diebus auctu magno per totam spatiatus
ægyptũ fœcundus innatat terræ. Causas huius incremẽti uarias prodidere:sed maxĩe
probabiles etesiarum eo tempore ex aduerso flãtium repcussu ultro in ora acto mari.
Aut hymbres æthiopiæ æstiuos iisdem etesiis nubila illo ferentibus e reliquo orbe.
Timæus mathematicus occultam protulit rationem.Phialam appellari fontem eius:
mergiq; in cuniculos ipsum amnem uapore anhelãtem fumibus cautibus ubi cõdit̃.
Verum sole per eos dies comminus facto extrahi ardoris ui & suspensum abundare :
ac ne deuoretur abscondi.Idq; euenire a canis ortu per introitum solis ĩ leonẽ : cõtra
perpendiculum fontis sydere stante:cum in eo tractu absumantur umbræ. Plerisque
e diuerso opinatis largiorem fluere ad septentrionem sole discedente:quod in cancro
& leone euenit.Ideoq; tunc minus siccari. Rursus in capricornum & austrinũ polum
uerso sorberi:& ob id parcius fluere.Sed Timæo siqs extrahi posse credat:ũbraꝝ defe-
ctus iis diebus & locis sine fĩe abest.Incipit crescere luna noua quæcũq; post solstitiũ
est sensim modiceq; cancrum sole transeunte : abundantissime autem leonem . Et
residet in uirgine iisdem quibus accreuit modis.In totum autem reuocatur ĩtra ripas
in libra:ut tradit Herodotus centesimo die.Cum crescit reges aut præfectos nauigare
eo nefas iudicatum est. Auctus eius per puteos mensuræ notis deprehendunt̃. Iustũ
incrementum est cubitorum sedecim. Minores aquæ non omnia rigant. Ampliores
detinent:tardius recedendo.Hæ serendi tempora absumunt solo madente. Illæ non
dant sitiente. Vtrunq; reputat prouincia.In duodecim cubitis famem sentit. In.xiii.
etiamnum esurit.Xiiii.cubita hilaritatẽ afferunt.xv.securitatẽ.xvi.delicias. Maximũ
incrementum ad hoc æui fuit cubitorũ.xviii.Claudio principe.Minimũq; pharsalico
bello:ueluti necem Magni prodigio quodam flumine auersante. Cum stetere aquæ
aptis molibus admittunt̃. Vt quæq; liberata est terra:serit̃. Idem amnis unus omniũ
nullas expirat auras.Ditionis ægypti esse incipit a fine æthiopiæ syene:ita uocat̃ ĩsula
.c.M.passuum ambitu . In qua cerastæ sunt latere arabiæ : & ex aduerso insulæ.iiii.
pile.dc.M.pass.& a nili fissura:unde appellari diximus deltam. Hoc spatium edidit
Artemidorus:& in eo.cc.l.oppida fuisse.Iuba.cccc.M.passus. Aristocreon ab elephã-
tide ad mare.d.ccl.M.passuum.Elephantis insula infra nouissimum cataractẽ .cccc.
.M.passus:& supra syenem.xvi.M.habitat̃.Nauigationis ægyptiæ finis ab alexãdria
.dlxxxv.M.passuum:intantum errauere suprascripti.Ibi æthiopicæ cõueniũt naues.
Nanq; eas plicatiles humeris transferunt quotiẽs ad cataractas uentũ est. Aegyptus
super cæteram antiquitatis gloriam.xx. urbium ibi Amase regnãte habitata præfert.
Nunc quoq; multis etiam si ignobilibus frequẽs celebratur tamen Apollinis : mox

leucothoe:& diospolis magna. Eadē thebe:portarū.c. nobilis: fama copiosa īdicarū arabicarumq; mercium nilo proximum emporiū. Mox Veneris oppidum:& iterum Iouis actentiris:infra quod abydus Memnonis regia & Osiris tēplo īclytum.vii.dierū itinere ī lybiam remotum a flumine. Deīde ptolemais: & panopolis ac Veneris iterū. & in libyco lycon ubi montes finiunt thebaidē. Ab iis oppida Mercurii: alabastrum canum:& supradictum Herculis. Deinde arsinoes:& iam dicta mēphis: inter quam & asinoiten nemeon. In libyco turres quæ pyramides uocātur. Labyrinthus ī miridis lacu nullo addito ligno exædificatus:& oppidū crialon. Vnū præterea intus & arabiæ cōterminū claritatis magnæ solis oppidū.

Alexandria. Cap.x.

Sed iure laudetur ī littore ægyptii maris alexandria: a magno Alexādro condita in africæ parte ab ostio canopico.xii.milium passuum:iuxta mareotim lacum: qui lacus antea arapotes nominabatur. Metatus est eam Dinocrathes architector pluribus modis memorabili ingenio:quindecim milium passuum laxitate inserta ad effigiem macedonicæ chlamydis orbe gyrato laciniosam dextra leuaque angulosos procursu:iam tum tamen quinta situs parte regi dicata. Mareotis lacus ad meridianā urbis partem euripo e canopico ostio mittitur ex mediterraneo commercio. Insulas quoq; plures amplexus.xxx.M.pass.traiectu.cd.ambitu: ut tradit Claudius Cæsar. Alii schœnos in latitudinem patere.xl.faciunt:schœnumq; stadia.xxx. Ita fieri lōgitudinis.cl.M.passuum:tantundem & latitudinis. Sunt in honore & intra decursus nili multa oppida:præcipue quæ nomina dedere ostiis nō omnibus.xi.n.reperiūtur: superq; quattuor quæ ipsi falsa ora appellant. Sed celeberrimi septem:proximo alexandriæ canopico:deinde bolbitino:sebenitico:phānitico:mendesico:tanico: ultīoq; pelusiaco. Præterea buthos pharbœtos:leontopolis: atribis:Isidis oppidum: busiris: cynopolis: aphroditos:sais:naucratis:unde ostiū quidā naucraticū noīant:quod alii heracleoticum:canopico: cui.vi.M.passus proximum est:præferentes.

Arabia. Capitulū.xi.

Vltra pelusiacum arabia est ad rubrum mare pertingens & odoriferam illam ac diuitem & beatæ cognomine inclytam. Hecatabanum & esbonitarū & scenitarū arabum uocatur sterilis:præterq ubi syriæ confinia attigit:nec nisi casio mōte nobilis. His arabes iunguntur:ab oriente canchleis:a meridie cedreis quidem:dein ābo nabatheis. Heroopoloticus uocatur:alterq; lelaniticus sinus rubri maris ī ægyptū uergētis .cl.M.passuum interuallo. Inter duo oppida læana:& in nostro mari gaza. Agrippa a pelusio arsinoen rubri maris oppidum per deserta centum uigintiquīq;.M.passuū tradit. Tam paruo distat ibi tanta rerum naturæ diuersitas.

Syria palestina phœnicis. Cap.xii.

IVxta syria littus occupat quondam terrarum maxima & pluribus distincta nominibus. Nanq; palestina uocabatur qua contingit arabas. & iudæa & cœle: dein phœnice & qua recedit intus damascena: ac magis etiam nunc meridiana babylonia. Et eadē mesopotamia inter euphraten & tigrin:quaq; transit taurū: rophœne. Citra uero etiam comagene. Et ultra armeniam adiabene: assyria ante dicta.& ubi ciliciam attingit antiochia. Longitudo eius inter ciliciam & arabiam .cccclxx.M.pas. est. Latitudo a seleucia epieria ad oppidum in euphrate zeugmam .dxxv. M.p. Qui subtilius diuidunt:circum euphraten syriam phœnicem uolunt:& esse orā maritimā syriæ:cuius pars sit idumæa & iudæa:deinde phœnicē:deīde syriam. Id quod præiacet mare totum:phœnicum appellatur. Ipsa gens phœnicum in gloria magna litterarū inuentionis:& syderum naualiumq;:ac bellicarum artium. A pelusio capriæ castra: casius mons: delubrum Iouis casii:tumulus magni Pompeii tracine. Arabia finitur a pelusio lxv.M passuum.

Idumæa syria:palestina:samaria:ascalū:azotus:cæsarea. Ca.xiii.

MOx idumæa incipit & palestina ab emersu sirbonis lacus:quem quidam.cl.M.

pass.circuitu tradidere. Herodotus casio monti applicuit. Nunc est palus modica. Oppida rhino:colura. & intus raphace:gaza:& intus anthedon:mons angaris. Regio per oram samaria:oppidum ascalo liberum: azotus:iamnes duæ. Altera intus ioppe phœnicum antiquior terrarum inundatione ut ferunt. Insidet colli præiacente saxo: in quo uinculorum Andromedæ uestigia ostendunt. Colitur illic fabulosa ceto. Inde apollonia: stratonis turris: eadem cæsarea ab Herode rege condita. Nunc colonia prima flauia a Vespasiano ĩperatore deducta. Finis palæstines. clxxxix. M. passuum a confinio arabiæ. Deinde phœnices. Intus autem samaria. Oppida neapolis quod ãtea mamortha dicebatur. Sebastæ in monte altiore gamala. Supra idumæã & samariam.

¶ Iudæa: galilæa: hiericho: emmaus: lydda: ioppe. ¶ Cap. xiiii.

IVdæa longe lateq; funditur. Pars enim syriæ iuncta galilæa uocatur. Arabiæ uero & ægypto proxima parea asperis dispersa montibus: et a cæteris iudæis iordane amne discreta. Reliqua iudæa diuidit̃ ĩ toparchias decẽ: quo dicemus ordine. Hierichontem palmetis consitam fõtibus irriguã: emmaũ: lyddam: iopicam: acrabathenam: et zophaniticam: thamiticam: betholæ: et tephene: norine in qua fuere hierosolyma longe clarissima urbium orientis: nomen iudææ: modo herodiũ cum oppido illustri eiusdem nominis.

¶ Iordanis. ¶ Cap. xv.

IOrdanis amnis oritur e fonte paneade: qui cognomẽ dedit cæsareæ de qua dicemus: amnis amœnus: & q̃tinus locoꝝ situs patit̃: ãbitiosus: accolisq; se præbens uelut iuitus: asphaltiten lacũ dirũ natura petit: a quo postremo ebibit̃: aquasq; laudatas perdit pestilentibus mixtas. Ergo ubi prima cõuallium fuit occasio: in lacũ se fundit: quem plures genesaram uocant. xvi. M. passuum longitudinis. vi. M. latitudinis: amœnis circunseptus oppidis: ab oriente iuliade & hippo: a meridie tharicie: quo et nomine aliqui etiã lacũ appellãt: ab occidẽte tiberiade aquis calidis salubri.

¶ Asphaltides. ¶ Cap. xvi.

ASphaltides nihil præter bitumẽ gignit: unde et nomẽ. Nullũ corpus aĩaliũ recipit: tauri cameliq; fluitant. Inde fama nihil ĩ eo mergi. Lõgitudine excedit cẽtũ milia passuum: latitudine maxima uigintiquinq; implet: minima sex. Prospicit eum ab oriente arabia nomadum: a meridie acharon: secunda quondã arx iudææ ab hierosolymis. Eodem latere est calidus fons medicæ salubritatis: callirhoe aquarũ gloriã ipso nomine præferens.

¶ Gens hessenorũ. ¶ Cap. xvii.

AB occidentali littore hesseni: quos fugitant usq;q̃q; nocentes. Gẽs sola et ĩ toto orbe præter cæteras mira: sine ulla fœmina õi uenere abdicata sine pecũia socia palmaꝝ. In diem ex æquo conuenarum turba renascitur. longe frequẽtantibus: quos uita fessos ad mores eorũ fortunæ fluctibus agitat. Ita per sæculorũ milia incredibile dictu: gens æterna est. in qua nemo nascitur. Tã fœcunda illis aliorũ uitæ pœnitentia est. Infra hos engadda oppidum fuit secundum ab hierosolymis fertilitate palmetorumq; nemoribus: nunc alterũ bustum. Inde masada castellum in rupe: & ipsũ haud procul ab asphaltite. Et hactenus iudæa est.

¶ Decapolis. ¶ Cap. xviii.

IVngitur e latere syriæ decapolitana regio a numero oppidoꝝ: in qua nõ omnes eadẽ obseruant. Plurimi tamen damascum et opoton riguas amne chrysorhoa. fertilem philadelphiam: raphanam: omnia ĩ arabiam recedentia. Scythopolin antea nisã a Libero p̃re sepulta nutrice ibi scythis deductis. Gaddara hieramiace præfluẽte et iam dictum hippodion. Pellam aquis diuitem: galasã canatã. Intercurrũt cĩgũtq; has urbes tetrarchiæ: regnorum instar singulæ: & in regna contribuuntur: traconitis paneas. In qua cæsarea cum supradicto fonte abila: arca: ampelœssa: gabe.

¶ Tyrus & sidon. ¶ Ca. xviiii.

HInc redeũdum est ad oram atq; phœnicem. Fuit oppidum crocodilo. est flumẽ nemptoria urbi undosum. Sigaminum promontorium: carmelumq;. Et in monte oppidum eodem nomine: quondam egabatana dictum. Iuxta getta gebba.

V

Riuus pagida siue belus: uitri fertiles arenas paruo littori miscēs. Ipse e palude cēde/uia a radicibus carmeli profluit. Iuxta colonia Claudii Cæsaris ptolemais: quæ quondā acce. Oppidum ecdippa: promontorium album. Tyrus quondā insula prælato mari septingentis passibus diuisa. Nunc uero Alexādri oppugnātis opibus continens: olī partu clara urbibus genitis lepti: utica: & illa romāi imperii æmula terrarum orbis auida carthagine etiam gadibus extra orbem conditis. Nunc omnis eius nobilitas conchylio atque purpura constat. Circuitus decem nouem mil. passuum est. Intra paletyro inclusa. Oppidum ipsum uigintiduo stadia optinet. Inde ide ac sarepta: & ornithon oppida. Et sidon artifex uitri: thebarūq; boetiarum parens.

¶Mons libanus. ¶Cap. xx.

A Tergo eius mons libanus orsus centum quinquaginta stadiis zymiram usque porrigitur: quæ cœlesyria cognominatur. Huic par interiacente ualle mons ad/uersus antelibanus obtenditur quondam muro coniunctus. Post eum introrsus de/capolitana regio est. Prædictæq; cum ea tetrarchiæ & palæstines tota laxitas. At in ora nunc subiecta libano fluuius nagoras: beritus colonia: quæ fœlix iulia appellatur. Leontos oppidum: flumen lycos: palæbiblos: flumen adonis. Oppida biblos: botris: sycarda: trieris: calamos: tripolis quondam. Tyrii et sidonii et araradii optinent or/thœleutheros flumen: oppida zymira: marathos: contraq; ararados septem stadiorū oppidum. Et insula ducentis passibus a continente distans. Regio in qua supradicti desinunt montes. Et interiacentibus campis bargilus mons incipit. Hinc rursus syria: desinente phœnice. Oppida carnebala: neapaltos. Gabala promōtoriū ī quo laodicea libera: dipolis: heraclea: caradrus: posidium.

¶Syria antiochia. ¶Capitulum. xxi.

D Einde promontorium syriæ antiochenæ. Intus ipsa antiochia libera: epidaph/næis cognoīata oronte amne diuidit᷑. In promōtorio autem seleucia libera pieria appellata.

¶Casius mons. ¶Ca. xxii.

S Vper eam mons eodem quo alius nomine casius. cuius excelsa altitudo quarta uigilia orientem per tenebras solem aspicit breui circumactu corporis diē noctēq; pariter ostendens. Ambitus ad cacumen. xix. M. p. est. altitudo per directū. iiii. At in ora amnis orontes natus īter libanum & antelibanum iuxta heliopolin. Oppidū rhosos: & a tergo portæ quæ syriæ appellantur interuallo rhosiorum mōtium & tauri. In ora oppidum myriandros. Mons amanus: in quo oppidum bomite. Ipse ab syris ciliciam separat.

¶Cœle syria. ¶Ca. xxiii.

N Vnc interiora dicātur. Cœle habet apameam marsya amne diuisā. Anazerinorum tetrarchia bambicen: quæ alio nomīe hierapolis uocatur. Syris uero magog ibi prodigiosa. Atargatis græcis hoc decreto dicta colitur chalciden cognominata adira bellum: unde regio chalcidene fertilissīa syriæ. Et īde cyrrestica: irneazates: gīdarenos: gabenos: tetrarchias duas quæ granii comatitæ uocāt᷑. Hermisenos: hylatas. Itureorum gentem: & qui ex iis betemi uocantur. Mariaminitanos. Tetrarchiam quæ māmisea appellatur. Paradisum: pagnas: penelenitas: seleuciam: præter iam dictas duas: quæ ad euphraten: & quæ ad amellum uocantur. Tardicenses. Reliqua autem syria habet: exceptis quæ cum euphrate dicentur arbethusios: berœnesos: epiphanenses. Ad orīetē laodicenos: qui ad libanum cognominantur: leucadios: larissæos: præter tetrarchias in regna descriptas barbaris nominibus decem & septem.

¶Euphrates. ¶Cap. xxiiii.

E T de euphrate hoc ī loco dixisse aptissimū fuerit. Oritur ī præfectura armeniæ maioris caranitide. Vt prodidere ex iis qui proxime uiderunt Domitius Corbulo in monte aga. Licinius Mutianus sub radicibus mōtis: quem capoten appellāt: supra zimarā duodecim milia passuū initio pyxirates nominatus. Fluit derzenen primum: mox anetiā: armeniæ regiones a cappadocia excludens. Dascusa abest a zimara. lxxxv.

mil.p. Inde nauigatur pastonam quinqginta mil.passus. Melitenen cappadociæ ui-
gītiseptem mil.passus. Elegeam armeniæ.x.mil.p. acceptis fluminibus lyco:arsania:
arsano. Apud eligeā occurrit ei taurus mons. Nec resistit: quāq̄ duodecim mil.pass.
latitudine pforata præualens. omniam uocāt irrumpentem. Mox ubi cornu pfregit:
euphraten. ultra quoque saxosum ac uiolentum arabiā. Inde leua merorum dictam
regionē tricena mensura: dextraq; commagenem disterminat. Pontis tamen: etiam
ubi taurum expugnat: patiens. Apud claudiopolin cappadociæ cursum ad occasum
solis agit. Primo hunc illi impugnatus cursum taurus aufert: uictusque & abscissus
sibimet alio modo uincit: ac fractum expellit in meridiem. Ita naturæ dimicatio illa
æquatur: hoc eunte quo uult: illo phibēte ire qua uelit. A cataractis iterum nauigat
q̄draginta mil.passus inde commagenes apud samosata. Arabia præter supradicta
habet oppida edessam: quæ quondam antiochia dicebatur. Callirhoen a fōte noīatā
carrhas clade Crassi nobiles. Iungitur præfectura mesopotamiæ originē a syris trahēs
ī qua ante musia: & nicephorium oppida. Mox arabes q rhetaui uocatur. Hoꝝ caput
syngara. A samosatis autem latere syriæ: marsyas amnis influit. Gingla comagenem
finit. Merorum ciuitas īcipit. Oppida alluūt: epiphania: & ātiochia: quæ ad euphratē
uocantur. Item zeugma.lxxii.mil.passus a samosatis transitu euphratis nobilis. Ex
aduerso apameam seleucus. Idem utriusq; cōditor ponte iunxerat. Qui cohærent me-
sopotamiæ: rhoali uocantur. At in syria oppida europum: tapsacum quondam: nunc
amphipolis. Arabes schœnitæ ita ferūtur usq; uram locum: in quo conuersus ad ori-
entem relinquit syriæ palmirenas solitudines: quæ usq; ad petram urbem & regionē
arabiæ fœlicis appellatæ pertinent. ¶Palmiras. ¶Cap.xxv.

P Almira urbs nobilis situ diuitiis soli et aquis amœnis: uasto undiq; ambitu
arenis includit agros: ac uelut terris exempta a rerum natura priuata sorte inter
duo imperia summa: romanorum: parthorumq;. Et prima in discordia: cuius semper
utrinq; cura abest a seleucia parthorum: quæ uocatur ad tigrin: quīgētis trigītaseptē
mil.passibus. A proximo uero syriæ littore ducentis quinquagintaduobus mil. et a
damasco uigintiseptem mil.pas. ¶Hierapolis ¶Cap.xxvi.

P Rropius infra palmiræ solitudines stellendena regio est: dictaq; iam Hierapo-
lis ac berœa & chalcis. Vltra palmirā quoq; ex solitudinibus iis aliquid optinet
hemesatem elatium: dimidio propior petræ q̄ damascus. Arura huic proxima ē. Phi-
liscū oppidū parthorū ad euphraten: ab eo seleuciam dierum decē nauigatio totidēq;
fere babylonē. Scinditur euphrates a zeugmate.lxxxiiii.mil.passibus circa uicū massi-
cen. Et parte leua in mesopotamiā uadit per ipsam seleuciam: circaq; eā præfluēti īfu-
sus tigri. Dexteriore autem alueo babylonē quondam chaldææ caput petit: mediamq;
permeans. Item quas otrim uocant: distrahitur in paludes. Increscit autem et ipse ni-
li modo statis diebus paulum differens: ac mesopotamiam inundat sole optinente
uicesimam partem cācri. Minui incipit in uirgine et leone transgresso. In totū uero
remeat in uicesima nona parte uirginis.

¶Cilicia: et adiūctæ gentes: pamphilia: isauria: homanadū: pisidia: lycaonia: taurus
mons: lycia. ¶Cap.xxvii.

S Ed redeamus ad oram syriæ: cui proxima est cilicia. Flumen diaphanes: mōs cro-
codilus. pte amani mōtis. Flumina andracus: pynarus: lycus: synus issicus. Op-
pidum issos: idē alexandria: flumē chlorus: oppidū aege liberū: amnis pyramus: por-
tæ ciliciæ: oppida mallos: magirsos: et intus tharsos. Campi alei: oppida cassiponis.
Mopsos liberū pyramo impositum. thynos: zephyrium: ancile. Amnes saros: cydnus
tharsum liberam urbē pcul a mari secans. Regio celendiritis cum oppido. Locus nym-
pheum soloe ciliciæ: nūc pompeiopolis. Adara: cybira: pynare: pedalie: hales: arsinoe:
tabe: dorion. Iuxtaq; mare corisos: eodem nomine oppidum & portus & specus. Mox
flumen callicadnus. Promontorium sarpedon: horrida horme. Mili pmontorium: et

V

oppidum Veneris:a quo ꝓxime cyprus insula. Sed & in continente oppida myanda anemurium:coracesium:finisq; antiquus ciliciæ:melas amnis. Intus autem dicendi anazarbeni: qui nunc cæsaraugustani: castabala: epiphania: quæ antea eniandos: eleusa:iconium. Seleucia supra amnem callicadnũ traceotis cognomĩe:a mari relata: ubi uocabatur hormia. Præterea intus flumina lipparis: bombos: paradisus. Mons imbarus. Ciliciæ pamphyliã omnes iunxere:neglecta gente isaurica. Oppida eius ĩtus isauria:clybanus:lalasis fluuius. decurrit hic auté ad mare a nemuriæ regione supradicta. Simili modo omnibus:qui eadem cõposuere: ignorata est contermina illi gens homanadum. quorũ intus oppidum homana. Cætera castella. xliiii. inter asperas cõualles latent. Insident uerticem pisidæ quondam solymi appellati:quorũ colonia cæsarea:eadem antiochia. Oppida oronda:agalesos. Hos includit lycaonia in asiaticam iurisdictionem uersa: cũ qua cõueniũt philomelisẽses:tymbriani:leucolithi:pelteni: tyrienses. Datur & tetrarchia ex lycaonia:qua parte galatiæ contermina est:ciuitatum quattuordecim urbe celeberrima iconio. Ipsius lycaoniæ celebrãtur thebasa in tauro: idæa in confinio galatiæ atq; cappadociæ. A latere autem eius super pamphyliã ueĩũt thracum soboles nyliæ. Quorũ aricanda oppidum:pamphilia ante mosopia appellata. Mare pamphilium cilicio iungitur. Oppida eius sydæ:et in monte aspendum plãtanistum:perga. Promontorium leucolla:mons sardemisus. Amnis eurymedon iuxta aspẽdum fluẽs caractes:iuxta quẽ lyrnesus & olbia. Vltimaq; eius oræ phaselis: iũctũ ei mare lycium est:gensq; lycia: unde uastus sinus. Taurus mõs ab eois ueniens littoribus chelidonio promontorio disterminatur. immensus ipse:et innumerarum gentium arbiter:dextro latere septentrionalis:ubi primum ab indico mari exurgit: leuo meridianus et ad occasum tendens:mediamq; distrahens asiam: nisi opprimẽti terras occurrerẽt maria. Resilit ergo ad septentriones. Flexusq; ĩmensum iter quærit:uelut de industria rerum natura subinde æquora opponente:hinc phœnicum:hĩc põticum:illinc caspium et hyrcanium:contraq; mæotium lacum torquetur. Itaq; collisus inter hæc claustra:& tamen uictor flexuosus euadit usq; ad cognata riphæorum mõtium iuga numerosis nominibus:et nouis quocunq; incedit insignis. Imaus prima ꝑte dictus:mox edigis:paropanisus:circius:cambades: pharphariades: choatras: oreges:oroãdes:nypetes:taurus. Atq; ubi se quoq; exuperat caucasus:ubi brachia emittit subinde tentanti maria similis sarpedon:coracesius:gargus:iterumq; taurus etiã ubi dehiscit:seq; populis aperit:portarũ tamẽ nomine unitatem sibi uẽdicans:quæ alibi armenicæ:alibi caspiæ:alibi ciliciæ uocantur. Quin etiam confractus effugiens quoq; maria plurimis se gentium nominibus hinc & illinc implet. et a dextra hyrcanius caspius:a leua pariedrus moschicus:amozonicus:coraxicus:scythicus appellatus. In uniuersum uero græce ceraunius. In lycia igitur a promontorio eius oppidum semena: mõs chimæra noctibus flagrans. Hephestium ciuitas:et ipsa sæpe flagrantibus iugis. Oppidum olympus ibi fuit:nunc sunt montana gage corydalla: rhodiopolis. Iuxta mare limira cum amne:in quem aricandus influit:et mons masicitus:andria ciuitas mira:oppida aperie & antipellos:quæ quondam habessus. atq; ĩ recessu pellus. Deĩde phyrra. Itemq; xanthus a mari quindecim mil. passuum:flumenq; eodẽ nomine. Deinde patara:quæ prius pataros. et in monte sydinia. Promõtorium gragus. Vltra par sinus prioribus. Ibi pyrama:et in quæ lyciniã finit Telmesus. Lycia quõdã septuagita oppida habuit: nunc trigintasex habeẽ. Ex iis celeberrima præter supradicta canas: cãdima:ubi laudatur oeniũ nemus. Pedalia coma præfluẽte. Edesa cyane:ascãdialis: amelas:noscopium:troa:telendus. Comprehendit & in mediterraneis caballiã: cuius tres urbes:oemanda:balbura:bubona: Telsmeso. Asiaticum mare siue carpatium:& quæ ꝓprie uocatur asia: in duas eam ꝑtes Agrippa diuisit. Vnam inclusit ab oriente phrygia & lycaonia: ab occidente ægeo mari: a meridie ægyptio:a septentrione paphlagonia. Huius longitudinem. cccc. lxx. M. p. latitudinem. ccc. xx. M. fecit. Alteram

determinauit ab oriente armenia minore: ab occidente phrygia lycaonia pãphylia: a septentrione prouincia pontica: a meridie mari pamphylio. Longa .d.lxxv.M.p. lata trigẽtorum uigintiquinq; mil. In proxima ora caria ẽ: mox ionia. Vltra eã æolis: media doride. Circunfũditur mari utroq; laterre ambiẽte. In ea promõtoriũ pedaliũ. Amnis glaucus deferẽs temedum. Oppidum dædala cyria fugitiuorum. flumẽ axon: oppidũ calinda. Indus fluuius. Cap.xxviii.

HMnis indus in cybiratarum iugis ortus recipit sexaginta perennes fluuios: torrentes uero amplius centum. Oppidum caunos liberum: dein pyrnos. Portus cressa: a quo rhodus ĩsula passuũ.xx.mil. Lacus lorima. Oppida thysanusa: paridion: larymna. Sinus tymnias. Promontorium aphrodisias: oppidum hydas. Sinus schœnus. Regio bubassus. Oppidum fuit acanatus: alio nomĩe dulopolis. Est ĩ ꝓmõtorio gnidos libera: triopia: deĩde pegusa est stadia appellata. Ab ea doris incipit: sed prius tesga. Et mediterraneas iurisdictiones indicasse conueniat. Vna appellatur cybiratica. Ipsum oppidum phrygiæ est. Cõueniunt eo.xxv.ciuitates.

Laodicea: apamea: ionia. Cap.xxix.

CEleberrima urbs laodicea imposita est lyco flumini latera alluentibus asopo & capro: appellata primo diospolis: dein rhoas. Reliqui in eo conuentu: quos nominare non pigeat: hydrelitæ: timisiones: hieropolitæ. Alter conuentus a sinnade accipit nomen. Cõueniũt lycaones: appiani: corpeni: dorilei: mudei: iulienses: & reliq ignobiles populi.xv. Tertius apameam uadit: ante appellatam celenas: dein ciboton. Sita est in radice montis signiæ: circũfusa marsya: obrima: orba fluminibus ĩ mæãdrũ cadentibus. Marsyas ibi redditur ortus: ac paulo mox conditus: ubi certauit tibiarum cantu cũ Apolline. Aulocrenes ita uocatur conuallis.x.M.passus phrygiã ab apamea petentibus. Ex hoc conuẽtu deceat nominare metropolitas: dionysiopolitas: euphorbenos: ac monesos: peltenos: siluianos: reliqui ignobiles.ix. Doridis sinu leucopolis: amaxitos: eleusis: & eutene. Deinde cariæ oppida piacium: eutane: halycarnasus. Sex oppida contributa ei sunt a magno Alexandro thagele: asideni: ednassa: uraniũ: pedasum: telmessum. Habitatur inter duos sinus ceraunicum: & iasium. Inde mindos: & ubi fuit palemindus: nariandus: neapolis: arianda: termera libera: bargilia: & a quo sinus iasius: oppidum iasus. Caria interiorum nominum fama prænitet. Quippe ubi sunt oppida mylasa libera antiochia: ubi fuere seminethos & chranaos oppida. nunc eam circunfluunt mæander & mossinus. Fuit in eo tractu & mæandropolis. Est eumenia cludro flumini apposita. Glaucus amnis: lysias oppidum: & othrusa: berecynthius tractus: nisa trallis. Eadem euantia & seleucia & antiochia dicta. Alluit eudone amne. Perfunditur thebaide. Quidam ibi pigmæos habitasse tradunt. Præterea sunt thydonos pyrrha: eurome: heraclea: myson: alabanda libera: quæ conuentum eum cognominauit. Stratonice: alibra libera: hynidos: ceramus: throcene: phorontis. Longĩquiores eodem disceptant foro orthronienses: halydienses seu hippini: xistrani: hydienses: apolloniatæ: trapezopolitæ: aphrodienses liberi. Præter hæc cosinus: harpasa apposita fluuio harpaso quo & trallicon cum fuit alluebatur. Lydia autem perfusa flexuosi amnis mæandri recursibus super ioniam procedit: phrygiæ ab exortu solis uicina: ad septentrionẽ mysiæ: meridiana parte carian amplectens: meonia ante appellata. Celebratur maxime sardibus in latere tmoli montis: qui ante tymolus appellabatur uitibus consitus: ex quo ꝓfluente pactolo: eodemq; chrysorhoa ac fõte tarne a meoniis ciuitas ipsa lyde myde uocitata est: clara stagno gygeo. Sardiana appellatur nunc ea iurisdictio. Conueniuntq; in eã extra prædictos macedones caducni: loreni: philadelpheni: & ipsi in radice tmoli cogamo flumini appositi. Meonii: tripolitani. Iidem & antoniopolitæ mæãdro alluũtur. Apolloniheritæ: mysotmolitæ & alii ignobiles. Ionia ab iasio sinu incipiens: numeroso ãbitu littorum flectitur. In eã primus sinus basilicus. Possideum promontorinm & oppidum: oraculum brancidarum

appellatum:nunc didymei Apollinis a littore stadiis.xx.M.& ide .clxxx.M. miletus ioniæ caput. Lelegeis antea & phytiusa & anactoria nominata.super.lxxx. urbium p cuncta maria genitrix: nec fraudanda ciue Cadmo:qui primus prosaicam orationem condere instituit. Amnis mæander ortus est lacu in monte aulocrene: plurimisque affusus oppidis:& repletus fluminibus crebris ita sinuosus flexibus: ut sæpe credatur reuerti. Apamenam primum peruagat regionem:mox eumeneticam:ac dein hircallecticos campos:postremo cariam placidus:omnesq; eos agros fertilissimo rigans limo. Ad decimũ a mileto stadiũ lenis illabitur mari. Inde mons latinus. Oppida heraclea. Montis eius cognominis cariæ minus:quod primo cõdidisse iones narrantur athenis profecti. naulocum:prienne. In ora quæ trogela appellatur:gessus amnis. Regio õibus ionibus sacra:& ideo panionia appellata. Iuxta fugitiuis conditum(uti nomẽ indicio est)phygela fuit:& marathesium oppidum. Supra hæc magnesia mæandri cognomĩe ĩsignis a thessalica magnesia orta. Abest ab ephesо .xv.M.passus. Trallibus eo ãplius .ccc.M.antea thessaloce & androlytia nominata & littori apposita. Derasidas insulas secum abstulit mare. Intus & tyana alluitur: & lyco pelopea: aliquando & euhippia cognominata. In ora autem matium: ephesus amazonum opus multis ãte expetita nominibus. Alopes cum pugnatum apud troiam est:mox ortygia:& morges: uocata & smyrna est:cognomĩe thracia:& hemonion:& ptele. Attollitur monte pione. alluit castro in cylbianis iugis orto: multosq; amnes deferente & stagnum pegaseum quod phyrites amnis expellit. Ab iis multitudo limi est:qua terras propagat. Mediisq; iam campis syrien insulam adiecit. Fons in urbe callippia templum Dianæ complexa. e diuersis regionibus duo selinuntes. Ab ephesо mathiũ aliud colophoniorũ. Et intus ipsa colophon haleso affluente. Inde Apollinis clarii phanum lebedos fuit:& notiũ oppidum. Promontorium cyreneum:mons mimas.ccl.M.passus excurrens:atque in continentibus campis residens. Quo in loco Magnus Alexander intercidi planiciẽ eã iusserat.vii.M.d.passuum longitudine:ut duos sinus iũgeret: erythrasq; cũ mimãte circunfũderet. Iuxta eos fuerũt oppida pteleon:helos:doryon:nunc est aleon. fluuius corineon. Mimantis promontoriũ:clazomene:parthenie:& epiothophoria appellatæ cum insulæ essent. Alexander idem per duo stadia continenti adnexuit. Interiere ĩtus daphnus & hermesia: & syphilum quod ante tanealis uocabatur caput meoniæ: ubi nunc est stagnum salocobite & tharceopolis substituta syphilo:& inde illicolpe & hĩc libade regredientibus. Inde abest.xii.M.ab amazone condita:restituta ab Alexandro. In ora smyrna amne melete gaudens non ꝑcul orto. Montes asiæ nobilissimi in hoc tractu fere explicãt se: mastusia a tergo smyrnæ & thermetis olympi radicibus iũctus. Is in dracone desinit:draco in tmolo:tmolus ĩ cadmo:ille in tauro. A smyrne hermus amnis campos facit:& nomini suo adoptat. Oritur iuxta adorilaũ phrygiæ ciuitatẽ: multosq; colligit fluuios: inter quos phrygem: qui nomine gẽti dato: a caria eam disterminat:hyllum & cryon:& ipsos phrygiæ:mesiæ:lydiæ amnibus repletos. Fuit ĩ ora eius oppidum temnos:nunc in extremo sinu smyrne cesseopoli oppidum. Leuce dein ꝓmõtorium quod insula fuit:finisq; ioniæ. Smyrneum conuentum magna ps æoliæ:quæ mox dicet:frequẽtat:præterq; macedones hyrcani cognoĩati:et magnetes. A syphilo uero ephesum alterum lumen asiæ:remotiores cõueniũt cæsariẽses:metropolitæ:cilbiani ĩferiores et supiores mysii macedões: metaurẽses: bruilitæ:hibepeni: diosieritæ.

¶ Ephesus:æolis:troas:pergamus. ¶ Ca.xxx.

Aeolis ꝓxima est quõdam mysia appellata:et quæ hellespõto adiacet troas. Ab ea phoecea: ascanius portus. dein fuerat larissa et cymemirina:quæ sabastopolĩ se uocat. et intus ægea italiæ posidea:neanticos:temnos. In ora autem titanus amnis: et ciuitas ab eo cognomĩata. Fuit et grinia:nũc tantum portus solis ĩsula apprehẽsa. Oppidũ elea:et ex mysia uẽiẽs caicus amnis:oppida pythane: canaius am. Intercidere canelysi:macea:atarnea:carene:cistene:cylla:cocylle:thebæ:astyre:chrysa: palæcepsis:

gergetha:noendros. Nũc eſt perperene ciuitas. Heracleotes tractus. Coriphas oppidũ. Amnis gryliosolius. Regio aphrodiſias: quæ ante politiceorgas. Regio ſcepſis. Flumẽ euenum: cuius in ripis intercidere lyrneſſos et miletos. In hoc tractu ida mons. Et in ora quæ ſinum cognominauit et cõuentum adramiteos olim pedaſus dicta. Flumina aſtron: cormalos: cryanos: alabaſtros: hieros: exida. Intus mons gargara: eodẽq; nomĩe oppidum. Rurſus in littore antandros edonis prius uocata : deinde cymeriſſos: eadẽ apollonia. Fuit & palamedium oppidum. Promontorium lectum diſterminãs æolida & troada. Fuit et polymedia ciuitas : et chryſſa et lariſſa alia : zmintium templum durat. Intus colonia intercidit deportans adramiteum negocia apolloniatæ arhĩdaco amne ereſi milepolitæ pemanetii: macedones aſcylacæ polycnei: pionitæ: cilices: mandagandeni: myſani: abreteni: & helleſpontii appellati: & alii ignobiles. Troadis prĩus locus amaxicus: dein crebenia. Ipſaq; troas antigonia dicta: nunc alexandria colonia romana. Oppidum nee. Scamander amnis nauigabilis: & in promontorio quondam ſigæum oppidum. Dein portus achæorum: in quem ĩfluit xanthus ſimoenti iunctus ſtagnũq; prius faciens. Palæſcamãder. Cæteri Homero celebrati rheſus: heptaphorus: careſus: rhodius ueſtigia non habẽt. Granicus diuerſo tractu in propontida fluit. Eſt tamen & nũc ſcamandria ciuitas parua. Ac mille quingentis paſſibus remotũ a portu ilium immune: unde omnis rerum claritas. Extra ſinum ſunt rhetea littora rheteo & dardanio & ariſbe oppidis habitata. Fuit & achilleon oppidũ iuxta tumulũ Achillis conditum a mitylenæis: & mox athenienſibus: ubi claſſis eius ſteterat. In ſigæo fuit & æantion a rhodiis conditum: in altero cornu Aiace ibi ſepulto. xxx. ſtadioꝝ interuallo a ſigæo & ipſo in ſtatione claſſis ſuæ. Supra æolida & partẽ. Troadis in mediterraneo eſt: quæ uocatur teutrania: quam myſi antiquitus tenuere. Ibi caicus amnis iã dictus oritur. Gẽs ampla per ſe: etiam cum totum myſia appellaretur. In ea epionie: andera: idale: ſtabulum: coniſium : tegium : balcetiare: teutranie: ſarnaca: halyſerne. Lycide parthenium: cambre: oxyopum: lygdanum : apollonia. Longeque clariſſimum aſiæ pergamum: quod intermeat ſilenus: præfluit titius profuſus pindaſo monte. Abeſt haud procul elea: quã in littore diximus. Pergamena uocatur eius tractus iuriſdictio. Ad eam conueniũt thiatereni: mygdones: moſſini: bregmẽteni: hieroconitæ: ꝑpereni: tyareni: hiropolienſes: hermacopolitæ: attalenſes: pantaenſes: appollodoniẽſes: aliæq; in honore ciuitates. A rheteo dardanium oppidum paruum abeſt ſtadia. lxx. M. Inde xviii. M. promontorium trapeze. Vnde primum concitat ſe helleſpontus. Ex aſia interiſſe gentes tradit Eratoſthenes: ſolymorum: lelegum: bebricum: colycantiorum : trepſedorum. Iſidorus arienos & capretas: ubi ſit apamea condita a Seleuco rege ĩter ciliciam : cappadociam: cataoniam : armeniam. Et quoniam ferociſſimas gentes domuiſſet: initio dameam uocatam.

¶Inſulæ ante aſiam: pamphilium mare: rhodus: ſamus: chius. ¶Ca. xxxi.

INſularum ãte aſiam prima eſt ĩ canopico oſtio nili a Canopo Menelai gubernatore (ut ferunt) dicta. Altera iũcta põte alexandriæ colonia Cæſaris dictatoris pharus: quondã diei nauigatione diſtans ab ægypto: nunc e turri nocturnis ignibus curſum nauium regens. Nanq; fallacibus uadis alexandria tribus omnino adit alueis maris. Tegamo: poſidonio: tauro. In phœniceo deinde mari ẽ ante ioppe paria. Tota oppidum in qua obiectam beluæ Andromedam ferũt: & iam dicta arados: inter quã & continentem. L. cubita alto mari: ut auctor eſt Mutianus: e fonte dulcis aqua tuba coriis facta uſq; ad uadũ trahitur. Pãphyliũ mare ignobiles ĩſulas habet. Cilicium ex quinq; maximis cyprum ad ortum occaſumq; ciliciæ ac ſyriæ obiectam : quõdã nouẽ regnorum ſedem. Huius circuitum Timoſthenes. cccc. xxix. M. d. prodidit. Iſidorus cccl. xxv. M. Longitudinem inter duo promontoria dinareta & acamanta quod eſt ad occaſum. Artemidorus. c lxii. d. Timoſthenes. cc. uocatam antea acamantida. Philonides ceraſtin. Xenagoras et aſpeliam: et amathuſã et macarã. Aſtynomus cripton

et coliniam. Oppida ĩ ea.xv.paphos:palæpaphos:curias:cithium:corinæũ:salamina:
amathus:lamphetos:soloe:amasos:epidarum citri:arsinoe:carphasium:colee. Fuere
et ibi cynidia:maleum:idalium. Abest ab emurio calicie.L.p.Mare quod prætendit
uocant aulona cilicium. In eodem situ eleusa insula est:& quattuor ãte ꝓmontoria.
Ex aduerso syriæ clydes. Rursusq; ab altero capite stiria: Contra neamphaum hierie
& cephia. Contra salaminam salamine. In sigæo autem mari illyris: telendos:attæ:
lebosa. Cypriæ tres steriles:& dionysia prius caretha dicta. Deinde contra tauri ꝓmõ-
torium pestiferæ nauigantibus chelidoniæ totidem. Ab iis cũ oppido leucolla:pactia:
elisia:nymphalis:meris:megista cuius ciuitas interiit. Multæ deinde ignobiles. Sed
contra chiemerã:dolichistæ:chirogylium: crambis:arogæ:enagora.viii.M.passus dæ-
daleon duæ cypron tres strogilæ:& contra sidima antiochia claueumq; uersus amnem
lacusa macris didyme: helbos cope:aspis:& ĩ qua oppidum interiit telãdria:ꝓximaq;
cunorodosa. Sed pulcherrima & libera rhodos circuitu.c.xxv.M. passuum. Aut si
potius Isidoro credimus.c.iii. habitata urbibus:lyndo:camyro: zalyso: nunc rhodo.
Distat ab alexãdria ægypti.d.lxxviii.M. ut Isidorus tradit. Vt Eratosthenes.cccc.lxix.
.M. Vt Mutianus.d.a cypro.c.lxvi. Vocitata est ãtea ophiusa:asteria:edria:trinacria
corimbia:petoessa:atabiria ab rege. Deinde macria & oloessa. Rhodiorũ ĩsulæ:carpatus
quæ mari nomen dedit. Caros ac neelimnia scyros distans ab gnido.xii.M.d. Por-
phyris antea dicta. Et eodem tractu media inter rhodum gnidumq; sime. Cingitur
.xxxvii.M.d. Portus benigne præbet octo. Præter has citra rhodum cyclops tergamõ:
cordylus:adiabethæ.iiii. Hymos:calche cum oppido seutlusa:narthecusa:dymastos:
Progne & a gnido ciserusa:therion:archia:galigne:cum tribus oppidis nououistyro:
mendetero: & marconneso. Oppidum ceranyus. In cariæ ora quæ uocantur argiæ
numero.xx. ethecusa: lepsia: hieros. Nobilissima uero in eo sinu co ab halycarnaso
.xv. passuum distans circuitu.c.M. ut plures existimãt merope uocata. Chea ut Sta-
phylus:meropis ut Dionysius: dein nymphea. Mons ibi prion et nysiron. Abruptam
illi putant quæ porphyris antea dicta est. hinc carianda cum oppido. Nec procul ab
halicarnaso pidosus. In ceramico autem sinu priapõnesos: hipponnesos:psere:mya:
lampsa:emindus:passala:crusa:pyrrhe:sephiusa:melanum: palumque a continente
distans:quæ uocata est cinædopolis:probrosis ibi relictis a rege Alexandro. Ioniæ ora
egeas et corseas habet:& icaron de qua dictum est. Ladem: quæ prius late uocabat:
atq; inter ignobiles aliquot. Discumelitas:mileros:lucinas: mycalem: trogilias:tres-
pylion:argennon:scandalion:samon liberam circuitu.lxxxvii.M.d. Aut ut Isidorus
.c. Parthemiam primum appellatam: ut Aristoteles tradit: postea adriisam: dein
anthemusam. Aristocritus adiicit melamphylum: dein cyparisiam. Ab parthenio
arusam:stephanẽ. Amnes in ea imbrasus:chesius:ibetthes. Fontes eucarto:leutothea.
Mons gergecius. Adiacẽt insulæ rhipara: nymphea. Achillea par claritate ab ea distat
.xciii.M. passus cũ oppido. Chios libera quã ethaliam Ephorus prisco noĩe appellat.
Metrodorus & Cleobolus Chiã a Chiõe nympha:aliqui a niue.& macrin:& pythiusã.
Montem habet pillineum. Marmor chium circuitu.c.xxv.M. passus colligit:ut uete-
res tradidere. Isidorus.ix.M.adiicit. Posita est inter samum & lesbum: Ex aduerso
maxime erythrarum. Finititimæ sunt thellusa:quam alii dapnusam scribũt: oenus:
elaphites:eurianassa:arginusa:cum oppido. Iam hæ circa ephesum: & quæ Pisistrati
uocãt atinæ.myõnesos:clareusa. In utraq; oppida intercidere. Porosselene cũ oppido.
cercie:halene:commone:illetia:lepria:& rhesperia:ꝓcuse:bolbule: pheate: priapos:
syce:melane:enaresidus:apele:dremusa:anhydros:stopelos:sicusa:marathusa: phyle
perhireausa: multæq; ignobiles. Clara uero in alto theos cum oppido a chio.lxxi.M.
.d. Tãtundem ab erythris. Iuxta smyrneã sunt peristerides. Cateria:alopece:eleusa:
bachina:pystira: comyonnesos:megale. Ante troada ascaniæ:plateæ tres. Dein lamiæ
plitaniæ duæ: platæ:scopelos:getone:artheidon celæ:lagusæ:didyme. Clarissima aũt

leſbos a chio.lxv.M.p.Hermete:& laſia:pelaſgia:egira æthiopiæ macaria appellata:
Fuit nouem oppidis inclyta. Ex iis pyrrha hauſta eſt mari. Ariſbe terrarum motu
ſubuerſa. Antiſſam methymna traxit in ſeipſã octo urbibus aſiæ.xxxvii.M. paſſuũ
uicina. Et agamede obiit:& hiera. Reſtant ereſon:pyrrha:& libera mitylenæ amnibus
.l.potens. Tota inſula circuitur: ut Iſidorus.clxviii.M. paſſibus. Vt ueteres.cxcv.
.M. Montes habet lepethymnum:ordimum:macyſtum:creonem:olympum. A ꝓxĩa
continẽte abeſt.vii.M.d.paſſus. Inſulæ appoſitæ ſcandalion. Leucæ.v. Ex eis cydonea
cum fõte calido. Argemmiſæ.iiii.paſſus diſtãt. Dein pheluſa pedna. Extra helleſpõtũ
aduerſa ſigæo littori adiacet tenedus:leucophris dicta & phœnice & lyrneſſos. Abeſt a
leſbo.lvi.M.paſſus:a ſigæo.xii.M.d.

¶Helleſpontus:myſia:phrygia:galacia:nicea:bithynia:boſphorus. ¶Ca.xxxii.

IMpetum deinde ſumit helleſpontus:& mare ĩcumbit uorticibus:limitẽ fodiẽs
donec aſiam abrumpat europæ. Promõtorium id quod appellauimus trapezã
ab eo.x.M.paſſuum ad abydum oppidum:ubi anguſtiæ ſeptem ſtadiorum. Deinde
percote oppidum & lampſacum ãtea pyttiuſſa dictum. Paruum colonia quã Hõerus
adraſtiam appellauit. Oppidum priapos:amnis abſepus:zelia:ꝓpontis:ita appellat̃
ubi ſe dilatat mare. Flumen granicum artage:portus ubi oppidum fuit ultra ĩſulam:
quam continẽti iunxit Alexander. In qua oppidum mileſiorum cyzieũ ãtea uocitatũ
archonneſus:& dolionis & didymis:cuius a uertice mõs didymis. Mox oppida placia
ariacos cylace:quorũ a tergo mons olympus myſus dictus. Ciuitas olympena. Amnes
horiſius:& rhyndacus:ante lycus uocatus. Oritur in ſtagno artinia iuxta miletopolĩ.
Recipit mageſton & pleroſq; alios. Aſiam bithyniamq; diſterminans. Ea appellata ẽ
cronia:dein theſſalis:deinde malianda:& ſtrymonis. Hos Homerus halizonas dixit:
quando præcingitur gens mari. Vrbs fuit immenſa attuſa nomine. nunc ſũt.xv.ciuitates:inter quas gordiocone quæ iuliopolis uocatur:& in ora daſtylos. Deinde flumẽ
gebes:& intus elgas oppidum:quæ germanicopolis:alio nomine booſcœte. ſicut apamea quæ nunc myria. Colophoniorum flumen ethelecanticus troadis finis: et myſiæ
initium. Poſtea finis in quo flumen aſcanium: oppidum brialion: amnes hylas: &
chios cum oppido eiuſdem nominis:quod fuit emporium nõ ꝓcul accolẽtis phrygiæ
a mileſiis quidem conditũ. In loco tamen qui aſcaniæ phrygiæ uocabat̃. Quapropter
non alibi aptius de ea dicitur. Phrygia troadi ſuperiecta populiſq; a ꝓmontorio lecto
ad flumen celeum prædictis ſeptentrionali ſui parte galatiæ contermina. meridiana
lycaoniæ:pyſidæ:mygdoniæ.ab oriente cappadociam attingit. Oppida ibi celeberrĩa
præter iã dicta:mangyra:andria:celene:coloſſe: carina:cotton:cerane:iconiũ:mydiũ.
Sunt auctores tranſiſſe ex europa myſas & brygos & thynos:a quibus appellãt̃ myſi
phryges bithyni. Dicendum ſimul uidetur & de galatia quæ ſuppoſita agros maiori
ex parte phrygiæ tenet. Caputq; quõdam eius gordium. Qui ꝑtem eã ĩſedere galloꝝ
toloſtobagi & uoturi & ambiati uocantur: qui meoniæ & paphlagoniæ regionem.
Troginæ prætenditur cappadocia a ſeptentrione:& ſolis ortu. Cuius uberrimã ꝑtem
occupauere tectoſages:ac teutobodiaci. Et gentes quidem hæ. Populi uero ac tetrarchiæ omnes numero.cxcv. Oppida tectogaſum: anquira: troginorum: tauinum:
toloſtobagorũ:piſimius. Præter hos celebres attalenſes:alaſenſes:comẽſes:didyenſes:
hieronenſes:lyſtrene:neapolitani:œandenſes:ſeleucenſes:ſebaſteni: timoniacenſes:
thebiſeni. Attingit galatiam & pamhyliam gabaliam & mylias:qui circa barin ſunt:
& cyllanticum & oronticum pyſidiæ tractum. Item lycaoniæ ꝑtem obigenen. Flumĩa
ſunt in ea præter iam dicta ſangarium:& gallus a quo nomen traxere matris deum
ſacerdotes. Nunc reliqua in ora ario intus et bithynia bruſa ab Annibale ſub olympo
condita. Inde nicea.xxv.M.paſſus interueniente aſcanio lacu. Deinde nicea ĩ ultimo
aſcanio ſinu:quæ prius oluia et pruſias. Item altera ſub hippio monte. Fuere pythopolis:parthenopolis:gariphanta. Sunt in ora amnes eluis:bryazon:plataneus: areus:

isiros: gendos qui & chrysorboas. Promontorium in quo megarice oppidũ fuit. Inde
cruspedites sinus uocabatur: quoniam id oppidum uelut ĩ lacinia erat. Fuit & astacũ:
unde & ex eo astacenus idem sinus. Fuit & libyssa oppidum: ubi nunc Annibalis tãtũ
tumulus: & ĩ intimo sinu nicomedia bithyniæ præclara. Leucatas promõtorium: quo
includitur astacenus sinus a nycomedia. xlii. M. quingentis passibus. Rursus coeũti-
bus terris angustiæ pertinentes usq; ad bosphorum thracium. In iis galeadon libera a
nycomedia. lxxii. quingentorum procerastis ante dicta: deinde compusa. Postea græ-
corum oppidum quod locum eligere nescissent: septem stadiis distans a byzeantio
tanto fœliciore omnibus modis sede. De cætero intus in bithynia colonia apamena:
agrippenses: iuliopolitæ: bithyniotæ. Flumina syriũ: lapsias: pharmicas: alces: crynis:
lyleus: scopius: hieras qui bithyniam & galathiã distermĩat. Ultra calchadona: deĩde
chrysopolis fuit: deĩde nicopolis: a qua nomen etiamnũ sinus retinet. In quo portus
amyci. deinde naulocium: promontorium estiæ: templum Neptunni. Bosphorus qn-
gentorum passuum interuallo asiam europæ iterum auferens. abest a calchadone. xii.
M. d. passuum. Inde fauces primæ. viii. M. cc. l. passuũ: ubi spiropholis oppidũ fuit.
Tenent orã õem thyni: interiora bithyni. Finis asiæ ẽ: populorumq; . cc lxxxii. M. q ad eũ
locum a fine lyciæ numerantur. Spatium hellesponti & propontidis ad bosphorum
thracium. clxxxviii. M. p. diximus. A calchadone sigæum. Isidorus. ccc. xii. M. d. pass.
Insulæ in propontide ante cyzicum elaphonesus: unde cizicenum marmor: eadem
neuris & proconnesus dicta. Sequuntur ophiusa: cania: plebe: zeopelos: porphyri-
one: halone cum oppido dephace: polydora: utarceon cum oppido. Est & contra ni-
comediam demonnesos. Item ultra heracleam aduersa bithyniæ ethynias: quam
barbari bithyniã uocent. Est & antiochiæ & cõtra fauces rhyndaci besbicos. xviii. M.
pas. circuitu. Est & elea: & duæ rhodiæ: assoe: crebintos: magale: chalcitis: pythiodes.

CAII PLYNII SECUNDI NATURALIS HISTORIAE LIBER .VI.

PRAEFATIO.

PONTUS EUXINUS ANTEA AB IN-
hospitali feritate axenos appellatus est: peculiari
inuidia naturæ sine ullo fine indulgentis auiditati
maris. Et ipse in europã asiamq; funditur. Non
fuerat satis oceano ambisse terras: et ptem earũ
aucta inanitate abstulisse. Non irrupisse fractis
montibus calpeque africæ auulsa multo maiora
absorbuisse q̃ reliquerit spatia. Nõ p hellespõtũ
ppontida infudisse: iterum terris deuoratis. A
bosphoro quoque in aliã uastitatem pãdit nulla
satietate: donec expatiãti lacus a mæoti rapinam
sibi iungant. Inuitis hoc accidisse terris indicio
sũt tot ãgustiæ: atq; tã parua naturæ repugnãtis interualla: ad hellespõtũ octĩgẽtorum
. xxv. M. p. ad bosphoros duos: uel bubus meabili transitu. Unde nomen ambobus:
& tanquam in dissotiatione germanitas concors. Alitum quippe cantus: canumque
latratus inuicem audiuntur. Vocis etiam humanæ commercia inter duos orbes ma-
nente colloquio: nisi cum id ipsum auferunt uenti. Mensuram ponti a bosphoro ad
mæotium lacum quidam fecere. xiiii. xxxviii. M. d. passuum. Eratosthenes. c. mino-
rem. Agrippa a calchadone ad phasin. x. M. Inde bosphorum cimerium. ccc. lx. M.
Nos interualla generatim ponimus comperta in nostro æuo: quando etiam in ipso
ore cimmerio pugnatum est. Ergo a faucibus bosphori est amnis thebas: quem aliq

thesum dixerunt: deinde syris. Portus calpas. Sangaris fluuius ex inclytis. Oritur in phrygia. accipit uastos amnes: inter quos tembrogium & gallum. Et idem sangarius a plerisq; dictus coralius: a quo incipiunt mariandini sinus: oppidumq; heraclea lyco flumini appositum. Abest a pōti ore miliaris ducentis portus aconæ ueneno aconito dirus. Specus acherusia. Flumina pedopiles: callichorum sonautes. Oppidum titium ab heraclea. xxxviii. M. passuum. Fluuius billis.

¶Gens paphlagonum: & cappadocum. ¶Cap. ii.

Ultra quem gens est paphlagonia: quam philemeniam aliqui dixerunt: inclusā a tergo galatia. Oppidum mastya milesiorum: deīde cromna. quo loco henetos adiicit Nepos Cornelius: a quibus in italia ortos cognomines eorum uenetos credi postulat. Sesamum oppidum quod nunc amastris. Mons scytorus a cio. lxiii. M. pas. Oppida chimolis stebane. Amnis parthenius. Promotorium carambis uasto excursu abest a pōti ostio. ccc. xv. M. passus: uel ut aliis placuit. ccc. l. M. Tātūdem a cīmerio: aut ut aliqui maluere. ccc. xii. M. d. Fuit & oppidum eodem nomine: et aliud inde armine: nunc est colonia sinopecyteros. Aquitoro. c lxiiii. flumen uaretum. Gens cappadocum. Oppidum caturia iacelum. Amnis halys a radicibus tauri per catoniam cappadociāq; decurrens. Oppida gange: carusa: de. Amysum liberum a sinope. c. xxx. M. passuum. Eiusdemq; nominis sinus tanti recessus ut asiam pene insulam faciat: ducentis milibus passuum aut amplius: per continentem ad issicum ciliciæ sinū. quo in omni tractu proditur tres tantum gentes græcas iure dici doricam: ionicā: æolicā. Cæteras barbarorum esse. Amyso iunctum fuit oppidum eupatoria a Mithridate cōditum. Victo eo pompeiopolis utrunq; appellatum est.

¶Cappadocia. ¶Capitulū. iii.

Cappadocia intus habet coloniam Claudii Cæsaris archelaidem: quam præfluit hylas. Oppido camana: quod salius: neocessaream quod lycus: amasiam quod iris. In regiōe hac cazacena in colopena a uero sabastiam & sabastopolin. Hæc parua: sed paria supradictis. Reliqua sui parte habet melitam a Semiramide conditā haud procul euphrate. Diocæsarieam: tiaram: castaliam: magnopolin: zelam. Et sub monte atarga onyzacam quæ temiscyra nunc cæsarea nominatur. Cappadociæ ps prætenta armeniæ maiori melitene uocatur: commagenæ cataonia: phrygiæ gauphauritis: sargaurasene cammanene: galaciæ morimeni. ubi distermīat eos cappadox amnis a quo nomen traxere: antea leucosyri dicti. A neoca sarea supradicta minorem armeniam lycus amnis disterminat. Est et ceranus intus clarus. In ora autem ab amyso oppidum & flumē scadisia lycastum: a quo themisyrena regio. Iris flumē deferens lycū. Ciuitas iela intus nobilis clade Triarii & uictoria. C. Cæsaris. In ora amnis thermodoon ortus ad castellum: quod uocant phanoriam: præterq; radices amazonii mōtis lapsus. Fuit oppidum eodem nomīe: & alia qnq; amazonicus: themysira: sotira: amasia: comara.

¶Themistidæ regionis gentes. ¶Cap. iiii.

Nunc matium. Gentes cenarum chalybum. Oppidum cotylorum. Gentes tybareni: masini notis signantes corpora. gens macrocephali: oppidum cerasus: portus cordulæ. Gētes bechyres buxeri: flumē melas. Gens macrones sydoni flumēq; sydenum: quo alluitur oppidum balemonium ab amyso. c. xx. M. passus. Inde fluia lasonium: melanthium & ab amyso. lxxx. M. pass. Pharnace oppidum: tripolis castellum & fluuius. Item philocalia: et sine fluuio liuiopolis. Et a pharnace. c. M. pas. Trapezus liberum uasto monte clausum. Vltra quod gens armenocalybes: & maior armenia. xxx. M. passuum distans. In ora ante trapezunta flumen est pysites. Vltra uero gēs annorumenicorum. Flumen absarum cum castello cognomine in faucibus: a trapezunte. c. xl. M. p. eius loci a tergo montium hiberia est. In ora uero eniochi: ampreutelazi. Flumina acampseonysis: nogrus: bathis. Gentes colchorum. Oppidum matium. Flumen heracleum: & promōtorium eodem noīe. Clarissimusq;

ponti phasis:oritur ĩ moschis. Nauigatur quanlibet magnis nauigiis .xxxviii.M.d.
passus. Inde mĩoribus lõgo spatio põtibus.c.xx. puius. Oppida ĩ ripis habuit cõplu-
ra. Celeberrima tyrida aceum cygnũ:& ĩ faucibus phasin. Maxime autem inclaruit ea
.xv.M.p.a mari:ubi hippos & cyanos uasti amnes e diuerso in eum confluunt. Nunc
habet syrium tantũ:& ipsum ab amne influente ibi cognominatũ:usq; quo magnaꝝ
nauiũ capacẽ esse diximus. Et alios accipit fluuios magnitudine numeroq; mirabiles:
inter quos glaucum. In ora eius ĩsulæ sine nomine. Abest a sarro.lxxv.M. Inde aliud
flumen garien. Gens saltiæ in antiquis phthirophagi dicti & alasanni. flumen cobũ e
caucaso p suanos fluens:dein rhoan. Regio agritite:amnes sigania : tersos:atelpos :
chrysorboas:gens absylæ: castellum sebastopolis. Aphaside.c.M.p.gens sanigarum :
oppidum cygnus:flumen & oppidũ penius. Deinde multis noĩbus eniochoꝝ gentes.

¶Regio cholchica anchæi & cæteri eodẽ tractu. ¶Cap.v.

SVbiicitur ponti regio colchica:in qua iuga caucasi ad rhipheos mõres torquẽt:
ut dictũ ẽ:altero latere ĩ euxinũ & mæotin deuexa:altero in caspiũ & hyrcaniũ
mare. Reliq̃ littora fere nationes tenent melacleni coraxi urbe colchorum dioscuriade
iuxta fluuium antemunta. Nũc deserta:quondã adeo clara: ut Timosthenes in eam
.ccc.nationes:quæ dissimilibus linguis uterentur : descendere prodiderit. Et postea
a nostris.c.xxx.interpretibus negocia ibi gesta. Sunt qui conditam eam ab Amphito
& Telchio:Castoris ac Pollucis aurigis putãt:a quibus ortam eniochorũ gẽtem feram
constat. A dioscuriade oppidum heracleum distat a sebastopoli. Octuaginta milia
passuum anchei mardi cercete. Post eos serri cæphalotomi. In intimo eo tractu phytis
oppidum opulentissimũ ab eniochis direptum est. A tergo eius epagerrite sarmatarũ
populus in caucasi iugis:postq̃ saromatæ. Ad hos confugerat Mythridates Claudio
principe. narrauitq; thalos iis esse cõfines qui ab oriente caspii maris fauces attĩgerẽt.
siccari eas æstu recedente. In ora autem iuxta cercetas flumẽ icarusa cũ oppido hiero:
& flumine ab heracleo.c.xxxvi.M. Inde promontorium cronea quo supciliũ arduum
tentorete. Ciuitas sindica ab hiero.lxvii.M.d.p.flumen sceaceriges.

¶Bosphorus cimmericus:mæotis. ¶Cap.vi.

INde ad bosphori cimmerii ĩtroitũ.lxxxviii.M.d.p. Sed ipsius peninsulæ inter
pontum & mœtium lacum excurrentis non amplior.lxxxvii.M.d.p.longitudo
est. Latitudo nusquam intra duo iugera:eonem uocant. Ora ipsa bosphori utrinq;
ex asia atq; europa curuatur in mœtin. Oppida in aditu bosphori primo hermonasa.
Dein cepe milesiorum. Mox stratoclia:& phanagoria:& pene desertũ apatos: ultĩoq;
in ostio cĩmeriũ:quod antea cerberion uocabatur.

¶Gentes circa mæotim. ¶Cap.vii.

INde mæotis lacus in europa dictus. A cimmerio accolunt meotici: hali: serni :
serrei:scizi:gypsi. Dein tanain amnem gemino ore influentem incolũt sarmatæ
medorum(ut ferunt) soboles. Et ipsi in multa genera diuisim. Primo sauromatæ.
gynei:gratumenæ:unde amazonum connubia. Dein euazæ:cottæ:cyzimeni:messeni-
ani:chotobocci:choatæ:cyzæ:tindari:thussagetæ:thuracæ:usque ad solitudĩes saxosis
conuallibus asperas: ultra quas arymphei qui ad harriseos pertinent mõtes. Tanain
ipsum scythæ silin uocant. Mæotin temerinda quod significãt matrem maris. ¶Op-
pidum in tanais quoq; ostio fuit. Tenuere finitima primi cares. Deinde cluzomeni :
& macones. Postea panticapenses. Sunt qui circa mæotin ad ceraunios mõtes altiores
has tradunt gentes:a littore napras:supraq; essedonas: colchis iunctos : ac montium
cacuminibus. Dein carmacas:oranos:nautagas:mazacas:ascantios:acapeatas:agaga-
matas:phycers:rhimosolos:aascomarcos. Et ad iuga caucasi:icatalas:imaduchos : ra-
nos:anclacas:tydios:carastascos:autiandas. Lagoũ amnem ex montibus catheis : in
quẽ defluit opharus. Ibi gentes caucadas:opharitas. Amnem menothaꝝ imituenis ex
montibus scissũ. Inter agdeos:carnapas:gardeos:accisos:gabros : gregaros. Circaque

fonté imittisi:imituos:& aparthenos. Alii influxisse eos cuitas : anheetas:satarneos : asãpatas. Abis tanaitas:& napheonitas uiritim deletos. Aliqui flumen ochariũ labip cantecos:& sapeos tradunt. Tanaim uero transisse satareos:herticeos : spondolycos : synhietas:amassos:issos:catacetos:tagoros:catonos:neripos: agãdeos : mãdareos sa/thurcheos: spaleos. ¶Armeniæ duæ. ¶Cap.viii.

PEracta est interior ora:omnesq; accolæ. Nunc reddatur ingens ĩ mediterraneo sinu. In quo multo aliter ac ueteres proditu℞ me nõ eo inficias anxia perqsita cura rebus nuper in eo situ gestis a Domitio Corbulone:regibusq; inde missis supplicibus:aut regum liberis obsidibus. Ordiemur autem a cappadocum gente. Lõgissime hæc ponticarum omnium introrsus recedens minorem armeniam maioreq; & cõmagenem leuo suo latere transit. Dextra uero omnes in asia dictas gentes plurimis sup/fusa populis:magnoq; impetu scandens ad ortum solis & tauri iuga trãsit lycaoniã : pysidiam:ciliciam. Vadit super ãtiochiæ tractum:& usq; ad cyrestricam eius regionẽ: pte sua quæ uocat̃ cataonia. Cõtẽdit itaq; ibi lõgitudo asiæ.xii.l.M.p.efficit. Latitu/do.d.c.M.xl.M. ¶Armenia maior. ¶Cap.ix.

ARmenia autem maior incipit a pariedris montibus. Euphrate amne ut dictum est:aufertur cappadociæ: & qua discedit euphrates mesopotamiæ haud minus clara amne tigri. Vtrunq; fundit ipsa. Et initium mesopotamiæ facit inter duos ãnes ituræ. Quod interest ibi tenent arabes orei. Sic finem usq; ĩ adiabenem perfert. Ab ea trãsuersis iugis inclusa. Latitudinem in leua pandit ad cyrum amnem transuersa in araxem. Longitudinem uero ad minorem usq; armeniam absaro amne in pontum defluente & pariedris montibus:qui fundũt absarum:discreta ab illacoriis. Oritur in eniochis montibus quos alii coraxicos uocauere. Araxes eodem monte euphrates quo .vi.M.passuum interuallo auctusq; amne musi & ipse (ut plures existimauere)a cyro defertur in caspium mare. Oppida celebrantur ĩ minore:cæsarea:zanicopolis. In ma/iore arsãmote euphrati proximum . Tigri argathiocerta. In excelsis aũt tigranocerta. Et in campis iuxta araxem artaxata. Vniuersæ magnitudinem:Aufidus quinquagies centena milia prodidit. Claudius Cæsar longitudinem a dascusa ad confinium caspii maris.xiii.M. passuum. Latitudinem dimidium eius. A tigranocerta ad hiberiam di/uiditur:quod certum est: in præfecturas:quas.ii.strategias uocant. Quasdam ex iis uel singula regna quondam barbaris nominibus.c.xx. Claudũt eam ab oriẽte mõtes: sed non statim ceraunii:nec adiabene regio. Quod interest spatiis cepreheni tenent. Ab iis iuga ceraunia. Vltra adiabeni tenent. Per conualles autem proximi armeniæ sunt menobardi : & moscheni. Adiabenẽ tigris & montium sinus munii cingunt. Ab leua eius regio medorum est: & prospectus caspii maris. Ex oceano hoc ut suo loco dicet̃:fũdit̃:totũq; caucasi his mõtibus cĩgit̃. Ho℞ ĩcolæ p cõfiniũ armeniæ nũc dicent̃. ¶Albania:hiberia. ¶Cap.x.

OLaniciem omnem a cyro usq;:albanorum gens tenet. Mox hiberum discreta ab iis amne oeazane in cyro:e caucasiis montibus defluente. Præualent oppida albaniæ cabalaca. Hiberiæ pharmasus iuxta flumẽ neoris. Regio thasiæ:& triare usq; ad partedoros montes. Vltra sunt colchicæ solitudines:quarum a latere ad ceraunios uerso armenochalybes habitãt : & moscorum tractus ad hiberum amnem in cyrum defluentem:& infra eos fucasani.& deinde macherones ad flnmen absarũ. Sic plana ac deuexa optinentur. Rursus ab albaniæ confinio tota montium fronte gentes sil/uorum fere:& infra lupeniorum:mox diduri: & sodii.

¶Portæ caucasiæ. ¶Cap.xi.

AB his sunt portæ caucasiæ magno errore a multis caspiæ dictæ : ingens naturæ opus & montibus interruptis repente ubi fores obditæ ferratis trabibus subter medias amne dyriodori fluente. Citraq; in rupe castello quod uocatur cumania : cõ/munito ad arcendas transitu gentes innumeras. ubi loci terrarũ orbe portis disclusio :

ex aduerso maxime armastis oppidi hiberum a portis caucasiis per montes gurduuos ualli. Suani indomitæ gentes auri tãtum metalla fodiunt. Ab iis ad pontum usque eniochorũ plurima genera: mox acheorum. Ita se habet terrarum sinus e clarissimis. Aliqui inter pontum & caspium mare. ccc. lxxv. M. passus non amplius interesse tradiderunt. Cornelius Nepos. c. l. M. tãtis interim ãgustiis infestatur asia. Claudius Cæsar a cimmerio bosphoro ad caspium mare. c. l. M. prodidit. eaq; perfodere excogitasse Nicanorem Seleucum quo tẽpore ab Ptolemæo Ceraunio sit ĩterfectus. A portis caucasiis ad pontum. cc. M. passus esse constat fere.

Insulæ in ponto. Cap. xii.

INsulæ in ponto planiteæ siue cyaneæ: siue symplegades. Deinde apollonia tynnimas dicta: ut distingueretur ab ea: quæ est in europa. Distat a continente passibus mille. Cingitur. iii. M. & contra pharnaceã calcheritis: quã græci ariã dixerẽt. sacrãq; Marti. & in ea uolucres cum aduenis pugnasse pennaꝝ ictu.

Gentes in scythico oceano. Cap. xiii.

NVnc omnibus: quæ sunt interiora asiæ: dictis: rhiphæos montes transcendat animus. dextraq; littora oceani incedat. Tribus hic e partibus cæli alluẽs asiam scythicus a septentrione: ab oriente eous: a meridie indicus uocatur. Varieq; per sinus & incolas in complura nomina diuiditur. Verum asiæ hæc quoq; magna portio apposita septentrioni iniuria syderis rigẽtis uastas solitudĩes habet. Ab extremo aquilõe ad initium orientis æstiui scythæ extra eos sunt. Vltra aquilonis initia hyperboreos aliqui posuere: pluribus in europa dictos. Primum inde noscitur ꝓmontoriũ celtice lytarmis. Fluuius carambucis ubi lassata cum sydeꝝ ui rhipheorum montiũ deficiũt iuga. Ibiq; arimpheos quosdam accepimus haud dissimilem hyperboreis gentem. Sedes illis nemora. Alimẽta baccæ. Capillus iuxta fœminis uirisq; in probro existiãt. Ritus clæmentes. itaq; sacros haberi narrant: inuiolatosq; esse etiam feris accolarum populis. Nec ipsos modo: sed illos etiam qui ad eos perfugerint. Vltra eos plane iam scythæ cimmerii: cisianthi: georgi: & amazonum gens. Hæc usq; ad caspiũ & hyrcaniũ mare. Nanq; id erumpit sythico oceano in aduersa asiæ pluribus nominibus accolaꝝ appellatum: celeberrimis duobus caspio & hyrcano. Non minus hoc esse q̃ pontum euxinum Clytarchus putat. Eratosthenes ponit & mensuram ab exortu ad meridiem per cadusiæ & albaniæ orã quinquies q̃draginta stadia. Inde per aratiaticos: amarbos: hyrcanos ad ostium zoni fluminis quater octingenta stadia. Ab eo & ostiũ laxatisum mille quadraginta: quæ summa efficit quindecies. lxxv. M. passus. Artemidorus hinc detrahit. xxv. M. pas. Agrippa caspium mare gẽtesq;: quæ circa sunt & cũ iis armeniã disterminatas ab oriente oceano serico: & ab occidente caucasi iugis: a meridie tauri: a septentrione oceano scythico patere qua cognitum est. ccccxc. M. passus ĩ lõgitudĩe. ccxc. M. in latitudinem prodidit. Non desunt uero qui eius maris uniuersũ circuitũ a freto. xxv. M. passuum tradunt. Irrumpit autem arctis faucibus in longitudinem spatiosis. At ubi cœpit in latitudinem pandi: lunatis obliquatur cornibus uelut ad mæotium lacum ab ore discedens scythici arcus: ut auctor est. M. Varro similitudine. Primus sinus appellatur scythicus: utrunq; enim accolunt scythæ. & per ãgustias iter se commeãt. Hinc nomades & sauromatæ multis nominibus: illinc abzoæ non paucioribus. Ab introitu dextra mucronem ipsum faucium tenẽt udini scythaꝝ populus. Deĩde p orã albani (ut ferunt) ab Iasone orti: ante quos mare quod est: albanũ noĩat. Hæc gẽs superfusa mõtibus caucasiis ad cyꝝ amnẽ armeniæ cõfiniũ atq; hiberiæ descẽdit: ut dictum est. Super maritima eius udinorumq; gente sarmatæ: utidorsi: aroteres prætenduntur. Quorum a tergo ĩdicatæ iam amazones: & sauromatides. Fluĩa per albaniã decurrunt in mare casos & albaneos. Deinde cambyses: in caucasiis ortus montibus: mox cyrus in coraxitis ut diximus. Oram omnẽ a caucaso prææltis rupibus inaccesso patere. cccc. xxv. passuum auctor est Agrippa. A cyro caspium mare uocari

incipit.accolunt caspii.Corrigendus est error in hoc loco multorum: & eorum etiã:q in armenia res proxime cum Corbulone gessere. Nanq; ii caspias appellauere portas hiberiæ:quas caucasias diximus uocari.Situsq; depicti & ĩde missi hoc nomẽ ĩscriptũ habent. Et Neronis principis comminatio ad caspias portas tendere dicebatur:cum peteret illas:quæ per hiberiã in sarmatas tendunt:uix ullo propter appositos montes aditu.Ad caspium mare sunt aliæ caspiis gentibus iunctæ.quod dignosci nõ potest: nisi ĩ comitatu rerum Alexandri Magni.Nanque persarũ regna:quæ nunc parthorum ĩtelligimus: ĩter duo maria persicũ & hyrcanum caucasiis iugis attolluntur utrĩq; per deuexa laterum.Armeniæ maiori a frontis pte:quæ uergit in commagenem:cephenia ut diximus copulatur:eiq; adiabene assyriorum initium.Cuius pars est arbelitis: ubi Dariũ Alexãder debellauit:proxĩa syriæ.Totã eã macedones mygdoniã cognoĩauerũt a similitudine. Oppida alexandria item antiochia quam nysibin uocant. Abest ab artaxatis.dcc.l.M.p. Fuit & ninus imposita tigri ad solis occasum spectans quõdam clarissima. Reliqua uero fronte qua tendit ad caspium mare atrapatenæ:ab armenia etene regione discreta araxe.Oppidum eius gazæ ab artaxatis q̃drĩgenta qnquaginta .M.p.Totidẽ ab ecbathanis medorũ:quorũ pars sũt atrapateni.

¶Media:caspiæ portæ:caucasiæ. ¶Cap.xiiii.

Echathana caput mediæ est. Seleucus rex condidit.A seleucia magna.dcc.l.M. passibus: a portis uero caspiis.xx.M.Reliqua medorum oppida phisagãzaga: apamea rhaphane cognominata. Causa portarum nominis eadem quæ supra:interruptis angusto transitu iugis:ita ut uix singula meent plaustra:longitudine .viii.M. passuum toto opere manufacto.Dextra leuaq; ambustis similes impendent scopuli sitiente tractu per.xxxviii.M. passus. Angustias impedit corriuatus salis e cautibus liquor:atq; eadẽ emissus.Præterea serpẽtiũ multitudo nisi hyeme trãsitum nõ sinit.

¶Gentes circa hyrcanũ mare. ¶Cap.xv.

Adiabenis connectuntur carduci quondam dicti: nunc cordueni: præfluente tigri.Iis pratitæ paredoni appellati:q tenent caspias portas.Iis a latere occurrũt altero deserta parthiæ & cythenis iuga. Mox eiusdem parthiæ amœnissimus situs: q uocatur choara.Duæ urbes ibi parthorum appositæ quõdam medis: cauliope & alia in rupe issatis quondam. Ipsius uero parthiæ caput hecatompylos abest a portis .c. .xxxiii.M.passuum.Ita parthorum quoq; regna foribus discludũtur. Egressos portis excipit protinus gens caspica ad littora usq;: quæ nomen portis & mari dedit. Leua montosa. Ab ea gente retrorsus ad cyrum amnem produntur .cc.xx. M .passuum. Ab eodem amne si subeatur ad portas .dcc.M.p.Hunc enim deĩde cardinẽ Alexãdri Magni itinera facere. Ab iis portis ad indiæ principium stadia .xv.dc.lxxxx.M.procedendo ad bactra oppidum:quod appellant zariasta:milies tria milia .dcc.M. Inde ad artaxaten amnem.v.M. ¶Itẽ gentes. ¶Cap.xvi.

A Caspiis ad orientem uersus regio est apauortene dicta.& in ea fertilitatis ĩclytæ locus.Clareium mõs: gẽtes papyri:nariaci:stauri:hyrcani:a quorum littoribus idem mare hyrcanium uocari incipit a flumine sideri.Citra id amnes maziris:straor: omnia ex caucaso.Sequit͛ regio margiane apricitatis inclytæ:sola ĩ eo tractu uitifera. Vndiq; inclusa montibus amœnis: ambitu stadiorum mille quingentorũ : difficilis aditu propter arenosas solitudines per.c.xx.M.passus.& ipsa contra parthiũ tractũ sita:in qua Alexander alexandriam condiderat.qua diruta a barbaris Antiochus Seleuci filius eodem loco restituit seleuciam. Nam interfluente amargo qui corriuatur in zotale.Is maluerat illam antiochiam appellare. Vrbis amplitudo circuitum .lxx. stadiis.In hanc Orodes romanos crassana clade captos deduxit. Ab huius excelsis per iuga caucasi protenditur ad bactros usq; gens mardorum fera sui iuris.Ab eo tractu gentes oceani commori:berdrigei:harmatropi:cemari:commani:mirrhasi:aremãdri: ianei.Flumina mãdrum: cridinum. Vltraq; corasini:gaudari:arasini:parcani:arãgæ:

parrhasini:maratiani:nasotiani:arsilegi:quos græci cadusios appellauere:maticoni. Oppidum heraclea ab Alexādro conditum : quod deinde subuersum ac restitutum Antiochus achaida appellauit. Dribrices:quorꝫ medios fines secat oaxus amnis ortus ī lacu oaxo:syrmatæ:oxii:tagenioci:bateni:saraparæ:bactri quorum oppidū zariastes quod postea bactrum a flumine appellatū est. Gens hic optinet aduersa montis paropanysi:& aduersus fontes indi. Includitur fluīe ocho. Vltra sogdiani: oppidum pāda. & ī ultimis eorum finibus alexādria ab Alexādro Magno conditum oppidum. Aræ ibi sunt ab Hercule & Libero patre cōstitutæ:itē Cyro & Semiramide atq; Alexā- dro. Finis omnium eorum ductus ab illa parte terrarum: includente flumine laxere: quod scythæ sylin uocant. Alexander milites q; eius tanain putauere esse. Trāscendit eū ānē Dæmonas Seleuci & Antiochi regū dux:quē maxīe seqmur ī iis. arasq; Apol- lini dydimæo statuit.

¶Scythaꝝ gentes. ¶Cap. xvii.

VLtra sunt scytharum populi. Persæ illos sagas uniuersos appellauere a ꝓxima gente. Antiqui arameos. Scythæ ipsi persas chorsaros : & caucasum montem graucasum : hoc est niue candidnm. Multitudo populorum innumera:& quæ cum parthis ex æquo degat. Celeberrimi eorum sacæ:massagetæ:dahæ : essedones:astacæ : thumnici:perstithomototi:histi:edones:camæ:camacæ:euchatæ: cotieri : antariani : piacæ:arimaspi antea cacidiri : assai: oetei. Ibi napei interisse dicuntur & appellæi. Nobilia apud eos flumina mandragreum: & caspasum. Nec in alia parte maiorem auctorum inconstantiam credo propter innumeras uagasq; gentes. Haustum ipsius maris dulcem esse & Alexander Magnus prodidit:& M. Varro talem perlatū Pōpeio iuxta res gerenti mithridatico bello:magnitudine haud dubie influentium amnium uicto sale. Adiicit idem Pompeii ductu exploratum in bactros. vii. diebus ex india perueniri ad icarum flumen:quod in oxum influat. Et ex eo per caspium in cyrum subuectos. Et quinq; non amplius diebus terreno itinere ad phasin in pontū indicas posse deuehi merces. Insulæ toto eo mari multæ. Vulgata una maxime tuzaga a cas- pio mari scythicoq; oceano. In eam cursus inflectitur ad orientem conuersa littorum fronte. Inhabitabilis eius prima pars a scythico promontorio ob niues. Proxīa inculta sæuitia gentium antropophagi scythæ insident humanis corporibus uescētes. Ideoq; iuxta uastæ solitudines:ferarumq; multitudo haud dissimilem hominū īmanitatem obsidens. Iterum deinde scythæ:iteꝝq; deserta cum belluis usq; ad iugum incumbens mari:quod uocant tabin. nec āte dimidiam ferme lōgitudinem eius oræ: quæ spectat æstiuum orientem inhabitatur illa regio. Primi sunt hominum qui noscantur : seres lanitio siluarum nobiles:perfusam aqua depectentes frondium caniciem. Vnde ge- minus fœminis nostris labor redordiendi fila : rursumq; texendi tā multiplici opere tam longinquo orbe petitur:ut in publico matrona transluceat. Seres mites quidem: sed & ipsis feris persimiles. Cœtum reliquorum mortalium fugiunt:cum commercia expetant. Primum eorum noscitur flumen psitaras:proximum carabi: tertiū lanos : a quo promontorium:chryse sinus: cyrnaba flumen:attanos sinus. Et gēs hominum attacorū apricis ab omni noxio afflatu seclusa collibus: eadem qua hiperborei degūt temperie. De iis priuatim cōdidit uolumen Amometus:sicut Ecatheus de hypboreis. Ab attacoris gentes thynni & phocari & iam indorum casyri ītrorsus ad scythas uersi humanis corporibus uescuntur. Nomades quoq; indiæ uagantur. Sunt q ab aquilōe contingi ab ipsis & cyconas dixere:& brysanos. Sed īde(ut plane consentiunt omnes) emodi montes assurgunt. Indorumq; gens incipit non eo tantum mari adiacēs:ueꝝ & a meridiano quod indicum appellauimus:quæq; pars orienti aduersa recto præte- ditur spatio ad flexum & initium indici maris. xviii. lxxv. M. p. colligit. Deinde qua flectit̄ in meridiē. xxiiii. lxxv. M. passus:ut Eratosthenes tradit usq; ad idū:qui est ab occidente finis indiæ. Cōplures autē totā ipsius longitudinem. xl. dierū noctiumque uelifico nauiū cursu determinauere. Et a septentrione ad meridiē. xxviii. l. M. passus.

Agrippa longitudinis.xxxiii.M.latitudinis.xxiii.M.prodidit. Posidonius ab æstiuo solis ortu ad hybernū exortū metatus est:eā aduersā galliæ statuēs: quam ab occidēte æstiuo ad occidentem hybernum metabatur totā a fauonio.Itaq; obuersā eius uenti afflatu iuuari īdiā.salubrēq; fieri haud dubia ratiōe docuit.Alia illius cæli facies. Alii syderum ortus.Binæ messes in anno.Binæ æstates:media inter illas hyeme etesiarum flatu.Nostra uero brumali.Lenes ibi auræ.Mare nauigabile.Gentes & urbes īnūerabiles.Siquis omnes perseq uelit.Etenī patefacta est non mō Alexādri Magni armis: regumq; qui ei successere:circunuectis etiām in hyrcanium mare & caspium Seleuco & Antiocho:præfectoq; classis eorum Patroclem. Verum & aliis auctoribus græcis:q cū regibus īdicis morati sunt:sicut Megasthenes & Dionysius a Philadelpho missus ex ea causa uires quoque gentium prodidere.Non tamen deest diligentiæ locus:adeo diuersa & īcredibilia tradūt. Alexādri Magni comites ī eo tractu īdiæ quē subegerāt: scripserūt.xv.M.oppidorū fuisse. nullū cōminus gētiū.ix.Indiamq; tertiam partem esse terrarū omniū:multitudinem gētiū innumerā probabili sane ratione.Indi enim prope gentium soli:nunquam emigrauere finibus suis. Colliguntur a Libero patre ad Alexandrum Magnum reges eorum.cliii.annis.vi.M.cccc.ii. adiiciunt & menses tres.Amnium mira uastitas.Proditur Alexandrum magnum nullo die minus stadia sexcenta nauigasse in indo:nec potuisse ante menses quīq; enauigare adiectis paucis diebus: & tamen minorem gange esse constar. Seneca etiam apud nos. Megastenes tentata indiæ commentatione.lx.amnes eius prodidit.Gentes duodeuiginti centūq;. Par labor sit montes enumerare.Iunguntur inter se hymaus:hemodus:paropanysus: caucasus.p.a.R.a.quibus tota decurrit in planiciem immensam & ægypto similem. Verum ut terrena demonstratio intelligatur: Alexandri Magni uestigiis insistamus. Diognetus & Betonis itinerum eius mēsores scripsere a portis caspiis hecatompylon parthorum quot diximus milia esse.Inde alexandriam arion:quam urbem is rex cōdidit.d.lxxv.M.Inde ad prophitasiam drangarum.cxcix.M. ad cricasiorum oppidū .d.d.lxv.Inde orthospanum.clxxv.M. Inde Alexādri oppidum.l.M.In quibusdam exemplaribus diuersi numeri reperiuntur.Hanc urbem sub ipso caucaso esse positā. Ab ea ad flumen chepta:& oppidum īdorum peucodatim.cc.xxvii.M.Inde ad flumē indum & oppidum taxilla.lx.M.ad hydaspen fluuium clarum.c.xx.M.ad hyspasin non ignobiliorem .lxix.cccxc. M. qui fuit Alexandri itinerum terminus:exuperato tamen amne arisq; ī aduersa ripa dicatis. Epistolæ quoq; regis ipsius cōsentiunt his. Reliqua īde Seleuco Nicanori peragrata sunt:ad hesidrum.c.lxix.M. Iomanē amnē tantundem. Exemplaria aliqua adiiciunt .v.M.passus. Inde ad gāgem.cxii.M. ad rhodaphā.clxix.M.alii.ccc.M.xxv.M. In hoc spatio produnt ad callinipaxa oppidū .clxvii.d.alii.cclxv.M. Inde ad confluentem iomanis amnis & gangis .dc.xxv.M. Pleriq; adiiciunt.xiii.M. ad oppidumque polypodra.cccc.xxv.Ad ostium gāgis .dc. .xxxviii.M.d.gētes quas memorare non pigeat:a mōtibus hemodis:quorū ꝓmōtoriū himaus uocatur: incolarum lingua niuosum significante: isari:cosyri:izgi & p iuga chisotosagi:multaꝝq; gētiū cognomen bracmanæ quorū marco calingæ fluīa pumas & cānas:quod in gange influit ābo nauigabilia. Gentes calingæ ꝓxīæ mari & supra mandæi:malli:quorū mons mallus tractusq; eius finis ganges.

Fluuius ganges. Cap.xviii.

Hunc alii īcertis fontibus ut nilum rigantēq; uicina eodem modo.Alii ī scythicis mōtibus nasci dixerunt.Influere in eū.xix.amnes. Ex iis nauigabiles præter iā dictos crenacā:uamā:rhumuobā:casphagū sonū. Alii cū magno fragore ipsius statī fontis erūpere:deiectūq; p scopulosa & abrupta ubi primū molles planicies cōtigat ī quodā lacu hospitari.Inde lenē fluere: ubi minimum .viii.M.passuū latitudine: ubi modicū:stadiorū cētū.Altitudine nusq̄ minore passuū.xx.M.

Ganges indiæ. Cap.xix.

NOuissiæ gẽtes gangaridũ:calignarũ.Regio pertalis uocat᷑.Regi.lxx.M.peditũ: equites mille: elephanti .dcc.in procinctu bellorũ excubant. Nanq; uita miti-oribus populis ĩdorũ multipartita degitur. Alii tellurẽ exercent.Miliciã alii capessũt. Merces alii suas euehunt. Res externas inuehunt. Respublicas optimi ditissimique temperãt.Iudicia reddunt.Regibus assident. Quintũ genus celebratæ illic & prope ĩ religionẽ uersæ sapientiæ deditũ:uolũtaria sẽper morte uitã accenso prius rogo finit. Vnũ sup hoc est semiferum : ac plenum laboris ĩmẽsi:a quo supradicta continentur uenandi elephantes domandiq;.Iis arant.Iis ĩuehunt.Hæc maxime nouere pecuaria. His dimicant:militantq; pro finibus. Delectũ ĩ bellua uires & ætas:atq; magnitudo faciunt.Insula in gange ẽ magnæ amplitudinis gentẽ continens unam modogalincã noĩe.Vltra siti sunt modubæ molindæ . Vbere cum oppido eiusdẽ noĩs magnifico modroesi:preti:calissæ:sasuri:sassulæ:colubæ:orculæ:abali:taluctæ.Rex horũ peditũ .l.milia:eqtũ q̃ttuor milia:elephãtorũ.cccc.ĩ armis habet.Validior deĩde gẽs andaræ pluris uicis.xxx.oppidis:quæ muris t᷑ibusq; muniũt᷑.Regi præbet peditũ cẽtũ milia: eqtũ duo milia:elephãtos mille.Fertilissĩi sũt auri dardæ:setæ uero argenti. Sed oĩũ in india prope:non modo in hoc tractu potentiam claritatemq; antecedunt prasi amplissima urbe ditissimaq; palybotra:unde quidam ipsam gentẽ palybotros uocãt: immo uero tractum uniuersum a gange. Rege eorum peditum sexcenta milia:eqtũ .xxx.milia:elephantorum nouem milia per omnes dies stipendiãt᷑. Vnde coniectatio ingens opum est.Ab iis in interiore situ monedes & suari:quorum mons malleus: in quo umbræ ad septentrionem cadunt hyeme: æstate in austrum:per senos menses . Septentriones eo in tractu semel in anno apparere:nec nisi.xv.diebus: Beton auctor est.Hoc idem pluribus locis indiæ fieri:Megasthenes.Austrinum polum ĩdi dramasa uocant . Amnis iomanes per gangem & palybothros decurrit:inter oppida methora & cyrisoborca. A gange uersa ad meridiem plaga tinguntur sole populi iam quidem infecti:nondum tamen æthiopum modo exusti. quantum ad indum accedũt:tantũ colore præferunt sydus.Indus statim a prasiorum gente:quorũ in montanis pygmæi tradũt᷑.Artemidorus inter duos amnes.xxi.milia passuũ:interesse tradit.

¶Indus fluuius. ¶Cap.xx.

i INdus sandus ab incolis appellatus in iugo caucasi montis:quod uocat᷑ paro-panysus aduersus solis ortum effusus:& ipse undeuiginti recipit amnes . Sed clarissimos hydaspen quattuor alios afferentem:cantabram tres. Per se uero nauiga-biles acesinum & hypasin.quadam tamen aquarum modestia nusquam latior quin-quaginta stadiis:aut altior.xv.passus: amplissimam insulam efficiens:quæ prasiane nominatur:& aliam minorem quæ pacale. Ipse per.xii.xl.passuum paucissimis auc-toribus nauigatus : & quodam solis comitatu in occasum uersus oceano ĩfunditur. Mensuram in ora ad eum ponam ut inuenio generatim : quanquam inter se nullæ congruant.Ab ostio gangis ad promontoriũ galingon & oppidũ dandagula .dccxxv. milia passuum.Ad tropina.xii.M.xxv.Ad perimulæ promontoriũ:ubi ẽ celeberrimũ indiæ emporiũ.dccl.ad oppidum in insula quam supradiximus patalam.dcxx.milia passuũ.Gentes montanæ inter eum & iomanem : cesi : cetriboni siluestres. Deinde megallæ:quorum regi quingenti elephanti: peditũ & eqtũ numerus ĩcertus.Chrysei parasangæ:asangi:tigri feras scatẽtes.Armant peditũ.xxx.milia:elephãtos.ccc. eqtes .dccc. Hos includit indus montium corona circundatos : & solitudinibus.dcxxv. milia.Infra solitudines dari:suræ.Iterũque solitudines:per.clxxxvii.milia passuum: plerunq; harenis ambientibus haud alio modo q̃ insulas mari.Infra deserta hæc mal-tecoræ:singæ:marohæ:rarungæ : moruntes:& masuæ:pangungæ:ialii. Hi montium qui perpetuo tractu oceani oram tenent:incolæ liberi & regum exptes multis urbibus montanos optinent colles . Nareæ deinde quos claudit mons altissimus indicorum capitalia.Huius incolæ alio latere late auri & argẽti metalla fodiunt. Ab iis oraturæ.

Quorũ regi elephanti quidem.x.milia. Sed ãplæ uires peditum . Varetatæ qui ſub rege elephãtos nõ alũt fiducia equitũ peditũque. Odõboeræ:ſalabaſtræ:horatæ urbe pulchra foſſis paluſtribus munita:p quas crocodili humani corporis auidiſſimi aditũ niſi põte nõ dãt. Et aliud apud illos laudatur oppidum automela impoſitum littori quinq; amnium in unum cõfluẽte cõcurſu: emporio nobili. Regi eorum elephantos mille. dc. peditum.cl.equitum.v. Pauperior charmarũ rex:elephãtos.lx.paruaſque reliquas uires habet. Ab iis gẽs pande ſola ĩdoꝝ regnata fœminis. Vnã Herculi ſexus eius genitã ferunt:ob idq; gratiorem:regno donatam præcipuo . Ab ea deducẽtes ori-ginẽ ĩperitãt.ccc.oppidis:peditũ.cl.milia:elephantis quingentis. Poſt hanc trecẽtaꝝ urbium ſyrieni:derangæ:poſingæ:buzæ: gogiarei:umbræ:nereæ:brancoſi:nobundæ: cocondæ: neſæi:pedatritæ:ſalobriaſæ : oloſtræ patalam inſulam attigentes : a cuius extremo littore ad caſpias portas.xviii.xxv.milia produntur. Hinc deinde accolunt indum aduerſus eos euidenti demonſtratione amatæ:bolingæ: gallitalutæ:dimuri: megari:ordabæ:meſæ:abhiſuri:ſyleni. Mox deſerta ĩ.ccl.milia paſſuũ. Quibus exu-peratis organagæ:abaortæ:ſibaræ: ſuertæ . & ab iis ſolitudines prioribus pares. Dein ſorophages:ſargæ:baragomatæ. Vmbrittæq; : quorum.xii.natiões:ſinguliſque binæ urbes. Aſeni trium urbium incolæ. Caput eorum bucephala Alexandri regis equo:cui fuerat hoc nomen:ibi ſepulto cõditum. Mutani ſuper hos caucaſo ſubiecti. Soleadæ: ſondræ:tranſgreſſiſq; indum:& cum eo decurrentibus ſamarabriæ:ſambraceni:briſa-britæ:orſiandi : xenitaxilæ cum urbe celebri. Iam ĩ plana demiſſo tractu cui uniuerſo nomen amandræ. Populi quattuor peucolitæ:arſagalitæ: geretæ:aſoi. Etenim pleriq; ab occidente non indo ãne determinant:ſed adiiciunt quattuor:ſatrapias:gedroſos : archaotas:arios : paropanyſdas:laſdas.

Arii & iunctæ gentes. Cap.xxi.

ULtimo fine cophetæ fluuio:quæ omnia ariorum eſſe aliis placet. Necnõ & nyſã urbem pleriq; indiæ adſcribunt:montemq; merum Libero patri ſacrum. Vnde origo fabulæ Iouis fœmine editum. Item aſpagonas gentem uitis & lauri & buxi : pomorumq; omnium in græcia naſcentium fertilem. Quæ memoranda & ꝓpe fabu-loſa de fertilitate terræ ac genere frugum arborũq; aut ferarum ac uolucrũ & aliorum animalium traduntur : ſuis quæq; locis in reliqua parte operis commemorabuntur . Quattuor uero ſatrapiæ mox paulo ad taprobanam inſulam feſtinãte animo . Sed ante ſunt aliæ petalæ quã ſignificauimus in ipſis faucibus indi triquetra figura.ccxx. .M.paſſuum latitudĩe. Extra oſtium indi chryſæ & argyræ fertiles metallis ut credo. Nam quod aliqui tradidere aureum argẽteumq; iis ſolum eſſe: haud facile crediderĩ. Ab iis.xx.M.paſſuum crocale. Ab ea.xii.M.paſſuũ bibaga oſtreis & cõchyliis referta. Deĩde toralliba.ix.M.paſſuũ a ſupradicta:multæq; ignobiles.

Taprobanæ inſula. Cap.xxii.

TAprobanem alterum orbem terrarum eſſe diu exiſtimatum eſt antichthonum appellatione. Vt liqueret inſulam eſſe Alexandri Magni ætas reſq; præſtitere . Oneſicritus claſſis eius præfectus elephãtos ibi maiores bellicoſioreſq; q̃ ĩ india gigni ſcripſit. Megaſthenes flumine diuidi . Incolaſq; palæogones appellari auri margari-tarumq; grandium fertiliores q̃ indos. Eratoſthenes & mẽſuram prodidit lõgitudinis .vii.milia ſtadiorum:latitudinis.v.milia.nec urbes eſſe:ſed uicos ſeptingẽtos. Incipit ab eoo mari inter ortum occaſumq; ſolis indiæ prætenta:& quõdam credita.xx.dierũ nauigatiõe a praſiana gente diſtare:mox quia papyraceis nauibus armamẽtiſque nili peteretur ad noſtrarum nauium curſus .vii. dierum interuallo taxato. Mare intereſt uadoſum : ſenis non amplius altitudinis paſſibus : ſed certis canalibus adeo ꝓfũdũ ut nullæ anchoræ ſidant . ob id nauibus utrinq; proræ ne per anguſtias aluei circũagi ſit neceſſe. Syderum in nauigando nulla obſeruatio . Septentrio non cernitur. Sed uolucres ſecum uehunt emitentes ſæpius.meatumq; earum terras petentiũ comitãt.

Nec pluſq̄ ternis menſibus in anno nauigant. Cauent a ſolſtitio maxime .c. dies tunc illo mari hyberno. Hactenus a priſcis memorata. Nobis diligẽtior noticia Claudii prĩcipatu cõtigit. Legatis etiam ex inſula aduectis. Id accidit hoc modo. Annii Plocamii qui maris rubri uectigal a fiſco redemerat: libertus circa arabiam nauigans aq̃lõibus raptus præter carmaniam quintodecimo die hippuros portum eius ĩuectus hoſpitali regis clæmẽtia ſex mẽſiũ tẽpore imbutus alloq̃o pcõtãti poſtea enarrauit romanos & Cæſarẽ mix ĩ modũ inauditos iuſticia ille ſuſpexit: q̄ pares pondere denarii eſſẽt in captiua pecunia: cum diuerſæ imagines indicarẽt a pluribus factos. Et hoc maxime ſollicitatus ad amicitiã: legatos quattuor miſit prĩcipe eorũ Rhachia. Ex iis cognitũ .d. eſſe oppida. Portum contra meridiẽ appoſitum oppido paleſimundo omniũ ibi clariſſio ac regia .cc. p. Lebis ſtagnũ intus megiſba .ccclxxv. M. paſſuũ ãbitu inſulas pabuli tantũ fertiles cõplexũ. Et ex eo duo ãnes erũpe paleſimundũ iuxta oppidum eiuſdem noĩs influẽtẽ in portũ tribus alueis .v. ſtadiorũ artiſſimo .xv. ãpliſſio. Alter ad ſeptentrionẽ indiãq; uerſus cydara noĩe. Proximũ eſſe indiæ promontoriũ: quod uocatur colaicum quatridui nauigatione: medio incurſu ſolis inſula incurrẽte. Mare id colore puiridi: præterea fruticoſum arboribus iubas eaꝝ gubernaculis deterẽtibus. Septentriones uergiliaſq; apud nos ueluti in nouo cælo mirabantur. Lunam quidem apud ipſos non niſi ab octaua .ad .xv. ſupra terram aſpici fatentes. Canopum lucere noctibus ſydus ingens & clarum. Sed maxime mirum iis erat umbras ſuas in noſtrũ cælum cadere non in ſuum: ſoleq; a leua oriri & in dextra occidere potiuſq̄ e diuerſo. Iidem narrauere latus inſulæ quod prætenderetur indiæ .x. M. ſtadiorum eſſe ab oriente hyberno ultra montes emodos. Saeras quoq; ab ipſis aſpici: notos etiã cõmercio patriæ mabaciæ commeaſſe eo aduẽis ibi feras occurſare. Ipſos uero excedere hominũ magnitudinem: rutilis comis: ceruleis oculis: oris ſono truci nulli commercio linguæ. Cætera eadẽ quæ noſtri negociatores. Fluminis ulteriore ripa merces poſitas iuxta uenalia tolli ab iis ſi placeat permutatio. non aliter odio triſtiore luxuriæ q̄ ſi perducta mens illuc uſq; cogitet quid & quod petatur: & quare. Sed ne taprobane quidẽ q̃uis extra orbem a natura relegata noſtris uitiis caret. Aurum argentumq; & ibi in precio. Marmor teſtudinis ſimile. Gẽmæ margaritæque in honore multo præſtantiores. Et totus luxuriæ noſtræ cumulus ipſorum opes maiores eſſe dicebant: ſed apud nos opulentiæ maiorem uſum. Seruum memini: non in diem aut interdiu ſõnũ. Edificia modice ab humo extantia. Annonam nunquam augeri. Nõ fora liteſue eſſe. Coli Herculem. Eligi regem a populo ſenecta clæmẽtiaq; liberos non habentem. Et ſi poſtea gignat abdicari: ne fiat hæreditarium regnum. Rectores ei a populo .xxx. dari. nec niſi plurium ſententia quenquam capite damnari. Sic quoq; appellationem eſſe ad populum. Lxx. iudices dari: ſi liberent ii reum: amplius .xxx. iis nullã eſſe dignationem: grauiſſimo probro. Regi cultum Liberi patris: cæteris arabum. Regem ſiquid delinquat: morte mulctari nullo interimente: ſed auerſantibus cunctis: & commercia etiam ſermonis negantibus. Feſta uenatione abſumi. Gratiſſimam eam tigribus elephantiſq; conſtare. Agros diligenter coli. Pomis abundare. Eſſe & in piſcatu uoluptatem: teſtudinum maxime. quarum ſuperficie familias habitantium contegi: tanta repiri magnitudine. Vitam hominum centum annis modicam. Hæc comperta de taprobane. Quattuor ſatrapiæ: quas ĩ hũc locũ diſtulimus ita ſe habẽt.

¶Capiſſenæ: dariti: carmania. ¶Cap. xxiii.

Proximis indo gentibus montana capiſſenæ habent capiſſam urbẽ quã diruit Cyrus. Aracoſia cum oppido & flumĩe eiuſdem nominis: quod quidam cutim dixere a Semiramide conditum. Amnis hermandus perfluens per abeſten rhacoſiorum. Proximos iis meridie ad partem arochatarum faciunt dexendruſos: a ſeptẽtriõe paropanyſidas. Cartana oppidum ſub caucaſo: quod poſtea cecrogonis dictum. Hæc regio eſt ex aduerſo bactrianorũ. Deinde eius oppidum alexandria a cõditore dictũ:

Syndraci: daugalæ: parapianæ: cātaces: magi. Ad caucasū cadrusi oppidū ab Alexādro cōditum. Infra hæc omnia ora arabindo. Ariana regio ambusta feruoribus desertisq; circundata. Multa tamen interfusa opacitate cultores congregat circa duos maxime fluuios tōderon & arosapen. Oppidū artaco anarius amnis: q præfluit alexandriā ab Alexandro conditam. Patet oppidum stadia. xxx. multoq; pulchrius: sicut Acticinius tradit artacabene. Item ab Antiocho munitum stadia. L. deinde dorisci gens. Amnes pharnacotis: oppradus: prothasia. Oppidum zaraspaꝝ: drangæ: argetæ: zarangæ: gedrusi. Oppida peucolis lymphorta: methoricum: deserta. Amnis manain. Augutturi gens. Flumen boru. Gensurbi flumen nauigabile ponamus pandoꝝ finibus. Item cabyrus suaroꝝ ostio portuosus. Oppidum condigramma. Flumen cophes. Influunt in eum nauigabilia saddarus: parospus: sodinus. Arianæ ptē esse daratim aliq uolūt. mensuramq; ꝑdunt utriusq; longitudine. xviiii. l. milium passuū: latitudīe dimidio minorem q̄ indiæ. Alii gedrusos & syros posuere per. c. xxxiiii. M. p. mox ichthiophagos. Oritas propria non indorum lingua loquentes per. cc. M. passus. Inde posuere arbiorum gentem per. cc. M. passus. Ichthiophagos omnes Alexander uetuit piscibus uiuere. Vltra deserta. Deīde carmania: ac persis atq; arabia. Sed priusq̄ hæc generatī persequamur: indicare conuenit quæ prodit Onesicritus classe Alexandri circūuectus in mediterranea persidis & indiæ narrata proxime a Iuba. Deinde eam nauigationē quæ his annis comperta seruatur hodie. Onesicriti & Nearchi nauigatio: nec nomīa habet mansionum nec spatia. Primumq; xylenopolis ab Alexandro condita: unde cœperunt exordium. Iuxta quod flumen aut ubi fuerit: non satis explanatur. Hæc tamen digna memoratu produntur. Ab iis oppidum a Nearcho cōditū in nauigatiōe ea. Flumen nabrum nauium capax contra insulam distans. lxx. stadiis. Alexandria condita a Leonato iussu Alexandri in finibus gentis. Argenuus portu salubris. Flumē tumberum nauigabile. Circa quod pariræ. Deinde ichthiophagi tam longo tractu: ut. xx. dierum spatio prænauigauerint insulam quæ solis appellatur: & eadem cubile nympharum rubens: in qua nullum non animal absumitur incertis causis. Ori gens. Flumen carmaniæ hytanis portuosum & auro fertile. Ab eo primum septentriones apparuisse adnotauere. Arcturum nec omnibus cerni noctibus: nec totis unquam. Achemenides usq; illo tenuisse. Aeris & ferri metalla & arsenici ac minii exerceri. Inde promontorium carmaniæ est. Ex quo in aduerso ora ad gentem arabiæ macas traiectus distat. L. M. p. Insulæ tres quarum orada tantum habitatur a cosa a continenti. xxv. M. p. Insulæ quattuor intimo ī sinu ante perida. Circa has hidri marini uicenū cubitorum adnatantes terruere classem. Insula acrotadus. Item gauratæ: in quibus chiana gens. Flumen hyperis in medio sinu persico onerariarū nauium capax. Flumē sitiogagus quo spasargadas septimo die nauigatur. Flumen nauigabile phirstimus. Insula sine noīe. Flumen granius modicaꝝ nauiū capax p susianē fluit. Dextera eius accolūt deximōtani: q bitumē pficiūt. Flumē zarotis ostio difficili nisi peritis. Insulæ duæ paruæ. Inde uadosa nauigatio palustri similis. Per euripos tamen quosdā pagit. Ostium euphratis. Lacus quem faciunt euleus & tigris iuxta cariacen. Inde tigisusa. Festos dies ibi agentem Alexandrū inuenerunt septimo mense postq̄ digressus ab iis fuerat patalis tertio nauigationis die. Sic Alexādri classis nauigauit. Postea ab syagro arabiæ promontorio patalen fauonio quem hypalū ibi uocant: peti certissimū uidebatur. xiii. M. xxxii. passuū æstiatione. Secuta uero ætas ꝓpiorem cursū tutioremque indicauit: si ab eodem ꝓmontorio zigerum amnē portū īdiæ peteret. Diuq; ita nauigatum est: donec compendia inuenit mercator: lucroque india admota est. Quippe omnibus annis nauigatur sagittariorum cohortibus impositis. etenī pyratæ maxime infestabāt. Nec pigebit totum cursū ab ægypto exponere nunc primum certa noticia patescente. Digna res nullo anno minus hic quingentesimis īperii nostri exhauriente india & merces remittente: quæ apud nos centuplicato ueniant. Mille milibus passuū

ab alexādria abest oppidū iuliopolis. Inde nauigāt nilo coptū.cccii.M.passuum.qui cursus etesiis flātibus peragitur.xv.diebus. A copto camelis itur aquationum ratione mansionibus dispositis. Prima appellatur hydreum .xxxii. Secunda in monte diei itiere. Tertia ī altero hydremate a copto.xcv. Deīde ī mōte. Mox ad hydreū Apollinis a copto.c.lxxxiiii.M.passus. Rursus ī monte. Mox ad nouum hydreum a copto.cc. .xxxiii.p. Est & aliud hydreū uetus. Troglodyticum noīat: ubi præsidium excubat diuerticulo duū miliū. Distat a nouo hydremate quattuor.M. passuū. Inde berenice oppidum: ubi portus rubri maris a copto.cc.lviii.p. Sed qa maior pars itineris cōficitur noctibus propter æstus: & statim die absumuntur totum a copto berenicen iter duodecimo conficitur die. Nauigare incipiūt æstate media ante canis ortū: aut ab exortu ꝓtinus. Veniūtq; circiter.xxx.die ocelin arabiæ: aut canen thuriferæ regiōis. Est & tertius portus: qui uocatur muza: quem indica nauigatio non petit: nec nisi thuris odorūq; arabicorumq; mercatores. Intus oppida regia eius: unū appellatur saphar: aliudque sabe. Indos autem petentibus utilissimum est ab oceli egredi. Inde uento hipalo nauigant diebus.xl.ad primum emporium indiæ. Muzirum nō expetendum propter uicinos pyratas: qui optinent locum nomine hydras: neque est abundans mercibus. Præterea longe a terra abest nauium statio. lintribusq; efferūtur onera quæ geruntur. Regnabat ibi: cum proderem hæc: Celebothras. Alius utilior portus gentis necanidon: qui uocatur becare. Ibi regnat Paridion: longe ab emporio mediterraneo distāte oppido quod uocatur modusa. Regio autem ex qua piper monoxylis lītribus becaren conuehunt: uocatur cōtionara: quæ omnia gētium portuumue aut oppidoꝝ nomina apud neminem priorum inueniuntur. quo apparet mutari locorum status. Ex india renauigant mense ægyptio tybi incipiēte nostro decembri: aut utiq; mechiris ægypti intra diem sextum: quod fit intra idus ian̄. nostras. Ita euenit ut eodem anno remeent. Nauigant autem ex india uēto uulturno: & cum intrauere rubrum mare africo uel austro. Nūc reuertemur ad propositum. Carmaniæ oram patere duodecies .L.M.passuū Nearchus scripsit. Ab ītio eius ad flumē sabin.c.M.p. Inde uineas coli & arua. flumē ianan in.xxv.M.spatio. Regio uocat̄ armixia. Oppida carmaniæ: zethis alexandria. Irrumpit deinde & in hac parte geminum mare in terras quod rubrum dixere nostri: græcia erythreum a rege Erythra. Aut ut alii solis repercussu talem reddi colorē existimantes. Alii ab arena terraq;. Alii tali aquæ ipsius natura.

¶Sinus persicus & arabicus. ¶Cap.xxiiii.

SEd in duos diuiditur sinus. Is qui ab oriente est: persicus appellatur.xxv.M. passuum circuitu: ut Eratosthenes tradit. Ex aduerso est arabia: cuius .xii.M. passuum longitudo. Rursus altero ambitur sinu arabico nominato oceanum q īfluit azanium appellāt. Persicum introitū.v.M. passuū latitudinis: alii quattuor fecerūt. Ab eo ad intimum sinū recto cursu.xi.M.xxv.prope modum constat esse: & situ eius humani capitis effigie. Onesicritus & Nearchus ab indo amne in sinum persicū atq; illinc babylonem ab Euphratis paludibus scripserūt.xxv.M.passuum esse. In carmaniæ āgulo sūt chelonophagi testudinū superficie casas tegētes: carne uescētes. A fluīe arabi ꝓmōtoriū ipsū īhabitāt: præter capita toto corpore hirti coriisq; pisciū uestiti.

¶Cascandrus insula: parthorū regna. ¶Cap.xxv.

AB horum tractu indiam uersus cascandrus deserta insula in oceano .M.passus traditur. Iuxta eam freto influente stoidis quæstuosa margaritis a promōtorio. Carmanis iūgūt̄ armozei. Quidam interponūt arbios.cccc.xii.passus toto littore. Ibi portus macedonum & aræ Alexandri. In ꝓmontorio amnes siccanas: dein dratinus & salsus. Ab eo ꝓmontorium themisteas. Insula aphrodisias habitatur. Inde persidis initium ad flumen oratim: quo diuiditur ab elimaide. Contra persidem insulæ philos casandra aracha cum monte prealto Neptunno sacra. Ipsa persis aduersus occasum sita optinet littora.d.l.M. passus etiam ī luxum diues in parthoꝝ iam pridē trāslata

nomen. Horũ de imperio nũc paucis. Regna parthorꝝ duodeuiginti sũt omnia.ita
enim diuidũt ꝓuincias circa duo:ut diximus:maria rubꝝ a meridie: hyrcanũ a septẽ-
triõe.Ex iis.xii.quæ supiora dicunt̃:incipiũt a confinio armeniæ caspiisq; littoribus.
Pertinent ad scythas:cũ qbus ex æquo degunt. Reliqua.vii.regna inferioraa ppellãt̃.
Quod ad parthos attinet semp fuit parthia in radicibus montium sæpius dictorum:
q omnes eas gentes prætexũt. Habẽt ab ortu arios:a meridie carmaniam & arianos:
ab occasu parthitas medos:a septentriõe hyrcanos. Vndiq; desertis cincta. Vlteriores
parthi nomades appellãtur.Citra deserta. Ab occasu urbes eoꝝ:quas diximus:issatis
& calliope:ab oriente æstiuo pyropum : ab hyberno mania.In medio necatonpylos.
Arsace regio nisea parthienæ nobiles: ubi alexandropolis a cõditore.

¶Media:mesopotamia:babylon: seleucia. ¶Cap.xxvi.

NEcessariũ est in hoc loco signare & medoꝝ sitũ:terraꝝq; faciem circũagere ad
ꝑsicũ mare:quo facilius deinde reliqua noscant̃. Nanq; media ab occasu trãs-
uersa oblique parthiæ occurrens:utraq; regna includit. Habet ipsa ab ortu caspios
& parthos: a meridie sithacenem & susianen & persida : ab occasu adiabenen : a sep-
tentrione armeniam. Persæ rubrum mare semp accoluere:propter quod is sinus psi-
cus uocatur. Regio ibi maritima cyribolus. Quia uero ipsa subit ad medos elymas
megala appellatur locus arduo montis ascensu per gradus introitu angusto ad per-
sopolin caput regni dirutã ab Alexandro.Præterea habet in extremis finibus laodiceã
ab Antiocho conditã.Inde ad orientem magi optinent frasargida castellum: in quo
Cyri sepulchrum est. Et horum egbathana oppidum : translatum ab Dario rege ad
montes. Inter parthos & arianos excurrunt parathaceni. His gentibus & euphrate
inferiora regna includũtur. Reliqua dicemus a mesopotamia excepto mucrone eius
arabumq; populis in priore dictis uolumine. Mesopotamia tota assyrioꝝ fuit uicatĩ
dispersa: præter babylona & ninum. Macedones eam in urbes congregauere propter
ubertatem soli.Oppida præter iam dicta habet seleuciam:laodiceam:arthemitã . Itẽ
in arabum gente qui arroei uocantur & mardani:antiochia:quæ a præfecto mesopo-
tamiæ Nicanore condita:nicanoria uel arabes uocatur.Iungũtur iis arabes.Introrsus
eldamarii.Super quos ad pellacontã flumẽ bura oppidum: salmani & masei arabes.
Gordiacis uero iuncti aloni : per quos zerbis fluuius in tigrin cadit : azones:silices:
montani:& orontes.Quorum ad occidẽtem oppidum gauecamela. Itẽ sue ĩ rupibus.
Supra siciclassi.iii.M.p.per quos lycus ex armenia fert̃. Absitris ad hybernũ exortũ.
Azochis oppidum.Mox in campestribus oppida diospage:polyteba:stratonigea: an-
themus.In uicinia euphratis nicephorion: quod ut diximus Alexander iussit condi
propter loci opportunitatem.Dicta est & in zeumate apamia:ex qua oriẽtem perẽtes
excipit oppidum apprime munitum quondam stadiorum.lxx.amplitudine & satra-
parum regia appellatum:quo tributa conferebant̃.Nunc in arcem redactum.Durant
ut fuerant hebata. & ductu Pompeii Magni terminus romani imperii oruros. A zeu-
mate.cc.l.M.p. Sunt qui tradunt euphratem Cobaris præfecti opere deductum:ubi
eum diximus fidi : ne præcipiti cursu babyloniam ĩfestaret. Ab assyriis uero uniuersis
appellatum armalchar:quod significat regium flumen. Qua deriuat̃ oppidum fuit
agrani e maximis:quod diruere persæ. Babylon chaldaicaꝝ gẽtiũ caput diu summã
claritatem optinuit in toto orbe : ꝓpter quam reliqua pars mesopotamiæ: assyriæq;
babylonia appellata est.lx.M. passus ãplexa muris ducenos pedes altis:qnquagenos
latis.In singulos pedes ternis digitis mẽsura ãpliore q̃ nr̃a:interfluo euphrate mirabili
opere utroq;.Durat adhuc ibi Iouis beli templum.Inuentor hic fuit syderalis sciẽtiæ.
Cætero a circuitu solitudinẽ reddit exhausta uicinitate seleuciæ ob id conditæ a Nica-
nore intra nonagesimum lapidem in confluentem euphratis fossa pducti atq; tigris:
quæ tamen babylonia cognominatur libera: hodie ac sui iuris macedonumq; moris.
Ferunt̃ ei plebes urbanæ sexcentæ esse. Situm uero mœnium aquilæ pandentis alas.

agrum totius orientis fertilissimum. Inuicem ad hanc exhauriendam & thesiphontē iuxta tertium ab ea lapidem in callonitide cōdidere parthi: quod est nunc caput regni. Et postq̄ nihil ꝓficiebatur nup Vologesus rex aliud oppidum uelogesocertā ī uicino condidit. Sunt etiam nunc ī mesopotamia oppida hipparenum chaldæorū doctrina claꝝ. & hoc sicut babylon iuxta flumen narragam qui dedit ciuitati nomen. Muros hipparenorum persæ diruere. Orchani quoq; tertia chaldæorum doctrina in eodem situ locantur: ad meridiem uersi. Ab iis notitæ & orthophanitæ & greciochantæ. Euphrate nauigari babylonem & persico mari.cccc.xxii.M.p.tradūt Nearchus & Onesicritus. Qui uero postea scripsere: a seleucia.cccc xc.M. Iuba a babylōe caracen.c.lxxv.M.d. Fuere aliqui ultra babylonem continuo alueo priusquam distrahitur ī irrigua.lxxxvii.M. Vniuerso autem cursu.xi.M.passuum. Inconstantiā mēsuræ diuersitas auctorum facit: cū persæ quoq; schenos & parasangas alia mensura determinent. Vbi desinit alueo munire ad confinium caracis accedente tractu statim infestāt attali latrones: arabum gēs. Vltra quos senitæ. Ambitu uero euphratis nomades arabiæ usq; ad deserta syriæ: unde in meridiem flecti eum diximus solitudines palmirenas relinquētē. Seleucia abest a capite mesopotamiæ euphraten nauigātibus undecies.xxv.M.pass. A mari rubro si tigri nauiget̄.ccc.xx.M. A zeumate.d.M.xxvii. Zeuma a seleucia syriæ ad nostrum littus.c.xxxii.M.p. Hæc ē ibi latitudo terrarum īter duo maria. Parthici uero regni.d.cccc.M.xliiii.p. Est etianū oppidum mesopotamiæ ī ripa tigris circa confluentes: quod uocant digbani.

¶ Flumē tigris. ¶ Ca.xxvii.

SEd & de tigri ipso dixisse conueniat. Oritur in regione armeniæ maioris: fonte cōspicuo in planicie. Loco nomē elogosine est. Ipsius qua tardior fluit: diglito. Vnde concitatur a celeritate tigris incipit uocari: ita appellant medi sagittam. Influit in lacum arethissam omnia illata pondera sustinentem & nitrum nebulis exhalantē. Vnum genus ei piscium est. & hic aquæ transcurrentis non miscetur alueo: sicut nec e tigri pisces in lacum transnatant. Fertur autem & cursu & colore dissimilis. Transuectusq; occurrente tauro mōte ī specu mergitur. Subterq; lapsus a latere altero eius erumpit. Locus uocatur zoroanda. Eūdem esse manifestū est quod demersa perfert. Alterum deinde transit lacum qui thesbitis appellatur: rursusq; in cuniculos mergit̄. & post.xxv.M.p. circa nympheum redditur tam uicinum arsaniæ. Fluere eū ī regionē arheni: Claudius Cæsar auctor est: ut & cum intumuere confluant: nec tamē misceāt̄. Leuiorq; arsanias innatat.iiii.M. ferme spatio. Mox diuisus in euphraten mergitur. Tigris autem ex armenia acceptis fluminibus claris partheni agnice pharione: arabas oreos adiabenosq; disterminans: & quam diximus mesopotamiam faciens lustratis montibus choridiorum circa apameam mesenes oppidum citra seleuciam babyloniā.c.xxv.M. passuum diuisus ī alueos duos. Altero meridiē ac seleuciam petit mesenen perfūdens. Altero ad septentrionem flexus eiusdem gentis tergocāpos cauchas secat. Vbi remiauere aquæ pasitigris appellatur. Postea recipit ex media hydaspen: atq; ut diximus inter seleuciam & thesisphontem uectus: in lacus chaldaicos se fundit. eosq;.lxxv.M. passuum amplitudine implet. Mox uasto alueo profusus dextra caracis oppidi infert̄ mari persico decimo ore. Inter duorum amnium ostia.xxvi.M. passuum fuere. Aut ut alii tradunt septem.M. utroq; nauigabili. Sed lōgo tempore euphraten præclusere orcheni & accolæ agros rigantes: nec nisi post tigrin defertur ī mari. Proxīa tigri regio paropotamia appellat̄. In ea dictum est de mesene. Oppidū eius dibitach. Iunguntur callonitis cum thesiphonte: non palmetis modo: uerum & olea pomisq;: aliisq; arbustis nobilis. Ad eam puenit iagrus mons ex armenia inter medos adiabenosq; ueniens supra echatenen & persidem. Callonitis abest a perside.cccc.lxxx.M. passuum. Tantum a caspio mari & assyria abesse compēdio itinerum aliqui tradunt. Inter has gētes atq; messenen sytacene est: eadē arbelitis & palestinæ dicta. Oppidum eius sytace græcorum ab ortu est & sabdata. Ab occasu autē antiochia īter duo flumīa

tigrin & tornadotum. Itẽ apameæ cui nomẽ Antiochus matris suæ imposuit: tigris circunfunditur. Hæc diuiditur archoo. Infra ẽ susiane: ĩ qua uetus regia persarum. Susa a Dario Histapis filio cõdita. Abest a seleucia babylonia.cccc.l.M.p. Tãtũdẽ ab egbatanis medorum p montẽ charbantum ĩ septẽtrionali. Tigris alueo oppidum ẽ barbethace. Abest a susis.c.xxxv.M.p. Ibi mortaliũ soli aurum in odio cõtrahũt. Id defodiunt ne quo cui sit in usu. Susianis ad orientem uersus iunguntur oxii latrões & mizeorũ.xl.populi liberæ feritatis. Supra eos parent parthusi mardi & saitæ hyi qui prætenduntur supra helimaida: quam persidi in ora iunximus. Susa a persico mari absunt.cc.l.M.passibus: q̃ subiit ad eam classis Alexandri pasitigri ĩtus ad lacũ chaldaicum uocatur aphle. unde susa nauigatione.lxv.M.d.p. absunt. Susianis ab oriente sunt chosiei. supra chosieos ad septentrionem mesabenæ sub monte cãbalido qui est caucasi ramus. Inde mollissimo transitu in bactros. Susianen ab helemaide disterminat amnis euleus ortus in medis: medioq; spatio cuniculo cõditus: ac rursus exortus p mesobatenen lapsus circuit arcem susaꝝ ac Dianæ templum augustissimũ: cum illis gentibus & ipse in magna cerimonia sit. Siquidem reges nõ ex alio bibunt: & ob id in longinqua portant. Recipit amnes edippum præter asilum a montibus persarum uenĩetem ad unum ex susianis oppidum. Iuxta eum magoga a carace.xv. passuum. Quidam hoc in extrema susiane ponunt solitudinibus proximum. Infra euleum elymas est in ora iũcta persidi. a flumĩe orati ad caracen.cc.xl.M.p. Oppida eius seleucia & sosirate apposita monti casyro. Oram quæ præiacet minorũ syrtium uice diximus inaccessam ceno plurimum limi deferentibus brixa & ortacea amnibus madente: & ipsa elymaide in tantum ut nullus sit nisi circuitu eius a perside aditus. Infestatur a serpentibus quos flumina deportant: pars eius maxime inuia characene uocat᷑ ab oppido arabiæ claudente regna: de quo dicemus exposita prius. M. Agrippæ sententia. Nanq; is mediã & parthiã & persidem: ab oriente indo: ab occidente tigri: a septentrione tauro caucaso: a meridie rubro mari terminatas patere in longitudinẽ terdecies.xx.M.p. in latitudine.d.ccc.xl. prodidit. Præterea per mesopotamiam ab oriente tigri: ab occasu euphrate: a septentrione tauro: a meridie mari persico inclusã longitudine octingentorum.M.p. latitudine.ccc.lx. Charax oppidum persici sinus intimum: a quo arabia eudemon cognomĩata excurrit: habitatur in colle manufacto inter confluentes dextra tigrin leua euleum.iii.M.p. laxitate conditum est. primum ab Alexãdro Magno colonis ex urbe regia durine: quæ tum ĩteriit: deductis militũq; inutilibus ibi relictis alexandriam appellari iusserat: pagumque pelleneum a patria sua quẽ proprie macedonum fecerat. Flumina id oppidum expugnauere. Postea Antiochus restituit quintus regum: & suo nomine appellauit. Iterumq; infestatum Passiones Sogdonaci filius rex finitimorum arabum: quem Iuba satrapen Antiochi fuisse falso tradit: oppositis molibus restituit: nomen suũ dedit emunito situ iuxta in longitudinem.vi.M.p. latitudine paulominus. Primo fuit a littore stadiis.x. & maritimum etiam ipsanda porticus habet. Iuba uero prodente.L.M.passus. Nunc abesse a littore.c.xx.M. Legati arabũ nostriq; negociatores: qui ĩde uenere: affirmãt. Nec ĩ ulla parte plus aut celerius profecere terræ fluminibus inuectæ. Magis id mirũ est æstu longe ultra id accedente non repercussa. Hoc in loco genitum esse Dionysiũ terrarum orbis situs recentissimum auctorem constat: quem ad commentãda omnia in orientem præmisit diuus Augustus ituro in armeniam ad parthicas arabicasque res maiore filio. Non me præterit: uec sum oblitus sui quenq; situs diligentissimũ auctorem uisum nobis in introitu huius operis. In hac tamen parte arma romana sequi placet nobis. Iubamq; regem ad eũdem Claudium Cæsarem scriptis uoluĩbus de eadem arabica expeditione.

¶Arabia: nomades: nabatæi: omani: tilos: & ogyris insulæ. ¶Cap. xxviii.

ARabia gentiũ nullis postferenda ãplitudine longissĩa a monte amano a regiõe

ciliciæ cōmagenisque descēdit ut diximus multis gētibus eoꝝ deductis illo a Tigrane magno: sponte uero ad mare nostrū littusque ægyptiacū ut docuimus. nec nōn & in media syriæ ad libanū montē penetrantibus nubeis quibus iunguntur ramisi. deinde teranei. deinde patami. Ipsa uero peninsula arabia īter duo maria rubrū persicumq; pcurrēs quodā naturæ artificio ad similitudinē atque magnitudinē itali maris etiam circūfusa. In eandē etiā cæli partem nulla differentia spectat. Hæc quoq; ī illo situ. Fœlix eius populus. A nostro mari usq; ad palmirenæ solitudīes diximus. Reliq̄ nūc inde peragemus. Nomades īfestatoresq; chaldæorū scenitæ ut diximus: claudunt. & ipsi uagi: sed a tabernaculis cognominati: quæ ciliciis metāt̄ ubi libuit. Deīde nabathei oppidū incolunt petram nomine ī conualle paulominus .ii. M. p. amplitudinis circundatū montibus inaccessis: amne interfluente. Abest a gaza oppido littoris nr̄i .dc. M. a sinu persico .c. xxii. M. Huc conuenit utrunq; biuium eorū: q syriæ palmirā petiere: & eorum qui ab gaza uenerunt. A petra incoluerunt omani ad characen oppidis quondam claris ab Semiramide conditis abesamide & soroactia. Nunc sunt solitudīes. Deīde ē oppidū quod characenoꝝ regi paret ī pasitigris ripa forath noīe. In quo a petra cōueniūt characeni. Inde .xii. M. pas. secūdo æstu nauigāt. E parthico enim regno nauigantibus uicus theredon. Infra confluentem euphratis & tigris leua fluminis chaldæi optinēt: dextra nomades scenitæ. Quidam & alia duo oppida lōgis interuallis tigris pernauigari tradunt barbathiam: mox tumatham quod abest a petra decem dierum nauigatione. Nostri negociatores dicunt characenorum regi parere & apameam sitam ubi restagnatio euphratis cum tigri confluat. Itaq; molientes incursionem parthos: operibus abiectis inundatione arceri. Nunc a charace dicemus oram Epiphanio primum exquisitam: locus ubi euphratis ostiū fuit flumē salsū. Promōtorium chaldone: uoragini similius: q̄ mari per .L. passus ore: flumen achanū: deserta .c. M. passus usq; ad īsulam barum. Sinus capeus quem accolūt gaulopes & chatei. Sinus gerraicus. Oppidum gerra .v. M. passuum amplitudine: turres habet ex salis quadratis molibus. A littore .L. M. p. regio attenæ. Ex aduerso tilos insula totidem milibus a littore. Plurima margaritis & celeberrima cum oppido eiusdem nominis. Iuxtaq; altera in ora promontoria eius .xxii. d. passuum. Vltra magnas aspici īsulas tradunt: ad quas non sit peruentum. Fluuius ambitum .c. xii. M. d. passuum a psīde longius abesse, adiri uno alueo angusto. Insula asgilia. Gentes nocheti: zurachi: borgodi: catharreī: nomades. Flumen cynos. Vltra nauigationem incompertam ab eo latere propter scopulos tradit Iuba. Prætermissa mentione oppidi omanoꝝ batrasaues & tomamem; quod priores celebrem portum carmaniæ fecere. Item omen & athane: quæ nunc oppida maxime celebrari a persico mari nostri negociatores dicūt a flumine canis: ut Iuba tradit mons adusto similis. Gentes epimaranitæ. Mox ichthiophagi. Insula deserta: gentes bathymi. Eblithei montes. Insula omœmus portus machorbe. Insula etaxalos. Onchobrice gens cadei. Insulæ sine nominibus multæ. Celebres uero īsura rhinnea & proxima ī qua scriptæ sunt stellæ lapideæ lr̄is incognitis. Goboea portus: bragæ insulæ desertæ. Gens caludei: dabanegoris regio. Mons orsa cum portu. Sinus duatus. Insulæ multæ. Mons tricoriphos. Regio cardalena. Insulæ solanidæ: capina. Item ichthiophagorum. deinde glari. Littus hāmaeū ubi auri metalla. Regio canauna. Gentes apitami: gasani. Insula deuuade. Fons goralus garpheti. Insulæ alaea & amnamethus. Gens clare. Insulæ chelonitis: ichtiophagon: multhe. Eodanda deserta basag. Multæ sabæorum. Flumina tharnar amnū: Insulæ dolicæ. Fontes daulotes dora. Insula epteros: labanis: coboris: sābrachate: et oppidū eodē nomine in cōtinenti. A meridie insulæ multæ: maxīa camari: flumen mysecros: portus leupas. Scenitæ sabæi. Insulæ multæ. Emporium eorū acila: ex quo in indiā nauigatur. Regio amithoscuta: damnia. Mizi maiores & minores: drimati: naumachæ. Horum promōtoriū contra carmaniam est. distat. L.

.M.p.Mira res ibi tradit̃. Numeniũ ab Antiocho rege misenæ præpositũ ibi uicisse. Eodem die classe æstuq; reuerso:itez eqtatu cõtra persas dimicãtẽ & gemina trophæa eodẽ ĩ loco Ioui ac Neptũno statuisse. Insula ĩ alto ob id iacet ogyris:clara Rutha rege ibi sepulto. Distat a cõtinẽte.c.xxv.M.passuum. Circuitu.c.xii.M.d. Nec minus altera clara in azanio mari dioscyrida distans a syagro extimo promontorio.cc.lxxx. .M.p. Reliq ĩ continẽte a noto etiãnũ autaride:in mõtes octo dierũ transitus. Gẽtes larẽdani:gathaphani:cebranitæ pluribus oppidis:sed maxĩ nagia & thomna tẽplorũ .lxv. Hæc est amplitudinis significatio hoc promontoriũ:a quo ad continẽtẽ troglodytarum.L.M.passuũ thoani: acthei:catamoctitæ:tonabei:antidalei:lexianæ:agrei: cerbani:sabei arabũ propter thura clarissimi: ad utraq; maria porrectis gẽtibus. Oppida eorũ ĩ rubro littore maerine: marma:corolia:sabatra. Intus oppida nascus:cardaua:carnus. & quo merces odorũ deferũt tomala. Pars eoz ascramitæ quoz caput sabotale.lx.M.tẽpla muris ĩcludens. Regia tamẽ ẽ omniũ:mare libata. Sinũ optinẽt .xciiii.M.passuũ:refertũ ĩsulis odoriferis. Atramitis ĩ mediterraneo iũgũtur. Minei mare accolunt:& elamitæ. Oppidũ eiusdẽ nominis.Iis iũguntur cagulatæ. Oppidũ sibi:quod græci appoten uocant arsicodani. Vadei oppido magno: barasei:lechieni: sygaros insula. quam canes non intrant:expositiq; circa littora errando moriuntur. Sinus intimus in quo leanitæ q nomen ei dedere. Regia eorum agra:& ĩ sinu leanar: uel ut alii elana.nam & ipsum sinum nostri elaniticum scripsere:alii alaniticũ: Artemidorus alanaticum: Iuba leniniticũ. Circuitus arabiæ a caraceleana colligere ꝓdit̃ quadragies octies.lxv.passuũ. Iuba paulominus .xl.M.putat. Latissĩa ẽ a septẽtriõe inter oppida horoeum & caraceni. Nunc & reliqua mediterranea eius dicant̃. Nabatheis thimaneos iunxerunt uetetes. nũc sũt taueni:suelleni:arraceni:arreni. Oppidũ ĩ quo omnis negociatio coueĩt. Hemuatæ:analitæ. Oppida domada:egrata:mudei. Oppidum badanatha:charei. Oppidum chariati achoali. Oppidũ phoda:ac minei a rege cretæ Minoe (ut existimãt)originem trahentes.quorum charmei oppidum.xiiii. .M.passuum maribba baramalacum:& ipsum non spernendum.Item carnon rhammei.& hoz origo Rhadamanthus putatur frater Minois.Hemerite massala.Oppida: hamirei:fannei:chantace bactias:harma: Oppidũ gedranite:ampre:ilisanite:bachilite:sammei:amathei. Cum oppidis nessa & cennesseri. Zamareni cũ oppidis saiace scantate: bacaschami. Rhiphearma oppidũ quo uocabulo appellant hordeũ. Aurei & rhaui gyrei & mathatei. Helmodenes cum oppido ebode. Agacturi in montibus oppido.xxv.M.p. In quo fons emischabales:quod significat camelorum oppidum. Amyelomei colonia milesiorum. Actrida oppidum calingii.quorum mariba oppidũ significat dominos omnium. Oppida pallon murannimal. iuxta flumen per quod euphraten emergere putant. Gentes agrei hammoni. Oppidum athene cauranani: quod significat ditissimos armento.Coranitæ:cesani:choani. Fuerũt & græca oppida arethusa:larissa: chalcis deleta uariis bellis. Romana arma solus ĩ eam terram adhuc intulit Aelius Gallus ex equestri ordine. Nam Caius Cæsar Augusti filius prospexit tantum arabiam. Gallus oppida diruit nõ nominata ab auctoribus q ante scripserũt: negran annestum:nescam:magusum:tammacum:labeciam:& supradictam maribã: circuitu.vi.M.p. Item caripeta:quo longissime processit. Cætera explorata rettulit. Nomades lacte & ferina carne uesci. Reliquos uinũ ut ĩdos palmis exprimere. Oleũ sesamæ. Numerosissimas esse homeritas minoas:fertiles agros palmetis arbustis. In pecore diuites cembanos & areos:armis præstare maxime chatamonitas. Carreis latissimos & fertilissimos agros. Sabeos ditissimos siluarũ fertilitate odorifera: auri metallis agrorũ riguis mellis cæræq; prouentu. Deĩde de odoribus suo dicemus uoluĩe. Arabes mitrati degũt:aut intonso crine:barba abraditur:præterq̃ in superiore labro. Aliis & hæc intonsa.mirumq; dictu ex innumeris populis pars coæqua ĩ commerciis aut latrociniis degit.In uniuersũ gentes ditissimæ:ut apud quas maxĩe opes romãoz

parthorumq; ſubſiſtant : uendentibus quæ e mari aut ſiluis capiant:nihilq; inuicem
redimentibus. Nunc reliquam oram arabiæ contrariam perſequemur. Timoſthenes
totum ſinum quatridui nauigatione in longitudinem taxauit:bidui latitudinem.
Anguſtias.iiii.M.d. paſſus. Eratoſthenes ab oſtio.xiii.M. in quanq; partem. Arte⸗
midorus arabiæ latere.xiiii.l.M.

Sinus maris rubri troglodytici & æthiopici. ¶Cap.xxix.

TRoglodytico uero ūdecies.lxxxiii.M.d.paſſus ptolemaida uſq;.Agrippa .xiiii.
paſſus.xxxii.ſine differentia laterum. pleriq; latitudinem .cccc.lxii. prodidert̃
faucis quæ hyberno orienti obuerſa alii quattuor.M.alii.vii.M.alii.xii.M. paſſuum
patere. Situs autem ita ſe habet. A ſinu leantico aliter ſinus:qué arabes aeant uocāt:
in quo oroon oppidū eſt.Fuit & cambyſo inter nelos & marchadas: deductis eo ægris
exercitus.Gens tyra. Daneon portus:ex quo nauigabilem alueum perducere ī nilum
qua parte ad delta dictum decurrit.Lxii.d.p. interuallo : quod inter flumen & rub⸗
mare ītereſt:primus omnium Seſoſtris ægypti rex cogitauit : mox Darius perſarum:
deinde Ptolemæus ſequés: qui & duxit foſſam latitudine pedum.c. altitudine.xxx.
in longitudine.xxxvii.d.'paſſuum uſq; ad fontes amaros.Vltra deterruit īundatiōis
metus excelſiore tribus cubitis rubro mari comperto q̃ terra ægypti. Aliqui eam non
afferunt cauſam:ſed ne īmiſſo mari corrumperetur aqua nili quæ ſola potus præbet.
Nihilominus iter totum terendo frequentatur a mari ægyptio quod ē triplex. Vnū
a peluſio per arenas in quo niſi calami defixi regant uia non reperitur: ſubinde aura
ueſtigia operiente.Alterum uero duobus milibus paſſuum ultra caſpium montem:
quod a.lx.M.p. redit in peluſiacam uiam. Accolunt arabes autei. Tertium a gerro
quod adipſum uocant. Per eóſdem arabes.lx.p.propius aſperum montibus & inops
aquarum. Eæ uiæ omnes arſinoen ducunt conditam ſororis nomine ī ſinu charādra
a Ptolemæo Philadelpho : qui primus troglodyticen excuſſit amnem : qui arſinoen
præfluit:ac ptolemæum appellauit. Mox oppidum paruum eſt aenum pro quo alii
phileterias ſcribunt. Deinde ſunt azarei.ex troglodytarum connubiis arabes feri. In⸗
ſulæ ſapirene ſcitala mox deſerta admyos herino.ubi fons tadnos: mons eos : inſula
lambe. Portus multi. Berenice oppidum : matris Philadelphi nomine.ad quod iter
a copto diximus.Arabes autei & gnebadei troglodytice quam priſci michoen alii mi⸗
doen dixere.Mons pentedactylos.Inſulæ ſtenetyræ aliquot halonneſes nō pauciores:
cardamin. Topazos quæ gēmæ nomen dedit.Sinus inſulis refertus ex iis:quæ maren
uocatur:aquoſa quæ eratanos : ſinentes. Regum ii præfecti fuere. Introrſus candei
quos ophiophagos uocant:ſerpentibus ueſci aſſueti : neq; alia regio fertilior earum.
Iuba qui uidetur diligentiſſime proſecutus hæc:omiſit in hoc tractu niſi ſi exēplariū
uitiū eſt:berenicen alterā quæ panchryſos cognoīata eſt. Tertiam quæ epidires īſigné
loco: Eſt enim ſita in ceruice longe procurrente:ubi fauces rubri maris quattuor.M.
.d.paſſus ab arabia diſtant. Inſulæ ibi cytis topazium ferens & ipſa ultra ſiluas ubi
ptolemais a Philadelpho condita ad uenatus elephantorū:ob id epitherias cognoīata
iuxta lacum monoleum. Hæc eſt regio ſecundo uolumine a nobis ſignificata.In qua
.xl.diebus ante ſolſtitium totidemque poſtea hora ſexta conſumuntur umbræ:& in
meridiem reliquis horis cadunt. Cæteris diebus in ſeptentrionem:cū in berenice quā
primam poſuimus:ipſo die ſolſtitii ſexta hora umbræ in totum abſumāt᷑. Nihilque
adnotat᷑ aliud noui. D.c.ii.M.p.interuallo a 'ptolemaide res ingentis exēpli:locuſq;
ſubtilitatis immenſæ mundo ibi deprehenſo cum indubitata ratione umbrarum.
Eratoſtheneſq; menſuram terræ prodere inde cœperit. Hinc aſaniū mare. Promon⸗
torium quod aliqui hyſpalum ſcripſere. Lacus mandalum. Inſula caſitis:& in alto
multæ : in quibus teſtudo plurima: Oppidum ſace. Inſula dephindis. Oppidum
aduliton.Aegyptiorum hoc ſerui a dominis profugi cōdidere. Maximū hic emporiū
troglodytarum etiam æthiopum. Abeſt a ptolemiade.v.dierū nauigatione. Deferūt

plurimũ ebur. Rhinocerotũ cornua. Hippopotamorũ coria:celtiũ:teſtudinũ ſpĩgia:
mãcipia. Supra æthiopes arroteras ĩſulæ quæ alien uocãt᷑. Itẽ bacchias:& ãtibacchias:
& ſtratioton. Hĩc ĩ ora æthiopiæ ſinus ĩcognitus:quod admiremur cũ ulteriora mer-
catores ſcrutentur. Promõtoriũ in quo eſt fons cutius expetitus nauigantibus. Vltra
iſidis portus.x.dierum remigio ab oppido adulitarum diſtans. In eum a troglodytis
myrrha confertur. Inſulæ ante portum duæ pſeudopylæ uocantur.interiores totidẽ
pylæ.in altera ſtellæ lapideæ litteris incognitis. Vltra ſinus abalitus. Inſula diodori
& aliæ deſertæ. Oppidum gaza. Promõtoriũ & portus moſſilicus:quo cynnamomũ
deuehitur. Hucuſq; Seſoſtris exercitum duxit. Aliqui unum æthiopiæ oppidũ ultra
ponunt in littore baragaza. A moſelite promõtorio atlanticum mare incipere uult
Iuba:præter mauritanias ſuas : gadis uſq; nauigandum choro. Cuius tota ſententia
hoc in loco ſubtrahenda non eſt. A promontorio indorum quod uocatur leptecara:
ab aliis drepanum: proponit recto curſu præter exuſta & malacho inſulam.xv.M.p.
eſſe. Inde ad locum quem uocant ſceneos:cc.xxv.M. Inde ad inſulam ſadanum.c.l.
.M.p. Sic fieri adapertũ mare.xviii.lxxxv.M. Reliqui omnes propter ſolis ardorem
nauigare poſſe non putauerunt. Quin & commercia ipſa infeſtant ex inſulis arabes
aſtytæ appellati:quoniam bubulos utres binos ſternentes ponte pyraticam exercent
ſagittis uenenatis. Gentes troglodytarum Iuba tradit Herotoas a uenatu dictas mire
uelocitatis ſicut ichthiophagos natãtes ceu maris aĩalia. Bargenos:zageras:chalybas:
ſaxinas : ſyrecas : daremas : domazenes . Quin & accolas nili a ſyene non æthio-
pum populos : ſed arabum eſſe dicit uſq; meroen. Solis quoq; oppidum quod non
procul memphi in ægypti ſitu diximus arabas conditores habere. Sunt & q̄ ulteriorẽ
ripam æthiopiæ auferant adnectantq; africæ. Ripas autem incolere propter aquam.
Nos relicto cuiq; arbitrio intelligendi oppida quo traduntur ordĩe:utrĩq; ponemus:
A ſyene & prius arabiæ latere gens cataduppi. Deinde ſcyenitæ. Oppida tacompſon
quam quidam appellarunt thathicen:araman:ſeſamon:ſandura : naſaudum:anau-
doma:cumara:beta:& bochiana:leuphitorga:tantarene:meechindita : noa:gophoa:
gyſtate:megeda:lea:rhẽnia:nupſia:direa:pataga: bagada:dumana : rhadata.in quo
felis aurea pro deo colebatur. Boron in mediterraneo mallo : proximum meroe.Sic
prodidit Bion:Iuba aliter. Oppidum limum in monte megaticos inter ægyptum &
æthiopiam:quod arabes myrſon uocauere. Deinde tacompſon:aranium: ſeſanium:
pidne:mamuda:corambin. Iuxta eã bituminis fontem:hammodata:proſda: parẽta:
mãma:teſſata:gallas:zoton:gaucomene:meumpidi:botas: endonda : cametas. No-
madas in tabernaculis uiuentes:cyſtæ pẽmani:gadagaleni:paroi: prĩmi: nupſii:deſe-
leni:patini:grambreues:magaſne:ſegaſmala:crãda:denna: cadeumna:thena:batha:
alana:macua:ſcãmos:goram. In inſula ab iis ab Alexandro callim : ſeren : mallos:
agocen. Ex africæ latere tradita ſũt eodem nomine tacompſos altera ſiue pars prioris
mogora:ſea:edoſa:pelenaria:epyndis:maguſa:bauma:linitima:ſpyntuma:ſydopta:
genſoa:pindicitora:cugoa:orſima:ſuaſa:mauma:rhuma :urbuma : mulona : quod
oppidum græci hypatiton uocarunt. Pagoargas:zamnes: unde elephanti incipiant.
Mamblia : berreſa : cetuma. Fuit quondam & epis oppidum contra meroen anteq̃
Bion ſcriberet deletum. Hæc ſũt prodita uſq; meroen ex quibus hoc tempore nullũ
ꝓpe utroque latere extat. Cæteræ ſolitudines. Nuper renunciauere principi Neroni
miſſi ab eo milites prætoriani cũ tribuno ad explorãdũ: inter reliqua bella æthiopicũ
cogitanti. Intrauere autẽ & eo arma romana diui Auguſti temporibus duce.P.Petro-
nio & ipſo equeſtris ordinis præfecto. Aegyptus oppida eorũ expugnauit quæ ſola
inuenerat quo dicemus ordine:ſplegin:primin:boccin:furumin: cambuſin:attenan:
ſtadiſin:ubi nilus præcipitans ſe fragore auditum accolis aufert. Diripuit & nepata.
Lõgiſſimi autẽ a ſyene progreſſus.dccc.lxx.M.p. nec tamẽ arma romana ſolitudinẽ
ibi fecerunt. Aegyptiorum bellis attrita eſt æthiopia uiciſſim imperitando ſeruiẽdoq;

clara & potens etiam usq; ad troiana bella Mēnone regnāte. Et syriæ imperitasse eam nostroq; littore ætate regis Cephei patet Andromedæ fabulis. Simili modo & de mē-
sura eius uaria ꝓdidere. Primus Dalion ultra meroen lōge subuectus. Mox Aristo-
creon & Bion & Basilis Simonides minor etiā quinquennio in meroe moratus cum de æthiopia scriberet. Nam & Timosthenes classium Philadelphi præfectus sine mē-
sura dierū. lx. a syene meroen iter prodidit. Eratosthenes. dc. M. xxv. Artemidorus. d. c. M. Sebosus ab ægypti extremis sexdecies. lxxv. M. p. unde ꝓxime dicti. lxv. Verū omnis hæc finita nuper disputatio est: quoniam a syene. dcccc. lxii. M. Neronis ex-
ploratores renunciauere his modis. A syene hieranisicamenon. liiii. M. passuū. Inde tania. lxxv. M. p. regione enominiton. Aethiopum primi. c. xx. M. Acinam. lxiiii. M. Pitaram. xxv. Tergedum. c. vi. M. Insulam gagauden esse in medio eo tractu. Inde primū uisas aues psitacos: & altera quæ uocatur artigula: animal spingion a tergēdo cynocephalos. Inde nabatha. lxxx. M. Oppidum id paruum inter prædicta solū. Ab eo ad insulā meroen. ccc. lx. M. Herbas circa meroen demū uiridiores siluarumq; aliqd apparuisse: rhynocerotum elephantorumque uestigia. Ipsum oppidum meroen ab introitu insulæ abesse. lxx. M. p. Iuxtaq; aliam insulam tractu dextro subeuntibus alueo quæ portum faceret: ædificia oppidi pauca. Regnare fœminā Candacem: quod multis iam annis nomen ad reginas transit. Delubrum hammonis ē ibi religiosum & toto tractu sacella. Cæterum cum potirentur rerum æthiopes: insula ea magnæ claritatis fuit. Tradunt armatorū. cc. l. M. dare solitam: artificum. iiii. M. alere. Reges æthiopum. xlv. & hodie traduntur.

¶ Multiformes & miræ hominum effigies. ¶ Cap. xxx.

VNiuersa uero gens etheria appellata est: deinde atlantia. mox a Vulcani filio Aethiope æthiopia. Animalium hominumq; effigies monstriferas circa extre-
mitates eius gigni minime mirum: artifici ad formanda corpora: effigiesque celandas mobilitate ignea. Ferunt certe ab orientis parte intima gentes esse sine naribus æqli totius corporis planicie. Alias superiore labro orbas: alias sine linguis. Pars etiā ore concreto & naribus carens: uno tantum foramine spirat. Potumque calamis auenæ trahit & grana eiusdem auenæ sponte prouenientis ad uescendum. Quibusdam pro sermone nutus motusque membrorum esse. Quibusdam ante Ptolemæum latirum regem ægypti ignotus fuit usus ignium. Quidam & pigmæorum gentem ꝓdiderūt ante paludes: ex quibus nilus oriretur. In ora enim ubi desiimus continui montes ar-
dentibus similes rubent. Troglodytis & rubro mari a meroe tractus omnis q̄ suppōit a napata tridui itīere ad rubrum littus aqua pluuia ad usum cōpluribus locis seruat: fertilissima regione quæ interest auri. Vlteriora atabuli æthiopum gens tenet. Deīde cōtra meroen megabarri: quos aliq̄ adiabaras nominauere: oppidū habēt Apollinis. Pars eorum nomades quæ elephantis uescitur. Et ex aduerso ī africæ parte macrobii. Rursus a megabarris memnones: & danelli dierumq; uiginti interuallo critēsi. Vltra eos dochi. Deinde gymnites sēp nudi. Mox anderæ: mathitoe: mesagebes hiporeæ atri coloris tota corpora rubrica illinūt. At ex africæ pte medimni. Deinde nomades cynocephalorum lacte uiuentes: olabi: sorbotæ: qui octonum cubitorum esse dicuntur. Aristocreon libyæ latere a meroe oppidum tolen dierum quinq; itinere tradit. Inde dierum. xii. esar ægyptiorum oppidum. quo psammeti cum fugerent in eo ꝓduntur annis. ccc. habitasse. Contra in arabico latere diaron oppidum esse eorū. Bion autem sapen uocat quod ille esar: & ipso nomine aduenas ait significari. Caput eorum in insula sembobitin: & tertium in arabia sai. Inter montes autem & nilum symbarri sunt phaliges. In ipsis uero montibus aschae multis nationibus. Abesse a mari dicūt dierum quinq; itinere. Viuunt elephantorum uenatu. Insula in illo sambritarum regioni paret. Ab ea nubei æthiopes dierum octo itinere. Oppidū eorum nilo impo-
situm tenupsi sambri: apud quos quadrupedes omnes sine auribus etiam elephanti.

At ex africæ parte ptoembari tonemphoæ:qui canem pro rege habēt:motu eius ĩperia augurātes. Arusbi oppido lōge a nilo sito. Postea achisarim phaliges marigerri casa/marri. Bion & alia oppida in insulis tradit. Asembobiti meroen uersus dierum toto itinere.xx. Proximæ insulæ oppidum sebarritarū sub regina. Et aliud asara. Alterius oppidum danden. Tertiam medoen uocant:in qua oppidum asel. Quartam eodem quo oppidum nomine garoden. Inde paropas oppidū. Nauos:modundæ:mādatini:secanduni:colligati:secandæ:nauectabæ:cumi:agropsi:ægyptani:candragori arabum summorum. Regio supra sirbitum:ubi desinūt montes:traditur a quibusdā habere maritimos æthiopas nisicastes:nisitas quod significat ternum & quaternū oculorum uiros:non quia sic sint: sed quia sagittis præcipua contēplatione utūtur. Ab ea uero parte nili quæ supra syrtes maiores oceanūq; meridianum protēditur:dalion uocatos esse dicit pluuia tantum aqua utētes: cisoros lōgoporos. Ab eocalicibus dierū quinq; itinere usibalcos:isuelos:perusios:ualios:cispios. Reliqua deserta. Deinde fabulosa ad occidētē uersus nigroæ: quorum rex unum oculum habeat in frōte. Agriophagi:pantherarū & leonū carnibus maxime uiuētes. Pamphagi oīa mādētes. Anthropo/phagi hūana carne uescētes. Cynamolgi caninis capitibus. Arthabathitæ q̄drupedū ferarum modo uagi. Deinde hesperiæ sperorgi:quos in mauritaniæ confinio diximus. Pars quædam æthiopum locustis tantum uiuit fumo & sale duratis ĩ ānua alimenta. Ii quadragesimum uitæ annum non excedunt. Aethiopum terram uniuersam cum mari rubro patere in longitudinem semel & uicies.lxx.M. passus. In latitudinem cū supiore ægypto duodecies.xcvii.M. Agrippa existiauit. Quidā lōgitudinē ita diuise/rūt. A meroe sirbitū .xv. dieꝝ nauigatione. Ab ea.xii.ad dabellos. Ab iis ad oceanū æthiopicū.vi.dieꝝ iter. In totū enī ab oceano ad meroen .dcc.M.xxv.M.p.esse inter auctores fere conuenit. Inde syenem quantum diximus. Sita est æthiopia ab oriente hyberno ad occidentem hybernum. Meridiano cardine siluæ hebeno maxime uirent meridiana eius parte imminens mari mons excelsus æternis ardet ignibus æonocau/ma dictus a græcis : a quo nauigatio quatridui ad promontorium quod hesperion ceras uocatur confine africæ : iuxta æthiopas & hesperios . Quidam & in eo tractu modicos colles amœna opacitate uestitos ægipanū:satyrorūq; produnt.

¶Insulæ æthiopici maris. ¶Cap.xxxi.

INsulas toto eo mari & Ephorus cōplures esse tradit & Eudoxus & Timosthe/nes. Clytarchus uero Alexandro regi renūciatam adeo diuitem: ut equos ĩcolæ talentis auri permutarent. Alteram ubi sacer mons opacus silua reptus esset distillā/tibus arboribus odore miræ suauitatis. Contra sinum persicum cernen noīat̃ insula aduersa æthiopiæ. Cuius neq; magnitudo neq; interuallum a continente cōstat. Ae/thiopas tātum populos habere traditur. Ephorus auctor est: a rubro mari nauigātes in eam non posse propter ardores ultra quasdam columnas(ita appellantur paruæ ĩsulæ)prouehi. Polybius in extrema mauritania contra montē atlantē a terra stadia octo abesse prodidit cernen. Nepos Cornelius ex aduerso maxime carthaginis a cōti/nente.p.mille:non ampliorē circuitu .ii.M. Traditur & alia insula contra montem atlantem & ipsa atlantis appellata. Ab ea quinq; dierum nauigatione solitudines ad æthiopas hesperios:& promontorium quod uocamus hesperionceras : inde primum circunagente se terrarum fronte in occasum ac mare atlanticum. Contra hoc quoque promontorium gorgones insulæ narrantur. Gorgonum quondam domus bidui na/uigatione distantes a continente ut tradit Xenophon lampsacenus. Penetrauit ĩ eas Hanno pœnorum imperator. Prodiditq; hirta fœminarum corpora uiros pernicitate euasisse. duarumq; gorgadum cutes argumēti & miraculi gratia in Iunonis templo posuit:spectatas usq; ad carthaginem captam. Vltra has etiamnum duæ hesperides ĩsulæ narrantur. Adeoq; omnia circa hæc incerta sunt:ut Statius Sebosus a gorgonū insulis prænauigatione atlantis dierum.xl.ad hesperidum insulas cursū prodiderit.

ab iis ad hesperionceras unius. Nec mauritaniæ insularum certior fama est. Paucas modo cōstat esse ex aduerso autologū a Iuba repertas: ī qbus gætulicā purpurā tīguere īstituerat.

DE Fortunatis īsulis. Cap.xxxii.

SVnt qui ultra eas fortunatas putāt esse: quasdamq; alias: quarum numero idē Sebosus etiam spatia cōplexus. Iunoniam abesse a gadibus .dcc.l.M.p.tradit. Ab ea tantundem ad occasum uersus pluuialiam caprariamq;. In pluuialia non esse aquam nisi ex hymbribus. ab iis.cc.l.M.p. Fortunatas cōtra leuam mauritaniæ.viii. .M.p. Oram solis uocari in conualle a conuexitate & planasiam a specie conuallis: circuitu.ccc.M.passuum. Arborum ibi proceritatem ad centum quadragintaq̄ttuor pedes adolescere. Iuba de fortunatis ita inquisiuit: ut sub meridiem positas esse ꝓpe occasum a purpurariis .dcc.xxv.M. passuum : sic ut.cc.l.supra occasum nauigetur: Deinde per .ccc.lxxv.M.p. ortus petatur. Primam uocari ombrion nullis ædificiorū uestigiis.habere in montibus stagnum.arbores similes ferulæ.ex qbus aq̄ exprimatur ex nigris amara: ex candidioribus potui iucunda. Alteram īsulam iunoniā appellari. In ea ædiculam esse tātum lapide extructam. Ab ea in uicino eodem noīe minorem. Deinde caprariam: lacertis grandibus refertam. In cōspectu earum esse ninguariam: quæ hoc nomen accepit a perpetua niue nebulosa. Proximam ei canariam uocari a multitudine canum ingentis magnitudinis.ex quibus perducti sūt a Iuba duo : qui caperent ibi fastigia ædificiorum. Cum autem copia omnes pomorum & auium oīs generis abundent : hanc & palmetis cariotas ferentibus ac nuce pinea abundare. Esse copiam quoq; mellis. Papyrum quoq; & siluros ī amnibus gigni. Infestari eas beluis quæ expellantur assidue putrescētibus. At abunde orbe terrarum extra intra īdicato collecta in artum mensura æquior uidetur.

Terræ per mensuras computatæ digestio. Cap.xxxiii.

POlybius a gaditano freto lōgitudine directo cursu ad os mæotis.xxxiiii.xxxvii. .M.d.passuum prodidit. Ab eodē initio ad orietē recto cursu siciliā: duodecies .lx.M.d.p. Cretam.ccc.lxxv.p. Rhodū.c.lxxxvii.d.p. Cheledonias tantūdē. Cyprū .cc.xxv.p. Inde syriæ seleuciam pieriam .c.xv. pass. Quæ computatio efficit uicies ter.xl.M.passus. Agrippa hoc idē interuallum a freto gaditano ad sinū persicum per longitudinem directam .xxxiiii.xl.M. passuum taxat. In quo haud scio an sit error numeri: quoniā idē a siculo freto alexandriam cursus.xii.l.M.p.tradidit. Vniuersus autē circuitus ꝑ sinus dictos ab eodē exordio colligit intra mæotin lacum.c.lvi.M.p. Artemidorus adiicit.dcc.lvi.M. Idē cum mæotide.c.lxxiii.xc.passus esse tradit. Hæc est mensura inermium & pacatā audacia fortunam prouocātium hominum. Nunc ipsarum partium magnitudo comparabitur: utcunq; difficultatem afferet auctorum diuersitas. Aptissime tamē spectabitur ad longitudinē latitudine addita. Est ergo ad hoc præscriptum europæ magnitudo.lxxxi.xlviii.M.p. Africæ ut media ex omni uarietate prodētium sumatur computatio: efficit longitudo.xxxvii.xlviii.M. Latitudo qua colitur nusq̄m.cc.l.M.p.excedit. Sed quoniā a cyrenaica eius parte.d.cccc.x.M. .p.eā fecit Agrippa : deserta eius ad garamantas usq; qua noscebantur : complectēs: uniuersā mēsuram quæ uēit ī computationem .xlvi.viii.M.p.efficit. Asiæ lōgitudo in confesso est .lxiii.M.dccc.l.M.p. Latitudo sane computetur ab æthiopico mari alexandriam iuxta nilum sitam: ut per meroen & syenem mensura currat.xviii.lxxv. .M.passuum. Apparet ergo europam paulominus dimidia asiæ parte maiorem esse q̄ asiam. Eandem altero tanto & sexta parte africæ ampliorem q̄ africam. Quod si misceant̄ omnes sūmæ: liquido patebit europam totius terræ tertiam esse partem & octauam paulo amplius. Asiam uero quartam & quartamdecimam. Africam autē qntam & insuper sexagesimam. His addemus etiamnum unam græcæ inuentionis sententiam uel exquisitissimæ subtilitatis ut nihil desit in spectando terrarum situ indicatisq; regionibus noscat̄ & quæ cuiq; earū societas sit siue cognatio dierum ac

noctiū.qbusq; īter se pares ūbræ & æqua mundi conuexitas. Ergo reddet̃ hoc etiam: terraq; uniuersa in membra cæli digeret̃. Plura sunt aūt hæc segmenta mundi: quæ nostri circulos appellauere: græci paralellos.

Digestio terrarū in paralellos & umbras pares. Cap.xxxiiii.

PRincipiū habet indiæ pars uersa ad austrū. Patet usq; arabiam & rubri maris accolas. Cōtinent̃ gedrosi: persæ: carmani: elimæi: parthienæ: aria: susiane: mesopotamia seleucia cognominata. Babylonia arabia ad petras usq;. Syria cele: pelusiū ægypti. Inferiorq; ora quæ uocat̃ alexādriæ africæ maritima. Cyrenaica oppida omnia. Tapsus: hadrumentū: clupea: carthago. Vtica utraq; hippo. Numidia: mauritania utraq;: atlāticum mare: colūnæ Herculis. In hoc cæli circumplexu æqnoctii die media umbilicus: quem gnomonem uocāt: septem pedes lōgus: umbrā nō āplius quattuor pedes longam reddit. Noctis uero dieique longissima spatia horas.xiiii. æquinoctiales habēt. breuissīa econtrario.x. Sequēs circulus incipit ab india uergēte ad occasum. Vadit per medos: parthos: persepolin: citima persidis: arabiā citeriorem: iudæā: libani mōtis accolas. Amplectitur babylonē: hydumæā: samariā: hierosolymā: ascalonem: ioppā: cæsaream: phœnicem: ptolemaidem: sidonem: tyrū: beritū: botrin: tripolin: byblum: antiochiam: laodiceam: seleuciā: ciliciæ maritima: cyprū: austrinā: cretam: lilybæum in sicilia: septētrionalia africæ: & numidiæ. Vmbilicus æquinoctio .xxxv. pedum: umbram.xxiiii. pedes longam facit. Dies autem noxq; maxima .xiiii. horarum æquinoctialium est: accedente iis quinta parte unius horæ. Tertius circulus ab indis timauo proximis oritur. Tendit per caspias portas: mediæ proximas: cataoniam: cappadociam: taurum: amanum: issum: cilicias portas: solos: tharsū: cyprum: pisidiam: pamphyliam: syden: lycaoniā: lyciam: patharam: xanthum: caunū: rhodū: coum: halycarnasum: gnidum: doriadum: delum: cycladas medias: cithium: malean: argos: laconiam: elin: olympiam: messeniam: peloponnesum: syracusas: catinā: siciliā mediam: sardiniæ austrina: carteiam: gades. Gnomonis cunctæ umbram. lxxvii. unciarum faciunt. Longissimus dies est æquinoctialium horarum.xiiii. atq; dimidiæ cū .xxx. parte unius horæ. Quarto subiacent circulo quæ sunt ab altero latere timaui. Cappadociæ austrina: galatia: mysia: gardus: zmyrna: sypolus: tmolus mons: lydia: caria: ionia: tralis: colophon: ephesus: miletos: samos: chios: icarium mare: cyclades septentrionales: athenæ: megara: corinthus: sicyon: achaia: patare: isthmus: epirus: septentrionalia siciliæ: narbonensis galliæ exortiua: hispaniæ maritima a carthagine noua & inde ad occasum. Gnomoni.xxi. pedū: respondent umbræ.xvii. pedum. Lōgissimus dies habet æquinoctiales horas quattuordecim & duas tertias unius horæ. Quinto continentur segmento ab introitu caspii maris bactria: hyberia: armenia: mysia: phrygia: hellespontus: troas: tenedus: abidos: scepsis: iliū: ida mons: cyzicum: lampsacū: sinope: amisū: heraclea in ponto: paphlagonia: lemnus: imbrus: thassus: casādria: thessalia: macedonia: larissa: amphipolis: thessalonice: pella: edesus: beroea: pharsalia: caristū: eubœa: boeotū: chalcis: delphi: acarnania: ætolia: apollonia: brūdusiū: tarētū: thurii: locri: regiū: lucani: neapolis: puteoli: thuscū mare: corsica: baleares: hispania media. Gnomonis septē pedes: umbris sex. Magnitudo diei sūma horarū æquinoctialium quindecim: Sexta cōprehensio qua continetur urbs roma āplectit̃ caspias gentes: caucasum: septentrionalia armeniæ: apolloniam supra rhyndacum: nicomediā: niceā: chalcedonē: byzantiū: lysimachiā: cheronnesū: melanē sinū: abderā: samothraciam: maroneā: oenū: bessicā: thraciam: medicā: pæoniā: illyrios: dyrrachiū: canusiū: apuliæ extima: campaniam: & etruriam: pisas: lunam: lucam: genuā: liguriā: antipolin: massiliam: narbonē: tarraconē: hispaniam terraconensē mediam: & inde p lusitaniam. Gnomoni pedes nouē: umbræ octo. Longissima diei spatia horarum æquinoctialiū quindecī addita nona parte unius horæ. Aut (ut Nigidio placuit) qnta. Septima diuisio ab altera caspii maris ora incipit. Caditq; supra callatin: bosporum:

borysthenem:stomos: thraciæ auersa : triballos: illyricı̃ reliqua : hadriaticum mare: aquileiam:altinum:uenetiam:uincentiam:patauium:ueronam:cremonam:rauẽnã: anconam:picenum:marsos:pelignos:sabinos:umbriã:ariminum:bononiã:placẽtiã: mediolanũ. Omniaq; ab apennino. Transq; alpes galliam:aquitaniã:uiennam:pi- reneum:celtiberiam. Vmbilico.xxxv.pedum:umbræ.xxxvi. Vt tamen in ptẽ uenetiæ exæquetur umbra gnomoni. Amplissima dies horarũ æquinoctialiũ.xv.& quĩtarum partium horarum trium. Hactenus antiquorum exacta celebrauimus. Sequẽtium diligentissimi quod superest terrarũ tribus assignauere segmẽtis. A tanai per mæotin lacum & sarmatas usq; borysthenem:atq; ita per dacos partemque germaniæ gallias oceani littora amplexi:quod esset horarum.xvi. Alterum per hyperboreos & britãniã horarum.xvii. Postremum scythicũ a rhiphæis iugis ĩ thilem:in quo dies cõtinuarẽť ut diximus:noctesq; per uices. Iidem & ante principia quæ fecimus posuere circulos duos. Primum per insulam meroen & ptolemaidem in rubro mari ad elephantorũ uenatus cõditã:ubi longissimus dies.xii.horaꝶ esset:dimidia hora amplior. Secũdũ per syenẽ ægypti euntẽ qui esset horaꝶ .xiii. Idẽq; singulis dimidia horaꝶ spatia usq; ad ultimum adiecere circulis. Et hactenus de terris.

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER .VII.

PROOEMIVM.

DE Animalibus.

MVNDVS ET IN EO TERRAE GENTES maria insulæ insignes urbes ad hunc modum se habent. Animantiũ in eodẽ natura nullius ꝓpe partis contẽplatione minor est. Siquidẽ cũ oĩa exequi hũanus nequeat animus. Principiũ iure tribuetur homini : cuius causa uideť cuncta alia genuisse natura. magna & sæua mercede contra tanta sua munera:ut non sit satis æstĩare:parens melior homini an tristior nouerca fuerit. Ante oĩa unũ animãtium cũctorũ aliena alienis uelat opibus. Cæteris uarie tegumenta tribuit:testas: cortices:coria:spinas:uillos:setas: pilos: plumã: pennas:squamas:uellera. Truncos etiã arboresq; cortice ĩterdũ gemino a frigoribus & calore tutata est. Hominẽ tãtũ nudũ & ĩ nuda humo natali die abiicit ad uagitus statĩ & ploratũ.nullũq; tot aĩaliũ aliud ad lachrymas: & has protinus uitæ prĩcipio. At hercule risus præcox illi & celerrimus ante quadragesimum diem nulli datur. Ab hoc lucis radimento:quod ne feras quidem inter nos genitas : uincula excipiunt. & omnium membroꝶ nexus atq; infœliciter natum iacet manibus pedibusq; deuinctis flens:animal cæteris ĩperatuꝶ. & a suppliciis uitam auspicatur:unam tantũ ob culpã quia natum est. Heu dementia ab iis initiis existimantium ad superbiam se genitos. Prima roboris spes: primumq; tẽporis munus quadrupedi similẽ facit. Quãdo hoĩs incessus? quando uox? quando firmum cibis os? q̃diu palpitans uertex? Summæ ĩter cuncta aĩalia ĩbecillitatis indicium. Iam morbi tot atque medicinæ tot contra mala excogitare:& hæ quoque subinde nouitatibus uictæ. Cætera sentire naturam suam: Alia pernicitatẽ usurpare: alia præpetes uolatus:alia uires : alia nare. Hominẽ scire nihil sine doctrina:non fari:non ingredi : non uesci:breuiterq; non aliud natæ spõte q̃ flere. Itaq; multi extitere:qui non nasci optimum censerent:ut q̃ ocissime aboleri. Vni animantium luctus est datus. Vni luxuria : & quidẽ innumerabilibus modis ac

per singula mēbra uni ambitio. Vni auaricia. Vni īmensa uiuendi cupido. Vni sup/
stitio. Vni sepulturæ cura. Atq; etiam post se defutura. Nulli uita fragilior. Nulli reꝝ
omniū libido maior. Nulli pauor cōfusior. Nulli rabies acrior. Deniq; cætera aīantia
in suo genere probe degunt. Congregari uidemus & stare contra dissimilia. Leonum
feritas inter se non dimicat. Serpentium morsus non petit serpentes. Ne maris qdē
beluæ ac pisces nisi in diuersa genera sæuiūt. At hercule hoī pluria ex hoīe sūt mala.

¶Gentium mirabiles figuræ. ¶Cap. primum.

ET de uniuersitate quidem generis humani magna ex parte in relatione gentiū
diximus. Neq; enī ritus moresq; nunc tractamus. Innumeri sunt : totidem
pene quot sunt hominum cœtus. Quædam tamen non omittenda duco: maxīeque
longius a mari degentium. in quibus prodigiosa aliqua & incredibilia multis uisum
iri haud dubito. Quis enī æthiopas anteq̄ cerneret credidit? aut cui non miraculo est
cum primum in notitiā uenit? Quā multa fieri non posse: priusq̄ sint facta: iudicāt.
Naturæ uero reꝝ uis atq; maiestas in oībus momentis fide caret: si quis modo partes
eius ac non totā cōplectatur animo. Ne pauones ac tigriū pantheraꝝque maculas &
tot animalium picturas cōmemorē: paruū dictu: sed īmensū æstimatione tot gentiū
sermones: tot linguæ : tanta loquendi uarietas ut externus alieno pene non sit hoīs
uice. Iā in facie uultuque nostro cum sint decē aut paulo plura mēbra nullas duas in
tot milibus hominum indiscretas effigies existere. quod ars nulla in paucis numero
præstet affectādo. Nec tamē ego in plerisq; eoꝝ obstrīgā fidē meā. potiusq; ad aucto/
res relegabo: qui de dubiis rogentur omnibus. Modo ne sit fastidio græcos seq: tanto
maiore eorum diligentia uel cura uetustiore.

¶DE Scythis: & aliarum diuersitate gentium. ¶Cap. ii.

ESse scytharum genera & quidem plura: quæ corporibus humanis uescerentur:
indicauimus. Id ipsum incredibile fortasse: ni cogitemus in medio orbe terraꝝ
ac sicilia & italia fuisse gentes huius monstri cyclopas & lestrigonas: & nuperrīe trans
alpes hominem immolari gentium earum more solitum : quod paulo a mandendo
abest. Sed & iuxta eos qui sunt ad septentrionem uersi: haud procul ab ipso aq̄lonis
exortu specuq; eius dicto: quē locum gesglithron appellant: produnt arimaspi quos
diximus uno oculo in fronte media īsignes: quibus assidue bellum esse circa metalla
cum gryphis ferarum uolucri genere quale uulgo traditur: eruente ex cuniculis auꝝ
mira cupiditate & feris custodientibus & arimaspis rapientibus : multi sed maxime
illustres Herodotus & Aristeas proconnesius scribunt. Super alios aūt anthropo/
phagos scythas in quadam conualle magna timaui montis regio est : quæ uocatur
abarimon. in qua siluestres uiuunt homines auersis post crura plantis eximiæ ueloci/
tatis: passim cum feris uagātes. Hos in alio nō spirare cælo. Ideoq; ad finitimos reges
nō pertrahi. Neq; ad Alexandrum Magnum pertractos Beton itinerum eius mensor
prodidit. Priores anthropophagos quos ad septentrionem esse diximus decē dierum
itinere supra borysthenem amnem: ossibus humanorum capitum bibere. Cutibusq;
cum capillo pro baltelibus ante pectora uti Isigonus niceensis. Idem in albania gigni
quosdam glauca oculorum acie a puericia statim canos : qui noctu plusq̄ interdiu
cernant. Idem itinere dierum. x. supra borysthenem sauromatas tertio die cibū cape
semper. Crates pergamenus in hellespontum circa parium genus hominum fuisse
tradit: quod ophiogenes uocat : serpentium ictus contactu leuare solitos. & manu
imposita uenena extrahere corpori. Varro etiam nunc esse paucos ibi: quorum saliuæ
contra ictus serpētium medeantur. Similis & in africa gēs psyllorum fuit ut Aga/
tharchides scribit a Psyllo rege dicta: cuius sepulchrum in parte syrtium maiorum
est. Horum corpori ingenitum fuit uirus exitiale serpentibus: ex cuius odore sopirent
eas. Mos uero liberos genitos protinus obiiciendi sæuissimis earum. Eoque genere
pudicitiā coniugū experiēdi: nō profugientibus adulterino sāguine natos serpētibus.

Hæc gẽs ipſa quidem prope internetione ſublata eſt a naſamonibus: qui nunc tenẽt
eas ſedes. Genus tamen hominum ex iis qui profugerant: aut cum pugnatum eſt
abfuerant: hodieq; remanet ĩ paucis. Simile & in italia marſorum gente durat: quos
a Cyrces filio ortos ferunt. & ideo ineſſe iis uim naturalem eam. Et tamen omnibus
hominibus contra ſerpentes ineſt uenenum. Feruntq; ictas ſaliua ut feruentis aquæ
contactu fugere. Quod ſi in fauces penetrauerit etiam mori. Idq; maxime humani
ieiuni oris. Supra naſamonas confineſq; illis maclias androgynas eſſe utriuſq; natæ
inter ſe uicibus coeũtes Calliphanes tradit. Ariſtoteles adiicit dextram mammam iis
uirilem: leuam muliebrem eſſe. In eadem africa familias quaſdam effaſcinantium
Iſigonus & Memphodorus tradũt: quarum laudatione intereant probata: areſcãt ar-
bores: emorianť infantes. Eſſe eiuſdem generis in triballis & illyriis adiicit Iſigonus
qui uiſu quoq; effaſcinent. interimantq; quos diutius ĩtueãť: iratis precipuæ oculis:
quod eorũ malũ facilius ſentire puberes. Notabilius eſſe: q pupillas binas in oculis
ſingulis habeant. Huius generis fœminas in ſcythia quæ uocanť uitiæ: prodit Apol-
lonides. Philarchus & in ponto tibiorũ genus: multoſq; alios eiuſdem natæ: quoꝝ
notas tradit in oculo altero geminam pupillam: in altero equi effigiem. Eoſdẽ præ-
terea nõ poſſe mergi nec ueſte qdẽ degrauatos. Haud diſſimile his genus pharma-
cum ĩ æthiopia ꝓdidit Damon: quorum ſudor tabem contactis corporibus afferat.
Fœminas quidem ões ubiq; uiſu nocere quæ duplices pupillas habeant Cicero quoq;
apud nos auctor eſt. Adeo naturæ: cum ferarum more ueſcendi humanis corporibus
in homine rabiem genuiſſet: gignere in toto corpore & quorundam oculis quoque
uenena placuit: ne quid uſquam mali eſſet: quod in homine non eſſet. Haud procul
urbe roma in faliſcorum agro familiæ ſunt paucæ: quæ uocantur hirpiæ: quæ
ſacrificio annuo: quod fit ad montem ſoractem Apollini: ſup ambuſtam ligni ſtruẽ
ambulantes non adurunť. & ob id perpetuo ſenatuſconſulto militiæ omniumque
alioꝝ muneꝝ uacationẽ habẽt. Quorũdam corpori partes naſcũť ad aliq̃ mirabiles:
ſicut Pyrrho regi pollex in dextro pede: cuius tactu lyenoſis medebať. Hũc cremari
cum reliquo corpore nõ potuiſſe tradũt. Cõditũq; loculo in templo. ¶ Præcipue ĩdia
æthiopumq; tractus miraculis ſcatent. Maxima in india gignũť animalia. Indicio
ſunt canes grandiores cæteris. Arbores quidem tãtæ proceritatis tradũtur: ut ſagittis
ſuperari nequeãt. Hæc facit ubertas ſoli: temperies cæli: aquaꝝ abundantia: ſi libeat
credere: ut ſub una ficu turmæ condanť equitũ. Arũdines uero tantæ proceritatis: ut
ſingula internodia alueo nauigabili ternos interdum homines ferant. Multos ibi
qna cubita conſtat longitudine excedere. Non expuere: non capitis: non dentiũ aut
oculoꝝ ullo dolore affici. Raro aliaꝝ corporis partium; tam moderato ſolis uapore
durari. Philoſophos eoꝝ: quos gymnoſophiſtas uocant: ab exortu ad occaſũ perſtare
contuentes ſolem immobilibus oculis. Feruentibus arenis toto die alternis pedibus
inſiſtere. In mõte cui nomen eſt milo: homines eſſe auerſis plantis: octonos digitos
in ſingulis pedibus habẽtes auctor eſt Megaſthenes. In multis autem montibus ge-
nus hoĩum capitibus caninis: feraꝝ pellibus uelari: pro uoce latratum edere: ũguibus
armatum uenatu & aucupio ueſci. Hoꝝ ſupra. cxx. M. fuiſſe prodũť. Cteſias ſcribit
in q̃dã gente indiæ fœminas ſemel in uita parere: genitoſq; confeſtim caneſcere. Itẽ
hoĩũ genus q monoſceli uocarẽť: ſingulis cruribus miræ pnicitatis ad ſaltũ. Eoſdẽq;
ſciopidas uocari: q ĩ maiore æſtu humi iacẽtes reſupini ũbra ſe pedũ ꝓtegãt. Nõ lõge
eos a troglodytis abeſſe. Ruſuſque ab iis occidentem uerſus quoſdam ſine ceruice:
oculos in humeris habẽtes. Sunt & ſatyri ſubſolanis indoꝝ montibus: catardulorũ
diciť regio: pnicisſimũ animal tanq̃ quadrupedes tam recte currẽtes: humana effigie
ut propter uelocitatem niſi ſenes aut ægri non capianť. Choromandarum gentem
uocat Tauron ſilueſtrẽ ſine uoce ſtridoris horrendi hirtis corporibus: oculis glaucis:
dẽtibus caninis. Eudoxus in meridianis indiæ uiris plantas eſſe cubitales. Fœminas

adeo paruas ut struthopodes appellẽtur. Megasthenes gentem inter nomadas indos nariũ loco foramina tantũ habẽtem anguium modo loripedem: uocari scyritas. Ad extremos fines indiæ ab oriente circa fontem gangis astomorum gentem sine ore: corpore toto hirtam uestiri frõdium lanugine: halitu tantũ uiuentem & odore quem naribus trahãt. Nullũ illis cibũ: nullũq; potum. Tãtum radicũ florũq; uarios odores siluestrium malorũ: quæ secum portant longiore itinere: ne desit olfactus. Grauiore paulo odore haud difficulter exanimari. ¶Super hos extrema in parte mõtiũ spithamæi pygmæiq; narrantur: ternas spithamas longitudine hoc est ternos dodrãtes non excedentes. Salubri cælo: semperq; uernante: montibus ab aquilone oppositis: quos a gruibus infestari Homerus quoq; prodidit. Fama est insidentes arietum caprarũq; dorsis armatos sagittis ueris tempore uniuerso agmine ad mare descendere: & oua pullosq; earum alitum consumere: ternis eam expeditionem mensibus cõfici: aliter futuris gregibus non resisti. Casas eorum luto pennisque & ouorum putaminibus construi. Aristoteles ĩ cauernis uiuere pygmæos tradit. Cætera de his ut reliq. Cirnos indorum genus Isigonus tradit annis centenis quadragenis uiuere. Item æthiopas macrobios & seras existimant: & qui athon montem incolant. Hos qdẽ quia uipinis carnibus alantur: itaq; nec capiti nec uestibus eorum noxia corpori inesse animalia. Onesicritus quibus in locis indiæ umbræ non sint: corpora hominum cubitoꝝ qnũ & binorum palmorum existere. & uiuere annos. cxxx. nec senescere: sed ut medio æuo mori. Crates pergamenus indos qui centenos annos excedant: gymnestas appellat: non pauci macrobios. Ctesias gentem ex iis quæ appellatur pandoræ: in conuallibus sitam: annos ducenos uiuere: in iuuenta candido capillo qui in senectute nigrescat. Contra alios q̃dragenos nõ excedere ãnos iunctos macrobiis: quorum fœminæ semel pariant. Idq; & Agatharchides tradit. Præterea locustis eos ali: & esse pernices. Mandorum nomẽn iis dedit Clytarchus & Megasthenes. tricentosq; eoꝝ uicos annũerãt. Fœminas septimo ætatis anno parere: senectam quadragesimo anno accidere. Artemidorus in taprobana insula longissimam uitam sine ullo corporis langore traduci. Viros ĩdorum quosdã cum feris coire: mixtosq; & semiferos esse partus. In coliguis eiusdem indiæ gente quinquennes concipere fœminas: octauum uitæ annum non excedere. Et alibi cauda uillosa homĩes nasci pnicitatis eximiæ. Alios auribus totos contegi. Soritas ab indis arabis fluuius disterminat. Ii nullum alium cibum nouere q̃ piscium: quos unguibus dissectos sole torreãt: atq; ita panem ex iis faciũt: ut refert Clytarchus. Troglodytas super æthiopiam ualociores esse equis pergamenus Crates. Item æthiopas octona cubita longitudĩe excedere: sirbotas uocari gẽtem eã nomadũ æthiopum secundum flumen astragum ad septẽtrionẽ uergẽtem. Gẽs menismĩnoꝝ appellata abest ab oceano dierum itinere. xx. Animaliũ quæ cynocephalos uocamus lacte uiuunt: quorum armenta pascit maribus ĩteremptis præterq̃ sobolis causa. In africæ solitudinibus hominum species obuiæ subinde fiũt: momentoq; euanescunt. Hæc atq; talia ex hominum genere ludibria sibi: nobis miracula ĩgeniosa fecit natura. Et singula quidem quæ facit ĩ dies aut ꝓpe horas quis enumerare ualeat? Ad detegẽdam eius potẽtiã satis sit ĩter ꝓdigia posuisse gẽtes. Hĩc ad confessa ĩ homine pauca.

DE Prodigiosis partubus. ¶Cap. iii.

TErgeminos nasci certum est Oratiorum Curatiorumque exemplo. Supra ĩter ostẽta adducitur: præterq̃ ĩ ægypto: ubi fœtifer potu nilus proxĩe supremis diui Augusti ãnis Fausta quædã e plebe ostiæ duos mares: totidem fœminas enixa famẽ: quæ secuta est: portendit haud dubie. Reperitur & ĩ pelopõneso binos quater enixa: maioremq; partẽ ex omni eius uixisse partu. Et ĩ ægypto septenos utero simul gigni auctor est Trogus. Gignunt & utriusq; sexus: quos hermaphroditas uocamus: olim androgynos uocatos & ĩ prodigiis habitos: nunc uero ĩ deliciis. Pompeius Magnus in ornamẽtis theatri mirabiles fama posuit effigies: ob id diligẽtius magnoꝝ artificũ

īgeniis elaboratas. Inter quas legitur Eutice a.xx.liberis rogo illata trallis enixa.xxx. partus. Alcippe elephantum quanq̃ id inter ostenta est. Nāq; & serpentem peperit īter initia marsici belli Ancilla. Multiformes pluribus modis īter monstra partus eduntur. Claudius Cæsar scribit hippocentauꝝ ī thessalia natum eodem die īteriisse. Et nos principatu eius allatum illi ex ægypto in melle uidimus. Est inter exempla in uterum protinus reuersus infans sagunti quo āno ab Annibale deleta est.

DE Mutatione sexus & geminis partubus. Cap.iiii.

EX fœminis mutari in mares:non est fabulosū. Inuenimus in ānalibus Licinio Crasso.C.Cassio Longino consſ. Casini puerum factum ex uirgine sub parentibus:iussuq; aruspicum deportatum in insulā desertam. Licinius Mutianus ꝓdidit uisum a se argis Aristontem cui nomen Arestusæ fuisse.nupsisse etiam.mox barbam & uirilitatem prouenisse.uxorem duxisse. Eiusdem sortis & smyrnæ pueꝝ a se uisū. Ipse in africa uidi mutatum ī marē nuptiaꝝ die L. Cossicium ciuē tisdritanū. Editis geminis raꝝ esse aut puerperæ aut puerperio [illegible] alteri uitā. Si uero utriusque sexus editi sint gemini:rariorem utriq; salute. Fœminas gigni celerius q̃ mares:sicuti celerius senescere. Sæpius uero moueri mares in utero:& in dextra fere parte:in leua fœminas cōstat.

DE hoīe generādo:& pariēdi tp̄a p illustria exēpla a mēsibus septē ad.xi. Ca.v.

CAeteris aīantibus statutum & pariendi & partus egerendi tempus est. Homo toto anno & incerto gignitur spatio. Alius septimo mense:alius octauo:& usq; ad initia decimi undecimique. Ante septimū mensē haud unq̃ uitalis est. Septimo non nisi pridie posteroue plenilunii die aut interlunio cōcepti nascuntur. Tralaticiū in ægypto est & octauo gigni. Iam quidem & in italia tales partus esse uitales. Cōtra priscorum opiniones uariant hæc pluribus modis. Vestilia .C. Herdicii ac postea Pomponii atq; Orfiti clarissimoꝝ ciuium coniunx ex iis quattuor partus enixa sēper septimo mense: genuit Suillum Ruffum undecimo:Corbulonē septimo: utrunque consulē:& postea Cesoniam Caii principis coniugē octauo. In quo mensiū numero genitis intra quadragesimum diem maximus labor grauidis. Quarto autem & octauo mense letales in iis abortus. Masurius auctor est .L. Papyrium prætorem secundo hærede lege agente bonorum possessionem contra eum dedisse:cum mater partum.xiiii.mensibus diceret tulisse: quoniam nullū certū tp̄s pariendi statutum uideretur.

DE Conceptibus & signa sexus ī grauidis pertinentia ante partū. Cap.vi.

A Conceptu decimo die dolores capitis:oculoꝝ uertigines tenebræq;:fastidium ī cibis: redundatio stomachi indices sunt hominis inchoati. Melior color marē ferenti:& facilior partus. Motus in utero quadragesimo die. Contraria oīa in altero sexu. Ingestabile onus. Crurum & inguinū leuis tumor. Primus autem nonagesimo die motus. Sed plurimum langoris in utroq; sexu capillum germinante partu: & in plenilunio.quod tempus editos quoq; infantes præcipue infestat. Adeoque incessus atq; oē qcqd dici pōt:in grauida refert: ut salsioribus cibis usæ carentem unguiculis partum edant.& si respirauere:difficilius enitātur. Oscitatio quidem in enixu letalis est:sicut sternuisse a coitu abortiuum.

DE Conceptu hominum & generatione. Cap.vii.

MIseret atq; etiā pudet æstimantē q̃ sit friuola aīaliū supbissimi origo:cū pleꝝq; abortus cā fiat odor a lucernaꝝ extinctu. His principiis nascuntur tyranni. Carnifex his animus. Tu qui corporis uiribus fidis:Tu q fortunæ munera āplexaris: & te nē alumnum quidem eius existimas:sed partū:Tu cuius semper ī uictoria mēs: Tu qui te deū credis aliquo successu tumens: tanti tamen perire potuisti. Atqui etiā hodie minoris potes quantulo serpentis ictus dente. Aut etiam ut Anacreon poeta acino uuæ passæ. ut Fabius senator prætor in lactis haustu uno pilo strangulatus. Is

demũ ꝓfecto uitã æq̃ lance pensitabit: q semp fragilitatis hũanæ memor fuerit.

DE Agrippis. Cap.viii.

IN pedes ꝓcedere nascenté contra naturã est. e quo argumento eos appellauere agrippas ut ægre partos. q̃liter. M. Agrippã ferunt genitũ unico ꝓpe fœlicitatis exemplo in omnibus ad hunc modũ genitis. quãq̃ is quoq; aduersa pedũ ualitudie: misera iuuẽta exercito æuo inter arma hostesq; & ad morté obnoxio accessu: infœlici terris stirpe omni: sed per utrasque Agrippinas maxime: quæ Caium & Domitium Neronem principes genuere: totidem faces generis humani. Præterea breuitate æui quinquagesimo uno raptus anno: in tormentis adulteriorum coniugis socerique præ/graui seruitio luisse præposteri ortus augurium existimatur. Neroné quoque paulo ante principem & toto principatu suo hostem generis humani pedibus genitũ parens eius scribit Agrippina. Ritu naturæ capite hominé gigni mos est: pedibus efferri.

Monstruosi partus excisi utero. Cap.ix.

AVspicatius enecta paréte gignũt: sicut Scipio Africanus prior natus: primusq; Cæsar a cæso matris utero dictus. qua de causa & Cesones appellati. Simili mõ natus & Manilius: qui carthaginem cum exercitu intrauit.

Qui sint uopisci. Cap.x.

VOpiscũ appellabant unũ e geminis: qui recenti utero nasceretur altero ĩterépto abortu. Nanq; maxima & si rara circa hoc miracula existunt.

Exempla numerosæ sobolis. Cap.xi.

PRæter mulierem pauca animalia coitũ nouere grauida. Vnũ qdé omnino aut alterum superfœtat. Extat in monumentis etiã medicoꝝ & qbus talia cõsectari curæ fuit: uno abortu duo puerperia egesta. Sed ubi paululum tp̃is ĩter duos con/ceptus intercessit: uterq; est perfectus: ut in Hercule & Iphiclo fratre eius apparuit. Et in ea quæ gemino partu alteꝝ marito similem: alteꝝ adultero genuit. Ité Procõnesia ancilla quæ eiusdem diei coitu alteꝝ domino similem: alteꝝ procuratori eius. Et in alia quæ unũ iusto partu: quĩq; mensiũ alteꝝ edidit. Rursus in alia quæ septé mẽsiũ edito puerperio: insecutis mensibus geminos enixa est. Iam illa uulgata est uarie. Ex integris trũcos gigni. Ex trũcis ĩtegros. Eademq; parte truncos. Signa quædam neuosque & cicatrices etiam regenerari. Quarto partu dacorum originis nota ĩ bra/chio redditur.

Exẽpla similitudinũ. Cap.xii.

IN Lepidoꝝ gente tres ĩtermisso ordĩe obducto mẽbrana oculo genitos accepi/mus. Sĩles qdé alios auo. Et ex geminis quoq; alteꝝ p̃ri: alteꝝ matri. Annoq; post genitũ maiori similem fuisse ut geminum. Quasdam sibi similes semp parere: quasdã uiro: quasdã nulli: quasdã fœminã p̃ri: marem sibi. Indubitatũ exemplũ est Nicei nobilis poetæ byzantii geniti: qui adulterio æthiopis nata matre nil a cæteris colore differente: ipse in auũ degenerauit æthiopem. Similitudinum qdem ĩ mente reputatio est. & in qua credãtur multa fortuita pollere: uisus: auditus: memoriaque. haustæ imagines sub ipso conceptu. Cogitatio etiã utriuslibet aĩo subito trãsuolãs effingere similitudinem aut miscere existimatur. Ideoq; plures in hoĩe q̃ in cæteris õibus aĩalibus differentiæ: quoniã uelocitas cogitationũ animiq; celeritas & ingenii uarietas multiformes notas ĩprimit: cũ cæteris aĩantibus immobiles sit animi: & sĩles õibus singulisq; in suo cuiq; genere. Antiocho regi syriæ e plebe nomine Artẽo ĩtãtũ similis fuit: ut Laodice coniunx regia necato iã Antiocho munus p eũ cõmẽdatiõis: regniq; successionis peregerit. Magno Pompeio Vibius quidam e plebe: & Publicius etiã seruitute liberatus indiscreta ꝓpe specie fuere similes: illud os ꝓbũ reddentes: ipsũq; honorem eximiæ frontis. Qualis cã p̃ri quoq; eius Menogenis coci sui cogno/men imposuit Strabonis a specie oculoꝝ nomen habẽtis uitiũ imitata. Et Scipioni in seruo Serapione uictimarii negociatoris uili mancipio. Eiusdem familiæ Scipioni post Cneum cognomẽ Saluntominus dedit. Sicut Spinter Secundanus Retiariusq;

Pamphylius collegio Lentuli & Metelli consulum. In quo perq̃infortune fortuitũ hoc quoq; fuit: duoꝝ simul consulũ in scæna imagines cerni. E diuerso. L. Plancus orator histrioni Rubrio cognomen imposuit. Rursus Curioni patri Burbuleius. Itẽq; Messallæ censorio Menogenes perinde histriones. Suræ quidem proconsulis etiam rictum in loquendo contractionemq; linguæ & sermonis tumultum: non imaginem modo piscator quidam in sicilia reddidit. Cassio Seuero celebri oratori armentarii Myrmillonis obiecta similitudo est. Toranius. M. Antonio iam triumuiro eximios forma pueros alterum in asia genitum: alteꝝ transalpes ut geminos uendidit. Tanta unitas erat. Postq̃ deinde sermone pueroꝝ detecta fraude a furente increpitus Antonio est inter alia magnitudinẽ precii requirente (nã ducentis erat mercatus sestertiis) respondit uersutus ingenii mango ob id ipsum se tanti uendidisse: quoniam non esset mira similitudo ĩ ullis eodẽ utero editis. Diuersaꝝ q̃dẽ gẽtiũ natales tã cõcordi figura reperiri: sup õem esse taxationẽ. Adeoq; tẽpestiuã admirationẽ intulit: ut ille ꝓscriptor animus mero & contumelia furẽs nõ aliud in censu magis & ĩ fortuna sua duceret.

Quæ sit generandi ratio. Cap. xiii.

Est quædã priuatim dissotiatio corpoꝝ: & ĩter se sterilis. At ubi cum aliis iũxere gignunt: sicut Augustus & Liuia. Item alii aliæq; fœminas tantum generant: aut mares. Plerũq; alternant: sicut Gracchorum mater duodecies: & Agrippina Germanici nouies. Aliis sterilis est iuuẽta. Aliis semel in uita datur gignere. Quædã nõ perferunt partus. Quales siquando medicina & cura uicere: fœminam fere gignunt. Diuus Augustus in reliqua exemplorum raritate neptis suæ nepotem uidit genitum quo excessit anno. M. Syllanum: q cum asiam optineret post consulatum Neronis principis successione ueneno eius interemptus est. Q. Metellus Macedonicus: cũ sex liberos relinqueret: undecim nepotes reliquit. Nurus uero: generosq; & omnes qui se patris appellatione salutarent. xxvii. In actis diui Augusti tp̃rum ĩuenit̃. xii. cõsulatu eius quem. L. Sylla collega ad. iii. idus aprilis gessit: Crispinum Hylarium ex ĩgenua plebe fesulana cum liberis nouẽ: in quo numero filiæ duæ fuerunt: nepotibus. xxvii. ꝓnepotibus. xxix. neptibus nouem præalta põpa cũ õibus his in capitolio ĩmolasse.

Item de eodem multiplicius. Cap. xiiii.

Mulier post quinquagesimũ annũ non gignit. maiorq; pars quadragesimo profluuiũ genitale sistit. Nã in uiris Masinissam regem post octogintasex annos generasse filiũ: quẽ Metymathnum appellauerit: claꝝ est. Catonem censoriũ octogesĩo exacto e filia Salonii clientis sui: q̃ de causa alioꝝ eius liberoꝝ ꝓpago Liciniani sunt cognoĩati. hi Saloniani: ex quibus Vticensis fuit. Nuper etiã. L. Volusio Saturnino in urbis præfectura extĩcto: notũ ẽ Corneliã e Scipionũ gente Volusiũ Satñinũ q fuit consul post. lxii. annũ genuisse. Et usq; ad. lxxv. apud ignobiles uulgaris repit̃ gñatio.

DE Menstruis knieꝝ. Cap. xv.

Solum autem aĩal menstruale mulier est. Inde unius utero quas appellarunt molas. Ea est caro informis inanima ferri ictum & aciem respuens mouetur. Sistitq; menses & ut partus: alias letalis: alias una senescens: aliquanto aluo citatior excidens. Simile q̃ddã & uiris in uentre gignitur: quod uocant scyron: sicut Oppio Capitoni prætorio uiro. Sed nihil facile reperitur knieꝝ ꝓfluuio magis mõstrificũ. Acescunt superuẽtu musta. Sterilescũt lacte fruges. Moriuntur insita. Exuruntur hortorum germina. Et fructus arboꝝ q̃bus insidere: decidunt. Speculorum fulgor aspectu ipso hebetatur. Acies ferri præstringitur: eborisq; nitor. Aluei apum emoriuntur. Aes etiam ac ferꝝ rubigo ꝓtinus corrumpit: odorque dirus aera. Et in rabiem aguntur gustato eo canes. atq; insanabili ueneno morsus infigitur. Quin & bituminum sequax alioquin & lenta natura ĩ lacu iudææ qui uocatur asphaltites: certo tp̃e amni supernatans nequit sibi auelli ad õem contactum adhærens præterq̃ filo quod tale uirus infecerit. Etiã formicis animali minimo inesse sensum eius ferunt: abiiciq;

gestatas fruges:nec postea repeti. Et hoc tale tãtumq; oĩbus tricenis diebus malum ĩ muliere existit:& trimestri spatio largius. Quibusdã uero sæpius mẽse: sicut aliqbus nunq̃.sed tales non gignunt. Quando hæc est generando homini materia germinis e maribus coaguli modo hoc in sese glomerante . quod deinde tp̃re ipso animatur: corporatq;. Ergo cũ grauidis fluxit inualidi aut nõ uitales partus edunt̃ aut saniosi: ut auctor est Nigidius. ¶Item de rõne partuum. ¶Cap.xvi.

IDem lac fœminæ non corrumpi alenti partum:si ex eodem uiro rursus conce/perit arbitratur. Incipiente autem hoc statu atq; desinente conceptus facillimi traduntur. Fœcunditatis in fœminis prærogatiuã accepimus inunctis medicamine oculis:saliuam infici. Cæteꝝ editis primores septimo mense gigni dentes:priusq; in supera fere parte:haud dubium est. Septimo eosdem decidere anno:aliosque suffici. Quosdam & cum dentibus nasci:sicut.M.Curium : qui ob id Dentatus cognoĩatus est:& Cn.Papyrium Carbonem præclaros uiros. In fœminis ea res ĩauspicati fuit ex/empli regum tp̃ribus:cũ ita nata esset Valeria exitio ciuitati in quã delata esset:futũ responso aruspicum uaticinãte. Sessapiã etiã illa tempestate florẽtissimã deportata est ueridico exitio cõsecuto. Quasdã cõcreto genitali gigni ĩfausto omine. Cornelia Gracchorum mater indicio est. Aliqui uice dentium cõtinuo osse uno gignũt:sicuti Prusiæ regis bythyniorum filius superna parte oris. Dentes autem tantum ĩuicti sũt ignibus. Nec cremantur cum reliquo corpore. Iidem flammis indomiti tabe cauant̃ pituitaue. Candorẽ trahũt quodã medicamine. Vsu atterunt̃. Multoq; primum in aliqbus deficiunt.Nec cibo tantum & alimentis necessarii.Quippe uocis sermonisq; regimen primores tenent concentu quodã excipientes ictũ linguæ: serieq; structuræ: atq; magnitudine mutilantes molientesue aut hebetantes uerba. Et cum defluxere explanationem omnem adimentes. Quin & augurium in hac esse creditur parte. Triceni bini uiris attribuunt̃:excepta turduloꝝ gente. Quibus plures fuere longiora promitti uitæ putant spatia. Fœminis minor nũerus. Quibus in dextra p̃te gemini superne a canibus cognominati:fortunnæ blandimenta pollicentur. sicut ĩ Agrippĩa Domitii Neronis matre contra in leua. Hominem priusq̃ genito dente cremari mos gentium non est. Sed mox plura de hoc cum mẽbratĩ historia decurret. Risisse eodẽ die quo genitus esset unũ accepimus hoĩem Zoroastren.Eidem cerebꝝ ita palpitasse ut impositam repelleret manum : futuræ præsagio scientiæ ¶In trimatu suo cuique dimidiam esse mensuram staturæ certũ est ¶In plenũ aũt cuncto mortalium generi minorem in dies fieri ꝓpe modũ obseruat̃. Rarosq; patribus proceriores consumẽte ubertatem seminũ exustione in cuius uices nunc uergat æuum ¶In creta terræmotu rupto monte inuentum est corpus stans.xlvi.cubitoꝝ.quod alii Orionis:alii Etionis fuisse tradunt. Orestis corpus oraculi iussu refossũ septẽ cubitoꝝ fuisse monimentis credit̃. Iã uero ante annos ꝓpe mille uates ille Homerus non cessauit mĩora corpora mortaliũ q̃ prisca conqueri. Neuii Pollionis ãplitudinẽ ãnales nõ tradũt. Sed quia populi cõcursu pene interemptus esset:ꝓdigii uice habitũ. Procerissimũ hominem ætas nostra diuo Claudio principe Gabbaram noĩe ex arabia aduectũ nouẽ pedum & totidẽ unciaꝝ uidit: Fuere sub diuo Augusto semipede addito ¶Quoꝝ corpora eius miraculi gr̃a in cõditorio salustianoꝝ asseruabãt̃ hortoꝝ. Pusioni & Secũdillæ erant noĩa. Eodẽ præside minimus homo duos pedes & palmum Conopas noĩe in deliciis Iuliæ neptis eius fuit:& mulier Andromeda liberta Iuliæ Augustæ. Maniũ maximũ &.M.Tulliũ eqtes romanos binum cubitoꝝ fuisse auctor ẽ Varro. Et ipsi uidimus ĩ loculis asseruatos. Sesqpedales gigni quosdam longiores in trimatu implentes uitæ cursũ: haud ignotũ est. Inuenimus ĩ monumentis salaminæ Eutimenis filiũ in tria cubita triẽnio adoleuisse ĩcessu tardũ:sẽsu hebetẽ: & iã puberẽ factũ uoce robusta ab/sumptum contractione membroꝝ subita triennio circunacto. Ipsi non pridẽ uidius eadem ferme oĩa præter pubertatẽ ĩ filio Cornelii Taciti eqtis romani belgicæ galliæ

rõnes ꝓcurãtis. Ectapelos græci uocãt eos. In latino non habent nomen.

¶Insignia corporum. ¶Cap.xvii.

QVod sit homini spatium a uestigio ad uerticem: id esse sparsis manibus inter longissimos digitos obseruatum est. Sicuti uires quibusdã dextera parte maiores. Quibusdã æquas utraq;. Aliq̃bus leua manu præcipuas. Nec id ũq̃ ĩ fœminis. Mares præstare pondere. Et defuncta uiuentibus corpora õium aĩaliũ. Et dormiẽtia uigilãtibus. Viroꝝ cadauera supina fluitare. Fœminaꝝ ꝓna: uelut pudori defunctaꝝ parcente natã.

¶Exempla uariaꝝ figuraꝝ. ¶Cap.xviii.

COncretis quosdam ossibus ac sine medullis uiuere accepimus. Signũ eoꝝ esse nec sitim sentire: nec sudorẽ emittere. Quãq̃ & uoluntate sciamus sitim uictã. Eqtẽq; romanũ Iuliũ uiatorẽ e uocontioꝝ gẽte fœderata in pupillaribus annis aquæ subter cutẽ fusæ morbo ꝓhibitũ humore a medicis: naturã fecisse consuetudine: atq; senecta caruisse potu. Nec non & alii multa sibi imperauere.

¶Diuersorum morum exempla. ¶Cap.xix.

FErunt Crassum auum Crassi in parthis iterempti nunq̃ risisse. Ob id Agelastũ uocatum. Sicuti nec flesse multos. Socratem clarum sapiẽtia eodẽ semp uisũ uultu: nec aut hylari magis aut turbato. Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quendam toruitatemq; naturæ duram & inflexibilem. Affectusq; humanos adimit: quales apathes græci uocant. Multos eius generis experti: quodq; miꝝ sit: auctores maximæ sapientiæ. Diogenem cynicũ: Pyrrhonem: Heraclitum: Timonẽ. Hũc qdẽ etiam in totius odium generis humani euectum. Sed hæc parua naturæ insignia in multis uaria cognoscunt̃: ut ĩ Antonia Drusi nunq̃ expuisse. In Põponio cõsulari poeta nunq̃ ructasse. Quibus natã cõcreta sũt ossa: q sũt rari admodũ: cornei uocãt̃.

¶DE Fortitudine & uelocitate. ¶Cap.xx.

COrpore uescos esse: sed eximiis uiribus Tritanum in gladiatorio ludo sãnitiũ armatura celebrem: filiũq; eius militem magni Pompeii: & rectos & trãsuersos cancellatim toto corpore habuisse neruos in brachiis etiam manibusq; auctor ẽ Varro ꝓdigiosa uirium elatione. Atq; etiam hostem ab eo ex prouocatione dimicãtẽ ĩermi dextra uno digito superatum: & postremo correptum in castra translatum. A Iunius Valens meruit in prætorio diui Augusti centurio uehicula cum culeis onusta donec exinanirent̃: sustinere solitus. Carpenta cõprehensa una manu retinere obnixius cõtranitentibus iumentis. Et alia mirifica facere: quæ ĩsculpta monumento eius spectantur. Ideo. M. Varro: Rusticellus inquit Hercules appellatus: mulũ suũ tollebat. Fufius Saluius duo centenaria pondera pedibus: totidem manibus: & ducenaria duobus humeris contra scalas ferebat. Nos quoq; uidimus Athanatum noĩe: prodigiosæ ostentationis quinquagenario thorace plumbeo ĩdutum. Cotn̄isq; qngẽtorũ pondo calciatum per scenam ingredi. C. Milonem athletam cum constitisset: nemo uestigio educebat. Malum tenenti nemo digitum corrigebat. Cucurrisse mille centũ .lx. stadia ab athenis lacedemonẽ biduo philippidẽ magnũ erat: dõec Canistius cursor lacedæmonius & Philonides Alexandri Magni a sytione helyn uno die .M.ccc.ii. stadia cucurrerunt. Nunc quidem in cyrco quosdam. clx. passus tolerare non ignoramus. Nuperq; Fonteio & Vipsano consſ. annos .viiii. genitum puerum a meridie ad uesperum. lxxv. milia passuum cucurrisse. Cuius rei admiratio ita demum solida ꝓueniet: siquis cogitet nocte ac die lõgissimum iter uehiculis tribus Tiberiũ Neronẽ emensũ festinãtem ad Drusum fratrem ægrotãtem in germania. In ea fuerũt ducenta milia passuum.

¶DE Visu. ¶Cap.xxi.

OCuloꝝ acies uel maxime fidem excedentia inuenit exempla. In nuce inclusam iliada Homeri carmen in membrana scriptum tradidit Cicero. Idem fuisse qui ꝓuideret. cxxxv. M. passuum. Huic & nomẽ. M. Varro reddidit: Strabonem uocatũ. Solitum autem punico bello a lilybæo siciliæ promontorio exeunte classe carthaginis

portu etiam numeꝝ nauium dicere. Callicrates ex ebore formicas & alia tam parua fecit aīalia: ut ptes eaꝝ a cæteris cerni non possent. Mermecides quidā in eodem gn̄e inclaruit. a quo quadrigā ex eadem materia quā musca integeret alis fabricatam: & nauem quam apicula pennis absconderet. ¶DE Auditu. ¶Cap.xxii.

AVditus unum exemplum habet mirabile. Prœlium quo sybaris deleta est: eo die quo gestum erat: auditum olympiæ. Nam cymbricæ uictoriæ Castoresque romani qui persicam uictoriā ipso die quo cōtigit nunciauere uisus & auditus & numinū fuere præsagia. ¶Exempla patiētiæ. ¶Cap.xxiii.

PAtientia corporis ut est crebra sors calamitatum: innumera documēta peperit. Clarissimum in fœminis Leænæ meretricis exemplum: quæ torta non īdicauit Harmodium & Aristogitonem tyrannicidas. In uiris Anaxarchides qui sili de causa cū torqueret̄ præcisā e dentibus linguā: unāq; spē indicii ī tyrannos expuit. ¶Memoriæ exempla. ¶Cap.xxiiii.

MEmoria necessarium maximæ uitæ bonū cui præcipua fuerit: haud facile dictu est: tam multis gloriam eius adeptis. Cyrus rex ōibus in exercitu suo militibus noīa reddidit. L.Scipio populo romāo. Cyneas Pyrrhi regis legatus senatui & equestri ordini romæ postero die q̄ aduenerat. Mithridates duaꝝ & uiginti gentium rex: totidem linguis iura dixit: pro contione singulas sine interprete affatus. Carmadas quidam in græcia quæ quis exegerit uoluīa in bibliothecis legentis mō repræsētauit. Ars postremo eius rei facta & inuenta est a Simonide medico. Consumata a Metrodoro Sceptio: ut nihil nō iisdem uerbis redderetur auditū. Nec aliud est æque fragile in homine morborum & casus iniurias atq; etiam metus sentiens alias particulatim: alias uniuersa. Ictus lapide oblitus est lr̄as tantum. Ex præalto tecto lapsus: matris & affinium propinquoꝝq; cepit obliuionem. Alius ægrotus: seruoꝝ etiā. Sui uero noīs oblitus Messalla Coruinus orator. Itaq; sæpe deficere tētat & meditatur uel qeto corpore & ualido. Somno quoq; serpente cōputat ut īanis mens quærat ubi sit loci. ¶Laus.C.Iulii Cæsaris. ¶Cap.xxv.

ANimi uigore præstantissimum arbitror.C.Cæsarem dictatorem. Nec uirtutem constantiamq; nunc commemoro: nec sublimitatem omnium capacem quæ cælo cōtinētur: sed proprium uigorem celeritatemq; quodam igne uolucrē. Scribere & legere simul dictare & audire solitum accepimus. Epistolas uero tantarum rerum quaternas pariter librariis dictare: aut si nihil aliud ageret: septēis. Idē signis collatis quinquagies dimicauit. Solus.M. Marcellum transgressus qui undequadragies dimicauerat. Nam præter ciuiles uictorias undecies centum & nonagintaduo milia hominum occisa prœliis ab eo: non equidem in gloria posuerim. Tantam etiā coactā humani generis iniuriam: quod ita esse confessus est ipse: bellorum ciuilium stragem non prodendo. Vt iustius Pompeio Magno tribuatur: octingentas quadragintasex naues piratis ademisse. Cæsari propriū & peculiare fuit præter iā supradicta clæmētiæ insigne: qua usq; ad pœnitentiam omnes superauit. Idem magnanimitatis phibuit exemplum: cui comparari non possit aliud. Spectacula enim edita: effusasque opes aut operum magnificentiam in hac parte enumerare: luxuriæ fauentis est. Illa fuit uera & īcomparabilis inuicti animi sublimitas: captis apud pharsaliā Pōpeii Magni scriniis epistolaꝝ: iteꝝq; apud tapsū Scipionis ea optīa cōcremasse fide: atque non legisse. ¶Laus Pompeii Magni. ¶Cap.xxvi.

VEꝝ ad decus imperii romani non solum ad uiri unius pertinet uictoriā. Pōpeii Magni titulos omnes triumphosq; hoc in loco nuncupare: æquato non modo Alexandri Magni rerum fulgore: sed etiam Herculis prope ac Liberi patris. Igit̄ sicilia recuperata: unde primum Syllanus in reipublicæ causa exoriens auspicatus ē. Africa uero tota subacta & in ditionem redacta: Magniq; noīe spolium inde capto eques romanus id quod antea nemo curru triūphali reuectus est. Et statim od solis occasum

transgressus excitatis in pyreneo trophæis:oppida octīgenta.lxxvi.ab alpibus ad fines hispaniæ ulterioris ī ditione redacta:uictoriæ suæ ascripsit. Et maiore aīo Sertorium domuit. Belloq; ciuili quod omnia cōcutiebat externa extincto:iterum triumphales currus eques romanus induxit. Totiens imperator anteq̃ miles. Postea ad tota maria & deīde solis ortus missus hos rettulit patriæ titulos more sacris certamibus uīcētiū. Neq; enī ipsi coronant̄:sed patrias suas coronant. Hos ergo honores urbi tribuit : in delubro Mineruæ quod ex manubiis dicabat. Cn. Pompeius Magnus īperator bello .xxx.ānoꝝ confecto fusis fugatis occisis ī deditionem acceptis hominū centies uicies semel octuagīta tribus milibus. Depressis aut captis nauibus .dccc.xlvi. Oppidis cas/tellis mille qngentis.xxxviii. ī fidem receptis: terris a mæotis lacu ad rubꝝ mare sub/actis uotū merito Mineruæ. Hoc est breuiarium eius ab oriente. Triūphi uero quem duxit ad.iii.kalen :octob.M.Messalla.M. Pisone conss. præfatio hæc fuit. Cū oram maritimam a prædonibus liberasset:& imperiū maris populo romano restituisset: ex asia : ponto: armenia:paphlagonia:cappadocia:cilicia:syria:scythis:iudæis:albanis: hiberia īsula:creta:basternis:& super hæc de regibus Mithridate atq; Tigrane trium/phauit. Sūma sūmaꝝ in illo gloria fuit : ut ipse in contione dixit:cum de rebus suis dissereret. Asiam ultimā ꝓuinciaꝝ accepisse: eādēq; mediā patriæ reddidisse. Siquis e contrario simili modo uelit ꝑcensere Cæsaris res:q maior illo apparuit:totū ꝑfecto terraꝝ orbē enumeret:quod infinitum esse conueniet.

¶Laus Catonis primi. ¶Cap.xxvii.

CAeteris uirtutū generibus uarie & multi fuere præstantes. Cato primus portiæ gentis tres sūmas in hoīe res præstitisse existimatus ē:optimus orator:optimus imperator:optimus senator. Quæ mihi oīa etiā si non prius attamen clarius fuisse ī Scipione Aemiliano uidentur. Dēpto præterea plurimoꝝ odio:quo Cato laborauit. Itaq; sit ꝓprium Catonis quater & quadragies cām dixisse:nec quenq̃ sæpius postu/latum:& sēp absolutū.

¶Itē de fortitudine. ¶Cap.xxviii.

FOrtitudo in quo maxime extiterit:immensæ quæstionis est. Vtiq; si recipiatur poetica fabulositas. Q .Ennius. T. Cecilium Teucrū:fratremque eius præcipue miratus ꝓpter eos sextū ānalē adiecit. L. Sicinius Dentatus qui tribunus plebis fuit .Sp. Tarpeio. A. Thermo conss. haud multo post exactos reges innumerosissima suf/fragia habet centies uicies prœliatus:octies ex ꝓuocatione uictor.xlv. cicatricibus ad/uerso corpore insignis nulla in tergo. Item spolia cepit .xxxiiii. Donatus hastis puris duodeuiginti. Phaleris.xxv. Torquibus tribus &.lxxx. Armillis.clx. Coronis.xxxvi. Ciuicis.xiiii. Aureis.viii. Muralibus tribus. Obsidionali una. Fisco æris.x. Captiuis .xx.milibus. Imperatores nouem ipsius maxime opera triūphātes secutus. Præterea quod optimum in operibus eius reor : uno ex ducibus. T. Romulo ex consulatu ad populū cōuicto male acti imperii rei militaris. Haud minora forent Manlii Capito/lini decora:ni perdidisset illa exitu uitæ.ante.xvii.annos bina ceperat spolia. Primus oīū eques coronā muralem acceperat.vi.ciuicas.xxxvii.dona.xxxiii.cicatrices aduerso corpore exceperat. P. Seruilium magistrum equitū seruauerat:ipse uulneratus hūeꝝ ac femur. Sup omnia capitoliū sūmāq; rem ī eo solus a gallis seruauerat:si nō regno suo seruasset. Veꝝ sunt in his quidē uirtutis opera magna : sed maiora fortunæ. M. Sergio ut equidē arbitror nemo queq̃ hominū iure prætulerit licet pronepos Catilina grām nomini derogarit. Secundo stipēdio dextram manū ꝑdidit. Stipēdiis duobus ter & uicies uulneratus est: ob id neutra manu neutro pede satis utilis. Vno tantum seruo plurimis postea stipendiis debilis miles. Bis ab Annibale captus. Neq; enim cū quolibet hoste res fuit.bis uinculoꝝ eius profugus.xx.mēsibus nullo non die ī cathe/nis aut compedibus custoditus. Sinistra manu sola quater pugnauit : duobus equis insidente eo suffossis. Dextram sibi fecit ferreā : eaq; religata prœliatus. Cremonam obsidiōe exemit. Placentiā tutatus est. Duodena castra hostiū nō gallia cepit. Quæ

oĩa ex orõne eius apparent habita cum ĩ prætorio sacris arceretur a collegis ut debilis. Quos hic corona℞ aceruos constructurus hoste mutato? etenim plurimũ refert ĩ quæ cuiusq; uirtus tẽpora inciderit. Quas trebia ticinusq; aut thrasimenus ciuicas coronas dedere? Quæ cannis corona merita? unde fugisse uirtutis summum opus fuit. Cæteri profecto uictores hominum fuere. Sergius uicit etiam fortunam. Ingeniorũ gloriæ quis possit agere delectum p tot disciplina℞ gñia & tãtã re℞ ope℞q; uarietatẽ? nisi forte Homero uate græco: nullũ fœliciorẽ extitisse cõuenit: siue opis fortuna siue materia æstimet. ❡Diuersæ laudes plurimo℞. ❡Cap. xxix.

I Taq; Alexander Magnus: etenim insignibus iudiciis optime citraq; inuidiam tã supba censura paget. Inter spolia Darii persa℞ regis unguẽto℞ scrinio capto quod erat auro: gẽmisq; ac margaritis preciosum: uarios eius usus amicis demõstrãtibus: quando tedebat unguenti bellatorẽ & militia sordidũ: imo hercule inqt: librorũ Homeri custodiæ det: ut preciosissimum humani animi opus q̃ maxime diuiti opere seruaretur. Idem Pindari uatis familiæ penatibusq; iussit parci: cum thebas raperet. Aristotelis philosophi patriam cõdidit: tantæq; re℞ claritati tam benignũ testimõiũ miscuit. Archilochi poetæ interfectores Apollo arguit delphis. Sophoclem tragici cothurni principẽ defunctum sepelire Liber pater iussit obsidentibus mœnia lacedæmoniis Lysandro eo℞ rege in qete sæpius admonito: ut pateret humari delicias suas. Requisiuit rex qui supremum diem athenis obisset: nec difficulter ex iis quæ deus significasset: intellexit. pacemq; funeri dedit.

❡DE Platone: Ennio: Virgilio. M. Varrone: &. M. Cicerone. ❡Cap. xxx.

P Latoni sapientiæ antistiti Dionysius tyrannus alias sæuitiæ superbiæq; natus uittatam nauem misit obuiam. Ipse quadrigis albis egredientẽ ĩ littore excepit. Viginti talentis unã orõnẽ Isocrates uendidit. Aeschines atheniensis summus orator cum accusationem qua fuerat usus: rhodi legisset: legit & defẽsionem Demosthenis: ob quam in illud depulsus fuerat exilium. Mirãtibusq;: tum magis fuisse miraturos dixit: si ipsũ orantem audiuissent: calamitati testis ingens factus inimici. Thucydidẽ imperatorem athenienses in exilium egere: re℞ conditorem reuocauere: eloquentiam mirati cuius uirtutem damnauerãt. Magnũ & Menandro in comico socco testimõiũ regum ægypti & macedoniæ contigit classe & per legatos petito. Maius ex ipso: regiæ fortunæ prælata lra℞ conscientia. Perhibuere & romãi proceres etiã exteris testimõia. Cn. Pompeius confecto mithridatico bello intraturus Posidonii sapientiæ ꝓfessione claræ domum: fores percuti de more a lictore uetuit. & fasces lictorios ianuæ submisit is: cui se oriens occidensq; summiserat. Cato censorius in illa nobili trium sapientiæ proce℞ ab athenis legatione audito Carneade: q̃primũ legatos eos cẽsuit dimittẽdos: quoniã illo uiro argumẽtãte qd ueri esset haud facile discerni posset. Quanta morũ commutatio? Ille semper alioquĩ exitiali appellans nomine uniuersos ex italia pellẽdos censuit græcos. At pronepos eius uticensis Cato unum: ex tribunatu militũ philosophum: alterum ex cypria legatiõe deportauit. Eandẽq; ligũã ex duobus Catõibus in illo abiecisse: in hoc ĩportasse memorabile est. Sed & nro℞ gloriã percenseamus: Prior Africanus. Q. Ennii statuam sepulchro suo imponi iussit: cla℞q; illud nomen ĩmo uero spolium ex tertia orbis parte raptũ ĩ cinere supremo cum poetæ titulo legi. Diuus Augustus carmina Virgilii cremari contra testamenti eius uerecundiã uetuit. Maiusq; ita uati testimonium cõtigit: q̃ si ipse sua carmina probauisset. M. Varrõis in bibliotheca: quæ prima in orbe ab Asinio Pollione de manubiis publicata romæ & unius uiuẽtis posita imago est: haud minore (ut equidem reor) gloria prĩcipe oratore & ciue ex illa ĩgenio℞ quæ tunc fuit multitudĩe uni hanc coronam dante: q̃ cum eidẽ Magnus Pompeius pyratico ex bello naualem dedit. Innumerabilia deĩde sũt exẽpla romana: si persequi libeat: cũ plures una gens in quocunq; gñe eximios tulerit: q̃ cæteræ terræ. Sed quo &. T. M. Tulli piaculo taceam? quoue maxime excellentẽ ĩsigni

prædicē: quo potius q̄ uniuersi populi & illius gentis amplissimo testimonio: & tota uita tua ad consulatum tantum operibus electus: Te dicente legem agrariam: hoc est alimenta sua abdicarunt tribus. Te suadēte Roscio theatralis seditionis auctori leges ignouerunt: notatasq; se sedes ignominiæ discrimine æquo animo tulerunt. Te orāte proscriptoꝶ liberos honores petere puduit. Tuū Catilina fugit ingeniū. Tu. M. Antoniū proscripsisti. Salue primus oīū parens pr̄iæ appellate. primus in toga triūphū linguæq; laureā merite: & facundiæ lr̄aꝶ latinaꝶ parens æque ut dictator Cæsar hostis quondā tuus de te scripsit: oīū triūphorum laureā adepte maiorem. Quāto plus est ingenii romani terminos intantum promouisse: q̄ imperii.

DE Morum honestate. Cap. xxxi.

Reliquis animi bonis præstitere & apud cæteros mortales sapientia: ob id Cati Corculi apud romanos cognomiati. Apud græcos Socrates oraculo Apollinis Phytii prælatus cunctis.

DE Auctoritate. Cap. xxxii.

RVrsus mortales oraculoꝶ socitatē dedere Chiloni lacedæmonio: tria præcepta eius delphis consecrando aureis lr̄is: quæ sunt hæc. Nosse se quenque. Et nihil nimiū cupe. Comiteq; æris alieni atq; litis esse spōsionem. Quin & funus eius: cum uictore filio olympiæ expirasset: gaudio tota græcia ꝓsecuta est.

DE Diuinitate. Cap. xxxiii.

Diuinitas & quædā cælitum societas nobilissīa ex fœminis ī sibylla fuit: ex uiris ī Melāpode apud græcos: apud romāos ī Martio.

DE Nasica. Ca. xxxiiii.

Vir optimus semel a condito æuo iudicatus est Scipio Nasica a iurato senatu. Idē in toga candida bis repulsa notatus a populo. In summa ei in pr̄ia mori nō licuit. Nō hercule magis q̄ extra uīcula illi sapiētissīo ab Apolline iudicato Socrati.

DE Pudicitia. Cap. xxxv.

PVdicissima fœmina semel matronaꝶ sententia iudicata est Sulpitia Paterculi filia: uxor Fuluii Flacci electa ex centū præcipuis: quæ simulachrum Veneris ex sibyllinis libris dedicaret. Iteꝶ religiōis expimēto a Claudia inducta romam deorum matre.

DE Pietate. Cap. xxxvi.

Pietatis exempla infinita quidem toto orbe extitere: sed romæ unū cui cōparari cuncta non possint. Humilis in plebe & ideo ignobilis puerpera supplicii cā carcere inclusam matrem cum impetrasset aditum a ianitore semper excussa ne quid inferret cibi: deprehensa est uberibus suis alens eā. Quo miraculo matri salus donata filiæ pietate est. Ambæq; perpetuis alimentis. Et locus ille eidem consecratus ē deæ .C. Quintio .M. Attilio consulibus templo pietatis extructo: in illius carceris sede: ubi nunc Marcelli theatrū est. Gracchorum pater anguibus apprehensis in domo cū responderetur ipsum uicturum: alterius sexu interempto: immo uero inquit meum necate. Cornelia enim iuuenis est: & parere adhuc potest: hoc erat uxori parcere: & rei publicæ cōsulere: idq; mox consecutum est. M. Lepidus Apuleiæ uxoris caritate post repudium obiit. P. Rutilius morbo leui impeditus nuntiata fratris repulsa in consulatus petitione ilico expirauit. Publius Catienus philotimus patronū adeo dilexit: ut hæres omnibus bonis institutus in rogum eius se iaceret.

DE Artiū plurimaꝶ excellentia astrologia: grāmatica: geometria. Cap. xxxvii.

VAriaꝶ artiū scientia innumerabiles enituere: quos tamen attingi par sit florem hominum libantibus. Astrologia Berosus: cui ob diuinas prædictiones athenienses publice in gymnasio statuam inaurata līgua statuere. Grāmatica Apollodorus cui amphyctiones græciæ honorem habuere. Hippocrates medicina pollēs q ueniētē ab illyriis pestilētiam prædixit: & discipulos ad auxiliandum circa urbes dimisit. Cui ob meritum honores illos quos Herculi decreuit græcia. Eandem scientiam in Theombroto Ptolemæus rex megalensibus sacris donauit centum talentis seruato Antiocho rege. Magna & Critobulo fama est extracta Philippi regis oculo sagitta: & citra

deformitatẽ oris curata orbitate luminis. Summa aũt Asclepiades prusiensis cõdita noua secta spretis legatis & pollicitationibus Mithridatis regis: reperta ratione qua uinum ægris medetur: relato e funere homine & conseruato. Sed maxime sponsione facta cum fortuna ne medicus crederetur: si unq̃ inualidus ullo modo fuisset ipse. & uictor suprema in senecta lapsu scalarum exanimatus est. Grande & Archimedi geo/metricæ ac machinalis scientiæ testimonium .M. Marcelli contigit: interdicto cum syracusæ caperentur: ne uiolaretur unus: nisi fefellisset imperiũ militaris imprudẽtia. Laudatus Ctesiphon Gnosius æde ephesiæ Dianæ admirabiliter fabricata. Philon a/thenis armamẽtario mille nauiũ. Chthesibius pneumatica rõne & hydraulicis orgãis repertis. Dinocrates metatus Alexandro condente in ægypto alexandriam. Idem hic imperator edixit: ne quis ipsũ alius q̃ Apelles pingeret: q̃ Pyrgoteles sculperet: q̃ Ly/sippus ex ære duceret. quæ artes pluribus inclaruere exẽplis.

¶Itẽ mira opera artificis. ¶Cap. xxxviii.

ARistidis thebani pictoris unam tabulã centum talentis rex Attalus licitatus ẽ. Octoginta emit duas Cæsar dictator Medeam & Aiacem Timomachi ĩ templo Veneris genitricis dicaturus. Candaules rex Bularchi picturã magnetum exitii haud mediocris pari rependit auro. Rhodum non incendit rex Demetrius expugnator co/gnoĩatus ne tabulam Protogenis cremaret a parte ea muri locatam. Praxiteles mar/more nobilitatus est: gnidiaque Venere præcipue: uesano amore cuiusdam iuuenis insignis & Nicomedis æstimatione regis grandi gnidiorum ære alieno pmutare eam conati. Phidiæ Iupiter olympius cotidie testimõium phibet: Mentori capitolinus & Diana ephesia: quibus fuere consecrata artis eius uasa.

¶DE Seruitiis. ¶Cap. xxxix.

PRecium hominis in seruitio geniti maximum ad hãc diem quod eqdẽ cõpererĩ fuit grãmaticæ artis Daphnidis Cn. pisaurense uendente: & .M. Scauro prĩcipe ciuitatis .iii. M. dcc. sestertiis licente. Excessere hoc ĩ nostro æuo nec modice histriões. Sed libertatẽ suã mercati. Quippe cum iam apud maiores Roscius histrio .iii. M. d. Anniam mercasse prodat᷑: nisi siquis in hoc loco desiderat armeniaci belli paulo ãte ꝓpter Tyridaten gesti dispensatorem quem Nero .iii. c .xxx. manumisit. Sed hoc precium belli non hominis fuit. Tã hercule q̃ libidinis non formæ Paronetemi spa/donis Seiano .iii. M. d. mercante Sutorio Prisco. Quam quidem iniuriam lucrifecit ille mercatus ĩ luctu ciuitatis: quoniã arguere nulli uacabat.

¶DE Præstantia gentium. ¶Cap. xl.

GEntium in toto orbe præstantissima una õi uirtute haud dubie romana extitit. Fœlicitas cui præcipua fuerit hõi non ẽ hũani iudicii: cũ prosperitatẽ ipsã alius alio mõ & suopte ingenio qsq; terminet. Si uerꝫ facere iudiciũ uolũus ac repudiata õi fortunæ ãbitione decernere: mortaliũ nemo est fœlix. Abũde igit᷑ atq; indulgenter fortũa decidit᷑ cũ eo: q iure dici nõ ĩfœlix põt. Quippe ut alia nõ sĩt: certe ne lassescat fortũa metus ẽ. Quo semel recepto solida fœlicitas nõ ẽ. Quid ꝙ nemo mortaliũ õi/bus horis sapit: utinãq; falsũ hoc & nõ a uate dictũ q̃plurĩ iudicẽt. Vana mortalitas: & ad circunscribẽdã seipsã ĩgeniosa: computat more thraciæ gẽtis: quæ calculos colore distinctos pro expimẽto cuiusq; diei in urnã condit: ac supremo die sepatos dinume/rat: atq; ita de unoquoq; pronunciat. Quid ꝙ iste calculi candore illo laudatus dies originẽ mali habuit? Quã multos accepta afflixere ĩpia? Quã multos bona pdidere & ultĩs mersere suppliciis. Ista nimiꝫ bona si cui ĩter illa hora ĩ gaudio fuit. Ita ẽ ꝑfecto alius de alio iudicat dies: & tamẽ supremus de õibus. Ideoq; nullis credẽdũ est. Quid ꝙ bona malis paria non sunt etiam pari numero? Nec læticia ullo minimo mœrore pensanda. Heu uana & ĩprudens diligẽtia. nũerus dieꝫ cõputat᷑ ubi quærit᷑ pondus.

¶DE Fœlicitate fœminæ. ¶Cap. xli.

VNa fœminaꝫ in õi æuo Lãpido lacedæmonia refert᷑: quæ regis filia: regis uxor:

regis mater fuit. Vna Berenice quæ filia ſoror mater Olympionicarum. Vna familia Curionum: in qua tres continua ſerie oratores extiterunt. Vna Fabiorum: ĩ qua tres cõtinui principes ſenatus. M. Fabius Ambuſtus: Fabius Rutilanus filius. Q. Fabius Gurges nepos.

¶Varia exẽpla fortunæ. ¶Cap. xlii.

Cætera exẽpla fortunæ uariantis ĩnumera ſunt. Etenĩ quæ facit magna gaudia niſi ex malis? Aut quæ mala ĩmenſa: niſi ex ĩgẽtibus gaudiis?

¶DE bis proſcriptis. L. Sylla. Q. Metello. ¶Cap. xliii.

Eruauit proſcriptum a Sylla. M. Fiduſtium ſenatorem ãnis. xxxvi. Sed iterum proſcriptus: ſuperſtes Syllæ uixit uſq; ad Antoniũ. Conſtat nulla alia de cauſa ab eo proſcriptum: q̃ quia proſcriptus fuiſſet. Triũphare. P. Ventidium de parthis uoluit quidem ſolum: ſed eundem in triumpho aſculano Cn. Pompeii Strabonis duxit puerum. Quanq̃ Maſſurius auctor eſt bis in triumpho ductum. Cicero mulionem caſtrenſem fuſſaraneum fuiſſe. Plurimi iuuentam inopem in caliga militari toleraſſe. Fuit & Balbus Cornelius maior conſul. Sed accuſatus atq; de iure uirgarũ ĩ eum iudicem ĩ exilium miſſus. Primus externorum atq; etiam in oceano genitorũ uſus illo honore: quem maiores latio quoq; negauerunt. Eſt &. L. Fuluius ĩter ĩſignia exempla thuſculanorum rebellantium cõſul: eodem quoq; honore cum tranſiſſet exornatus confeſtim a populo romano: qui ſolus eodem anno quo fuerat hoſtis: romæ triumphauit ex iis: quorum conſul fuerat. Vnus hominum ad hoc æui fœlicis ſibi cognomen aſſeruauit. L. Sylla. Ciuili nempe ſanguine ac patriæ oppugnatione adoptatus: & quibuſdam fœlicitatis ĩductus argumentis: ꝙ proſcribere tot milia ciuiũ ac trucidare potuiſſet. O praua interpretatio & futuro tempore infœlix. Nõ melioris ſortis tunc fuere pereuntes: quorum miſeremur hodie: cum Syllam nemo nõ oderit? Age non exitus uitæ eius omnium proſcriptorum ab illo calamitate crudelior fuit: erodente ſe ipſo corpore & ſupplicia ſibi gignente? quod ut diſſimulauerit: & ſupreão ſomno eius ciui immortuus quodammodo eſt: credamus ab uno illo inuidiã gloria uictam. Hoc tamẽ nempe fœlicitati ſuæ defuiſſe confeſſus eſt: ꝙ capitolium non dedicauiſſet. Q. Metellus in ea oratione quam habuit in ſupremis laudibus patris ſui. L. Metelli pontificis: bis conſulis: dictatoris: magiſtri equitum. Quindeciuiri agris dandis. qui primus elephantos primo punico bello duxit in triũpho. ſcriptũ reliquit. Decem maximas res optimaſq; in quibuſq; quærendis ſapientes ætatem exigerent: cõſummaſſe eum. Voluiſſe enim primarium bellatorem eſſe. Optimum oratorem. Fortiſſimum imperatorem. Auſpicio ſuo maximas res geri. Maximo honore uti. Summa ſapientia eſſe. Summum ſenatorem haberi. Pecuniam magnã bono modo inuenire. Multos liberos relinquere. Et clariſſimum in ciuitate eſſe. Hæc contigiſſe ei: nec ulli alii poſt romam conditam. Lõgum ẽ refellere & ſuperuacuum: abũde uno caſu refutante. Siquidem is Metellus orbam luminibus exegit ſenectam amiſſis incendio cum Palladium raperet ex æde Veſtæ: memorabili cauſa: ſed euentu miſero. Quo fit ut infœlix quidem dici non debeat: fœlix tamen eſſe non poſſit. Tribuit ei populus romanus quod nunq̃ ulli alii ab condito æuo: ut quotiens in ſenatum iret: curru ueheret ad curiã: magnũ & ſublime: ſed ꝑ oculis datum.

¶DE Altero Metello. ¶Cap. xliiii.

HVius quoq;. Q. Metelli qui illa de patre dixerat filius inter rara fœlicitatis humanæ exempla numeratur. Nam præter honores ampliſſimos: cognomenque macedoniæ a quattuor filiis illatus eſt rogo: uno prætore: tribus coſularibus: duobus triumphalibus: uno cenſorio. quæ ſingula quoq; paucis contigere. In ipſo tamẽ flore dignitatis ſuæ ab Catinio Labeone: cui cognomen fuit Macerioni tribuno plebis quẽ e ſenatu cenſor eiecerat: reuertens e campo meridiano tempore uacuo foro & capitolio ad tarpeium raptus ut præcipitaretur: conuolante quidem tam numeroſa illa cohorte: quæ patrem eum appellabat. Sed ut neceſſe erat in ſubito tarde & tanq̃ in

exequias cum resistendi sacroq; sanctum repellendi ius non esset: uirtutis suæ opera & censura periturus : ægre tribuno qui intercederet: recepto a limine ipso mortis reuocatus alieno beneficio postea uixit. Bonis inde etiam consecratis a damnatu suo tanq̃ parum esset faucium certe intortarum : expressiq; per aures sanguinis pœnam exactam esse. Equidem & Africani Aemiliani inimicum fuisse inter calamitates duxerim: ipso teste Macedonico. Siquidem liberis dixit : Ite filii celebrate exequias: nunq̃ ciuis maioris funus uidebitis. Et hoc dicebat iã balearicis & creticis diadematis iam Macedonicus ipse. Verum ut illa sola iniuria æstimetur : quis hunc iure fœlicẽ dixerit periclitatum ad libidinem inimici? nec Africano saltem perire. Quos hostes uicisse tanti fuit? Aut quos non honores currusq; illa sua uiolentia fortuna retroegit per mediam urbem censore tracto? Etenim sola hæc moriendi ratio fuerat: tracto in capitolium illo: in quod triumphãs ipse deorum exuuiis ne captiuos quidẽ sic traxerat. Maius hoc scelus fœlicitate consecuta factum est periclitato Macedonico : uel funus tantum ac tale perdere: in quo a triumphalibus liberis portaretur in rogũ uelut exequiis quoq; triumphans. Nulla est profecto solida fœlicitas: quã contumelia ulla uitæ rũpit: ne dũ tanta. Quod superest: nescio maior gloriæ an indignationi dolor accedat: inter tot Metellos tã sceleratã Catinii audaciã semp fuisse iultã.

DE Diuo Augusto. ¶Cap. xlv.

IN diuo quoq; Augusto: quem uniuersa mortalitas in hac censura nuncupat: si diligenter æstimentur cuncta : magna sortis humanæ reperientur uolumina. Repulsa in magisterio equitum apud auunculũ: & contra uoluntatem eius prælatus Lepidus. Proscriptionis inuidia in collegam. Collegium in triumuiratu pessimorũ ciuium: nec æqua saltẽ portione: sed prægraui Antonio. Philippensi prœlio: morbo: fuga: & triduo in palude latebra ægroti. Et ut fatẽt Agrippa & Mœcenas aqua subter cutem fusa. Turgida latera. Naufragia sicula. Et alia ibi quoq; in spelunca occultatio. Iam in nauali fuga urgente hostiũ manu preces Proculeio mortis admotæ. Cura perusinæ contentionis. Sollicitudo Martis actiaci. Pannoniciq; belli. Ruinæ põtis. Tot seditiones militum. Tot ancipites morbi corporis. Suspecta Marcelli uota. Pudenda Agrippæ ablegatio. Totiens petita insidiis uita. Incusatæ liberorum mortes: luctusq; non tantum orbitate tristes. Adulterium filiæ. Et consilia patricidæ palam facta. Contumeliosus priuigni Neronis secessus. Aliud neptis adulterium. Iuncta deinde tot mala. Inopia stipendii. Rebellio illyrici. Seruitiorũ delectus. Iuuentutis penuria. Pestilentia urbis. Fames sitisq; italiæ. Destinatio expirandi. Et quatridui inedia maior pars mortis in corpus recepta. Iuxta hæc uariana clades : & maiestatis eius fœda suggillatio. Abdicatio Posthumi Agrippæ post adoptionem. Desiderium post relegationem. Inde suspicio in Fabium. Arcanorũq; proditionẽ. Hinc uxoris & Tyberii cogitatiões suprema eius cura. In sũma deus ille cælũq; nescio adeptus magis an meritus hærede hostis suæ filio excessit.

¶Quos beatissimos dii iudicauerunt. Cap. xlvi.

SVbeunt in hac reputatione delphica oracula uelut ad castigandã hoĩũ uanitatẽ a deo emissa. duo sũt hæc. Phedium fœlicissimum qui pro patria proxio occubuisset. Iterũ a Gygẽ rege tũc amplissimo terrarũ cõsultum Aglaum Prophodium esse fœliciorem. Senior hic in angustissimo arcadiæ angulo paruũ sed annuis uictibus large sufficiens prædium colebat: nunq̃ ex eo egressus. Atq; ut e uitæ gñe manifestũ est: minima cupidine minimum in uita mali expertus.

Quem uiuentem ut deũ coli iusserunt. ¶Cap. xlvii.

COnsecratus est uiuus sentiensq; oraculi eiusdem iussu & Iouis deorũ sũmi astipulatu Eutimus poeta semper olympiæ uictor & semel uictus. Patria ei locri ĩ italia: Ibi imaginem eius esse: & olympiæ alteram eadem die tactam fulmine. Callimachũ ut nihil aliud miratũ uideo: ad eũq; iussisse sacrificari. quod & uiuo factitatũ

& mortuo.nihilq; adeo miꝝ aliud q̃ hoc placuisse diis.

¶DE Spatiis uitæ longissimis. ¶Cap.xlviii.

DE spatio atq; longinquitate uitæ hominū non locoꝝ mō situs: ueꝝ exempla ac sua cuiq; sors nascendi: incertū fecere. Hesiodus q primus de hoc aliq̃ ꝓdidit: fabulose (ut reor) multa de hominum æuo referens cornici nouem nostras attribuit ætates. Quadruplū eius ceruis. Id triplicatū coruis. Et reliq̃ fabulosius: in phœnice ac nymphis. Anacreon poeta Argantonio tartesiorum regi.cl. tribuit ānos. Cynire cyprioꝝ decē ānos āplius. Aegimio ducentos. ¶Thepompus Epimenidi Gnosio.cliii. Hellāicus quosdā ī ætolia epioꝝ gētis ducētos explere. Cui astipulat᷑ damiates mēorās Pictoreū ex iis præcipuū corpore uiribusq; etiā trecētis uixisse. Ephodorus arcadū reges trecētis ānis. Alexāder & Cornelius Dādonē quēdā ī illyrico qngētis uixisse. Xenophon Impetrim pulutinioꝝ īsulæ regē sexcētis.atq; ut parce mētitus ē filiū eius octīgentis. Quæ oīa inscitia temporum acciderunt. Annum enim alii æstate unum determinabāt: & alterum hyeme. Alii quadripartitis temporibus sicut arcades: quoꝝ anni trimestres fuere. Quidam lunæ senio: ut ægyptii. Itaq; apud eos aliq & singula milia annorum uixisse produntur. Sed ut ad confessa trāseamus. Argantoniū gaditanum octoginta annis regnasse prope certum est: putant quadragesimo cœpisse. Masinissā .xl.ānis regnasse indubitatum est. Gorgiā siculum centum octo uixisse. .Q.Fabius Maximus sexaginta tribus annis augur fuit .M. Perpenna & nuper .L. Volusius Saturninus omnium quos in consulatu sententiam rogauerāt: superstites fuere. Perpenna septem reliquit ex iis quos censor legerat. Vixit ānos nonagītaocto. Qua ī re & illud adnotare succurrit: unū ōino quinqueniū fuisse quo senator nullus moreretur cum Flaccus & Albinus censores lustrū condidere: usq; ad proxīos cēsores ab anno urbis quingentesimo septuagesimonono. M. Valerius Coruinus cētū ānos impleuit. Cuius inter primum & sextum consulatum .xlvi. anni fuere. Idem sella curruli semel ac uicies sedit: quotiēs nemo alius. Aequauit eius uitæ spatiū Metellus pōtifex. Et ex fœminis Liuia Rutilia nonaginta septē annos excessit. Statilia Claudio principe ex nobili domo: nonaginta uouem. Terentia Ciceronis .cyii. Clodia Ofeli.cxv. Hæc quidem etiam enixa quīdecies. Luceia mima centum annis in scæna pronunciauit. Galeria Copiola Emboliaria: reducta est in scænam Cn.Pompeio.Q. Sulpitio consu.ludis pro salute diui Augusti uotiuis: annum centesimumquartum agens. Quæ producta fuerat tyrocinio a.M. Pompeio ædili plebis .C. Mario Cn. Carbone conss.ante ānos nonagintaunum. Et a Magno Pompeio magni theatri dedicatione anus pro miraculo reducta. Sammullam quoq; centū decem annis uixisse auctor est Asconius Pedianus. Minus miror Stephanionem qui primus togatus saltare instituit: utrisq; saltaribus ludis saltasse: & diui Augusti & quos Claudius Cæsar consulatu suo quarto fecit quando sexaginta tres non amplius anni interfuere: quāq̃ & postea diu uixerit. In tmoli mōtis cacumine quod uocant tēpsin.cl.annis uiuere Mutianus auctor est. Totidē annos itē censū Claudii Cæsaris censura. T. Fallonium bononiensem.idq; collatis censibus quos ante detulerat: uitæq; argumentis (etenim id curæ principi erat) ueꝝ apparuit.

¶DE Varietate nascendi. ¶Cap.xlix.

POscere uidetur locus ipse syderalis scientiæ sententiam. Epigenes.cxxii. annos impleri negauit posse. Berosus excedi centum septemdecim. Durat & ea ratio quam Petosyris ac Necepsos tradiderunt. & trimorion appellant a trium signoꝝ portione: qua posse in italia tractu.cxxvi.annos uitæ contingere apparet. Negauere illi quenq̃ nonaginta partium exortiuam mensuram quod anaphoras uocant trāsgredi: & has ipsas īcidi occursu maleficorum syderum: aut etiam radiis eorū solisq;. Rursus Aesculapii sententiam secuti: qui statuta uitæ spatia a stellis accipi dicit. Sed quantū primum tribuat: incertum est. Rara autem esse dicunt longiora tempora quādoqdē momentis horarum insignibus lunæ dierumue septem atq; .xxiiii. quæ nocte ac die

obseruantur: ingens turba nascatur: scansili annorum lege occidua: quã climacteras appellant: non fere ita genitis quinquagesimumquartum annũ excedẽtibus. Primũ ergo artis ipsius incõstãtia declarat q̃ ĩcerta res sit. Accedunt experimenta & exempla recentissimi census quem intra quadriennium imperatores Cæsares Vespasiani pater filiusq; censores egerunt. Nec sunt oĩa uasaria excutienda. Mediæ tantũ partis inter apenninum montem padumque ponemus exempla. Centum uiginti natos annos parmæ tres edidere. Brexilli unum.cxxv. Parmæ duos.c.xxx. Placentiæ annũ.c.xxxi. Fauẽtiæ unam mulierem.cxxxii. Bononiæ. L. Terentium Marci filium. Arimini uero .M. Apomum.C.&.L. Tertullam.cxxxvii. Citra placentiam in collibus oppidum est uelleiacium: in quo.cc.x. natos ãnos sex detulere: quattuor centenos uicenos: unũ.cl. .M. Mutius.M. filius Galrius Fœlix: ac ne pluribus moremur in re confessa: in regione italiæ octaua centenum annorum censi sunt homines.liiii. Centenum denum hoĩes.lvii. Centenum uicenum quinum hoĩes duo. Centenũ tricenum hoĩes q̃ttuor. Centenum tricenum quinum aut septenum totidem. Centenum quadragenũ hoĩes tres. Alia mortalitatis inconstantia. Homerus eadem nocte natos Hectorẽ & Polydamanta tradit: tam diuersæ sortis uiros. C. Mario. C. Carbone. iii. conss. ad. v. kalen. iunias. M. Celius Ruffus & Cornelius Licinius Caluus: eadem die geniti sũt: oratores quidem ambo: sed tamen dispari euentu. Hoc etiam iisdem horis nascentibus ĩ toto mũdo quotidie euenit. Pariterq; domini ac serui gignũt: reges & inopes.

¶In morbis uaria exempla. ¶Cap. L.

P. Cornelius Ruffus qui consul cum Manio Curio fuit: dormiẽs oculorum uisũ amisit: cum id sibi accidere somniaret. E diuerso Phalereus iam tũ deploratus a medicis uomicæ morbo: cum mortem in acie quæreret uulnerato pectore medicinã inuenit ex hoste. Q. Fabius Maximus consul apud flumen isaram prœlio commisso aduersus allobrogum regem aruernorumq; gentes ad. vi. idus augustas .cxxx. pduellium cæsis: febri quartana liberatus est in acie. Incertum ac fragile nimirum est hoc munus naturæ quicquid datur nobis ¶Malignum uero & breue in iis etiam quibus largissime contingit: uniuersum utiq; æui tempus intuentibus. Quid q̊ æstĩatione nocturnæ quietis dimidio quisq; spatio uitæ suæ uiuit: pars æqua morti similis exigitur: aut pœnæ nisi contigit quies. Nec reputantur infantiæ anni qui sensu carent. Nec senectæ ĩ pœnam uiuacis. Tot periculorũ genera: tot morbi: tot metus: tot curæ: totiens inuocata morte ut nullum frequentius sit uotum. Natura uero nihil hoĩbus breuitate uitæ præstitit melius. Hebescunt sensus. Membra torquẽtur. Præmoritur uisus: auditus: incessus: dentes etiam ac ciborum instrumenta. & tamen uitæ hoc tempus annumeratur. Ergo pro miraculo & id solitarium reperit exẽplũ. Xenophilũ musicum ducentis & quiq; ãnis uixisse sine ullo corporis incõmodo. At hercule reliquis omnibus per singulas membrorum partes qualiter nullis aliis animalibus: certis pestifer calor remeat horis: aut rigor: neq; horis modo: sed & diebus noctibusq; trinis quadrinisue etiam totõ anno. atque etiam morbus est aliquis per sapientiam mori. Morbis enim quoq; quasdam leges natura imposuit. Quadrini circuitus febrẽ: nũq̃ bruma nunq̃ hybernis mensibus incipere. Quosdam post sexagesimũ uitæ spatium non accedere. Alios pubertate deponi: a fœminis præcipue. Senes minime sentire pestilẽtiam. Nanq; uniuersis gẽtibus ingruunt morbi: & generatim modo seruitiis: modo procerum ordini: aliosq; per gradus. Qua in re obseruatũ ĩ meridianis ptibus ad occasũ solis pestilentiã sẽp ire. Nec uq̃ fere aliter fieri nisi hyeme: nec ut ternos excedat menses.

¶DE Signis mortis. ¶Cap. Li.

IAm signa letalia ĩ furoris morbo risum. Sapiẽtiæ uero ægritudĩe fimbriarũ curã & stragulæ uestis plicaturas. A somno moriẽtium neglectũ pegrãdis humoris e corpore effluuium: ĩ oculorum quidem & narium aspectu ĩdubitata maxime: etiam supĩo assidue cubitu. Venarũ ĩæquali aut formicãte pcussu. Et alia quoq; Hippocrati

pricipi medicīæ obseruata sūt. Et cū īnūerabilia sīt mortis signa: salutis securitatisq; nulla sūt. Quippe cum censorius Cato ad filium de ualitudinis quoq; obseruatiōe ut ex oraculo aliquo prodiderit: senilē iuuētam præmaturæ mortis esse signū. Morborum uero tam īfinita est multitudo: ut Pherecides syrius copia serpētiū ex corpore eius erumpente expirauerit. Quibusdam perpetua febris est ut. C. Mœcenati. Eidem triennio supremo nullo horæ momento cōtigit somnus. Antipater sydonius poeta oībus bonis uno die natali tantum corripiebatur febre: & eo cōsūptus ē satis longa senecta.

¶DE his qui elati reuixerunt. ¶Cap. Lii.

Aviola cōsularis ī rogo reuixit. Et quoniam subueniri non potuerat præualente flamma: uiuus crematus est. Similis cā in. L. Lamia prætorio uiro tradit̃. Nā Celium Tuberonem prætura functum a rogo relatum Messalla Ruffus & plerique tradunt. Hæc est conditio mortaliū. ¶Ad has & eiusmodi occasiones fortunæ gignimur: uti de homine ne forte morti quidem debeat credi. Reperimus inter exempla Hermotini clazomenii animam relicto corpore errare solitam: uagamq; e longinquo multa annunciare: quæ nisi a præsenti nosci non possent: corpore interim semianimi: donec cremato eo inimici qui Cantaridæ uocabantur remeanti animæ uelut uaginam ademerint. Aristei etiam uisam euolantem ex ore in proconneso corui effigie. Quæ magna queritur fabulositate quam equidem & in gnosio Epimenide simili modo accipio. Puerum æstu & itinere fessum in specus septem & quinquagīta dormisse annis: rerum faciem mutationemq; mirantem uelut postero experrectū die. Hinc pari numero dierum senio ingruente: ut tamen in septimum & quīquagesimū atq; centesimum uitæ duraret annum. Fœminarum sexus huic malo uidetur maxīe opportunus conuersione uuluæ: quæ si corrigatur: spiritus restituitur. Huc pertinet nobile illud apud græcos uolumen Heraclidis septē diebus fœminæ exanimis ad uitā reuocatæ. Varro quoq; auctor est uiginti uiris agros diuidentibus capuæ quendam q̄ efferretur feretro domum remeasse pedibus. Hoc idē aquini accidisse. Romæ quoq; Corfidium materteræ suæ maritum funere locato reuixisse: & locatorem funeris ab eo elatum. Adiecit miracula quæ tota indicasse conueniat. E duobus fratribus equestris ordinis Corfidio maiori accidisse: ut uideretur expirasse: apertoq; testamento recitatū hæredē minorem funeri institisse. Interim ei qui uidebatur extinctus plaudendo cōcinuisse mysteria: & narrasse a fratre se uenisse. Commendatam sibi filiam ab eo. Demonstratum præterea: quo in loco defodisset aurum nullo conscio: & rogasse: ut iis funeribus quæ comparasset: efferretur. Hoc eo narrāte fratris domestici ꝓpere annūciauere exanimatum illum. Et aurum ubi dixerat: repertum est. Plena præterea uita est his uaticiniis: sed non conferenda: cū sæpius falsa sint. Sicut ingenti exemplo docebimus. Bello siculo Gabienus Cæsaris classium fortissimus captus a Sex. Pompeio iussu eius incisa ceruice & uix cohærente: iacuit in littore tota die. Deīde cū aduesperauisset: cum gemitu precibusque congregata multitudine petiit: uti Pompeius ad se ueniret: aut aliquem ex caris mitteret. Se autem ab īferis remissum: habereque quod nunciaret. Misit plures Pōpeius ex amicis: quibus Gabienus dixit inferis diis placere Pompeii causas & partes pias. Proinde euentum futurum quem optaret: hoc se nunciare iussum. Argumentum fore ueritatis ꝙ peractis mandatis protinus expiraturus esset. Idq; ita euenit. Post sepulturam quoq; uisorum exempla sunt: nisi ꝙ naturæ opera non prodigia cōsectamur.

¶DE Mortibus repentinis. ¶Cap. Liii.

IN primis aūt uisa miraculo sūt atq; frequētia mortis repētinæ. hæc ē sūma uitæ fœlicitas: quam esse naturalē docebimus. Plurīas prodidit Verrius. Nos cum delectu modum seruabimus. Gaudio obiere præter Chilonem de quo diximus: Sophocles & Dionysius siciliæ tyrannus. uterque accepto tragicæ uictoriæ nūcio. Mater pugna illa cannēsi filio incolumi uiso contra falsum nuncium. Pudore Diodorus sapientiæ dialecticæ professor lusoria quæstione non protinus ad interrogationes

Stilbonis dissoluta. Nullis euidẽtibus causis obire dum calciantur matutino duo Cæsares. Prætor:& prætura populi romani functus dictatoris Cæsaris pater. Hic pisis exanimatus: ille romæ. Q. Fabius Maximus in consulatu suo pridie kalend. ianu. in cuius locum. M. Orellius paucissimarum horarum consulatum petiit. Item. C. Vulcatius Gurges senator: omnes adeo sani atq; tempestiui: ut de progrediẽdo cogitarẽt. Q. Emilius Lepidus iam egrediens incusso pollice limini cubiculi. C. Aufidius cum egressus in senatum iret offenso pede in comitio. Legatus quoque qui rhodiorũ cãm in senatu magna cum admiratione orauerat: in limine curiæ protinus expirauit progredi uolens. Cn. Bebius Pamphilus præfectura & ipse functus: cũ a puero quæsisset horas. A Pompeius in capitolio cum deos salutasset. M. Iuuentius Thalna cõsul: cũ sacrificaret. C. Seruilius Pansa: cum staret in foro ad tabernam hora diei secunda ĩ. P. Pansam fratrem ĩnixus. Bebius iudex: dum uadimonium differri iubet. M. Terẽtius Corax: dum tabellas scribit in foro. Nec non & proximo anno: dum consulari uiro in aurem dicit eques romanus ante Apollinem eboreum qui est in foro Augusti. Super omnes. C. Iulius medicus: dum inungit specillum per oculum trahens. A. Manlius Torquatus consularis: cum in cœna placentam appeteret. L. Dutius medicus Valla: dum mulsi potionem haurit. Ap. Saufeius: cum a balneo reuersus mulsum bibisset: ouumq; sorberet. P. Quintius Scapula: cum apud Aquilum Gallum cœnaret. Decimus Saufeius scriba: cum domi suæ pranderet. Cornelius Gallus prætorius: & Q. Heterius eques romanus in Venere obiere. Et quos nostra annotauit ætas duo equestri ordĩs in eodem Pantomimo mythico tum forma præcellente. Operosissĩa tamẽ securitas mortis in. M. Ofilio Hylaro ab antiquis traditur. Comœdiarum histrione: cum populo admodum placuisset natali die suo: cõuiuiũq; haberet edita cœna calidã potionem in pultario poposcit: simulq; personam eius diei acceptam ĩtuẽs: coronam e capite suo in eam transtulit: tali habitu rigens nullo sentiente: donec accubantium proximus tepescere potionem ammoneret. Hæc fœlicia exempla ¶ At cõtra miseriarũ innumera. L. Domitius clarissimæ gentis apud massiliam uictus: corfini captus ab eodem Cæsare ueneno poto propter tediũ uitæ: postq̃ biberat: omni opere ut uiueret: annixus est. Inuenitur in actis Fœlicis Russei aurigæ iam igne illato in rogum eius unum e fauentibus iecisse sese friuolum dictu ne hoc gloriæ artificis daretᷣ: aduersis studiis copia odorum corruptum criminantibus. Cum ante non multo. M. Lepidus nobilissimæ stirpis: quem euenti anxietati diximus mortuum: flãmæ ui e rogo eiectus recondi propter ardorem non potuisset: iuxta sarmẽtis aliis nudus crematus ẽ.

¶ DE Sepultura. ¶ Cap. Liiii.

IPsum cremare apud romanos non fuit ueteris instituti. terra condebantur. At postq̃ longinquis bellis obrutos erui cognouere: tunc institutum: & tamẽ multifarie priscos seruauere ritus: Sicut in cornelia domo: nemo ante Syllam dictatorẽ traditur esse crematus. Idq; eum uoluisse: ueritum talionẽ eruto. C. Marii cadauere. Sepultus intelligitᷣ quoquomodo conditus. Humatus uero humo cõtectus.

¶ DE Anima uel de manibus uel de resurrectiõe uerba gẽtiliũ ĩania. ¶ Cap. Lv.

POst sepulturam aliæ atq; aliæ manium ambages. Omnibus a suprema die eadẽ quæ ante primũ. Nec magis a morte sẽsus ullus aut corpori aut animæ q̃ ante natalem. Eadem enim uanitas in futurũ etiam se propagat: & in mortis quoq; tẽpora ipsa sibi uita mentitᷣ: alias immortalitatem animæ: alias transfigurationẽ: alias sensũ inferis dando & manes colendo: deumq; faciendo qui iam etiam homo esse desierit. Ceu ullo modo spirando ratio homini a cæteris animalibus distet. Aut nõ diutᷣniora in uita multa reperiantᷣ: quibus nemo similem diuinat immortalitatẽ. Quod autem corpus animæ proseqᷣtᷣ materiam? Vbi cogitatio illi? quomodo uisus: auditusq;? aut q̃ tangit? qui usus eius? aut quod sine his bonũ? Quæ deinde sedes? quantaue multitudo tot sæculis animarũ? uelut umbrarũ? Puerilium ista deliramentorũ. Auidæque

nūq̃ deſinere mortalitatis commenta ſūt. Similis & de aſſeruandis corporibus hoīū ac reuiuiſcendis promiſſa a Democrito uanitas qui non reuixit ipſe. malique ipſa demētia eſt: iterari uitam mortemq;. Quæ genitis quies ūq̃: ſi in ſublimi ſēſus animæ manet: inter īferos umbræ? Perdit profecto iſta dulcedo credulitaſq; præcipuū natæ bonū mortem. ac duplificat obitus ſi dolere etiam poſt futuri æſtimationem euenit. Etenim ſi dulce uiuere: cui poteſt eſſe: uixiſſe? At quāto facilius certiuſq; ſibi quenq; credere: ac ſpecimen ſecuritatis ante genitali ſumere expimēto.

Quæ quis inuenerit in uita. Cap. Lvi.

Conſētaneū uidet priuſq̃ digrediamur a natā hominum: indicare quæ cuiuſque ſciētia a quocunque inuenta ſunt. Emere ac uēdere inſtituit Liberpater. Idem diadema regum inſigne & triumphum inuenit. Ceres frumenta cum antea glande ueſcerentur. Eadē molere & conficere: ī attica italia & ſicilia: ob id dea iudicata. Eadē prima leges dedit. Vt alii putauere Rhadamanthus. Litteras ſemper arbitror aſſyrias fuiſſe. Sed alii apud ægyptios a Mercurio: ut Gelius. Alii apud ſyros reptas uolunt. Vtiq; in græciam attuliſſe e phœnice Cadmum ſedecim numero .A.B.C.D.E.G.I. .L.M.N.O.P.R.S.T.V. Quibus troiano bello Palamedem adieciſſe quattuor hac figura .ξ.θ.φ.χ. Totidem poſt eum Simonidem medicum .υ.ȝ.κ.ω. Quarum omnium uis in noſtris recognoſcitur. Ariſtoteles decemetocto priſcas fuiſſe.α.β.γ. .Δ.ε.ȝ.κ.λ.μ.ν.ο.ϖ.ξ.C.τ.υ.χ. Et duas ab Epicharmo additas..θ.χ. q̃ a Palamede mauult. Anticlides in ægypto inueniſſe quēdam nomine Menona tradidit: quindecī annis ante Phoroneum antiquiſſimum græciæ regem. id monumentis approbare conatur. E diuerſo Epigenes apud babylonios ſeptingentorum uiginti ānoꝝ obſeruationes ſyderum coctilibus laterculis inſcriptas docet: grauis auctor in primis. Qui minimum Beroſus & Critodemus q̃drīgentorum octoginta annoꝝ. ex quo apparet æternus litterarum uſus. In latium eas attulerunt pelaſgi. Laterarias ac domos conſtituerūt primi Eurialos & Hyperbios fratres athenis: antea ſpecus erant ꝓ domibus. Gelio Doxius Celii filius lutei ædificii inuentor placet: exemplo ſūpto ab hirūdinū nidis. Oppidum cecrops a ſe appellauit cecropiam: quæ nunc eſt arx athenis. Aliqui argos a Phoroneo rege ante conditum uolūt. Quidam & ſicyonem. Aegyptii multo ante apud ipſos dioſpholin. Tegulas inuenit Cinyra Agriopæ filius: & metalla æris: utrunq; in inſula cypro. Item forcipem: marculum: uectem: incudem. Puteos Danaus ex ægypto aduectus in græciā quæ uocabat̄ argidipſion. Lapidicinas Cadmus thebis. Archeophraſius ī phœnice. Traſon muros. Turres: ut Ariſtoteles: Cyclopes. Phœnices ut Theophraſtus. Aegyptii textilia. Infecere lanas ſordibus lydi. Fuſos in lanificio Cloſter filius Arachnæ. Linum & retia Arachnæ. Fulloniam artem Nitias megarēſis. Sutrinam Boetius. Medicinam ægyptii apud ipſos uolunt repertam. Alii per Arabum Babylonis & Apollinis filium. Herbariam & medicamētariā a Chirone Saturni & Phyllirae filio. Aes cōflare & tēperare Ariſtoteles Lydum ſcyten mōſtraſſe. Throphraſtus Delam phrygē putat. Aerariam fabricam alii Chalybas: alii Cyclopas. Ferrum Heſiodus in creta eos qui uocati ſunt dactyli idæi. Argentum inuenit Erichthonius athenienſis: ut alii Ceacus. Auri metalla & conflaturam Cadmus phœnix ad pangeum montē. Vt alii Thoas & Eaclis ī panchaia aut Sol Oceani filius: cui Gelius medicinæ quoq; inuētionem ex melle aſſignat. Plumbum ex caſſiteride īſula primus apportauit Midacritus. Fabricam ferream inuenere Cyclopes. Figulinas Chorebus athenienſis. In iis orbem Anacharſis ſcythes: ut alii Hyperbeos corinthius. Fabricam materiarum Dedalus: & in ea ſerram aſciam perpendiculum: terebrā: glutinū: lithocolliam. Normam fornicem autem & libellam & tornum & clauem Theodorus Samius. Menſuras & pōdera Phidon Argiuus. aut Palemedes ut maluit Gelius. Ignē e ſilice Pyrodes Cilicis filius. At eundem aſſeruare in ferula Prometheus. Vehiculum cum q̃ttuor rotis: phryges. Mercaturas pœni. Culturas uitium & arboꝝ Eumolphus

atheniensis. Vinũ aqua misceri Staphilus Sitheni filius. Oleũ & trapetas Aristeus atheniẽsis: idem mella. Bouem & aratrum Briges atheniẽsis: ut alii Triptolemus. Regiam ciuitatem ægyptii. Popularem attici. Post Theseum tyrannus primus fuit Phalaris agrigenti. Seruitium inuenere lacedæmonii. Iudicium capitis in areopago primum actum est. Prœlium afri contra ægyptios primi fecere fustibus quos uocant phalangas. Clipeos inuenerunt Proetus & Acritus inter se bellantes: siue Chalcus Athamantis filius. Loricam Mydias messenius. Galeam: gladium: hastam lacedæmonii. Ocreas & cristas cares. Arcũ & sagittam Scythem Iouis filium. Alii sagittas Persen Peresei filium inuenisse. Lanceas ætolas. Iaculum cum amento ferũt iuẽisse Aetolum Martis filium. Hastas uelitares Tyrrhenum: pilumq;. Pẽthesileã amazonẽ securim. Piseum uenabula. Et in tormentis scorpionem Cretas. Catapultam syros. Phœnicas balistam & fũdam. Aeneam tubam piseum Tyrrhenum. Testudines Artemonem clazomenium. Equum qui nunc aries appellatur: in muralibus machinis Aepium ad troiã. Equo uehi Bellerophõtẽ. Frenos & strata equorum Peletronium. Pugnare ex equo thessalos qui centauri appellati sunt: habitantes secundum pelium montẽ. Bigas primũ iũxit phrygũ natio. Quadrigas Erichtonius. Ordinẽ exercitus: signi dationem: thesseras: uigilias inuenit Palamedes troiano bello. Speculare significationem eodẽ bello Sinon. Inducias Lycaon. Fœdera Thesius. Auguria ex auibus Caras a quo caria appellata. Adiecit ex cæteris aĩalibus Orpheus. Aruspiciũ Delphus. Ignispicia Amphiaraus. Auspicia auium Tyresias thebanus. Interpretationẽ ostentorũ & somniorũ Amphictyon. Astrologiam Atlas Libyæ filius. Vt alii ægyptii. Vt alii assyrii. Sphæram in ea milesius Anaximander. Ventorũ rõnẽ Aeolus Hellenis filius. Musicam Amphion. Fistulam Pan. Monaulũ Mercurius. Obliquã tibiam Mydas in phrygia. Geminas tibias Marsyas. In eadem gente lydios modulos Amphion. Dorios Thamyras thrax. Phrygios marsyas phryx. Citharam Amphyon. Vt alii Orpheus. Vt alii Linus. Septem chordis additis Terpander. Octauam Symonides addidit: nonam Timotheus. Cithara sine uoce cecinit Thamyras prius. Cum cantu Amphion. Vt alii Linus. Cithara edita carmina composuit Terpander. Cum tibiis canere uoce troezenius Dardanus instituit. Saltationem armatam curetes docuere. Pyrrhicen Pyrrhus: utranq; in creta. Versũ heroicũ pythio oraculo debemus. De poematum origine magna quæstio est. Ante troianũ bellum probantur fuisse. Prosam orationẽ condere Pherecydes syrius ĩstituit tpr̃e Cyri regis. Historiam Cadmus milesius. Ludos gymnicos in arcadia Lycaon. Funebres Acastus in iolcho. Post eũ Theseus in isthmo. Hercules olympiæ athleticam. Pythus pilam lusoriã. Gyges Lydius picturam ĩ ægypto. In græcia uero Pyrrhus Dædali cognatus ut Aristoteli placet. Vt Theophrasto Polygnotus atheniensis. Nauẽ primus ĩ græciã ex ægypto Danaus aduexit: ante ratibus nauigabatur inuentis ĩ mari rubro ĩter ĩsulas a rege Erythra. Reperiuntur qui mysos & troianos priores excogitasse in hellesponto putent: cum transirent aduersus thracas. Etiã nunc in britannico oceano utiles corio circũsutæ fiunt. In nylo ex papyro & scirpo & arundine. Longa naue Iasonẽ primũ nauigasse Philostephanus auctor est. Egesias Parrhalũ. Ctesias Samyrã. Saphanus Semyramin. Archimachus Aegæonem. Biremem Damasthenes erythreos fecisse. Triremem Thucydides Amoclen corĩthium. Quadriremẽ Aristoteles carthaginẽses. Quinqueremem instituit Nesichthon salaminius. Sex ordinũ Zenazoras syracusius. Ab ea ad deciremem Nesigiton. Alexandrum Magnum ferunt instituisse ad duodecim ordines. Philostephanus Ptolemæum Soterem ad quindecim. Demetrium antigoni ad.xxx. Ptolemæum philadelphum ad.xl. Ptolemæum philopatorẽ qui Tryphon cognoĩatus est ad.l. Onerariã Hippus tyrius inuenit. Lebũ cyrenenses. Cymbam phœnices. Celocẽ rhodi. Cercirã cyprii. Sydeꝝ obseruationẽ in nauigãdo phœnices. Remum copæ. Latitudinem eius platæ. Vela Icarus. Malũ & antemnam

Dædalus. Hippagũ salaminii. Aut ut Pericles: atheniẽses. Tectas lõgas tasii. Antea ex ꝑra tãtũ & puppi pugnabat. Rostra addidit Piseus. Tyrrheni ãchorã. Eupalamius eadẽ bidentẽ. Anacharsis harpagonas. Et manus Pericles atheniẽsis. Amminicula gubernãdi Typhis. Classe prĩceps depugnauit Minos. Aĩal occidit prius Hyperbius Martis filius. Prometheus bouẽ. ¶In quo primus gentium cõsensus. ¶Cap. Lvii.

Gentiũ consensus tacitus primus oiũ conspirauit ut ionũ lr̃is uterent.

¶DE Litteris antiquis. ¶Cap. Lviii.

VEteres græcas fuisse easdem pene quæ nũc latiæ ĩdicio erit delphica tabula ãtiq æris quæ est hodie in palatio dono principum Mineruæ dicata in bibliotheca cũ inscriptione tali. ΝΑΥΣΙΚΡΑΤΗΣ ΤΙΣΑΜΕΝΟΥ ΑΘΗΝΑΙΟΣ ΑΝΕΘΗΚΕΝ.

¶Quando primum tonsores romæ. ¶Cap. Lix.

SEquẽs gẽtiũ cõsẽsus in tõsoribus fuit: sed romãis tardior. In italiã ex sicilia uenere: post romã conditã ãno quadringentesĩo quinq̃gesimoquarto: adducete. P. Ticinio Mena: ut auctor est Varro. ante ĩtonsi fuere. Primus oiũ radi quotidie instituit Africanus. Sequens diuus Augustus cultris semper usus est.

¶Quando primum horologia. ¶Cap. Lx.

TErtius consensus fuit in horaꝝ obseruatione iam hac rõne accedens. Quando & a quo in græcia repertæ diximus in secundo uolumine. Serius etiã hoc romæ contigit. Duodecim tabulis ortus tantum & occasus nominatur. Post aliquot annos adiectus est & meridies accenso consulum id pronunciante cum Curio inter rostra & argeorum thesin prospexisset talem solem. A columna ænea ad carcerẽ inclinato sydere supremam pronunciauit. Sed hoc serenis tantum diebus usque ad primum punicum bellum. Princeps romanis solarium horologium statuisse ante .xii. annos q̃ cum Pyrrho bellatum est ad ædem Quirini. L. Papyrius Cursor cum eadẽ dedicaret a patre suo uotam a Fabio Vestali ꝑditur. Sed neq; facti horologii rõne uel artificis significat: nec unde translatum est: aut apud quem scriptum id inuenerit. M. Varro primum statutum in publico secundum rostra ĩ columna tradit bello punico primo a. M. Valerio Messalla consule catina capta ĩ sicilia. Deportatum inde post. xxx. ãnos q̃ de papyriano horologio tradit̃: anno urbis quadrĩgẽtesĩo septuagesĩoseptĩo. Nec cõgruebãt ad horas eius lineæ. Paruerũt tamẽ ei ãnis ũdecentũ: dõec. Q. Martius Philippus q cũ. L. Paulo fuit censor diligentius ordinatũ iuxta posuit. Idq; munus ĩter censoria opa gratissĩe est acceptum. Etiamnum tamen nubilo ĩcertæ fuere horæ usq; ad ꝓximũ lustrũ. Tũc Scipio Nasica collega Lenati prius aq̃ diuisit horas æque noctiũ ac dieꝝ. Idq; horologiũ sub tecto dicauit: ãno urbis. d. lxxxxv. tã diu po. ro. indiscreta lux fuit. Nũc reuertamur ad reliqua aĩalia: primũq; terrestria.

¶CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. VIII.

¶DE Aĩalibus terrestribus. Elephantoꝝ commendatio: & de sensu eorꝝ. ¶Ca. i.

AD RELIQVA TRANSEAMVS ANIMALIA: & primum terrestria. Maximum est elephas: proximũq; humanis sẽsibus. Quippe ĩtellectus illis sermõis patrii. Et in primis obediẽtia. officioꝝq; quæ didicere: memoria. Amoris & gloriæ uoluptas. Immo uero quæ etiam in hoĩe rara ꝓbitas: prudentia: æquitas. Religio quoq; syderũ solisq; ac lunæ ueneratio. Auctores sunt: ĩ mauritaniæ saltibus ad quendam amnem cui nomen est anulo nitescente luna noua greges eorũ descẽdere: ibique se purificantes solenniter aqua circunspergi:

atque ita salutato sydere in siluas reuerti uitulorum fatigatos præ se ferentes. Alienæ quoq; regionis intellectu creduntur maria transituri non ante naues conscendere: q̄ inuitati rectoris iureiurando de reditu. Visiq; sunt fessi ægritudine: quando & illas moles infestant morbi: per herbas supini in cælum iacentes: ueluti tellure precibus alligata. Nā quod ad docilitatē attinet. Regem adorant. Genua summittūt. Coronas porrigunt. Indicis arabici minores: quos appellant nothos.

Quando primum iuncti. Cap. ii.

ROmæ iuncti primum subiere currum Pompeii Magni africo triumpho. quod prius india uicta triumphante Libero patre memoratur. Procilius negat potuisse Pompeii triūpho iunctos egredi porta. Germanici Cæsaris munere gladiatorio quosdam inconditos motus edidere: saltantium modo. Vulgare erat per auras arma iacere: non auferentibus uentis: atq; inter se gladiatorios congressus edere: aut lasciuiente pernicitate colludere. Postea & per funes incessere. Lecticas etiam ferentes q̄terni singulas: puerperas imitātes: plenisq; hominum tricliniis accubitu: iere p lectos ita libratis uestigiis: ne quis potantium attingeretur.

DE Docilitate eorum. Cap. iii.

CErtum est unum tardioris ingenii in accipiendis quæ tradebantur: sæpius castigatum uerberibus eadem illa meditantem noctu repertum. Mirum maxime & aduersis quidē funibus subiere. Sed regredi magis utiq; pronis. Mutianus ter cōsul auctor est: aliquem ex iis & litterarum ductus græcarum didicisse: solitūq; perscribere eius linguæ uerbis. Ipse Egio hæc scripsi: & spolia celtica dicaui. Itemque se uidente puteolis cum aduecti de naue egredi cogerētur: territos spatio procul pōtis a cōtinēte porrecti: ut sese longinquitatis æstimatione fallerent: auersos retrorsus isse. Prædam ipsi in se expetendam sciunt solam esse in armis suis quæ Iuba cornua appellat: Herodotus tanto antiquior: & consueto melius dentes. Quamobrem deciduos casu aliquo uel senecta: defodiunt. Hoc solū ebur est. Cæterum & in iis quoq; quod corpus intexit: uilitas ossea. quanq̄ nuper ossa etiam in laminas secari cœpere penuria. etenī rara amplitudo iam dentium præterq̄ ex india reperitur. Cæteꝶ in nostro orbe cessere luxuriæ. Dentium candore ītelligitur iuuenta. Circa hos belli cura summa. Alterius mucroni parcunt: ne sit prœliis hebes: alterius operario usu fodiunt radices. Impellūt moles. Circūuentiq; a uenantibus primos constituunt. quibus sunt munimini: ne tāti prœliū putetur. Postea fessi: īpactos arbori frangunt. Prædaq; se redimūt.

DE Clæmentia eoꝶ: & q̄ picula sua ītelligāt: & de tigridis truculētia. Cap. iiii.

MIrum in plerisq; animalium scire quare petantur. Sed & per cuncta q̄d caueāt. Elephas homine obuio forte in solitudine & simpliciter oberrāte clæmens placidusq; etiam demonstrare uiam traditur. Idem uestigio hominis animaduerso priusq̄ homine: intremiscere insidiarum metu. Subsistere ab olfactu. Circunspectare. Iras proflare. Nec calcare: sed cretum proximo tradere. Illum sequenti: nūcio simili usq; ad extremum. Nunc agmen circumagi: & reuerti: aciemq; dirigi. Adeo omnium odori durare uirus illud maiore ex parte: ne nudorum quidem pedum. Sic & tigris etiam feris cæteris truculenta: atq; ipsa elephanti quoq; spnens uestigia: homine uiso transferre dicitur protinus catulos. Quo nam modo agnito? ubi ante conspecto illo quem timet? etenim tales siluas minime frequentari certum est. Sane mirantur ipsā uestigii raritatem. Sed unde sciunt timendos esse? immo uero cur uel ipsius cōspectū paueant: tanto uiribus magnitudine uelocitate præstantiores? Nimirum hæc est natura rerum: hæc potentia eius: sæuissimas ferarum maximasq; quæ nunq̄ uidissent: quod debeant timere: & stati ītelligere cur sit timendum.

DE Intellectu & memoria eoꝶ. Cap. v.

ELephanti gregatim semper ingrediuntur. Ducit agmen maximus natu. Cogit ætate proximus. Amnem transituri: minimos præmittunt. ne maioꝶ ingressu

atterente alueum crescat gurgitis altitudo: Antipater auctor est duos Antiocho regi ĩ bellicis usibus celebres etiam cognominibus fuisse: etenim nouere ea. Certe Cato cũ imperatorum nomina annalibus discriberet: eum qui fortissime prœliatus esset in punica acie Sutrum tradidit uocatum: altero dente mutilato. Antiocho uadum fluminis experienti: renuit aiax: alioquĩ dux agminis semper. Tum pronuntiatum eius fore principatum qui transisset: ausumque patroclum. ob id phaleris argenteis quo maxime gaudent: & reliquo omni primatu donauit. Ille qui notabatur inedia mortẽ ignominiæ prætulit. Mirus nanq; pudor est. Victusq; uocem fugit uictoris. Terram ac uerbenas porrigit. Pudore nunq̃ nisi in abdito coeunt: mas quinquennis: fœmina decennis. Initur autem biennio: quinis ut ferũt cuiusque anni diebus: nec amplius. Sexto ꝓfunduntur amne: non ante reduces ad agmẽ. Nec adulteria nouere. Nullaue propter fœminas inter se prœlia: cæteris animalibus pernicialia. Nec quia desit illis amoris uis. nanq; traditur unus amasse quandam in ægypto corollas uendentem. Ac nequis uulgariter electam putet: miretur gratam Aristophani celeberrimo in arte grammatica. Alius Menandrum syracusanum incipientis iuuentæ in exercitu Ptolemæi desiderium eius quotiens non uideret: inedia testatus. Et unguentariã quãdam dilectam Iuba tradit. Omnium amoris fuere argumenta gaudium a conspectu: blãdiciæq; incõditæ: stipes quas populus dedisset seruatæ: & in sinum effusæ. Nec mirũ esse amorem: quibus sit memoria. Idem nanq; tradit agnitum ĩ senecta multos post annos qui rector in iuuenta fuisset. Idem diuinationẽ quãdam iustitiæ. Cũ Bocchus rex. xxx. elephantos totidem in quos sæuire instituerat: ĩ stipitibus alligatos obiecisset: ꝓcursãtibus inter eos qui lacesserent: nõ potuisse effici ut crudelitatis alienæ ministerio fungerent̃.

¶Quando primum in italia. ¶Cap. vi.

ELephantes italia primum uidit Pyrrhi regis bello. & boues lucas appellauit in lucanis uisos: anno urbis quadringentesimo septuagesimosecundo. Roma autem ĩ triumpho septem annis ad superiorem numerum additis. Eadem plurimos anno quinquagesimosecũdo uictoria. L. Metelli põtificis in sicilia de pœnis captos. Cxlii. fuere trauecti ratibus: quas doliorũ consertis ordinibus imposuerant. Verrius eos pugnasse in cyrco interfectosq; iaculis tradit penuria consilii: quoniam neque ali placuisset neq; donari regibus. L. Piso inductos dũtaxat in cyrcum: atq; ut contẽptus eorũ increscceret ab operariis hastas præpilatas habentibus: per cyrcum totum actos. Nec qd dein de iis factum sit: auctores explicant: q̃ nõ putãt ĩterfectos.

¶Pugnæ eorum. ¶Cap. vii.

CLara est unius e romanis dimicatio aduersus elephantum: cum Annibal captiuos nostros dimicare inter se coegisset. Nanq; unum qui superat: obiecit elephanto & illum dimitti pactus si interemisset. Solus ergo ĩ harena cõgressus magno pœnorum dolore confecit. Annibal cum famam eius dimicationis contemptum allaturam beluis intelligeret: equites misit: qui abeuntem interficerent. Promuscidem eorum facillime amputari Pyrrhi prœliorum experimentis patuit. Romæ pugnasse Fenestella tradit primũ õium in cyrco Claudii pulchri ædilitate curruli. M. Antonio. A. Posthumio consſ. ãno urbis sexcẽtesimo quĩquagesĩoquinto. Item post ãnos. xx. Lucullorum ædilitate curruli aduersos tauros. Pompeii quoq; altero consulatu dedicatione templi Veneris uictricis pugnauere in cyrco. xx. aut ut quidam tradunt. xvii. Gætulis ex aduerso iaculantibus: mirabili unius dimicatione qui pedibus confossis repsit genibus in cateruas: arrepta scuta iacens ĩ sublime: quæ decidentia uolubilitate spectantibus uoluptati erant in orbem circumacta: uelut arte nõ furore beluæ iacerẽt̃. Magnum & in altero miraculũ fuit uno ictu occiso. Pilum sub oculo adactũ ĩ uitalia capitis uenerat. Vniuersi eruptionẽ tentauere non sine uexatione populi circundatis claustris ferreis. Qua de causa Cæsar dictator postea simile spectaculum editurus

Euripis arenam circundedit : quos Nero princeps sustulit:equiti loca addens. Sed pōpeiāi amissa fugæ spe misericordiā uulgi īenarrabili habitu quærētes supplicauere quadā sese lamentatione complorantes:tanto populi dolore: ut oblitus imperatoris ac munificentiæ honorisue exquisite flens uniuersus cōsurgeret.dirasq; Pompeio:q̄s ille mox luit:pœnas īprecaretur. Pugnauere & Cæsari dictatori tertio consulatu eius .xx.contra pedites quingentos. Iterumq; totidem turriti cum sexagenis propugna-toribus:eodem quo priores numero peditum : & pari equitum e diuerso dimicante. Postea singulis principibus Claudio & Neroni in consummatione gladiatoꝝ. Ipsius animalis tanta narrat̃ clæmentia contra minus ualidas:ut in grege pecudū occurrētia manu dimoueat:nequid obterat imprudens. Nec nisi lacessiti noceāt:ideoq; gregati semper ambulent. Minime ex omnibus soliuagi. Equitatu circumuecti īfirmos aut fessos uulneratosue ī medium agmen recipiunt:ac uelut imperio aut ratione per uices subeunt. Capti celerrime mitificantur hordei succo.

Quomodo capiantur. Cap.viii.

CApiuntur autem in india unum ex domitis agente rectore : qui deprehensum solitarium:abactūue a grege uerberat ferū. Quo fatigato trāscendit ī eum:nec secus ac priorem regit. Africa foueis capit:in quas deerrante aliquo : protinus cæteri congerunt ramos : moles deuoluunt : aggeres construunt . Omnique ui conantur extrahere. Antea domitandi gratia regis equitatu cogebant in conuallem manufactā & longo tractu fallacem. Cuius inclusos ripis fossisq; fame domabāt. Argumentum erat ramus homine porrigente clæmenter acceptus. Nunc dentium causa. Pedes eoꝝ iaculantur alioquin mollissimos. Troglodytæ contermini æthiopiæ qui hoc solo uenatu aluntur: arbores propinquas itineri eorum cōscendunt. Inde totius agminis nouissimū speculati:extremas in clunes desiliunt. Leua apprehenditur cauda. Pedes stipantur in sinistro fœmine. Ita pendens:alterū poplitem dextra cedit:ac præacuta bipenni hoc crure tardato profugiens:alterius poplitis neruos ferit: cuncta præceleri pernicitate peragens . Alii tutiore genere : sed magis fallaci intentos ingentes arcus defigunt humi longius. Hos præcipui uiribus iuuenes continent. Alii connixi pari conatu tendunt:ac prætereuntibus sagittarum uenabula infigunt. mox sāguīs uesti-giis sequūt̃. Elephantoꝝ generis fœminæ multo pauidiores.

Quomodo domantur. Cap.ix.

DOmantur autē rabidi fame & uerberibus:elephantis aliis admotis qui tumul-tuantem cathenis coerceant. Alias circa coitus maxime efferantur . & stabula indorum dentibus sternunt. Quapropter arcent eos coitu.fœminarumque pecuaria separant. quæ haud alio modo q̄ armentorum habent. Domiti militāt:& turres ar-matorum in hostes ferunt : magnaq; ex parte orientis bella conficiunt. Prosternunt acies.proterunt armatos. Iidem minimo suis stridore terrentur. Vulneratique & ter-riti retro semper cedunt:haud minore partium suarum pnicie. Indicū afri pauēt. nec contueri audent. Nam & maior indicis magnitudo est.

DE Partu eoꝝ & reliqua natura. Cap.x.

DEcem annis gestare in utero uulgus existimat. Aristoteles biennio:nec amplius q̄ singulos semel gignere:pluresq; uiuere ducentis annis:& quosdam trecentis. Iuuenta eorum sexagesimo incipit. Gaudent amnibus maxime. Et circa fluuios ua-gantur:cum alioquī nare propter magnitudinem corporis non possint. Iidē frigoris impatientes. Maximum hoc malum:īflationemq; & profluuium alui:nec alia mor-borum genera sentiunt. Olei potu tela quæ corpori eorum inhæserāt:decidere īuēio. A sudore autem facilius adhærescere . Et terram edisse iis tabificum est : nisi sæpius mandant. Deuorant autem & lapides. Truncos quidem gratissimo ī cibatu habent.

Palmas excelsiores fronte prosternunt. ac ita iacentium assumunt fructum. Mandūt ore. Spirant & bibunt: odoranturque haud improprie appellata manu. Animalium maxime odere murem. & si pabulum in præsepio positum attingi ab eo uidere: fastidiunt. Cruciatum in potu maximū sentiunt hausta hyrudine: quā sanguisugā uulgo cœpisse appellari aduerto. Hæc ubi in ipso amne canali se uixit: intolerando afficit dolore. Durissimum dorso tergus. Ventres molles. Setarum nullum tegumentum. Ne in cauda quidem præsidium abigendo tedio muscarum. Nāq; id & tanta uastitas sentit. Sed cancellata cutis & inuitans id genus animalium odore. Ergo cum extenti recepere examina: artatis in rugas repente cancellis comprehensas enecant. Hoc iis ꝓ cauda pro iuba pro uillo est. Dentibus ingens precium: & deorum simulacris lautissima ex iis materia. Inuenit luxuria commendationem. & aliam expetit ī callo manus uim saporis. haud alia de causa credo q̄ quia ipsum ebur sibi mādere uidetur. Magnitudo dētium uidetur quidem ī templis præcipua. Sed tamē ī extremis africæ: qua cōfinis æthiopiæ est: postium uicem in domiciliis præbere. Sepesq; ī iis & pecorū stabulis palos elephantorū dētibus fieri Polybius tradidit auctore Gulusa Regulo.

¶Vbi nascātur & de discordia eorum & draconum. ¶Cap. xi.

Elephantes fert africa ultra syrticas solitudines: & ī mauritania. Ferūt æthiopes & troglodytæ ut dictum est. Sed maxīos india. Bellantesque cum iis perpetua discordia dracones tantæ magnitudinis ut & ipsos circunflexu facili ambiant: nexuq; nodi ꝑstringant. Commoritura dimicatio: uictusq; corruēs complexū elidit pōdere.

¶DE Solertia animalium. ¶Cap. xii.

Mira animalium pro se cuiq; præcipua sollertia est: ut iis una scandendi ī tātam altitudinem difficultas. Draco itaq; iter ad pabula speculatur. Ab excelsa se arbore inicit. Scit ille imparem sibi luctatum contra nexus. Itaq; arborum aut rupiū attritū quærit. Cauent hoc dracones. obidq; gressus primū alligant cauda. Resoluūt illi nodos manu. At hi in ipsa nare caput condunt. pariterq; spiritum præcludunt. & mollissimas lancinant partes. Idem obuii deprehēsi in aduersos erigunt se: oculosq; maxime petunt. Ita fit ut plerunq; cæci ac fame & mœroris tabe cōfecti reperiantur. Quam quis aliam tantæ discordiæ causam attulerit: nisi naturæ spectaculum sibi ac paria componentis. Est & alia dimicationis huius fama. Elephantis frigidissimum esse sanguinem: ob id æstu torrente præcipue a draconibus expeti. Quamobrē ī āmes mersos insidiari bibentibus artatisq; illigata manu ī aurem morsum defigere: quoniā is tantum locus defendi non possit manu. Dracones esse tantos ut totum sāguinem capiāt. Itaq; elephantos ab iis ebibi: siccatosq; cōcidere & dracones īebriatos opprimi commoriq;.

¶DE Draconibus. ¶Cap. xiii.

Generat dracones æthiopia indicis pares uicenum cubitorum. Id modo mirum unde cristatos iuba crediderit. Asachei uocantur æthiopes: apud quos maxime nascant̄. Narrat̄ ī maritimis eorum quaternos quinosq; inter se cratium mō īplexos erectis capitibus uelificantes ad meliora pabula arabiæ uehi fluctibus.

¶DE Serpentibus maximis & bois. ¶Ca. xiiii.

Megasthenes scribit in india serpentes in tantam magnitudinem adolescere: ut solidos hauriant ceruos: taurosq;. Metrodorus circa rhindacum amnem ī pōto ut superuolantes q̄uis alte perniciterq; alites haustu raptas absorbeant. Nota est in punicis bellis ad flumen bagradam a Regulo imperatore balistis tormentisq; ut oppidum aliquod expugnata serpens centum uiginti pedum longitudinis. Pellis eius maxillæq; usq; ad bellum numantinum durauere romæ in templo. Faciunt his fidē in italia appellatæ boæ ī tantam magnitudinem exeuntes: ut diuo Claudio principe occisæ in uaticano solidus in aluo spectatus sit infans. Aluntur primo bubuli lactis succo unde nomē traxere. Cæteroꝝ aīaliū quæ modo conuecta undiq; italiæ cōtigere

sæpius:formas nihil attinet scrupulose referre.

¶DE Scythicis animalibus & septentrionalibus. Cap.xv.

PAucissima scythia gignit inopia fructuum. Pauca contermina illi germania. Insignia tamen boum ferarum genera:iubatos bisontes: excellentique & ui & uelocitate uros: quibus imperitum uulgus bubalorum nomen imponit: cum id gignat africa uituli potius ceruice quadam similitudine. Septentrio fert & equorum greges ferorum:sicut asinorum asia & africa. Præterea alcen ni proceritas aurium & ceruicis distinguat:iumento similem. Item natam in scadinauia insula: nec ūq̄ uisā in hoc orbe:multis tamē narratam machlin haud dissimilem illis:& nullo suffraginū flexu. Ideoq; non cubantem & accliuem arbori in somno. eaq; incisa ad īsidias capi. Alias uelocitatis memoratæ. Labrū ei superius prægrāde. ob id retrogradit' ī pascēdo: ne in priora tendens inuoluatur. Tradunt in mœnia feram quæ bonasus uocet' eq̄na iuba:cætera tauro similē: cornibus ita in se inflexis:ut nō sint utilia pugnæ:q̄propter fuga sibi auxiliari: reddentem ea fimum interdum & trium iugerum longitudine. cuius contactus sequētes ut ignis aliquis comburat. Mirum pardos pātheras leones: & similia condito in corporis uaginas unguium mucrone ne refringant' hebetenturq; ingredi:auersisq; falculis currere.nec nisi appetendo prætendere.

DE Leonibus. ¶Cap.xvi.

LEoni præcipua generositas tūc cum colla armosq; uestiunt iubæ. id enim ætate contingit e leone conceptis. Quos uero pardi generauere: semper insigni hoc carent. Simili modo fœminæ. Magna iis libido coitus:& ob hoc maribus ira. Africa hæc maxime spectat inopia aquarum ad paucos amnes congregantibus se feris. Ideo multiformes ibi animalium partus:uarie fœminis cuiusq; generis mares aut ui aut uoluptate miscente. Vnde etiā uulgare græciæ dictum:Semper aliquid noui africam afferre. Odore pardi coitum sentit in adultera leo.totaq; ui cōsurgit in pœnā. Idcirco aut culpa flumine abluitur:aut longius comitatur. Semel autem edi partū lacerato unguium acie utero in enixu uulgum credidisse uideo. Aristoteles diuersa tradit uir quem in his magna secuturus in parte præfandum reor. Alexandro Magno rege inflāmato cupidine animalium naturas noscendi: delegataq; commentatione. Aristoteli summo in omni scientia uiro aliquot milia hominum in totius asiæ græciæq; tractu parere iussa omnium quos uenatus aucupia piscatusq; alebant. Quibusque uiuaria: armenta:aluearia:piscinæ auiaria ī cura erāt:nequid usq̄ genitum ignoraretur ab eo. Quos percontando.L.ferme uolumina illa præclara de animalibus condidit. Quæ a me collecta in artum cum iis quæ ignorauerat:quæso ut legentes boni consulant: in uniuersis rerum naturæ operibus: medioq; clarissimi regum omnium desiderio cura nostra breuiter peregrinātes. Is ergo tradit leænam primo fœtu parere q̄nq; catulos: ac per annos singulos uno minus: ab uno sterilescere. Informes minimasque carnes magnitudine mustelarum esse initio. Semestres uix īgredi posse: nec nisi bimestres moueri. In europa autem inter acheloum tantum & nesum amnes leones esse: sed longe uiribus præstantiores iis quos africa aut syria gignant. Leonum duo genera. Compactile & breue crispioribus iubis. Hos pauidiores esse:q̄ longo simpliciq; uillo. eos contemptores uulnerum. Vrinam mares crure sublato reddere: ut canes. Grauē odorem:nec minus halitum. Raros in potu. Vesci alternis diebus. A saturitate iterī triduo cibis carere. Quæ possint in mandendo solida deuorare:nec capiente aluo cō iectis in fauces unguibus extrahere:ut si fugiendum sit:non in satietatem abeat. Vitā iis longam docet:argumento ꝙ pleriq; dentibus defecti reperiantur. Polybius Aemiliani comes:in senecta hominem appeti ab iis refert. Quoniam ad persequēdas feras uires non suppetant. Tunc obsidere africæ urbes.eaq; de causa crucifixos uidisse se cū

Scipione:quia cæteri metu pene similis absterrerentur eadem noxa. Leoni tãtum ex
feris clæmentia ĩ supplices. Prostratis parcit. Et ubi sæuit:in uiros priusq̃ in fœminas
fremit. Infantes non nisi in magna fame. Credit libya intellectum prouenire ad eos
precum. Captiuam certe Getuliæ reducem audiui multorum in siluis impetum a se
mitigatum alloquio ausæ se dicere fœminam profugam infirmam supplicem aĩalis
omnium generosissimi: cæterisq; impetrantis:indignam eius gloria prædam. Varia
circa hæc opinio ex ingenio cuiusq; uel casu : mulceri alloquiis feras. Quippe iã ser-
pentes extrahi cãtu: cogiq; ĩ pœnam. Verum falsumue sit:uita decreuerit. Leonum
animi index cauda:sicut & equorum aures. Nãq; & has notas generosissimo cuique
natura tribuit. Immota ergo placido clæmens blandientiq; similis,quod rarum est.
crebrior enĩ iracundia eius. In principio terra uerberatur. Incremẽto terga ceu quodã
incitamẽto flagellantur. Vis summa in pectore. Ex omni uulnere siue ungue ĩpresso
siue dẽte:ater profluit sanguis. Iidem satiati innoxii sunt. Generositas in periculis
maxime deprehenditur:nõ ĩ illo tãtũmodo ꝙ spernẽs tela diu se terrore solo tuetur:
ac uelut cogi testatur. Cogiturq; nõ tãq̃ periculo coactus:sed tanq̃ amẽtia iratus. Illa
nobilior animi significatio quãlibet magna canum & uenãtium urgẽte ui:contẽptim
restitansq; cedit in cãpis:& ubi uideri potest. Idem ubi uirgulta siluasq; penetrauerit:
acerrimo cursu fertur:uelut deputans abscõsiõe turpitudinem. Dum sequit̃:insilit
saltu:quo in fuga nõ utitur. Vulneratus obseruatione mira percussorem nouit:& in
q̃talibet multitudine appetit. Eũ uero qui tela quidem miserit:sed tamẽ nõ uulne-
rauerit : correptum raptatumq; sternit nec uulnerat. Cum pro catulis fœta dimicat:
oculorum aciem traditur defigere in terram:ne uenabula expauescat. Cæterum dolis
carẽt & suspicione. Nec limis ĩtuẽtur oculis:aspiciq; simili modo nolunt. Creditũ est
a moriente humum morderi:lachrymãq; leto dari. Atq; hoc tale tamq; sæuũ animal
rotarum orbes circũacti : currusq; inanes:& gallinaceorum cristæ cantusq; etiã magis
terrẽt. Sed maxĩe ignes. Aegritudĩem fastidii tãtũ sẽtit:ĩ qua medetur ei cõtumelia.
ĩ rabiem agente ãnexarum lasciuia simiarum. Gustatus deĩde sanguis in remedio ẽ.
Leonum simul pugnam pluriũ romæ princeps dedit. Q. Scæuola. P. Fabius ĩ curruli
ædilitate. Centum autem iubatorum primus omnium. L. Sylla:qui postea dictator
fuit in prætura. Post eum Pompeius Magnus in cyrco.dc.ac in iis iubatorum.ccc.xv.
Cæsar dictator quadringentos. Capere eos ardui erat quondã operis:foueisq; maxĩe.
Principatu Claudii casus rationẽ docuit pudẽdã pene talis feræ nomine:pastoris gæ-
tuli sago contra ingruentis impetum obiecto. Quod spectaculum in arenã protinus
translatum est:uix credibili modo torpescente tanta illa feritate:q̃uis leui ĩiectu opto
capite:ita ut deuinciatur non repugnans. Videlicet omnis uis constat in oculis. Quo
minus mirum sit a Lysymacho Alexandri iussu simul incluso strãgulatum leonem.
Iugo subdidit eos. Primusq; romæ ad currum iunxit. M. Antonius:& quidem ciuili
bello:cum dimicatum esset in pharsalicis campis non sine ostento quodam tempore
illo generosos spiritus iugum subire prodigio significante.. Nam ꝙ ita uectus
est cum Mima cytheride supra monstra etiam illarum calamitatum fuit. Primus aũt
hominum leonem manu tractare ausus & ostendere mansuefactum Hanno e claris-
simis pœnorũ traditur. Damnatusq; illo argumento quoniam nihil nõ persuasurus
uir tam artificis ingenii uidebatur & male credi libertas ei:cui in tantum cessisset etiã
feritas. Sunt uero & fortuita eorum quoq; clæmẽtiæ exempla. Mentor syracusanus
in syria leone obuio suppliciter uolutante attonitus pauore: cum refugienti undique
fera opponeret sese: & uestigia lamberet adulanti similis : animaduertit in pede eius
tumorem uulnusq;:& extracto surculo liberauit cruciatu. Pictura casũ hunc testatur
syracusis. Simili modo Helpis samius natione in africam delatus naue : iuxta littus
conspecto leone hiatu minaci arborem fuga petit Libero patre inuocato:quoniã tum
præcipuus uotorũ locus est : cum spei nullus est. Sed neq; profugienti cũ potuisset:

fera ĩstiterat:& procumbens ad arborem hiatu quo terruerat: miseratione quærebat. Os morsu auidiore adhæserat dentibus: cruciabatq; inedia. Tum pœna in ipsis eius telis suspectantem ac uelut mutis precibus orantem dum fortuitu fidens non ẽ cõtra feram. Multoq; diutius miraculo q̃ metu cessatum est. Digressus tãdem euellit præ/benti:& q̃ maxime opus est accõmodanti. Traduntq; quãdiu nauis ea ĩ littore stetit rettulisse gratiam uenatus aggerendo. Qua de causa Liberopatri templum in samo Helpis sacrauit: quod ab eo factũ græci σωτηρος νεως Διονυσον:id est saluatoris templum Dionysii appellauere. Miremur postea uestigia hominum intelligi a feris cum etiam auxilia ab uno animalium sperent. Cur enim non ad alia iere? aut unde medicas manus hominis sciũt? Nisi forte uis malorum etiã feras omnia expiri cogit.

DE Pantheris. Cap.xvii.

AEque memorandum & de panthera tradit Demetrius physicus. Iacẽtẽ ĩ media uia hominis desiderio repente apparuisse patri cuiusdam Philinis affectatoris sapientiæ:illum pauore cœpisse regredi. Feram uero circũuolutari nõ dubie blãdiẽtẽ sese conflictantem mœrore:qui etiam in panthera intelligi posset. Fœta erat: catulis procul in foueam delapsis. Primum ergo mirationi fuit:non expauescere. proximũ ei curam intendere.secutusq; qua trahebat uestem unguium leni iniectu: ut causam doloris intellexit:simulq; salutis suæ mercedem:exemit catulos. eaq; cũ iis ꝓsequẽte usq; extra solitudĩes deductus læta atq; gestiente:ut facile appareret gratiam referre: & nihil inuicem imputare.quod etiam in homine rarum est. Hæc fidem etiam De/mocrito afferunt qui Thoantem in arcadia seruatum a dracone narrat. Eũ nutrierat puer dilectum admodum. pauensq; serpentis naturam & magnitudinem metuens: in solitudines tulerat. In quibus circumuento latronum insidiis agnitoq; uoce sub/uenit. Nam quæ de infantibus ferarum lacte nutritis cum essẽt expositi:produntur: sicut de conditoribus nostris a lupa:magnitudini fatorum accepta ferri æqus q̃ feraꝝ naturæ arbitror. Panthera & tigris macularum uarietate prope solæ bestiarum spec/tantur. Cæteris unus:ac suus cuiusq; generis color est. Leonum tãtum ĩ syria niger. Pantheris in candido breues macularum oculi. Ferunt colore earum mire sollicitari quadrupedes cunctas:sed capitis toruitate terreri. Quamobrem occultato eo reliqua dulcedine inuitatas corripiunt. Sunt qui tradant in armo iis similem lunæ esse maculam crescentem ĩ orbes:& cauantem pari modo cornua. Nunc uarias & pardos qui mares sunt:appellant in eo omni genere creberrimo in africa syriaq;. Quidam ab iis pantheras solo candore discernunt.nec ahuc aliam differentiam inueni. Senatus/consultum fuit uetus: ne liceret africanas in italiam aduehere. Contra hæc tulit ad populum Cn. Aufidius tribunusplebis: permisitque cyrcensium gratia importare. Primus autem Scaurus ædilitate sua uarias .cl. uniuersas misit. Deinde Pompeius Magnus quadringentas decem. Diuus Augustus quadringentas .xx. Idem.Q.Tu/berone Fabio Maximo consſ.iiii.nonas maii theatri Marcelli dedicatione tigrin prius oĩũ romæ ostedit in cauea mãsuefactã. Diuus uero Claudius simul quattuor.

DE Tigridis natura:& camelis:& camelopardali: & quãdo primũ uisa romæ. Capitulũ .xviii.

TIgrin hyrcani & indi ferunt animal uelocitatis tremẽdæ: & maxime cognitæ dũ capitur. Totus eius fœtus qui semper numerosus est:ab insidiante rapit̃ equo q̃maxime pernici atq; ĩ recentem subinde transfertur. At ubi uacuum cubile repperit fœta(maribus enim cura non est sobolis)fertur præceps odore uestigans. Raptor ap/propinquante fremitu abiicit unum ex catulis. Tollit illa morsu & pondere etiam ocior acta remeat. iterumque consequitur & subinde:donec in nauem regresso irrita feritas sæuit in littore. Camelos inter armenta pascit oriens: quorum duo genera

bactriæ & arabiæ:differũt:ꝙ illi bina habent tubera in dorso: hi singula & in pectore alterum cui incumbant. Dentium superiore ordine ut boues carent in utroq; genere. Omnes autem iumentorum ĩ iis terris dorso fungũt᷑:atq; etiam equitatu in prœliis. Velocitas inter equos. Sed sua cuiq; mensura:sicuti uires:nec ultra assuetũ procedit spatiũ:nec plus instituto onere recipit. Odium aduersus equos gerũt naturale. Sitĩ & q̃triduo tolerant. Implent᷑ cũ bibẽdi occasio est & in præteritũ & in futurꝫ:obtbata conculcatione prius aqua : aliter potu non gaudent. Viuunt quinquagenis annis. Quidam & centenis. Vtrunq; rabiem & ipsi sentiunt. Castrandi genus etiã fœminas quæ bello præparentur inuentum est. Fortiores ita fiunt coitu negato. Horũ aliqua similitudo in duo transfertur animalia. Nabuna æthiopes uocant:collo similẽ equo pedibus & cruribus boui: camelo capite : albis maculis rutilũ colorem distĩguẽtibus: unde appellata camelopardalis. Dictatoris Cæsaris cyrcẽsibus ludis primum uisa romæ. Ex eo subinde cernitur aspectu magis q̃ feritate conspicua:quare etiam ouis fere nomen inuenit.

DE Chao & cepho. Cap.xix.

p Ompeii Magni primum ludi ostenderunt chaum:quem calliraphiũ uocabãt: effigie lupi:pardorum maculis. Iidem ex æthiopia quas uocant cephos:quarũ pedes posterioribus pedibus humanis & cruribus: priores manibus fuere similes hoc animal postea roma non uidit.

DE Rhinocerote. Cap.xx.

i I Isdem ludis & rhinoceros unius ĩ nare cornu qualis sæpe uisus. Alter hic gẽitus hostis elephanto:cornu ad saxa limato præparat se pugnæ. In dimicatiõe aluũ maxime petens quam scit esse molliorem. Longitudo ei par. Crura multa breuiora. Color buxeus.

DE Lyncibus:& sphingibus:& crocutis : cercopithecis:indicis bubus:leucrocutis: eale:tauris æthiopiæ:mãticora:monocerote:catoblepa:basilisco. Cap.xxi.

L Yncas uulgo frequentes & sphingas : fusco pilo:mammis in pectore geminis æthiopia generat: multaque alia monstro similia. Pennatos equos & cornibus armatos:quos pegasos uocant. Crocutas uelut ex cane lupoq; conceptos:oĩa dẽtibus frangentes:protinusq; deuorata conficientes uentre. Cercopithecos nigris capitibus: pilo asinino:& dissiles cæteris uoce. Indicos boues unicornes tricornesq;. Leucrocutã pnicîosissimam feram:asini fere magnitudine:clunibus ceruinis:collo cauda pectore leonis:capite melium: bisulca ungula : ore ad aures usq; rescisso:dentium locis osse perpetuo. Hanc feram humanas uoces tradunt imitari. Apud eos & quæ uocat᷑ eale magnitudine equi fluuiatilis : cauda elephãti:colore nigra uel fulua. Maxillas apri: maiora cubitalibus cornua habens mobilia : quæ alterna in pugna sistit.uariatque infesta aut obliqua:utcunq; ratio mõstrauit. Sed atrocissimos hahet tauros siluestres maiores agrestibus : uelocitate ante omnes : colore fuluos : oculis cæruleis : pilo in contrarium uerso:rictu ad aures dehiscente. Iuxta cornua mobilia. Tergoris duricia silicis:omne respuens uulnus. Feras omnes uenantur. Ipsi non aliter q̃ foueis capti feritate semper intereunt. Apud eosdem nasci Ctesias scribit : quam manticoram appellat triplici dentium ordine pectinatim coeũti. Facie & auriculis hominis oculis glaucis colore sanguineo:corpore leonis. Cauda scorpionis modo spicula infigẽtem. Vocis ut si misceatur fistulæ & tubæ cõcentus. Velocitatis magnæ: humani corporis uel præcipuæ appetentem. In india & boues solidis ungulis unicornes:& feram noĩe axin:hinnuli pelle : pluribus candidioribusq; maculis sacrorum Liberipatris. Orsei indi simias cãdentes toto corpore uenantur. Asperrimam autem feram monocerotẽ: reliquo corpore equo similem : capite ceruo : pedibus elephanto: cauda apro : mugitu graui:uno cornu nigro media fronte cubitorum duum eminente. Hanc feram uiuam negant capi. Apud hesperios æthiopas fons est nigris:ut pleriq; existimauere

nili caput: ut argumēta quæ dixīus: persuadent. Iuxta hunc fera appellat^r catoblepas modica alioquin: cæterisq; mēbris iners: caput tantū prægraue ægre ferens: id deiectū semper in terram. Alias internecio humani generis omnibus: qui oculos eius uidere: confestim expirantibus. Eadem & basilisci serpentis est uis. Cyrenaica hunc generat prouincia. xii. nō amplius digitorꝫ magnitudine. Cādida in capite macula ut quodā diademate insigni. Sibilo omnes fugat serpētes. Nec flexu multiplici nec ut reliquæ corpus impellit: sed celsus & erectus in medio incedens. Necat frutices nō cōtactas modo: uerum & afflatas. exurit herbas. rumpit saxa. Talis uis malo est. Creditum quōdam ex equo occiso hasta: & per eam subeunte ui: non equitem modo: sed equū quoq; absumptum. Huic tali monstro (sæpe .n. enectum concupiuere reges uidere) mustellarum uirus exitio est: adeo naturæ nihil placuit esse sine pari. Interficiūt eos cauernis facile cognitis: sola tabe. Necant illi simul odore: moriūturq;: & naturæ pugnā conficiunt.

DE Lupis. ¶Cap. xxii.

SEd ī italia quoq; creditur luporꝫ uisus esse noxius. Vocēq; homini quē priores contemplentur: adimere ad præsens. Inertes hos paruosque africa & ægyptus gignunt: asperos trucesq; frigidior plaga. Homines in lupos uerti: rursusq; restitui sibi: falsum esse confidenter existimare debemus: aut credere omnia quæ fabulosa tot sæculis comperimus. Vnde tamen ista uulgo infixa sit fama in tantū ut ī maledictis uersipelles habeant: indicabitur. Euanthes inter auctores græciæ non spretus tradit arcadas scribere ex gente Antæi cuiusdam sorte familia electum ad stagnum quoddā regionis eius duci. uestituq; in quercu suspenso tranare: atq; abire in deserta: transfigurariq; ī lupum: & cum cæteris eiusdem generis congregari per annos nouē. Quo in tempore si homine se abstinuerit: reuerti ad idem stagnum: & cum tranatauerit: effigiem recipere ad pristinum habitum addito nouem annorum senio. Addit quoq; Fabius eandem recipere uestem. Mirum est q̄ procedat græca credulitas. Nullum tā impudens mendacium est: ut teste careat. Itaq; Copas qui olympionica scripsit: narrat Demenetum parrhasium in sacrificio quod arcades Ioui Lyceo humana etiam cum hostia faciebant: immolati pueri exta degustasse & ī lupum se cōuertisse. Eūdē decimo anno restitutum athleticæ restitisse ī pugilatu: uictoremq; uictoria olympia reuersum. Quin & caudæ huius animalis creditur uulgo inesse amatorium uirus: exiguo in uillo. eumq; qui capiatur: abiicere. Nec idem pollere: nisi uiuenti direptū. Dies quibus coeant: toto anno non amplius .xii. Eundem in fame uesci terra. Inter auguria ad dexteram commeantiū præciso itiere si pleno id ore fecerit: nullū ōium præstantius. Sūt ī eo gn̄e qui ceruarii uocantur: qualem e gallia in Pompeii Magni arena spectatum diximus. Huic q̄uis in fame mandenti si respexit: obliuionem cibi surrepere aiunt: digressumq; quærere aliud.

¶DE Serpentibus. Cap. xxiii.

QVod ad serpentes attinet: uulgatum est colores earum plerasq; terras habere in quas occultentur. Innumera esse genera. Cerastis corpore eminere. Cornicula sæpe quadrigemina quorum motu reliquo corpore occultato sollicitent ad se aues. Geminum caput amphesibenæ: hoc est & ad caput & ad caudam tanq̄ parū esset uno ore fundi uenenum. Aliis squamam esse: aliis picturas. Omnibus exitiale uirus. Iaculum ex arborum ramis uibrari. Nec pedibus pauendas tantum serpentes: sed & missili uolare tormento. Colla aspidum intumescere nullo ictus remedio: præterq̄ si confestim partes contactæ amputentur. Vnus huic tam pestifero animali sensus uel potius affectus est. Coniuga ferme uagantur: nec nisi cum compare uita est. Itaque alterutra interempta: incredibilis alteri ultionis cura. Persequitur interfectorē: unūq;

eum in quãtolibet populi agmine noticia quadam infestat. Perrumpit omnes diffi/cultates. Permeat spatia:nec nisi amnibus arcetur aut præceleri fuga. Non est fateri rerum natura largius mala aut remedia genuerit. Iam primum hebetes oculos huic malo dedit eosq; nõ in frõte: nec ex aduerso cernere:sed in temporibus. Itaq; excitat sed sæpius auditu q̃ uisu.

DE Ichneumone. ¶Cap.xxiiii.

HAbet deinde interneciuum bellum cum Ichneumone. Notum est animal hac gloria maxime in eadem natum ægypto. Mergit se limo sæpius: siccatque sole. Mox ubi pluribus eodẽ modo se coriis loricauit: in dimicationem pergit. In ea cauda attollens: ictus irritos auersus excipit: dõec obliquo capite speculatus ĩuadat ĩ fauces. Nec hoc contentus: aliud haud mitius debellat animal.

¶DE Crocodilo & hippopotamo. Cap.xxv.

CRocodilum habet nilus quadrupes malũ: & terra pariter ac flumine infestum. Vnum hoc animal terrestre lĩguæ usu caret. Vnum superiore mobili maxilla ĩprimit morsum alias terribile : pectinatim stipante se dentium serie. Magnitudine excedit plerunq; duodeuiginti cubita. Parit oua quanta anseres. Eaq; extra eũ locũ transferens semper incubat: prædiuinatione quadam ad quẽ summo auctu eo anno egressurus ẽ nilus. Nec aliud animal ex mĩori origine ĩ maiorẽ crescit magnitudinẽ. Et unguibus hic armatus ẽ contra omnes ictus cute inuicta. Dies in terra agit: noctes aqua: tẽporis utrunq; ratione. Hunc saturum cibo piscium: & semper esculẽto ore in littore somno datum: parua auis : quæ trochilos ibi uocatur: rex auium ĩ italia: ĩuitat ad hiãdum pabuli sui gratia: os primum eius adsultim repurgans: mox dẽtes: & ĩtus fauces quoq; ad hanc scabẽdi dulcedinem q̃maxime hiantes. In qua uoluptate sõno pressum conspicatus Ichneumon per easdem fauces ut telũ aliquod immissũ erodit aluum. Similis crocodilo : sed minor etiam Ichneumone est in nilo natus scincos: contra uenena præcipuum antidotum. Item ad inflammandam uirorum uenerem. Verum ĩ crocodilo maior erat pestis q̃ ut uno esset eius hoste natura contenta. Itaq; & delphini immeantes nilo: quorum dorso tanq̃ ad hunc usum cultellata ĩest penna abigentes eos præda: ac uelut in suo tantum amne regnantes alioquĩ impares uiribus ipsi astu interimunt. Callent enim in hoc cuncta animalia : sciuntq; non modo sua commoda: uerum & hostium aduersa. Norunt sua tela. norunt occasiones: partesque dissidentium in bellis. In uentre mollis est: tenuisq; cutis crocodilo. ideo se ut territi immergunt delphini: subeuntesq; aluum illam secant spina. Quin & gẽs hominum est huic beluæ aduersa in ipso nilo: & in interiore habitans nitria ab insula ĩ q̃ habitat appellata. Mensura eorum parua: sed præsentia animi ĩ hoc tantum usu mira. Ter/ribilis hæc contra fugaces belua est : fugax contra insequentes. Sed aduersum ire soli hi audent. Quin etiam flumini innatant. Dorsoq; equitantium modo impositi hiantibus resupino capite ad morsum addita ĩ os claua dextra ac leua tenentes extrẽa eius utrinq; ut frenis in terram agunt captiuos: ac uoce etiam sola territos cogũt euo/mere recentia corpora ad sepulturam. Itaq; ei uni insulæ crocodili non adnatant. Ol/factuq; eius generis hominum ut Psyllorum serpentes fugãtur. Hebetes oculos hoc animal dicitur habere in aqua : extra acerrimi uisus. Quatuorq; menses hyemis ine/dia semper transmittere ĩ specu. Quidam hoc unum quãdiu uiuat crescere arbitrãt. Viuit aũt longo tẽpore. Maior altitudine in eodem nilo belua hippopotamus edit. Vngulis binis quales bubus : dorso equi : & iuba : & hinnitu : rostro resimo : cauda torta & dentibus aprorum aduncis : sed minus noxiis. Tergoris ad scuta galeasque impenetrabilis: præterq̃ si humore madeat. Depascitur segetes: destinatiõe ante ut ferunt: determinatas in diem & ex agro ferẽtibus uestigiis ne quæ reuertenti insidiæ comparent. ¶Quis primus romæ hippopotamũ & crocodilos ostẽdit: & medicinæ ab animalibus repertæ. Cap.xxvi.

P Rimus eum & quinq; crocodilos romæ ædilitatis ſuæ ludis. M. Scaurus tem/
porario euripo oſtendit. Hippopotamus ī quadā medendi parte etiā magiſter
exiſtit: aſſidua nanq; ſatietate obeſus exit in littus: recentes arundinum cæſuras per/
ſpeculatus: atq; ubi acutiſſimum uidet ſtipitem imprimens corpus: uenam quādam
in cute uulnerat. atque ita profluuio ſanguinis morbidum alias corpus exonerat: &
plagā limo rurſus obducit.

Quæ animalia quas herbas oſtēderūt cerui: lacerti: hirundines: teſtudīes: muſtela:
ciconia: aper: anguis: draco: panthera: elephas: urſi: cerui: palumbes: columbæ: grues:
coruus. ¶Cap. xxvii.

ſ Imile quiddam & uolucris ī eadem ægypto monſtrauit quæ uocatur ibis: roſtri
aduncitate per eam partem ſe perluens: q̄ reddi ciborum onera maxime ſalubre
eſt. Nec hæc ſola multis animalibus reperta ſunt uſui futura & homini. Dictamum
herbam extrahendis ſagittis cerui monſtrauere percuſſi eo telo: paſtuque eius herbæ
eiecto. Iidem percuſſi a phalangio quod eſt aranei genus aut aliquo ſimili: cancros
edendo ſibi medentur. Eſt & ad ſerpētiū ictus præcipua qua ſe lacerti: quotiens cum
his cōſeruere pugnam: uulnerati refouēt. Chelidoniam uiſui ſaluberrimā hirūdīes
monſtrauere: uexatis pullorum oculis illa medentes. Teſtudo cunilæ: quā bubulā
uocant: paſtu uires contra ſerpentes refouet. Muſtela ruta in murium uenatu cum
iis dimicatione conſerta. Ciconia origano. Edera apri in morbis ſibi medentur. Et
cancros ueſcendo maxime mari eiectos. Anguis hyberno ſitu membrana corporis
obducta fœniculi ſucco impedimentum illud exuit: nitiduſq; uernat. Exuit autem a
capite primum: nec celerius q̄ uno die ac nocte replicans: ut extra fiat mēbranæ quod
fuerat intus. Idē hyberna latebra uiſu obſcurato: marathro herbæ ſeſe affricās oculos
īungit ac refouet. Si uero ſquamæ obtorpuere: ſpinis iuniperi ſe ſcabit. Draco uernā
nauſeam ſilueſtris lactucæ ſucco reſtringit. Pantheras per carnes fricatas aconito ue/
nantur iidem barbari. Occupat ilico fauces earum angor. Quare pardalianthes id
uenenum appellauere quidam. At uera contra hæc incrementis hominis ſibi medet:
& alias tam auida eorum: ut a paſtoribus ex īduſtria in aliquo uaſe ſuſpenſa altiusq̄
ut queat ſaltu contingere: iaculando ea petendoq; defigi & poſtremo expirare: alioqn
uiuacitatis adeo lētæ: ut eiectis interaneis diu pugnet. Elephas cameleonte concolori
fronde deuorato: occurrit oleaſtro huic ueneno ſuo. Vrſi: cum mandragoræ mala
deguſtauere: formicas lambunt. Ceruus herba cynare uenenatis pabulis reſiſtit. Pa/
lumbes: graculæ: merulæ: perdices: lauri folio annuum faſtidium purgant. Columbæ
turtures: & gallinacei herba quæ uocatur helxine. Anates anſeres cæteræq; aquaticæ
herba ſiderite. Grues & ſimiles iunco paluſtri. Coruus occiſo chameleonte qui etiā
uictori nocet: lauro infeſtū uirus extinguit. Prognoſtica aīaliū. ¶Cap. xxviii.

m Ilia præterea utpote q̄plurimis animalibus eadem natura rerum cæli quoque
obſeruatione & uentorum & hymbrium & tempeſtatum præſagia aliis alia de/
derit. quod perſequi immenſum eſt: æque ſcilicet q̄ reliquam cum ſigulis hominum
ſotietatem. Siquidem & pericula præmonent: non fibris modo extiſque: circa quod
magna mortalium portio hæret: ſed alia quadam ſignificatione. Ruinis īminētibus
muſculi præmigrant. Aranei cum telis primi cadunt. Auguria quidem artē periculis
fecere. Apud romanos ſacerdotum collegium uel maxime ſolenne eſt. In thracia
locis rigentibus & uulpes aīal alioquin ſollerti auditu: amnes gelatos lacuſq; nō niſi
ad paſtus ituræ redituræq; trāſeūt. Obſeruatū eā aure ad glaciē appoſita coniectare
craſſitudinē gelu. ¶Ciuitates & gētes a minutis animalibus deletæ. Cap. xxix.

n Ec minus clara exitii documenta ſunt etiam ex contemnendis animalibus. M.
Varro auctor eſt a cuniculis ſuffoſſum in hiſpania oppidū: a talpis ī theſſalia:
ab ranis ciuitatem in gallia pulſam: ab locuſtis in africa. Ex gyaro cycladum inſula
amyclios a muribus fugatos: in italia amyclas a ſerpētibus deletas. Citra cynamulgos

æthiopas late deserta regio ē a scorpionibus & solipygis gēte sublata. Et a scolopēdris abactos otrerieres auctor ē Theophrastus. Sed ad reliqua ferarū genera trāseamus.

DE Hyena & crocuta & manticora & fibris & lutris. ¶Cap.xxx.

Hyenis utrāq; esse naturā:& alternis ānis esse marē:alternis fœminā fieri. Parere sine mare uulgus credit. Aristoteles negat. Collum & iuba continuitate spinæ porrigit̄.flectiq; nisi circūactu totius corporis nequit. Multa præterea mira tradūtur. Sed maxīe sermonē hūanū īter pastorū stabula assimulare. Nomēq; alicuius addiscere quē euocatū foras laceret. Itē uomitionē hoīs imitari ad sollicitandos canes:quos inuadat. Ab uno aīali sepulchra erui:inq̄sitiōe corporū. Fœminā raro capi. Oculis mille esse uarietates:colorūq; mutatiōes. Præterea umbræ eius cōtactu canes obmutescere. Et q̄busdā magicis artibus ōe aīal quod ter lustrauerit:ī uestigio hærere. Huius gn̄is coitu leæna æthiopica parit crocutam similiter uoces imitantē hoīum pecorūq;. Acies ei ꝑpetua in utraq; ꝑte oris:nullis gingiuis dente continuo.quæ ne contrario occursu hebetet̄: capsarū mō ī cludit̄. Hoīum sermōes imitari & māticoran ī æthiopia auctor est Iuba. Hyenæ pluriæ gignunt̄ in africa : quæ & asinorū siluestriū multitudinem fūdit. Mares in eo gn̄e singuli fœminarū gregibus īperitāt. Timēt libidinis æmulos. Et ideo grauidas custodiunt. Morsuq; natos mares castrāt. Contra grauidæ latebras petunt & parere furto cupiūt: gaudentq; copia libidinis. Easdē ꝑtes sibi ipsi pontici āputāt fibri ꝑiculo urgente: ob hoc se peti gnari. Castoreū id uocāt medici:alias aīal horrendi morsus. Arbores iuxta flumina ut ferro cædit. Hominis parte comprehēsa: non anteq̄ fracta concrepuerint ossa:morsu resoluit. Cauda pisciū iis.Cætera species lutræ.Vtrunq; aquaticū. Vtriq; mollior pluma pilus.

¶DE Ranis & uitulis marinis & stellionibus. Cap.xxxi.

r Anæ quoq; rupetæ:quarū & ī terra & ī hūore ē uita:pluris refertæ medicamībus deponere ea quotidie ac resumere pastu dicunt̄ : uenena tātū sibi reseruantes. Similis & uitulo marino uictus in mari ac terra. Simile fibro & ingeniū. Euomit fel suū:ad multa medicamēta utile. Itē coagulū ad comitiales morbos:ob ea se peti prudēs. Theophrastus auctor ē:angues eo mō & stelliones senectutē exuere:eāq; ꝓtinus deuorare:præripientes comitiali morbo remedia. Eosdem pestiferos ferunt ī græcia: īnocuos esse in sicilia.

DE Ceruis. ¶Cap.xxxii.

Ceruis quoq; ē sua malignitas:quāq̄ placidissīo aīaliū urgente ui canū ultra cōfugiunt ad hominē. Et ī pariendo semitas minus cauēt:hūanis uestigiis tritas q̄ quæ secretæ ac feris opportunæ. Conceptus earū post arcturi sydus. Octonis mensibus ferūt partus:& interdū geminos. A conceptu separāt se. At mares relicti: rabie libidinis sæuiunt. Fodiunt scrobes. Tunc rostra eorū nigrescunt:donec aliqui abluāt hymbres. Fœminæ aūt ante partū purgāt̄ herba quadā quæ seselis dicit̄: faciliore ita utentes utero. A partu duas habent herbas quæ aros & seselis appellant̄. Pastæ redeūt ad fœtū. Illos imbui lactis prīo nolunt succo q̄cūq; de causa. Editos partus exercent cursu:& fugā meditari docent. Ad prærupta ducunt. Saltūq; demonstrāt. Iā mares soluti desiderio libidinis auide petūt pabula. Vbi se præpingues sēsere latebras quærunt:fatentes incommodum pondus:& alias semper in fuga aqescūt:stātesq; respiciunt. Cū ꝓpe uētū ē:rursus fugæ præsidia repetētes. Hoc fit intestini dolore tā īfirmi ut ictu leui rūpat̄ intus. Fugiūt aūt latratu canū audito. Aura sēp secūda ut uestigia cū ipsis abeāt. Mulcent̄ fistula pastorali & cātu. Cū erexere aures acerrimi auditu:cū remisere:surdi. Cæterū aīal sīplex:& omnium rerū miraculo stupens: in tātū ut equo aut bucula accedente propius:hominē iuxta uenantē non cernāt:aut si cernunt:arcū ipsū sagittasq; mirent̄. Maria tranāt gregatī nantes porrecto ordine:& capita īponētes præcedētiū clunibus:uicibusq; ad terga redeuntes. Hoc maxīe notat̄ a cilicia cyprū traiicientibus. Nec uident terras : sed in odore earū natant. Cornua mares habent: soliq; aīaliū ōibus annis statuto ueris tpīe amittūt. Ideo sub ipsa die q̄maxīe inuia

petunt. Latent amissis uelut inermes. Sed & ipsi bono suo inuidētes. Dextrū cornu negant inueniri: ceu medicaméto aliquo præditū. Idq; mirabilius fatēdum ē: cū & in uiuariis mutent omnibus annis. Defodi ab iis putant. Accensis aūt utrislibet odore serpentes fugātur: & comitiales morbi deprehendūt. Indicia quoq; ætatis ī illis gerūt singulis annis adiicientibus ramos usq; ad sexennes. Ab eo tpre similia reuiuiscunt. Nec pōt ætas discerni. Sed dentibus senecta declaratur. Aut enim paucos aut nullos habent: nec in cornibus imis ramos: alioquin āte frontē ꝓminere solitos iunioribus. Nō decidunt castratis cornua: nec nascūt. Erūpūt aūt renascentibus tuberibus prīo aridæ cutis similia. Eadē teneris ícrescūt ferulis arūdineas ī pāniculas molli plumata lanugine. Quādiu carent iis: noctibus ꝓcedunt ad pabula. Increscentia solis uapore durant: ad arborē subinde experientes. Vbi placuerit robur: in apta ꝓdeūt. Capti iā sunt edera in cornibus uiridāte ex attritu arboꝝ: ut in aliquo ligno teneris dū expiūt innata. Fiunt aliquando ex candido colore qualem fuisse tradit. Q. Sertorii ceruam: quā esse fatidicam hispaniæ gentibus persuaserat. Et iis ē cū serpēte pugna. Inuestigāt cauernas: nariūq; spiritu extrahūt renitētes. Ideo singulare abigendis serpētibus odor adusto cornu ceruino. Contra morsus uero præcipuum remedium ex coagulo hinnuli in utero occisi. Vita ceruis in cōfesso longa: post centū annos aliqbus captis cū torqbus aureis: quos Alexander Magnus addiderat: adoptis iā cute ī magna obesitate. Febriū morbos non sentit hoc aīal. Quin & medet huic timori. Quasdam nos principes fœminas scimus ōibus diebus matutinis carnē eā degustare solitas & longo æuo caruisse febribus. Quod ita demū existimāt ratū: si uulnere uno interierit.

DE Tragelapho & chameleonte & reliqs colorē mutantibus. ¶Cap. xxxiii.

Est eadem specie barba tantū et armoꝝ uillo distans: quem tragelaphon uocant: non alibi q̄ iuxta phasin amnem nascens. Ceruos africa ꝓpemodum sola non gignit. At chameleontem & ipsa: quāq̄ frequētiorē india. Figura & magnitudo erat lacerti: nisi crura essent recta & excelsiora. Latera uentri iungunt ut piscibus & spina simili mō. Eminet rostrū ut in paruo sit haud absimile suillo. Cauda prælonga in tenuitatē desinens: & īplicans se uiperinis orbibus. Vngues adunci. Motus tardior ut testudini. Corpus aspeꝝ ut crocodilo. Oculi in recessu cauo: tenui discrimine prægrandes: & corpori concolores. Nunq̄ eos operit. Nec pupillæ motu: sed totius oculi uersatione circumaspicit. Ipse celsus hianti semꝑ ore. Solus aīaliū nec cibo nec potu sēp alitur: nec alio q̄ aeris alimento. Circa caprificos ferus: īnoxius alioqn. Et coloris natura mirabilior. Mutat nāq; eū subīde & oculis & cauda et toto corpore. Redditq; sēp quecūq; proxime attingit præter rubrum candidūq;. Defūcto pallor est. Caro in capite & maxillis: & ad cōmissurā caudæ admodum exigua: nec alicubi toto corpore. Sāguis ī corde & circa oculos tātū. Viscera sine splene. Hybernis mensibus latet ut lacerta.

¶DE Tarando: & lycaone: & thoe. Cap. xxxiiii.

m Vtat colores scythaꝝ tarandus nec aliud ex iis quæ pilo uestiuntur: nisi ī indis lycaon cui iubata traditur ceruix. Nam thoes lupoꝝ id genus est procerius lōgitudine: breuitate crurum dissimile: uelox saltu. Venatu uiuens: innocuū homini. Habitum nō colorem mutat. Per hyemes hirti: æstate nudi. Tarando magnitudo quæ boui ē. Caput maius ceruino: nec absimile: cornua ramosa: ungula bifida: uillus magnitudine ursoꝝ. Sed cum libuit sui coloris esse: asino similis est. Tergori tanta duricia: ut thoraces ex eo faciant. Colorem omnium arborum fruticum floꝝ locoꝝq; reddit metuens in quibus latet. Ideoque raro capit. Miꝝ esset habitum corpore tam multiplicē dari: mirabilius & uillo.

DE Hystrice. ¶Cap. xxxv.

Hystrices generat india: & africa spina contectas: ac erinaceoꝝ genere: sed hystrici lōgiores aculei: et cū intendit cutē missiles. Ora urgentium figit canū: et paulo longius iaculat. Hybernis autē se mēsibus condit. Quæ nata multis: et āte oīa ursis.

DE Vrsis et fœtibus eorum. ¶Cap. xxxvi.

e Orum coitus hyemis initio : nec uulgari quadrupedum more : sed ambobus cubantibus: complexisq;. Deinde secessus in specus separatim in qbus pariūt tricesimo die:ac plurimum quinos. Hi sunt candida informisq; caro paulo muribus maior:sine oculis sine pilo. Vngues tantum prominent. Hanc lambendo paulatim figurāt. Nec quicq̄ rarius homines q̄ pariētē uidere ursam. Ideo mares quadragenis diebus latēt. Fœminæ quaternis mensibus. Specus si non habuere:ramorū fruticūq; congerie ædificant impenetrabiles hymbribus : mollique fronde constratos. Primis diebus bis septenis tā graui somno premunt: ut ne uulneribus quidē excitari queāt. Tunc mirum in modum ueterno pinguescunt. Illi sunt adipes medicaminibus apti contraq; defluuium capilli tenaces. Ab his diebus residunt:ac priorum pedum suctu uiuunt. Fœtus rigētes apprimendo pectori fouent: nō alio incubitu q̄ oua uolucres. Mirum dictu credit Theophrastus per id tempus coctas quoque ursorum carnes si asseruentur increscere. Cibi tunc nulla argumenta : nec nisi humoris minimum in aluo īueniri. Sanguinis exiguas circa corda tantū guttas:reliquo corpori nihil īesse. Procedunt uere : sed mares præpingues. Cuius rei causa non prompta est. Quippe nec somno quidem saginatis præter quatuordecim dies:ut diximus. Exeuntes herbā quādā aron nomine laxādis intestinis alioquin concretis deuorant. Circaq; surculos dentium prædomātes ora. Oculi eorum hebetantur crebro. Qua maxīe causa fauos expetunt:ut conuulneratum ab apibus os leuet sanguine grauedinem illā. Inualidis simum urso caput : quod leoni fortissimum. Ideo urgente ui præcipitaturi se ex aliq̄ rupe:manibus eo operto iaciuntur:ac sæpe in arena colaphis inflictis exanimantur. Cerebro ueneficium esse hispaniæ credunt: occisorumq; ī spectaculis capita cremant. testato quoniā potum in ursinam rabiem agat. Ingrediuntur et bipedes. Arborem auersi diripiunt. Tauros ex ore cornibusq; eorum pedibus omnibus suspensi pōdere fatigant. Nec alteri animalium ī maleficia stultitia sollertior. Annalibus notatum ē .M.Pisone.M.Messalla coss.ad.xiiii. kalendas octobris: Domitium Aenobarbum ædilem currulem ursos numidicos.c.& totidem uenatores æthiopas in cyrco dedisse. Miror adiectum numidicos fuisse:cum in africa ursos non gigni constet.

DE Muribus ponticis & alpinis:& herinaceis. ¶Cap.xxxvii.

C Onduntur hyeme & pontici mures duntaxat alibi. Quorum palatum ī gustu sagacissimum auctores quonā modo intellexerint:miror. Conduntur & alpini quibus magnitudo media est. Sed hi pabulo ante in specus coniecto:cum qdā narrēt alternos:marem ac fœminam supra se complexo fasce barbæ supīos cauda mordicus apprehensa inuicem detrahere ad specum. Ideoq; illo tēpore detrito esse dorso. Sūt his pares & in ægypto. Similiter resident in clunes : & in binis pedibus gradiuntur: prioribusq; ut manibus utūtur. Præparāt hyemi & herinacii cibos:ac uolutati supra iacentia poma affixa spinis unum non amplius tenentes ore portant ī cauas arbores. Iidem mutationem aquilonis in austrū condentes se in cubile præsagiunt. Vbi uero sensere uenantem cōtracto ore pedibusq; ac parte omni inferiore qua rarā & īnocuā habent lanuginem cōuoluuntur in formam pilæ:nequid comprehendi possit præter aculeos. In desperatione uero urinam ex se reddunt tabificam tergori suo spinisque noxiam:propter hoc se capi gnari. Quāobrem exinanita prius urina uenari ars ē. Et tum præcipua dos tergoris. Alias corrupta fragilis putribus spinis atq; deciduis : etiā si uiuat subtractus fuga:ob id non nisi in nouissīa spe maleficio illo pfūdit. Quippe & ipsi odere insitum ueneficiū:ita parcentes sibi:terminumq; supremū opperientes: ut ferme ante captiuitas occupet. Calidæ postea aquæ aspersu resoluit pila:apprehensusq; pede altero e posterioribus suspendio ac fame necatur. Aliter nō ē occidere & tergori parcere. Ipsum animal non uerentur pleriq; dicere uitæ hominū supuacuū esse si non sint illi aculei. Frustra uellerum mollicies in pecude mortalibus data. Hac cute expoliuntur uestes. Magnū fraus & ibi lucrū monopolium inuenit. De nulla

re crebrioribus ſenatuſcōſultis nulloq; nō principe aditō querimoniis ꝓuincialibus: Vrina & duobus aliis animalibus ratione mira eſt.

DE Leontophono: lynce: melibus & ſciuris. Cap. xxviii.

l Eontophonon accepimus uocari paruum : nec aliubi naſcens q̄ ubi leo gignit᷑. Quo guſtato tanta illa uis eſt: ut cæteris quadrupedū imperitans ilico expiret. Ergo corpus eius aduſtum aſpergunt aliis carnibus polentæ modo inſidiantes feræ: necātq; etiam cinere tam cōtraria eſt peſtis. Haud immerito igitur odit leo. uiſumq; frāgit & citra morſū exaīat. Ille cōtra urinā ſpargit prudēs hāc quoq; leoni exitialē. Lyncū humor ita redditus ubi gignūt᷑: glaciat᷑: areſcitue ī gemmas carbūculis ſimiles & igneo colore fulgētes: lyncuriū uocatas: atq; ob id ſucino a pleriſq; ita gn̄ari ꝓdito. Nouere hoc: ſciūtq; lynces & īuidentes: urinā terra operiunt : eoq; celerius ſolidatur. Illa alia ſollertia in metu melibus ſufflata cute diſtētæ ictus hominū & morſus canū arcent. Præuidēt tēpeſtatē & ſcyuri: obturatiſq; qua ſpiraturus eſt uentus cauernis: ex alia parte aperiūt fores decretos. Ipſis uilloſior cauda ꝓ tegumēto eſt. Ergo ī hyemes aliis prouiſum pabulum : aliis pro cibo ſomnus.

DE Vipera: cocleis: & lacertis. Cap. xxxviiii.

s Erpētiū uipera ſola terra dicit᷑ condi. Cæteræ arboꝝ aut ſaxorū cauis. & alias uel annua fame durant: algore mō dēpto. Oīa ſeceſſus tp̄e ueneno orba dormiūt. Simili mō & cochleæ. illæ quidem iteꝝ & æſtatibus adhærētes maxime ſaxis: ut etiam iniuria reſupinatæ auulſæq; non tamē exeāt. In balearibus uero īſulis cauaticæ appel/latæ nō prorepūt e cauis terræ neq; herba uiuunt: ſed uuæ modo īter ſe cohærēt. Eſt & aliud genus minus uulgare. Ad hærēt operculo eiuſdē teſtæ ſe operientes: obrutæ terra ſēp. Hæ & circa maritimas tātū alpes quondā effoſſæ. cœpere iam erui et ī ueliterno. ōium tamen laudatiſſimæ in aſtypalea inſula. Lacertæ inimiciſſimū genus cochleis. Negant᷑ ſemeſtrē uitā excedere. Lacerti arabiæ cubitales. In india uero in niſa monte. xxiiii. in longitudine pedum: colore fului aut punicei aut cærulei.

DE Canibus. Cap. xl.

e X iis quoq; aīalibus quæ nobiſcū degūt: multa ſūt cognitu digna. Fideliſſimi ante omnia homini canes atq; equi. Et pugnaſſe aduerſus latrones canem pro domino accepimus: confectumq; plagis a corpore non receſſiſſe uolucres & feras abi/gentem. Ab alio in epiro agnitum in conuentu percuſſorem domini : laniatuque & latratu adactum: ut cogeretur fateri ſcelus. Garamantem regē canes ducenti ab exilio reduxere prœliantes contra reſiſtentes. Propter bella colophonii : itēq; caſtabalenſes cohortes canū habuere. Eæ primæ dimicabant in acie nunq̄ detrectantes. Hæc erant fidiſſima auxilia: nec ſtipendiorum indiga. Canes defendere cimbros cæſis dominis eorum plauſtris impoſitis. Canis Iaſone Lycio īterfecto cibum capere noluit: īediaq; conſumptus eſt. Is uero cui nomen hyrcani reddidit Durides accenſo regis Lyſima/chi rogo: iniecit ſe flammæ. Similiterq; Hieronis regis. Memorat & Pyrrhū Gelonis tyranni canem Philiſtus. Memorat᷑ & Nicomedis bithyniæ regis uxore eius Cōſynge lacerata propter laſciuiorem cū marito iocum. Apud nos Volcatiū nobilē q Ceſeliū ius ciuile docuit aſturcone e ſuburbano redeūtē cū aduefperauiſſet canis a graſſatore defendit. Item Celium ſenatorem ægrū placētiæ ab armatis oppreſſū. Nec prius ille uulneratus eſt: q̄ cane interempto. Sed ſuper omnia in nr̄o æuo actis po. ro. teſtatū Appio Iunio & . P. Silio conſſ. cum aīaduerteret᷑ ex cā Neronis Germanici filii ī. T. Sabinum & ſeruitia eius: unius ex iis canem nec a carcere abigi potuiſſe: nec a corpore receſſiſſe: abiecto ī gradibus gemitoriis mœſtos edentē ululatus magna populi ro. co/rona circūſtāte. ex qua cū qdā ei cibū obieciſſet: ad os defūcti tuliſſe. Innatauit idē ī tyberim cadauere abiecto ſuſtentare conatus: effuſa multitudīe ad ſpectādā animalis fidē. Soli dominū nouere. Et ignotū quoq; ſi repente ueniat: intelligunt. Soli noīa ſua: ſoli uocē domeſticam agnoſcunt. Itinera q̄uis longa meminere. Nec ulli præter

hominē mēoria maior. Impetus eo℞ & sæuitia mitigatur ab homine cōsidēte humi. Pluria alia in his quotidie uita inuenit. Sed in uenatu sollertia & sagacitas præcipua est. Scrutatᷣ uestigia atq; persequitᷣ. Comitantē ad feram inquisitorē loro retrahens: quis aquam transiliēs se occultasset: quam significans demonstratio ē cauda primū deinde rostro. Ergo etiam senecta fessos cæcosq; ac debiles sinu ferunt: uētos & odorē captantes: prodentesq; rostro cubilia. E tigribus eos indi uolunt cōcipi: & ob id in siluis coitus tp̄e alligant fœmīas. Primo & secundo fœtu nimis feroces putāt gigni. Tertio demum educant. Hoc idem e lupis galli: quorum greges suū quisq; ductorē e canibus & ducē habēt. Illum in uenatu comitantur: illi parēt. Nāq; inter se exercēt etiam magisteria. Certum est iuxta nilum amnem currentē lābere: ne crocodilorum auiditati occasionē præbeāt. Indiam petēti Alexandro Magno rex albaniæ dono de/derat inusitatæ magnitudinis unum: cuius specie delectatus iussit ursos: mox apros & deinde damas emitti cōtēptu immobili iacēte. Eaq; segnicie tāti corporis offensus īpator generosi spiritus eū īterimi iussit. Nūciauit hoc fama regi. Itaq; alte℞ mittēs addidit mādata: ne ī paruis experiri uellet: sed in leone elephātoue. Duos sibi fuisse. Hoc interempto præterea nullum fore. Nec distulit Alexander leonemq; fractum ꝓtinus uidit. Postea elephantum iussit induci haud alio magis spectaculo lætatus: horrētibus quippe ꝑ totum corpus uillis ingēti primū latratu intonuit. Mox ī ceruicē assultans contraq; beluam exurgens hinc & illinc artifici dimicatiōe: qua maxīe opus esse infestans atq; euitans: dōec assidua rotatū uertigine affixit: ad casum eius tellure cōcussa. Canum generibus annui partus. Iusta ad pariendum annua ætas. Gerunt ī utero sexagenis diebus. Gignunt cæcos & quo largiore alūtur lacte: eo tardiorem ui/sum accipiunt: non tamen unq̄ ultra uicesimumprimum diem: nec ante septimum. Quidam tradunt si unus gignatur nono die cernere. Si gemini decimo: idemq; in singulos adiici: totidemque esse tarditatis ad lucem dies. Et ab ea quæ fœmina sit ex primipara genita citius cerni. Optimus in fœtu qui nouissimus cernere incipit: aut quem primum fert in cubile fœta. Rabies canum syrio ardente homini pestifera ut diximus: ita morsis letalis aquæ metus. Quapropter obuiam itur per.xxx. eos dies gallinaceo maxime fimo mixto canum cibis: aut si præuenerit morbus ueratro.

Ad canis rabidi morsum. ¶Cap.xli.

HAD morsum uero unicum remedium oraculo quodam nuper repertū radix sil/uestris rosæ quæ cynorhoda appellatur. Columella auctor ē: si quadragesimo die q̄ sit natus castretᷣ morsu cauda: sūmusq; eius articulus auferatur: sequēti neruo exempto nec caudam crescerere: nec canes rabidos fieri. Canē locutū in ꝓdigiis quod eq̄dem annotauerim accepimus: & serpentē latrasse: cū pulsus est regno Tarquinius.

¶DE Natura equorum. Cap.xlii.

e Idem Alexandro & equi magna raritas contigit. Bucephalan eum uocarūt: siue ab aspectu toruo: siue ab insigni taurini capitis armo impressi. Sedecī talentis ferunt ex Philonico pharsali grege emptum etiam tum puero capto eius decore. Ne/minem hic alium q̄ Alexandrum regio instratus ornatu recepit in sedem: alios passī reiiciens. Idem in prœliis memoratæ cuiusdam perhibetur operæ. Theba℞ oppugna/tione uulneratus: in alium transire Alexandrum non passus. Multa præterea eiusdē modi. Propter quæ rex defuncto ei duxit exequias: urbem tumulo circundedit nomīe eius. Nec Cæsaris dictatoris quenq̄ alium recepisse dorso equus traditur. Idemque hominis siles pedes priores habuisse: hac effigie locatus ante Veneris genitricis ædē. Fecit & diuus Augustus equo tumulū: de quo Germanici Cæsaris carmē ē. Agrigēti complurium equorum tumuli pyramides habēt. Equum adamatum a Semiramide usq; ad coitum Iuba auctor est. Scythæ quidē equitatus & equorum gloria strepūt. Occiso deniq; ipsorum regulo ex prouocatione dimicāte hostem cum uictor ad spo/liandum uenisset: ab equo eius ictibus morsuq; confectum. Alium detracto oculo℞

oculorum operimento & cognito cum matre coitu: petisse præ rupta: atq; exanimatũ. Equam eadem ex causa in reatino agro laceratumq; pariter aurigam ĩuenimus. nãq; & cognationum intellectus in iis est. Itaque in grege prioris anni sorore libentius etiã q̃ matre equa comitatur. Docilitas tanta est: ut uniuersus sybaritãi exercitus eq tatus ad symphoniæ cantũ saltatione q̃dã moueri solitus inueniat. Iidem præsagiũt pugnã: & amissos lugẽt dominos: lachrymasq; interdũ desiderio fundũt. Interfecto Nicomede rege: equus eius inedia uitam finiuit. Philarchus refert Centaretrium e galatis ĩ prœlio occiso Antiocho potitum equo eius. Conscendisse ouantem. At illũ indignatione accensum: domitis frenis ne regi posset præcipitem in abrupta isse: exanimatumq; una. Philistus a Dionysio relictũ ĩ ceno hærẽtem ut sese euellisset secutũ uestigia domini: examine apum iubæ ĩhærente: eoq; ostento tyrannidem a Dionysio occupatã. Ingenia eorum ĩenarrabilia iaculantes obsequio expiũt: difficiles conatus corpore ipso: nixuq; ĩuitãtiũ. Iã tela humi collecta eq̃ti porrigunt. Nam in cyrco ad currus uincti non dubie intellectũ adhortationis & gloriæ fatentur. Claudii Cæsaris sæculariũ ludo℞ cyrcensibus excusso ĩ carceribus auriga albati eq palmã occupauere: primatũ obtinuere: opposita effũdentes oĩa: quæ contra æmulos debuissent: pitissĩo auriga insistente facientes: cũ puderet hominum artes ab equis uĩci: peracto legitĩo cursu ad metã stetere. Maius auguriũ circa priscos plebeiis cyrcẽsibus excusso auriga: ita ut si staret: in capitolium cucurrisse equos: sedemq; ter lustrasse. Maximum uero eodem peruenisse habenas cũ palma & corona effuso Ratumena q ibi uicerat. Vnde postea nomen portæ est. Sarmatæ longinqua itinera acturi: inedia pridie præparant eos: exiguũ tãtũ potũ ĩpartientes: atq; ita per centena milia & quinquaginta cõtinuo cursu euntibus insident. Viuunt annis quidem quĩquagenis. Fœminæ mĩore spatio. Eædem quinquennio finem crescendi capiunt: mares anno addito. Forma equorũ quales maxime legi oporteat: pulcherrime quidem Virgilio uate absoluta est. Sed & nos diximus in libro de iaculatione equestri condito: & fere inter omnes constare uideo. Diuersa autem cyrco ratio quæritur. Itaq; cum bimi in alio subigant imperio non ante quinquennes ibi certamen accipiunt. Partum ĩ eo genere undenis mẽsibus ferunt: duodecimo gignunt. Coitus uerno æquinoctio bimo utrinq; uulgaris. Sed a trimatu firmior partus. Generat mas ad ãnos trigintatres. Vtpote cum a cyrco post uicesimum annum mittantur ad sobolem reparandam. Et ad quadraginta durasse tradunt: adiutum modo ĩ attollenda priore parte corporis. Sed ad generandũ paucis animalium minor fertilitas. Quadecausa per interualla admissuræ dantur: nec tamẽ quĩdecim initus eiusdem anni ualet tolerare. Equarum libido extinguit iuba tonsa. Gignunt annis omnibus ad quadragesimum. Vixisse equum septuagintaquinque annis proditur. In hoc genere grauida stans parit: præterq; cæteras fœtum diligit. Et sane equis amoris innasci ueneficium: hippomanes appellatum in fronte caricæ magnitudĩe: colore nigro. quod statim edito partu deuorat fœta. Aut partũ ad ubera non admittit: siquis præreptum habeat. Olfactu in rabiem id genus agit. Amissa parente in grege armenti: reliquæ fœtæ educant orbum. Terram attingere ore triduo proximo q̃ sit genitus negant posse. Quo quis acrior: in bibendo profundius nares mergit. Scythæ per bella fœminis uti malunt: quoniã urinã cursu nõ ĩpedito reddãt. Cõstat in lusitania circa ulyxipponem oppidũ & tagũ amnem equas fauonio flante obuersas animalem concipere spiritum: idq; partum fieri: & gigni pernicissimum ita: sed triẽniũ uitæ nõ excedere. In eadem hispania galleca gens & asturia est equini gñis. Hi sunt quos tieldones uocamus. Minori forma appellatos asturcones gignunt. Quibus non uulgaris ĩcursu gradus: sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio. Vnde eqs colutĩ carpe ĩcursus tradit arte. Equo fere q homini morbi præterq; uesicæ conuersio: sicut omnibus in gñe ueterino.

¶DE Asinis & mulis. Cap. xliii.

HAsinum quadringẽtis nummis emptum.Q.Asio senatori auctor est.M.Varro: haud scio an omnium precio animalium uicto opera sine dubio geruli mirifica arando quoq;.Sed mularum maxime pro generatione patria etiam spectat͛ in his.arcadibus in achaia:in italia reatinis. Ipsum animal frigoris maxime impatiens: ideo nõ generat͛ in ponto.nec in æquinoctio uerno ut cætera pecua admittit͛:sed solstitio. mares in remissione operis deteriores. Partus a.xxx.mense ocissimus: sed a trimatu legitimus:Totidem quot equæ & eisdem mensibus & simili modo.Sed incontinens uterus urinã genitalem reddit:ni cogatur in cursum uerberibus a coitu. Raro gemĩos parit.paritura lucẽ fugit: & tenebras quærit:ne conspiciatur ab homine.Gignit tota uita quæ est ei ad.xxx. annum.partus caritas summa:sed aquarum tediũ maius.Per ignes ad fœtus tendunt. Eæ item si riuus minimus intersit: horrent ita:ut pedes oĩo caueant tingere.nec nisi assuetos potant fontes:qui sunt in pecuariis.Atq; ita ut sicco tramite ad potum eant.nec pontes transeant per raritatem plantarum trãslucẽtibus fluuiis.mirumq; dictu sitiunt:& si immutentur aquæ ut bibant:cogẽdæ exonerãdæue sunt:nec nisi spatiose incubant alias atterunt͛.Varia nãq; sõnio uisa concipiunt ictu pedũ crebro: qui nisi per inane emicuerit repulsu durioris materiæ claudítatem ilico affert.quæstus ex his opima prædia exuperat. Notum est in celtiberia singulas q̃dragenis milibus nummorum emi.Ad mularum maxime partus aurium referre in his & palpebrarum pilos aiũt:q̃uis enim unicolor toto reliquo corpore:totidẽ tamẽ colores quot ibi fuere reddit. Pullos earum epulari Mecenas instituit: multum eo tempore prælatos onagris.post eum interiit auctoritas saporis. Sed asino moriente uiso celerrime id genus deficit. ❡DE Mulis. ❡Capitulum.Lii.

EX asino & equa mulus gignitur mense.xiii.animal uiribus in labore eximium. Ad tales partus equas neq; quadrimis minores:neq; decennibus maiores legũt. arceriq; utrunq; genus ab altero narrant: nisi infantia eius generis quod ineant lacte hausto. Quapropter surreptis statim pullis in tenebris equarum uberi asinarumue eculeos admouent.Gignitur autem mula ex equo & asina: sed effrenis & tarditatis ĩdomitæ. lenta omnia esse uetulis. Conceptum ex equo secutus asini coitus abortu perimit:non item ex asino equi. Fœminas a partu optime.vii. die impleri obseruatũ est:mares fatigatos melius implere.quæ non priusq̃ dentes: quos pullinos appellãt iaciat: cõceperit:sterilis intelligitur:& quæ non primo initu generare cœperit.Equo & asina genitos mares hinulos antiqui uocabant:contraq; mulos quos asini & equæ generarent.obseruatum ex duobus diuersis generibus nata tertii generis fieri:& neutri parentum esse similia.eaq; ipsa quæ ita nata sunt non gignere in omni animalium genere:iccirco mulas non parere.Est in annalibus nostris peperisse sæpe: ueꝝ ꝓdigii loco habitum.Theophrastus uulgo parere in cappadocia tradit:sed esse id animal ibi sui generis.Mulæ calcitratus inhibetur uini crebriore potu.In plurium græcorum est monumẽtis cum equa muli coitu natum:quem uocauerunt hinum.i. paruũ mulũ. Generantur ex equa & onagris mansuefactis mulæ ueloces in cursum: duricia eximia pedum:uerum rugoso corpore:indomito animo sed generoso.onagro & asina geĩtus omnes antecellit.Onagri in phrygia & lycaonia præcipui. pullis eorum ceu præstantibus sapore africa gloriatur: quos lalisiones appellant. Mulum.lxxx.annis uixisse athenienfium monumentis apparet.eo gauisi cum templum in arce facerent: quod derelictus senecta cadentia iumenta comitatu uisuq; exortaretur decretum fecere: quo caueretur:ne frumentarii negociatores ab incerniculis eum arcerent.

❡DE Bubus. ❡Capitulum.Liii.

BVbus indicis camelorum altitudo tradit͛:cornua in latitudinem quaternorum pedũ.In nr̃o orbe epiroticis laus magna a Pyrrhi(ut ferunt)iam inde regis cura. Id consecutus est non ante quadrimatum ad partus uocandos. Prægrandes itaque fuere:hodieq; reliquiæ stirpium durant.At nunc aniculæ ad fœcunditatem poscunt͛:

tolerantius tamen bimæ. Tauri generationem quadrimi ĩplent. & singulis denæ eodẽ ãno traduntur. Si autem post coitum in dextram partem abeãt tauri: generatos mares esse: si in leuam fœminas. Conceptio uno initu peragitur. quod si forte pererrauit. xx. post die marem fœmina repetit. Pariunt mense. x. quicquid ante genitum inutile est. Sũt auctores ipsa complẽte. x. mẽsem duos parere: nũc raro gemios. Coitus a delphini exortu ad pridie nõn. ianuarii diebus. xxx. aliquibus & autũno: gẽtibus qdẽ quæ lacte uiuũt ita fœtus dispẽsantibus: ut õi tpr̃e ãni suffit id alimẽtũ. Tauri nõ sæpius q̃ bis die ĩeũt. Boues aĩaliũ soli & retro ãbulãtes pascũt: apud garamãtas qdẽ haud aliter. Vita fœĩs. xv. ãnis lõgissĩa: maribus. xx. Robur ĩ qmatu. lauatione calidæ aquæ tradũt pĩguescere: & siqs ĩcisa cute spiritũ ĩ uiscera harũdĩe adigat. Nõ degeneres existĩari etiã mĩus laudato aspectu: plrĩmũ lactis alpĩs: qbus mĩmũ corporis plrĩmũ laboris capite nõ ceruice iũctis. Syriacis nõ sũt palearia: sed gibber ĩ dorso. Carici quoq; ĩ pte. Asiæ fœdi uisu tubere sup armos a ceruicibus eminẽte: laxatis cornibus excellentes in opere narrãt. Cæteri nigri coloris cãdidiue ad laborẽ dãnãt. Tauris minora q̃ bubus cornua tenuioraq;. Doitura boũ in trimatu: postea sera: ãte præmatũa. optĩe cũ doito iuuẽcus ĩbuit. Sotiũ. n. laboris agriq; culturæ habemus. Hoc aĩal tantæ apud priores curæ: ut sit ĩter exẽpla dãnatus a populo rõano die dicta qui cõcubĩo ꝓcaci rure omasũ edisse se neganti occiderit bouẽ: actusq; ĩ exiliũ tãq̃ colono suo interẽpto. Tauris ĩ aspectu generositas torua frõte: auribus setosis: cornibus in ꝓcinctu dimicationẽ poscẽtibus. sed tota cõminatio prioribus ĩ pedibus stat: ira gliscẽte alternos replicãs spargensq; ĩ altũ harẽã: & solus animaliũ eo stimulo ardescẽs. Vidimus ex impio dimicãtes: & ideo se demõstratos rotari cornibus cadẽtes excipi: iterũq; resurgere mõ iacẽtes ex humo tol-li bigarũq; etiã curru citato uelut aurigas insistere. Thessalorũ gẽtis inuentum ẽ equo iuxta quadrupedãte cornu intorta ceruice tauros necare. Primus id spectaculum dedit romæ Cæsar dictator: hinc uictimæ optimæ & lautissima deorũ placatio. huic tantum animali õniũ qbus ꝓcerior cauda nõ statim nato cõsũatæ ut cæteris mẽsuræ: crescit uni dõec ad uestigia ima ꝑueniat. Quãobrẽ uictimarũ ꝓbatio in uitulo ut articulum suffraginis cõtingat: breuiore nõ litãt. Hoc quoq; notatũ uitulos ad aras hũeris ho-minis allatos nõ fere litare: sicut nec claudicante: nec aliẽa hostia deos placari: nec tra-hẽte se ab aris. Est frequẽs in ꝓdigiis priscorũ bouẽ locutũ: quo nũciato senatum sub diuo haberi solitum.

❡DE Apiboue. ❡Capitulum. Liiii.

Bos ĩ ægypto etiã numinis uice colitur. Apim uocant: insigne ei in dextro latere candicãs macula cornibus lunæ crescere incipiẽtis nodus sub lingua quẽ cãtarũ appellant. Non ẽ fas eũ certos uitæ excedere ãnos. mersũq; in sacerdotũ fonte enecãt quæsituri luctu aliũ: quẽ substituãt: donec inueniant mœrẽt. Derasis etiã capitibus nec tãen usq; diu quærit. Inuẽtus deducit a sacerdotibus memphim. Sunt delubra ei gemina quæ uocant thalamos auguria populorũ. alterũ intrasse lætũ est: in altero dira portendit. Responsa priuatis dat e mãu consulẽtiũ cibũ capiẽdo. Germanici Cæsaris manũ auersatus est haud multo post extincti. Cætero secretius cũ se ꝓrupit in cœtus incedit sũmoto strepitu lictorũ. grexq; puerorũ comitat carmen honori eius canentiũ: intelligere uidet & adorari uelle. hi greges repente lymphati futũa præcinũt. Fœmina bos semel ei ãno ostendit suis & ipsa insignibus q̃q̃ aliis: sẽperq; eodem die & ĩueniri eam extinguiq; tradũt. Memphi est locus in nilo: quẽ a figura uocãt phialã omnibus annis ibi aureã pateram argenteãq; mergentes: diebus quos habent natales apis. septẽ hi sunt: mirũq; nemineẽ per eos a crocodilis attingi. octauo post horam diei. vi. redire beluæ feritatem.

❡DE natura Pecudũ & Pecorum. ❡Ca. Lv.

Magna & pecori gratia uel in placamentis deorum: uel in usu uellerum. ut boues sumptum hominum excolũt: ita corporũ tutela pecori debetur. generatio bimis utranq; ad nouenos annos: quibusdam & ad. x. primi pares minores fœtus. coitus omnibus ad arcturi occasum: id est a tertio idus maias ad aqlæ occasum. i. xiii. kalẽ.

augusti. Gerunt partum diebus. cl. postea cõcepti inualidi. cordos uocabant antiqui post id tẽpus natos. Multi hybernos agnos præferũt uernis: quoniam magis intersit ãte solstitium: q̃ ante brumam firmos esse: solumq; hoc animal utiliter bruma nasci. Arieti naturale agnas fastidire: senectam ouiũ consectari: & ipse senecta melior: illis quoq; utilior. Ferocia eius cohibet᷑ cornu iuxta aurẽ terebrato. Dextro teste præligato fœminas generat: leuo mares. Tonitrus solitariis ouibus abortus ĩferꝝt. Remediũ ẽ cõgregare eas: ut cœtu iuuẽt᷑. Aquilonis flatu mares cõcipi dicũt: austri fœmĩas. Atq; in eo genere arietũ maxĩe spectãt᷑ ora: q̄a cuius coloris sub lingua habuere uenas: eius & lanitiũ ẽ ĩ fœtu: uariũq; si plures fuere: & mutatio aquaꝝ potusq; uariat. Ouiũ sũma genera duo tectũ & colõicũ. Illud mollius: hoc in pascuo elegãtius: quippe cũ tectũ rubis uescat᷑. Operimẽta eis ex arabicis præcipua. lana autẽ laudatissima apula & quæ ĩ italia græci pecoris appellat᷑: alibi italica. Tertiũ locum milesiæ oues optinẽt: apuliæ breues uillo: nec nisi penulis celebres. Circa tarentũ canusiumq; summam nobilitatẽ hẽnt. In asia uero eodẽ genere laodiceæ. alba circũpadãis nulla præfert᷑. nec libra cẽtẽos nummos ad hoc æui excessit ulla. Oues nõ ubiq; tondẽt᷑. durat quibusdã in locis mos uellendi. Coloꝝ plura genera q̄ppe cũ desint etiam nomina eis: q̃s natiuas appellant aliquot modis.

DE Generibus lanarum & uestium. Ca. Lvi.

Hispania nigri uelleris præcipuas habet: pollẽtia iuxta alpes: canusia rutili: quas erythras uocãt. Itẽ betica ut canusiũ. fuluas tarẽtũ ac pulliginis suæ: & succidis õnibus usus medicatus. hystriæ liburniæq; pilo propior q̃ lanæ pexis aliẽa uestibus: & quã sola ars scutulato textu cõmẽdat. In lusitania similis circa piscĩas ꝓuĩciæ narbonẽsis. Sĩlis & in ægypto: ex qua uestis detrita usu tĩgit᷑: rursusq; æuo durat. Est & hirtæ filo crasso in tapetis ãtiq̄ssĩa gr̃a. Iã certe priscos iis usos Homerus auctor ẽ. aliter hæc galli tingũt: aliter parthoꝝ gẽtes. Lanæ & per se coactæ uestẽ faciunt: & si addat᷑ acetũ etiã ferro resistunt: imo uero etiam ignibus. Nouissimo sui purgamẽto q̄ppe ahenis coquẽtiũ extractæ indumentis usum ueniũt: galliaꝝ (ut arbitror) ĩuentũ. certe gallicis hodie nomĩbus discernunt᷑: nec facile dixerĩ qua id ætate cœperit. Antiq̄s enim torus e stramento erat: q̃liter nũc etiã ĩ castris gausape. patris mei mẽoria cœpere ãphimala nr̃a: sicut uillosa & etiam uentralia. Nã tunica lati claui in modũ gausape texi nunc primũ ĩcœpit. lanaꝝ nigræ nullũ colorẽ bibunt. De reliq̄ꝝ ĩfectu suis locis dicẽus. In cõchyliis marĩs aut herbaꝝ natura: lanã colo & fuso Tanaq̄lis: quæ eadẽ Caia Cecilia uocata ẽ: ĩ tẽplo. M. Anci durasse ꝓdẽte se auctor ẽ. M. Varro: factãq; ab ea togã regiã ũgulatã ĩ æde fortunæ: q̃ Seruius Tullius fuerat usus. Inde factũ ut nubẽtes uirgĩes coĩtaret᷑ colus cõpta & fusus cũ stamĩe. Ea prĩa texuit rectã tunicã: q̃ sĩul cũ toga pura tyrões ĩduũt᷑: nouæq; nuptæ. Vngulata uestis prĩo lautissĩs fuit: ĩde surriculata defluxit. Togas rasas phrygianasq; diui Augusti nouissĩs tp̃ibus cœpisse scribit Fenestella. Crebræ papaueratæ ãtiq̄orẽ hẽnt origĩẽ: iã sub Lucilio poeta ĩ Torq̄to notatæ. Prætextæ apud hetruscos originẽ ĩuenere. Trabeis usos accipio reges. Pictas uestes iã apud Homeꝝ fuisse: unde triũphales natæ. Acu facere idæi phryges ĩuenerũt: ideoq; phrygiones appellati sũt. Auꝝ ĩtexere ĩ eadẽ asia ĩueĩt Attalus rex: unde nomẽ attalicis. Colores diuersos picturæ ĩtexere babylõ maxĩe celebrauit: & nomẽ ĩposuit. Plurimis uero liciis texere: quæ polymita appellãt: alexandria ĩstituit. scutulis diuidere gallia. Metellus Scipioni triclinaria babylonica sestertiũ octĩgẽtis milibus uenisse iam tunc posuit in capitalibus crimĩbus: quæ Neroni prĩcipi q̃drĩgẽtis milibus sestertiũ nuper stetere. Seruii Tullii prætextæ: q̄bus signum fortunæ ab eo dicatæ cooptum erat: durauere ad Seiãi exitum. miꝝq; fuit nec defluxisse eas: nec teredonum ĩiurias sẽsisse ãnis. dlx. Vidĩus iã & bidẽtium uellera purpura cocco cõchylio sexq̄pedalibus libris ĩfecta: uelut illa sic nasci cogẽte luxuria. In ipsa oue satis generositatis ostẽdit᷑ breuitate cruꝝ uẽtris uestitu. q̄bus nudus esset: apicas uocabãt: damnabantq;. Syriæ cubitales ouium caudæ: plrĩmumq; ĩ ea p̄te lanicii. Castrari agnos nisi q̄nquemenstres prematurum

existimant. ❡DE Musimonio. ❡Capitulum Lvii.

ESt & in hispania & maxīe corsica non maxime absimile pecori gēus musionū caprino uillo q̄ pecoris uelleri propius: quorum e genere & ouibus uatos prisci umbros uocauerūt. Infirmissimū pecori caput: q̄obrē auersum a sole pasci cogēdum. q̄stultissīa animaliū lanata. q̄ timuere ingredi unū cornu rapto sequūt̃. Vita lōgissīa annis decem: in æthiopia. xiii. Capris eodem loco. xi; in reliquo orbe plurimum octo. Vtrunque genus intra quartum coitum impletur.

❡DE Capris & generatione earum. ❡Ca. Lviii.

CApræ pariūt & quaternos: sed raro admodum. ferūt. v. mēsibus: ut oues. Capræ pīguedīe sterilescūt. Trimæ mīus utiliter generāt & ī senecta: nec ultra q̄driēnium. Incipiunt. vii. mense & adhuc lactantes. Mutilū in utroq; sexu utilius. Primus in die coitus nō īplet: sequens efficacior: ac deīde cōcipiunt nouēbri mense: ut martio pariāt turgescētibus uirgultis. Aliquādo aniculæ: sēp bimæ: in trimatu īutiles pariunt octōis ānis. Abortus frigori obnoxius. Oculos capra suffusos iūci pūcto sāguīe exonerat: caper rubi. Solertiā eius aīalis Mutianus uisā sibi ꝑdidit ī pōte prætenui duabus obuiis e diuerso cū circūactū āgustiæ nō caperēt: nec reciprocationē lōgitudo ī exilitate cæca torrēte rapido mīaciter subterfluēte alterā decubuisse: atq; ita alterā ꝑculcate supgressā. Mares q̄maxīe simos lōgis auriculis īfractisq; armis q̄uillosissīos ꝓbant. Fœmīaꝝ generositatis insigne laciniæ corporibus & ceruice binæ depēdētes. Nō oībus cornua: sed q̄bus sunt in his & īdicia ānoꝝ p incrementa nodoꝝ. Multis lactis maior ubertas. Auribus eas spirare: nō naribus: nec ūq̄ febri carere Archelaus auctor ē. Ideoq; fortassis ꝙ aīa his q̄ ouibus ardentior: calidioresq; cōcubitus. Tradunt & noctu non mīus cernere q̄ īterdiu. & ideo caprinū iecur: si uescat̃: restituit uespertinā aciē his: quos nyctilopas uocāt. In cilicia circaq; syrias uillo tōsili uestiūt̃. Capras in occasū decliui sole in pascuis negant cōtueri inter sese: sed auersas iacere. Reliq̄s autē horis inter se aduersas & cognitiores. Depēdet omniū mento uillus: quē arūcū uocant. hoc siquis apprehensā ex grege unā trahat: cæteræ stupentes spectant. Id etiā euenire cū quandā herbā aliqua ex eis momorderit. Morsus eaꝝ arbori exitialis. oliuam lambēdo quoq; sterilem faciunt. eaq; ex causa Mineruæ immolatur.

❡DE Suibus & natura earum: ❡Capitulum Lviiii.

SVilli pecoris admissura a fauonio ad æquinoctiū uernū ætatis. viii. mēse: q̄busdā ī locis etiā a. iiii. usq; ad. viii. ānū. partus bis in āno: tēpus utero. iiii. mensiū. Numerus fœcunditatis ad uicenos: sed educare tā multos nequeunt. Diebus. x. circa brumā statī dētatos nasci Nigidius tradit. Implent̃ uno coitu qui & gemīatus ꝓpter facilitatē abortiēdi remediū ne prīa subactione: neq; ante flacidas aures coitus fiat. Mares nō ultra trimatū generāt. Fœmīæ senectute fessæ cubātes coeūt. Comesse fœtus his nō ē ꝓdigiū. Suis fœtus sacrificio die. v. purus est. pecoris die: vii. bubus. xxx. Corūcanius rumīalis hostias donec bidentes fierent: puras negauit. Suē oculo amisso putant cito extingui: alioq̄n uita ad. xv. annos: q̄busdā uicenos. Veꝝ efferant̃. & alias obnoxiū genus morbis anginæ maxīe & strumæ. Index suis īualidæ cruor ī radice setæ dorso euulsæ. Caput obliquū in incessu. penuriā lactis præpingues sētiunt: & primo fœtu minus sunt numerosæ. In luto uolutatio generi grata: intorta cauda: Id etiam notatū facilius iacere ī dexterū q̄ leuū detortā. pīguescūt. lx. diebus: sed magis tridui inedia ante saginationē orsa. Animaliū hoc maxīe brutū: animāq; ei ꝓ sale datā non illepide existimabat̃. Cōptū agnita uoce suarii furto abactos: merso nauigio īclīatiōe lateris unius remeasse. q̄n & duces in urbe foꝝ nundinariū domosq; petere discunt. & feri sapiūt uestigia palude cōfūdere: urina fugā leuare. Castrant̃ fœminæ sic quoq; uti cameli post bidui inediā suspensæ pernis prioribus uulua recisa celerius: ita pinguescunt: & adhibetur ars iecori fœminarum sicut anseꝝ. Inuentum. M. Apicii fico carica saginatis ac facietate necatis repente mulsi potu dato. neq; alio ex animali

numeroſior materia ganeæ.l.ꝓpe ſapores cũ cæteris ſiguli.Hĩc cẽſoriaꝝ legũ paginæ interdictaq; cœnis abdoĩa glãdia teſticuli uuluæ ſincipita uerrĩa:ut iã Publii mimoꝝ poetæ cœna:poſtq̃ ſeruitutẽ exuerat:nulla mẽoret̃ ſĩe abdomine:etiã uocabulo ſumĩs ab eo ĩpoſito.placuere autẽ & feri ueſicæ.Catõis cẽſoris orões aprinũ exprobrãt callũ. In tres tamẽ ꝑtes diuiſo apro media ponebãt lũbos aprunos appellata . Solidũ aprũ romanoꝝ primus in epulis appoſuit.P.Seruilius Rullus pr̃ eius Rulli:q̃ Ciceronis in cõſulatu legẽ agrariã ꝓmulgauit.tã ꝓpĩq̃ origo nũc quottidianæ rei eſt.& hoc ãnales notarũt hoꝝ.s.ad emendationẽ moꝝ:q̃bus notata q̃dem eſſet cœna . ſed ĩ prĩcipio bini terniq; pariter mãdebãt̃ apri.

DE Viuariis beſtiarum. Cap.Lx.

Viuaria eoꝝ cæteroꝝq; ſilueſtriũ prĩus togati gñis ĩueĩt Fuluius Hirpĩus: q̃ ĩ tarqñẽſi feras paſcere ĩſtituit.Nec diu imitatores defuere.L.Lucullus:&.Q .Hortẽſius.Sues feræ ſemel ãno gignũt.Maribus ĩ coitu plrĩma aſꝑitas.tũc ĩter ſe dimicãt ĩdurãtes attritu arboꝝ coſtas:lutoq; ſe tergorãtes.Fœmĩæ ĩ ꝑtu aſꝑiores:& fere ſĩliter ĩ õi genere beſtiaꝝ.Apris maribus nõ niſi ãniculis gñatio.In ĩdia cubitales dẽtiũ flexus gemini ex roſtro:totidẽ a frõte ceu uituli cornua exeunt.Pilus æreo ſimilis agreſtibus: cæteris niger. At ĩ arabia ſuillũ genus non uiuit ĩ ullo genere.

DE Semiferis animalibus. Cap. Lxi.

Heque facilis mixtura cũ fero:q̃liter natos ãtiq̃ hibridas ſues uocabãt.Seĩferos ad hoĩes quoq; ut ĩ Caiũ Antoniũ Ciceronis ĩ cõſulatu collegã appellatiõe trãſlata nõ ĩ ſuibus tãtũ:ſed ĩ õibus quoq; aĩaliũ cuiuſcũq; generis ullũ ẽ placidũ.Eiuſdẽ inuenit̃ & feꝝ: utpote cũ hoĩũ etiã ſilueſtriũ tot genera prædicta ſint. Capræ tñ ĩ plrĩmas ſĩlitudines trãſfigurãt̃.Sunt capræ.ſũt rupicapræ.ſũt ibices ꝑnicitatis mirandæ. q̃q̃ onerato capite uaſtis cornibus gladioꝝq; uaginis in hæc ſe librant : ut tormento aliquo rotati in petris potiſſimũ & mõte aliquo in aliũ trãſilire cupiẽtes:atq; recurſu ꝑnici quo libuerit exultãt. Sũt & origes ſoli a q̃buſdã dicti cõtrario pilo ueſtiti:& ad caput uerſo. Sunt & damæ:& pigargi:& ſtrepſicerotes:multaq; alia haud diſſimilia. Sed illa alpes: hæc trãſmarini ſitus mittũt.

DE Simiis. Cap. Lxii.

Simiaꝝ quoq; genera hoĩs figuræ ꝓxĩa caudis inter ſe diſtinguũt̃.Mira ſolertia uiſco ĩungunt laqueos:calceariq; imitatione uenãtiũ tradunt̃. Mutianus & latruculis luſiſſe fictis cera:nuces uiſu diſtinguere.Cornelius luna caua triſtes eſſe:q̃bus ĩ eo genere cauda ſit:noua exultationẽ adoriri . Nãq; defectũ ſydeꝝ & cæteræ pauent q̃drupedes.Simiaꝝ generi præcipua erga fœtũ affectio . Geſtãt catulos:"quos mãſuefactæ intra domos peperere.õibus demõſtrant:tractariq; gaudẽt:tractatu gratulatiõẽ ĩtelligẽtes.Itaq; magna ex ꝑte cõplectẽdo necãt. Efferacior cynocephalis natura:ſicut mitiſſĩa ſatyris.Calitrices toto pene aſpectu differũt.barba ẽ ĩ facie:cauda late diffuſa priori ꝑte.hoc aĩal negat̃ uiuere in alio niſi in æthyopiæ : quo gignit̃ : cælo.

DE Leporibus. Cap. Lxiii.

Lepoꝝ plura ſũt genera ĩ alpibus cãdidi:q̃bus hybernis mẽſibus ꝓ cibatu niuem credunt eſſe.Certe liqueſcẽte ea rutileſcunt ãnis oĩbus.Et ẽ aliquod aĩal ĩtolerãdi rigoris alũnũ lepoꝝ generis.Sunt & quos hiſpania cuniculos appellat fœcũditatis ĩnumeræ:famẽq; balearibus inſulis populatis meſſibus afferẽs . Fœtus uẽtre exſectos uel uberibus ablatos nõ repurgatis interraneis gratiſſĩo in cibatu hẽnt:laurices uocãt. Certũ ẽ balearicos aduerſus ꝓuentũ eoꝝ auxiliũ militare a diuo Auguſto petiſſe.magna ꝓpter uenatũ eoꝝ in terris gr̃a ẽ.Iniiciunt eas in ſpecus q̃ ſunt multifores ĩ terris: unde & nomẽ aĩali.atq; ita eiectos ſuperne capiũt.Archelaus auctor ẽ quot ſint corporis cauernæ ad excremẽta:lepori totidẽ ãnos eſſe ætatis. Varius certe nũerus repit̃. Idẽ utrãq; uĩ ſingulis ineſſe:ac ſine mare æque gignere.Benigna circa hoc nat̃a ĩnocua & eſculẽta animalia fœcunda generauit.Lepus õium prædæ naſcẽs ſolus:præter daſipodẽ ſupfœtat :aliud educãs:aliud in utero pilis ueſtitũ:aliud ĩplume:aliud ĩchoatã gerens partẽ.Necnõ & ueſtes leporino pilo facere tentatum ẽ tactu nõ ꝑinde molli:ut

in cute propter breuitatem pili dilabi. ¶DE Damis. ¶Cap. Lxiiii.

DAmæ mansuescunt raro: cum feræ iure dici nō possint. Cōplura nāq; sunt nec placida nec fera: sed mediæ īter utrūq; naturæ: ut ī uolucribus hirūdies: apes ī campo: in mari delphini. quo in genere multi & hos incolas domus imposuere.

¶DE Muribus & Gliribus. ¶Cap. Lxv.

MVres haud spernendū in ostētis etiā publicis aīal. arrosis lauini clypeis argēteis marsicū portēdere bellū: Carboni īpatori apud clusium fasciis qbus in calciatu utebat̄ exitium. Plura eoꝝ genera in cyrenaica regiōe: alii lata frōte: alii acuta: alii he-rinaceoꝝ genere pungētibus pilis. Theophrastus auctor ē in gyaro insula cum incolas fugassēt: ferꝝ quoq; rosisse. cōstat id quod iacturā qdā & ad chalybas fecere ī ferrariis officinis. aurariis qdē in metallis ob hoc aluos eoꝝ excidi: sēpq; id furtū deprehendi: tantā esse dulcedinē furandi. Venisse murē. cc. nummis casilinū obsidēte Hānibale: eumq; qui uēdiderat fame interisse: emptorem uixisse annales tradunt. Cum cādidi prouenere lætū faciunt ostentum. Nam soricum occentu dirimi auspicia annales re-fertos hēmus. Sorices & ipsos hyeme cōdi auctor ē Nigidius: sicut glires quos cēsoriæ legis principes. Q. Scaurus: &. M. ī consulatu nō alio mō cœnis ademere q̄ cōchylia: aut ex alio orbe couectas aues. Semiferꝝ & ipsum aīal: cui uiuaria ī doliis idem q apris instituit. qua in re notatum non congregari: nisi populares eiusdem siluæ. & si misce-ant̄ alienigenæ: nisi amne uel monte discreti interire dimicando. Genitores suos fessos senecta alunt insigni pietate. seniū finit̄ hyberna qete. Cōditi. n. & hi cubant: rursus æstate iuuenescūt: sili & mustellis qete. ¶Quæ aīalia qbus locis nō sit. ¶Ca. Lxvi.

SIc mirum rerum naturam non solum alia aliis dedisse terris aīalia: sed in eodē quoq; situ quædam aliquibus locis negasse. In mesia silua italiæ nō nisi in pte repiunt̄ hi glires. In lycia dorcades nō transeunt montes syris uicinos. Onagri montē q cappadociam a lycia diuidit. In hellesponto in alienos fines non cōmeant cerui & circa argmusā elaphū mōtē nō excedunt auribus etiā ī mōte fissis. ī pordoselene īsula uiciniam mustellæ non transeunt. In boetia leucadia illatæ solum ipsū fugiunt: quæ iuxta in orchomeno tota subruunt arua talpæ: quibus e pellibus cubicularia uidimus stragula. Adeo ne religio qdem a portentis summouet delitias. In ithaca lepores illati moriunt̄. extremis qdem in littoribus. in ebuso ī littoribus cuniculi scatent iuxta his-paniā balearesq;. Cyrenis mutæ fuere ranæ. Illatis e continente uocalibus durat genus earum. Mutæ sunt etiam nunc cicadæ in seripho insula. Eædem alio translatæ canūt. quod accidere & in lacu thessaliæ sicendo tradunt. In italia muribus araneis uenena-tus est morsus. Eosdē ulterior appennina regio non habet. Iidē ubicunq; sint orbitam si transiere moriunt̄. In olympo macedoniæ monte non sunt lupi: nec ī creta insula. Ibi quidem non uulpes ursiue: aut omnino ullum maleficum aīal: præter phalāgiū. Aranei id genus de quo dicemus suo loco mirabilius ī eadem insula. ceruos præterq̄ ī cidoneatarum regione nō esse. Item apros: & artagenas: herinaceos. In africa autē nec apros: nec ceruos: nec capreas: nec ursos. ¶Quæ aduenis noceant. ¶Ca. Lxvii.

IAm quædā aīalia innoxia indigenis aduenas interimunt sicut serpentes. pcunt in myrinthe quos terra nasci ꝓdit̄. Item in syria angues circa euphratis maxīe ripas dormientes syros non attingunt. Aut etiam si calcati momordere non sentiunt maleficia alios cuiusq; gentis infesti auide & cum cruciatu exanimantes: quāobrē & syri non necant eos. Contra in aletenio cariæ monte Aristoteles tradit a scorpiōibus hospites non lædi: indigenas interimi. Sed reliquoꝝ quoq; animaliū: & præterea ter-restrium dicemus genera.

emicāt.tātaq; ui exiliunt:ut pleroq; uela nauiū trāſuolent uento.Agunt uere cōiugia.
pariunt catulos.x.menſe:æſtiuo tempore.īterdū & binos nutriunt uberibus ſicut ba/
lena.atq; etiā geſtant fœtus ī infantia infirmos.qnetiā adultos diu comitātur magna
erga ptū caritate.adoleſcunt celeriter .x.annis putant̄ ad ſūmā magnitudīem perue/
nire.Viuunt etiā tricenis.quod cognitū præſciſſa cauda ī expimentū.abdunt̄ tricenis
diebus circa canis ortū.occultant̄q; incognito mō.quod eo magis mirū ē: ſi ſpirare ī
aqua nequeunt.Solent in terrā erūpere īcerta de cā.nec ſtatī tellure tacta moriuntur:
multoq; ocius fiſtula obturata. Lingua ē his cōtra natā aqtilium mobilis breuis atq;
lata haud differens ſuillæ.ꝑ uoce gemitus hūano ſimilis:dorſū repandū:roſtrū ſimū.
q̄ de cā nomē Simōis ōes miro mō agnoſcūt.maluntq; ita appellari.Delphinus non
tātū hoīs amicū aīal:uerū & muſica arte mulcet̄ ſymphoniæ cātu:& præcipue hydrau/
li ſono.Hoīem nō expaueſcit ut alienum: obuiam nauigiis uenit. alludit exultans.
certat etiā:& q̄uis plena præterit uela.Diuo autē Auguſto principe lucrinū lacum in/
uectus pauperis cuiuſdā puerū ex baiano puteolos in ludum lrārū itātē:cum meridiāo
īmorans appellatum eum Simonis noīe ſæpius fragmentis panis:quē ob id ferebat
allexiſſet:miro amore dilexit. Pigeret referre:ni res Mœcenatis & Flauiani & Flauii
Alfii multorūq; eſſet lrīs mādata.quocunq; diei tpre īclamatus a puero q̄uis occultus
atq; abditus ex imo aduolabat:paſtuſq; e manu præbebat aſcenſuro dorſū pennæ a/
culeos uelut uagina cōdens.receptumq; puteolos p magnum æquor in ludū ferebat.
Sili mō reuehēs plrībus ānis:dōec morbo extīcto puero ſubīde ad cōſuetū locū uētitās
triſtis & merenti ſilis ipſe quoq;:quod nēo dubitaret: deſiderio expirauit.Alius inter
hos ānos in africo littore hipponis diaritis ſimili mō ex hominum manibus ueſcens
ferenſq; ſe tractandum:& alludens nantibus:īpoſitoſq; portans unguēto punctus a
Flauiano ꝓconſule africæ.& ſopitus(ut apparuit)odoris nouitate fluctuatuſq; ſimilis
exanimi caruit hominū cōuerſatione:ut iniuria fugatus p aliquot mēſes.mox reuer/
ſus in eodē miraculo fuit. Iniuriæ poteſtatum in hoſpitales ad uiſendū uenientium
hipponenſes in necem eius compulerunt. Ante hæc ſimilia de puero in ialiſo urbe
memorant̄. cuius amore ſpectatus longo tēpore dum abeuntem ī littus auide ſeqt̄:
in harenā inuectus expirauit. puerū Alexander Magnus babylone Neptūni ſacerdo/
tio præfecit amorem illum numinis ꝓpitii fuiſſe interpretatus. In eadē urbe ialiſo
Egeſidemus ſcribit & aliū puerū Hermiā noīe ſimiliter maria pereqtantē eū repētinæ
ꝓcellæ fluctibus exanimatus eſſet relatū delphinūq; cām læti fatentē non reuerſum ī
maria:atq; in ſicco expiraſſe.Hoc idē & naupacti accidiſſe Theophraſtus tradit: nec
modus exēplorū.Eadē āphilochii:& tarētini de pueris delphiſq; narrāt. Quæ faciūt:
ut credat̄ Arionem quoq; citharedicæ artis interficere nautis in mari parantibus ad
intercipiendos eius quæſtus eblanditum:ut prius caneret cithara.congregatis cantu
delphinis cū ſe ieciſſet in mare exceptū ab uno tænarū in littus puectū. Eſt ꝓuinciæ
narbonenſis & in nemuſienſi agro ſtagnū laterna appellatū:ubi cum hoīes delphini
ſocietate piſcant̄:innumera uis mugilū ſtatuto tpre āguſtis faucibus ſtagni in mare
erūpit obſeruata æſtus reciprocatione.q̄ de cā prætendi non queunt retia: quæ molē
pōderis nullo mō tolerent:etiā ſi non ſolertia inſidiet̄ tpri. Sili rōne in altū ꝓtinus
tēdunt:quod uicino gurgite efficere:locūq; ſolum pandendis retibus habilē effugere
feſtināt.quod ubi aīaduertere piſcantes:cōcurrit autē multitudo tēporis gnara & ma/
gis etiā uoluptatis huius auida: totuſq; populus e littore q̄to pōt clāore conciet Si/
monē ad ſpectaculi euentū.Celeriter delphini exaudiunt deſideria aqlonū flatu uocē
proſequente: auſtro uero tardius ex aduerſo referente.ſed tum quoq; improuiſo in
auxilium aduolant.propere apparet acies:quæ ꝓtinus diſponit̄ in loco:ubi coniecta ē
pugna.Opponunt ſeſe ab alto: trepidoſq; in uada urgent. Tunc piſcatores circundāt
retia:furciſq; ſubleuant.At mugilū nihilominus uelocitas tranſilit.At illos excipiūt
delphini:& occidiſſe ad pn̄s cōtenti cibos ī uictoriā differunt.Operæ prælium feruet:

ĩcludiq; retibus se fortissĩe urgẽtes gaudẽt. Ac ne id ipsum fugam hostium stimulet
inter nauigia & retia natãtes sue hoĩes ita sensĩ elabunť: ut exitus non appareat. Saltu:
quod ẽ alias blãdissimũ his: nullus conať euadere: ni sũmittãť sibi retia. egressi ꝓtius
ante malũ præliant̃. Ita pacta captura quos interemere diripiunt: sed enixioris operæ
q̃ ĩ unius diei premiũ ut cõscii sibi opperiũť ĩ posteꝝ. nec piscibus tãtũ: sed ĩteriectu
panis ac uino satiant̃. Quæ de eodẽ gñe piscãdi in latio sinu consul Mutianus tradit:
hoc differunt: ꝙ ultro neq; inclamanti præsto sint: partesq; e manibus accipiant. &
suũ quẽq; cubantes cũ delphinis sotiũ hẽant: quis noctu & ad faces. ipsis quoq; inter
se ẽ publica societas. Capto a rege cariæ alligatoq; in portu delphino ingens reliquoꝝ
cõuenit multitudo mœstitia q̃dã: quæ posset intelligi miseratione petens: donec dimitti
rex eũ iussit. qn & ꝓuos sẽp aliqs grãdior coĩtať ut custos. cõspectiq; sũt iã defunctũ
portãtes ne laceret̃ a belluis. ¶DE Torsionibus aq̃tilibus. ¶Cap. viiii.

DElphinoꝝ sĩlitudinẽ hẽnt q uocãť torsiones: Distant & tristitia q̃dem aspectus.
Abẽ. n. illa lasciuia maxĩe: tñ rostris caniculaꝝ maleficentia assimulati.

¶DE Testudinibus quomodo capiantur. ¶Cap. x.

TEstudines tantæ magnitudĩs indicũ mare eĩttit: ut singulaꝝ supficie hĩtabiles
casas integant. atq; inter insulas rubri præcipue maris his nauigent cymbis. Ca-
piũť multis q̃dẽ modis: sed maxĩe euectæ in sũma pelagi: aut meridiano tp̃e blãdito
eminente toto dorso p tranq̃lla fluitantes. quæ uoluptas libere spirandi in tantũ fallit
oblitas sui: ut solis uapore siccato cortice nõ queãt mergi. inuitæq; fluitẽt opportũæ
uenãtiũ prædæ. Ferunt & pastũ egressas noctu auideq; saturatas laxari. atq; ut remea-
rĩt matutĩo summa ĩ aq̃ obdormiscere. id ꝓdi stertentiũ sonitu. Tũq; leuiter capi. An-
natare. n. sĩgulis ternos. a duobus in dorsũ uerti. a tertio laqueũ inuici supinæ: atq; ita
ad terrã a pluribus trahi. In phœnicio mari haud ulla difficultate capiũť. ultroq; ue-
niunt tp̃e statuto ãni in ãnem eleutherũ effusa multitudĩe. Dentes nõ sũt testudini:
sed rostri margines acuti supna pte inferiorẽ claudente pixidũ mõ. In mari uiuunt
conchyliis tanta oris duricia: ut lapides cõminuant. In terrã egressæ in herbis pariunt
oua auiũ ouis sĩilia ad centena numero. eaq; defossa extra aq̃s & coopta terra ac pauita
pectore & complanata incubant noctibus. educant fœtus annuo spatio. q̃dam oculis
spectando quoq; oua foueri ab his putant. Fœmĩa coitũ fugere: donec mas festucam
aliquã ĩponat aduerse. Troglodytæ cornigeras hẽnt: ut ĩ lyra annexis cornibus latis:
sed mobilibus: quoꝝ ĩ natãdo reĩgio se adiuuãt. Celtiũ gẽus id uocať eximiæ testudĩs:
sed raræ. nãq; q̃si scopuli præacuti chelonophagos terrent. Troglodytæ autẽ: ad quos
annatant: ut sacras adorant. Sunt & terrestres: quæ ob id in operibus chersinæ uocãť
ĩ africæ desertis: q pte maxĩe sitiẽtibus harẽis sq̃llẽt roscido (ut crediť) humore uiuẽtes.
neq; ibi aliud aĩal ꝓueĩt. ¶Quis prius Testudĩes secare ĩstituerit. ¶Cap. xi.

TEstudinum putamĩa secare ĩ lamĩas lectosq; & repositoria his uestire Carbilius
Pollio instituit prodigi & sagacis ad luxuriæ instrumenta ingenii.

¶Tegmenta aquatilium. ¶Cap. xii.

AQuatilium tegmẽta plr̃a sũt. Alia corio & pilis tegũť ut uituli: hippotami. Alia
corio tantũ ut delphini. Cortice ut testudĩes. Silicũ duricia ut ostreæ: & cõchæ.
Crustis ut locustæ. Crustis & spĩs ut echini. Squamis ut piscis. Aspera cute ut squatia:
q̃ lignum & ebora polliũť. Molli ut murenæ. Alia nulla ut polypes.

¶DE Vitulo marino. ¶Cap. xiii.

QVæ pilo uestiunť aĩal pariunt ut pristis: balena: uitulus. Hic parit ĩ terra pecu-
dũ more. secũdo ptus reddit initu. Canũ mõ cohæret & parit nũq̃ geĩis plr̃es.
educat mãmis fœtũ. non añ. xii. diẽ deducit ĩ mare: ex eo subĩde assuefaciens. Interfi-
ciunť difficulter: nisi capite eliso. Ipsis in sono mugitus: unde nomẽ uituli accipiunt.
Tenent disciplinã. uoceq; piter & uisu populũ salutant. Condito freĩtu noĩe uocati
respõdẽt. Nullũ aĩal grauiore sõno premiť. Pẽnis: q̃bus ĩ mari utũť: humi quoq; uice

pedum serpūt. Pelles eoꝝ etiā detractas corpori sēsū æquoꝝ retīere trādūt: sēpq; æstu maris recedēte īhorrescere. Præterea dextræ pennæ uī soporiferā īesse: sōnosq; allicere subditam capiti. ¶DE Piscibus pilo carentibus: & quomodo pariant. & quot eorū genera. ¶Capitulum. xiiii.

PIlo carētiū duo oīo ut aīal pariunt: delphinus ac uipera. Pisciū spēs sūt. lxxiiii. præter crustis intecta quæ sunt. xxx. De singulis alias dicēus. Nunc. n. naturæ tractantur insignium. ¶DE Nomībus & naturis multoꝝ pisciū. ¶Cap. xv.

PRæcipua magnitudīe thynni inuenimus talenta. xv. pependisse. Eiusdē caudæ latitudinē duo cubita & palmū. Sūt & in q̄busdā āmnibus haud mīores: sylurus in nilo: esos in rheno: attilus in pado inertia pinguescens ad mille aliq̄do libras cathe-nato captus hamo: nec nisi boum iugis extractus. Atq hūc mīmus appellatus clupea uenam q̄dam eius ī faucibus mira cupidine appetens morsu exanimat. Sylurus gras-satur ubicūq; est omne aīal appetens equos innatantes sæpe demergens præcipue in meno germaniæ āne ꝓpter lisboum. & in danubio mari extrahit᷑ porculo marino sil-limus. & in boristhene mēorat᷑ præcipua magnitudo nullis ossibus spinisue īter sitis: carne prædulci. In gange indiæ platanistas uocant rostro delphini & cauda: magnitu-dine autē. xv. cubitorū. In eodem esse Statius Sebosus haud modico miraculo affert uermes branchiis binis. lx. cubitorum cæruleos: qui nomen a facie traxerunt. his tātas esse uires: ut elephantos ad potum uenientes mordicus comprehensa manu eoꝝ ab-strahant. Thynni mares sub uentre non habent pinnam. Intrant magno mari pontū uerno tempore gregatim: nec alibi fœtificant. Cordilla appellat᷑ ꝑtus q̄ fœtas redeūtes in mare autumno comitatur. Limosæ uero: aut e luto pelamides incipiunt uocari: & cum ānuū excessere tempus thynni hi membratim cæsi ceruice & abdomīe cōmēdāt᷑: atq; edulio recenti duntaxat. & tum quoq; graui ructu cætera ꝑte plenis pulpamētis sale asseruantur. Melandrya uocat᷑ cæsis quercus assulis simillima. uilissima ex his quæ caudæ proxima: quia pingui carent. ꝓbatissima ea quæ faucibus. At in alio pisce circa caudam exercitatissima pelamides ī alica coctæ particulatimq; confectæ ī genera ciborum dispartiuntur. Piscium genus omne præcipua celeritate adolescit maxime in ponto. Causa multitudo āníum dulces inferentium aquas. amiam uocant. cuius in-crementum singulis diebus intelligitur. cum thynnis hæc & pelamides in pontum ad dulciora pabula intrant gregatim cum suis quæq; ducibus. & primi omniū scombri: q̄bus & in aq̄s sulfureus color: extra qui cæteris. Hispaniæ cœtarias hi replent thyn-nis non commeantibus. Sed in pontum nulla intrat bestia piscibus malefica præter uitulos & paruos delphinos. Thynni dextera ripa intrant: exeunt leua. Id accidere existimat᷑: quia dextro oculo plus cernunt utroq; hebete natura. Est ī euripo thracii bosphori: quo propontis euxino iungit᷑ in ipsis europam asiamq; separantis freti an-gustiis saxum miri candoris a uado ad summa perlucens iuxta calcedonem in latere asiæ. huius aspectu repente territi semper aduersus bizantii promontorium ex ea cā appellatum auricornu præcipiti petunt agmine. Itaq; omnis captura bizantii est ma-gna calcedonis penuria. M. P. medii interfluentis euripi. opperiunt᷑ autem aquilonis flatum: ut secūdo fluctu exeant ex ponto. nec nisi intrantes pontum bizantii capiūt᷑. Bruma non uagantur. ubicūq; deprehensi usq; ad æquinoctium ibi hybernant. Iidē sæpe nauigia uelis euntia comitantes mira quadam dulcedine per aliquot horarum spatia: & passuum milia a gubernaculis nō separant᷑: ne tridente quidem ī eos sæpius iacto territi. Quidam eos: qui hoc & thynnis faciant: pomphilos uocant. Multi in propōtide æstuant: pontum non intrant. Item soleæ cū rumbi intrant: nec sæpia est cum loligo reperiat᷑: saxatilium turdus & merula desunt: sicut conchylia cum ostreæ abundant. Omnia autem hybernant ī ægæo. Intrantium portum soli non remeant trichiæ: græcis enim in plerisq; nominibus uti par erit: quando aliis atq; aliis eosdem diuersi appellauere tractus. Sed hi soli histrum amnē subeunt. ex eo subterraneis eius

uenis in adriaticum mare defluunt. Itaq; & illic descendentes nec unq̄ subeuntes e mari uisunt᷑. Thynnorum captura ē a uergiliarum exortu ad arcturi occasum. reliquo tēpore hyberno latent in gurgitibus imis: nisi tempore aliquo euocati aut plēiluniis. Pinguescunt & in tantum: ut dehiscant. Vita longissima his biennio. Animal ē paruū scorpionis effigie: aranei magnitudīe. hoc se & thynno & ei: qui gladius uocat᷑: crebro delphini magnitudinem excedenti sub pinna affigit aculeo: tantoq; infestat dolore: ut naues sæpenumero exiliant. Quod & alias faciunt aliorum uim timentes. Mugiles maxīe tā præcipuæ uelocitatis: ut transuersa nauigia interim superiactent.

DE Auguriis & diuersitate piscium. Ca. xvi.

SVnt & piscibus præscita in hac parte auguria. Siculo bello ambulante in littore Augusto piscis e mari ad pedes eius exiliit: quo argumento uates respondere Neptūnū prēm adoptantē eū sibi Sexto Pōpeio repudiato. Tāta erat naualis rei glr̄ia sub pedibus Cæsaris futuros: q maria tp̄re illo tenerent. Pisciū fœminæ maiores q̄ mares. In quodā genere omino nō sūt mares: sicut ī erythinis & chromibus. omnes enim ouis grauidæ capiunt᷑. Vagant᷑ gregati fere cuiusq; generis squamosi. Capiūt᷑ añ solis ortū. Tū maxime piscium fallit᷑ uisus. noctibus qdem illustribus æque q̄ die cernūt. Aiunt & si iteret᷑ gurges ītéresse capturæ. itaq; plr̄es secundo tractu trahi q̄ prīo: gustu olei maxime. Dein modicis ībribus gaudent: alunt᷑q;. qppe & haꝝ dīes: q̄uis in palude prognatæ: nō tñ sine ībre adolescunt. & alias ubicūq; pisces in eadē aq̄ assidui: si non affluat exanimant᷑. Prægelidā hyemē omnes sentiunt: sed maxīe q lapidē hr̄e ī capite existimant᷑ ut lupi: coracini: sciena: pagri. Cū asperæ hyemes fuere: multi cæci capiūt᷑. Itaq; his mensibus iacēt in speluncis conditi: sicut in terrestriū gn̄e rettulīus. Maxime hippurus & coracinus hyeme non capi: præterq̄ æstatis diebus paucis: & iisdem semp. Item murena & orphus: conger: percæ & saxatiles omnes. terra qdem: hoc ē uado maris excauato condi per hyemes torpedinē pistā soleamq; tradunt. Quidā rursus æstus impatientia mediis feruoribus sexagenis diebus latent: ut glaucus: aselli: auratæ. Fluuiatilium sylurus canuculæ exortu syderat᷑: & alias fulgore sopit᷑. Hoc & ī mari accidere cyprio putant: & alioqn totum mare sentit exortum eius syderis: quod maxime ī bosphoro apparet. Algæ. n. & pisces superferunt᷑ ab imo uersa oīa.

DE Mugili & aliis piscibus. Et q̄ nō iidē ubiq; placeāt. Ca. xvii.

MVgilum nata ridet᷑ ī metu capite abscondito totos se occultari credentiū. Iisdē tñ tanta facilitas: ut in phœnice & narbonensi ꝓuincia coitus tp̄re e uiuariis marem linea longinq̄ p os ad brachias religata emissum in mare: eademq; linea retractum fœminæ sequāt᷑ ad littus: rursusq; fœminā mares ptus tēpore. Apud ātiquos piscium nobilissimus habitus accipēser unus omnium sq̄mis ad os uersis cōtra aquā nando meat. nullo nunc in honore ē. quod qdē miror: cum sit rarus īuentu. Quidā eū elopem uocāt. Postea præcipuā auctoritatē fuisse lupo & asellis Cornelius Nepos & Laberius poeta mimoꝝ tradidere. Lupoꝝ laudatissimi: q appellant᷑ lanati a candore mollitiaq; carnis. Aselloꝝ duo gn̄a collyri mīores & brachi: q nō nisi in alto capiūt᷑: ideoq; prælati prioribus. at in lupis in amne capti præferūt᷑. nūc scaro dat᷑ prīcipatus: q solus pisciū dicitur ruminare: herbisq; uesci: non aliis piscibus mari carpathio maxīe frequēs. Promōtoriū troadis lectū spōte nūq̄ trāsit. Inde aduectos Tiberio Claudio prīcipe Optatus Elipertius præfectus classis inter hostiēsē & cāpaniæ orā sparsos disseminauit. Quinquennio fere cura ē adhibita: ut capti redderent᷑ mari. Postea frequentes inueniunt᷑ italiæ littore non añ ibi capti. Admouitq; sibi gula sapores: piscibus satis: & nouū incolā mari dedit: ne qs pegrinas aues rōæ parere miret᷑. Proxima ē his mensa generis dūtaxat mustellaꝝ: q̄s miꝝ dictu inter alpes lacusq; reciæ bigrātinus æmulas marinis generat. Ex reliq̄ nobilitate & gr̄a maxīa ē & copia mullis: sicut magnitudo modica: binasq; libras ponderis raro admodū exuperant: nec in uiuariis piscinisq; crescunt. Septentrionalis tantū hos: & ꝓxīa occidētis parte gignit oceāus.

genera. Terreni maiores q̃ pelagici. & õnes brãchiis ut pedibus ac maĩbus utũť: cauda uero quæ ẽ bisulca & acuta in coitu. Est polypis fistula ĩ dorso: q̃ transmittunt mare: eãq; mõ ĩ dexterã ptẽ mõ in sinistrã trãsferunt. Natant obliq in caput: quod prædurꝭ ẽ sufflatiõe uiuentibus. Cæterꝭ p brachia uelut acceptabulis dispsis eo hausto quodã mõ cui adhærescunt: tenent supini: ut auelli non queant. Vada non apprehendunt: & grãdibus minor tenacitas. Soli molliũ in siccũ exeũt dũtaxat asperũ. leuitatẽ odere. Vescunť conchylioꝝ carne: quoꝝ cõchas cõplexu criniũ frangunt. Itaq; præiacẽtibus testis cubile eorum deprehendiť. Et cũ alioqn brutũ hẽať aĩal: ut quod ad manũ hoĩs ãnatat: in re quodãmõ faĩliari callet. Omnia in domũ comportat. dein putamĩa rosa carne egerit. annatantesq; pisculos ad ea uenať. colorem mutat ad sĩlitudinẽ loci: & maxĩe in metu. ipsũ brachia sua rodere falsa opinio ẽ. Id. n. a congris euenit ei. sed renasci sicut colchotis & lacertis caudas haud falsũ. Inter præcipua autẽ miracula est q̃ uocať nautilos: ab aliis põpilos. Supinus in sũma æquoꝝ peruenit: ita se paulatim subrigens: ut emissa omni p fistulã aq̃ uelut exoneratus sentina facile nauiget. postea duo prima brachia retorquens membranã inter illa miræ tenuitatis extendit: q̃ uelificante in auras cæteris subremigans brachiis media cauda ut gubernaculo dirigit: ita uadit alto liburnicarum gaudens imagĩe. Siqd pauoris interueniat hausta se mergẽs aqua.

DE Onigena Locustis & Cancris Cocleis & Conchis. Ca. xxx.

Polypoꝝ gñis onigena dicta graui capitis odore. Ob hoc maxĩe murenis ea consectantibus. Polypi binis mẽsibus condũť. ultra bimatũ nõ uiuũt. Pereũt autẽ tabe semper: fœminæ celerius: & fere a ptu. Nõ sunt prætereunda & L. Lucullo ꝓcõsule beticæ cõperta de polypis: quæ Trebius Niger e comitibus eius ꝓdidit: auidissĩos esse cõchaꝝ. Illas ad tactum cõprimi præcidẽtes brachia eoꝝ: ultroq; escã ex prædãte capere. Carẽt conchæ uisu omniq; sensu alio q̃ cibi & periculi. Insidianť ergo polypi apertis: impositoq; lapillo extra corpus ne palpitatu eiiciantur: ita securi grassantur extrahuntq; carnes. illæ se contrahunt sed frustra discuneatæ: tanta solertia aĩalium hebetissimis quoq; ẽ. Præterea negat ullum esse atrocius aĩal ad conficiendũ hoĩem in aqua. Luctať. n. cõplexu: & sorbet acceptabulis: ac numeroso suctu detrahit eũ. In naufragos urinãtisue impetũ capit: sed si inuertať elanguescit uis. Exporrigunt. n. se resupinati. Mire omnibus maris expetentibus odorem quoq; eorum: q̃ de cã & nassis illinũť. Cætera quæ idem rettulit: mõstro ꝓpiora possunt uideri. Carteie ĩ cetariis assuetus qdam polypus exire e mari in lacus eoꝝ aptos: atq; ibi salsamẽnta populari. conuertit in se custodum indignationem assiduitate furti immodici. Sæpes erant his obiectæ: sed has transcendebat per arborem: nec deprehendi potuit: nisi canũ sagacitate. Hi redeuntem circumuasere noctu: concitiq; custodes expauere nouitatem. Primũ omniũ magnitudo inaudita erat. Deinde color muria obliti odore diri: qs ibi polypum expectasset: aut ita cognosceret: cũ monstro dimicare sibi uidebanť. Nãq; & afflatu terribili canes agebat nũc extremis crinibus flagellatos: nunc robustioribus brãchiis clauarum modo incussos. ægreq; multis tridentibus confici potuit. Ostẽdere Lucullo caput eius dolii magnitudine amphorarum. xv. capax. atq; (ut ipsius Trebii uerbis utar) barbas: quas uix utroq; brachio complecti esset: clauarũ modo torosas lõgas pedum. xxx. acceptabulis siue caliculis urnalibus peluium modo. Dentes magnitudini respondentes. reliquiæ asseruatæ miraculo pependere pondo septingentorum. Sæpias quoq; & loligines eiusdem magnitudinis expulsas in littus illud idem auctor est. In nostro mari loligines quinum cubitorum capiunť: sæpiæ binum. neq; his bimatu longior uita. Nauigerã similitudĩem & aliam in propontide uisam sibi ꝓdidit Mutianus concham esse achati modo carinatam inflexa puppe prora rostrata. In hãc condi nauplium animal sæpiæ simile ludendi societate sola. duobus hoc fieri gñibus. Tranquillo. n. uectorẽ demissis palmulis ferre ut remis. Si uero flatus inuitent: easdẽ in usu gubernaculi porrigi pandiq; concharum sinus aura. huius uoluptatem esse ut

ferat:illius ut regat:simulq; eandem descendere incluso sinu:fluctu hausto:territam uisu.id enĩ ut constat rumore nauigantium humana calamitas in cā ē. Locustæ crusta fragili muniunt̃ in eo genere:quod caret sanguine.latent mensibus quinis.Similiter cancri qui eodem tp̃e occultant̃:& ambo ueris principio senectutem āguium more exuūt reuocatione tergorum.Cæteꝝ in aquis natant.Locustæ reptantium mō fluitāt. si nullus ingruat metus recto meatu cornibus:quæ sunt rotunditate præpilata:ad latera porrectis. Iisdē erectis ĩ pauore oblique ĩ latere procedūt.cornibus inter se dīcāt. Vnū hoc aĩaliū nisi uiuum feruenti aqua ĩcoq̃t̃:fluida carne nō hēt callum.

¶DE Cancris. ¶Cap.xxxi.

a AIuunt petrosis locis: cancri mollibus.hyeme aprica littora sectāt̃.æstate ĩ opaca gurgitum recedunt.Oĩa eius generis hyeme lædūt̃. autũno & uere pĩguescunt: & plenilunio magis:qa nocte sydus tepido fulgore mitificat . Cācroꝝ genera carabi: astaci:tacineæ:paguri heracleotici:leones:& alia ignobiliora . Carabi a cæteris cancris cauda distant.In phœnice hippoe uocant̃:tantæ uelocitatis ut conseq nō sit.Cancris uita lōga:pedes octoni ōnes in obliquū flexi.Fœminæ prĩus pes duplex:mari sĩplex. Præterea bina brachia dēticulatis forcipibus. superior ps in primoribus his mouetur ĩferiore immobili:dextrū brachiū ōibus maius . Vniuersi:ubi aliquando cōgregant̃: os ponti euincere non ualent.Quāobrē egressi circūeunt:apparetq; tritū iter.Pinnoteras uocat̃ mĩmus ex ōni gñe:ideo opportunus ĩiuriæ. huic solertia ē inaniū ostreaꝝ testis se condere:& cum accreuerit:migrare in capaciores.Cancri in pauore etiā retrorsū pari uelocitate redeunt.dimicant inter se ut arietes aduersis cornibus incursantes. contra serpentium ictus medent̃.Sole cancri signum transeunte & ipsoꝝ cū exaĩati sint:corpus trāsfigurari in scorpiones narrant̃ in sicco. Ex eodē gñe sunt echini:qbus spinæ pro pedibus.ingredi ē his in orbem uolui.Itaq; detritis sæpe aculeis inueniūt̃. Ex his echinometræ appellāt̃:quoꝝ spinæ longissimæ.calices minimi:nec ōnibus idē uitreus color.Circa turonem candidi nascunt̃ spina pua . oua omniū amara qna numero:ora in medio corpore in terrā uersa.Tradunt sæuitiam maris præsagire eos:correptisq; opperiri lapillis:mobilitatēq; pondere stabilientes nolunt uolutatione spĩas atterere.quod ubi uidere nautici statim plr̃ibus anchoris nauigia infrenant.

¶DE Cocleis. ¶Cap.xxxii.

i IN eodem genere sunt cocleæ aq̃tiles terrestresq; exerentes se domicilio:binaque ceu cornua ꝓtēdētes cōtrahentesq;.oculis carent:ideoq; corniculis prætētāt iter.

¶DE Pectinibus. ¶Cap.xxxiii.

p PEctines ĩ mari ex eodē genere hēnt̃.Reconditi & ipsi ĩ magnis frigoribus ac magnis æstibus:unguesq; uelut igne lucentes in tenebris etiam ĩ ore mandētium: Firmioris iā testæ murices:& cōchaꝝ genera:in qbus magna ludentis naturæ uarietas: tot colorū differentiæ : tot figuræ planis & concauis lōgis lunatis in orbem circūactis dimidio orbe cæsis in dorsū elatis leuibus rugatis denticulatis striatis uertice mutricatim intorto:margine ĩ mucronem emisso:foris effuso:intus replicato . Iā distictiōe uirgulata : crinita : crispa : cuniculatim pectinatim imbricatim undata cancellatim reticulata:in obliquum : in rectū expāsa:prædensata:porrecta : sinuata: breui nodo ligatis:toto latere connexis:ad plausum apertis:ad buccinam recuruis.Nauigāt ex his neritæ:præbentesq; concauā sibi ptē: & alterā auræ opponentes per sūma æquoꝝ uelificant.Saliunt pectines:& extra uolitant:seq; & ipsi carinant.

¶DE Diuitiis marinis. ¶Cap.xxxiiii.

SEd qd hæc tam pua cōmemoro:cum populatio moꝝ atq; luxuria non aliunde maior:q̃ e concharum genere ꝓueīat:Iam qdē ex tota reꝝ natura dānosissimū uentri mare est tot modis:tot mensis:tot piscium saporibus:qbus precia capientium periculo fiunt.

¶Quomodo nascant̃ & ubi.Et quomodo inueniūt̃ margaritæ. ¶Capitulum.xxxv.

SEd quota hæc portio ẽ reputãtibus purpuras: cõchylia: margaritas? paꝝ scilicet fuerat in gulas condi maria: nisi manibus: auribus: capite: toto corpore a fœmĩs iuxta uirisq; gestarent? Quid mari cũ uestibus? Quid undis fluctibusq; cum uellere? Nõ recte recipit hæc nos reꝝ natura nisi nudos. Esto. sit tãta uentri cũ eo societas. q̃d tergori? Paꝝ sit nisi q̃ uestimur: periculis etiam uestiamur. Adeo ꝑ totum corpus aĩæ hoĩs quæsita maxĩe placent. Principium ergo culmẽq; omnium reꝝ precii margaritæ tenent. Indicus maxime has mittit oceanus. Inter illas belluas tales tantasq;: q̃s dixĩus ꝑ tot maria ueniẽtes tã longo terraꝝ tractu e tantis solis ardoribus atq; indicis quoq; insulis petuntur & admodum paucis. Fertilissĩa ẽ taprobane & torois: ut diximus in circuitu mundi. Item perimula ꝓmontorium indiæ. Præcipue autem laudantur circa arabiam in persico sinu maris rubri. Origo autem atq; genitura cõchæ ẽ haud multũ ostrearum conchis differens. Has ubi genitalis anni stimulauerit hora: pandentes sese q̃dam oscitatione ĩpleri roscido conceptu tradunt. grauidas postea eniti. partumque cõchaꝝ esse margaritas: ꝓ q̃litate roris accepti. Si purus ĩfluxerit: candorem conspici. Si uero turbidus & fœtum sordescere. Eundem pallere cælo minante conceptum. Ex eo q̃ppe constare: cæliq; eis maiorem societatem esse q̃ maris. inde nubilum trahit colorem: aũt ꝓ claritate matutina serenum. Si tempestiue satient̃: grandescere & ꝑtus. Si fulguret: comprimi conchas: ac pro ieiunii modo minui. Si uero & tonuerit: pauidas ac repente compressas: quæ uocãt physemata: efficere speciem: ueꝝ inani inflatã sine corpore. Hos esse conchaꝝ abortus. Sani q̃dem partus multiplici constant cute: non ĩproprie callũ ut existĩari corporis possit. Itaq; & purgant̃ a peritis. Miror ipso tantũ eas cælo gaudere. Sole rubescere: cãdoremq; perdere ut corpus humanũ. Quare præcipuum custodiunt pelago altius mersæ: q̃ ut penetrent radii. Flauescunt tamẽ & illæ senecta: rugisq; torpescunt: nec nisi ĩ iuuenta constat ille: qui querit̃ uigor. Crassescunt etiam in senecta: conchisq; adhærescũt. nec iis auelli queũt: nisi lima. Quibus una tantum ẽ facies & ab ea rotunditas: auersis planicies: ob id tympania nominant̃. Cohærentes uidemus in conchis hac dote unguenta circunferentibus. Cætero in aqua mollis unio exẽptus ꝓtinus durescit. Concha ipsa cum manum uidet: cõprimit sese: operitq; opes suas: gnara propter illas se peti. manumq; si præueĩat acie sua abscidit: nulla iustiore pœna: & aliis munita suppliciis. Quippe ĩter scopulos ꝑs maior ĩueĩt̃. sed in alto quoq; comitant̃ marinis canibus. nec tñ aures fœminarũ arcentur. Quidã tradunt sicut apibus: ita concharum examinibus singulas magnitudine & uetustate præcipuas esse ueluti duces: miræ ad cauendum solertiæ. Has urinantium cura peti. Illis captis facile cæteras pallantes retibus includi. Multo deinde obrutas sale in uasis fictilibus erosa carne omni nucleos quosdam corpoꝝ: hoc est uniones decidere ĩ ima. Vsu atteri nõ dubium ẽ: coloremq; indiligentia mutari. Dos omnis ĩ cãdore: magnitudine: orbe: leuore: pondere: haud promptis rebus in tantum: ut nulli duo reperiant̃ ĩdiscreti. Vnde nomen unionũ romanæ scilicet imposuere deliciæ. Nam apud græcos non ẽ: nec apud barbaros ĩuẽtores eius aliud: q̃ margaritæ. Et in candore ipso magna differentia. Clarior in rubro mari repertus. Indicus specularium lapidum sq̃mas assimilat: alias magnitudine præcellens. Sũma laus coloris est exaluminatos uocari: & ꝓcerioribus sua gr̃a est. Eleucos appellant fastigata longitudine. Alabastroꝝ figura ĩ pleniore orbe desinentes. Hos digitis suspendere: & binos ac ternos auribus: fœmĩarũ gloria est. Subeunt luxuriæ eius nomina & tedia exquisita perditione potatu. Siq̃dẽ cum id fecere crotalia appellãt: ceu sono quoq; gaudeant: & collisu ipso margaritaꝝ. Affectantq; iam & pauperes lictorem fœminæ: in publico unionem esse dictantes. Quin & pedibus: nec crepidarum tãtum obstragulis: sed totis socculis addunt. Neq; .n. gestare iam margaritas: nisi calcent: ac ꝑ uniones etiam ambulent: satis ẽ. In nr̃o mari reperiri solebant: crebrius circa bosphorum thracium: ruffi ac parui in conchis: quas myas appellant. At in acarnania quæ uocat̃ pinna gignit. quo apparet non uno

conchæ gn̄e nasci. Namq; & Iuba tradit arabicis concham esse similem pectini ĩsecto: hirsutam echinoꝝ mō. Ipsum unionē in carne ipsa esse grandini silem. Conchæ non tales ad nos afferunt̃. Nec in acarnania añ laudati reperiũt̃: enormes & feri: colorisq; marmorei. Meliores circa actiũ: sed & ii parui. Et in mauritaniæ maritimis. Alexãder Polyhistor: & Sudines senescere eos putãt: coloremq; expirare. Eoꝝ corpus solidũ esse manifestum est: ꝙ nullo lapsu frangunt̃. Non autem semper in media carne repiũt̃: sed aliis atq; aliis locis. Vidimusq; iam extremis etiã marginibus uelut e concha exeuntes. Et in quibusdã q̃ternos: q̃nosq;. Pondus ad hoc æui semunciæ pauci singulis scrupulis excessere. In britãnia puos atq; decolores nasci certũ ē: quoniã diuus Iulius thoracē quē Veneri genitrici in tēplo eius dicauit: ex britannicis margaritis factum uoluerit intelligi. Lolliam Paulinã: quæ fuit Caii principis matrona: ne serio quidē aut solenni cerimoniarum aliquo apparatu: sed mediocrium etiam sponsaliũ cœna uidi smaragdis margaritisq; opertam: alterno textu fulgentibus toto capite crinibus spiris auribus: collo monilibus digitisq;. quæ summa q̃dringesies sestertiũ colligebat. Ipsam confestim patam nuncupationem tabulis ꝓbare. Nec dona ꝓdigi principis fuerant: sed auitæ opes ꝓuinciaꝝ scilicet spoliis partæ. Hic ē rapinarum exitus. Hoc fuit quare. M. Lollius infamatus regum muneribus ĩ toto oriente ĩterdicta amicitia a Caio Cæsare Augusti filio uenenum biberet: ut neptis eius quadringesies sestertium opta spectaret̃ ad lucernas. Computet nũc aliquis ex alia pte: q̃tum Curius aut Fabritius in triumphis tulerint: & imaginetur eoꝝ fercula: & ex altera pte Lolliam unam imperii mulierculam accubantem: non illos curru detractos q̃ in hoc uicisse malit̃. Nec hæc summa luxuriæ exempla sunt. Duo fuere maximi uniones per omne æuũ: Vtrũq; possedit Cleopatra ægypti reginarum nouissima per manus orientis regum sibi traditos. Hæc: cum exquisitis quottidie Antonius saginaret̃ epulis: supbo simul ac ꝓcaci fastu ut regina meretrix lauticiã eius omnē apparatumq; obtrectans: quærēte eo quid astrui magnificentiæ possit: respõdit: una se cœna cēties sestertiũ absũpturã. Cupiebat discere Antonius: sed fieri posse nõ arbitrabat̃. Ergo spõsiõibus factis: postero die quo iudicium agebat̃: magnificam alias cœnã: ne dies periret: sed quottidianã Antonio apposuit irridenti computationemq; expostulanti. At illa corollariũ id esse: consumpturamq; se ea in cœna taxationē confirmãs: solãq; se centies sestertium cœnaturam: inferri mẽsam secundam iussit. Ex præcepto ministri unum tãtũ uas añ eã posuere aceti: cuius asperitas uisq; in tabē margaritas rosoluit. gerebatq; auribus tum maxīe singulare illud & uere unicum naturæ opus. Itaq; spectante Antonio quidnã esset actura: detractum alterum mersit: ac liquefactum absorbuit. Iniecit alteri manũ. L. Plãcus iudex sponsionis eius: eum quoq; paranti simili modo absumere. Victũq; Antonium ꝓnunciauit homine irato. Comitet̃ fama unionis eius parē facta illa tãtæ quæstionis uictrice regina dissectũ: ut esset in utrisq; Veneris auribus romæ ĩ pãtheo: dimidia eoꝝ cœna. Non ferēt tñ hanc palmã. spoliabunt̃q; etiã luxuriæ glĩa. Prior id fecerat romæ in unionibus magnæ taxationis Clodius tragœdi Aesopi filius relictus ab eo in amplis opibus hæres: ne triumphatu suo nimis supbiat Antonius pene histrioni compatus. Et quidē nulla sponsione ad hoc ꝓductus: quo id magis regium erat: sed ut expiret̃ in gloria palati quid saperent margaritæ: atq; ut mire placuere: ne solus hoc sciret: singulos uniones cõuiuis ad sorbendum dedit. Romæ in ꝓmiscuum ac frequentem usum uenisse: alexãdria in ditionē redacta. Primum autē cœpisse circa syllana tp̃ra minutas & uiles Fenestella tradit manifesto errore: cum Elius Stilo iugurthino bello unionũ nomē impositum maxime grandibus margaritis ꝓdat. Et hoc tñ æternæ ꝓpe possessionis ē. seqt̃ hæredē. In mancipatum uēit: ut prædium aliquod. Conchylia & purpuras omnis ora atterit. quibus eadem mater luxuria paria pene etiã margaritis precia fecit.

❡DE Natura purpuræ & muricis. ❡Ca. xxxvi.

PVrpuræ uiuũt annis plurimum septenis. Latēt sicut murices circa canis ortum

tricenis diebus. Cōgregāt᷑ uerno tēpore: mutuoq; attritu lentorē cuiusdā ceræ saliuāt: simili modo & murices. Sed purpuræ florē illum tingendis expetitum uestibus in mediis hēnt faucibus. Liquoris hic ē minimi in cādida uena. Vñ preciosus ille bibitur nigrātis rosæ colore sublucēs. Reliquū corpus sterile. Viuas capere contendunt: qa cū uita sua succū illū euomūt. Et maioribus quidem purpuris detracta concha auferūt. minores cum trapetis frangūt: ita demū rorē eū excipientes tyrii. Præcipuus hic asiæ. In enynge africæ: & gætulo littore oceani. In læonica europæ. Hinc fasces securesque romanæ uiam faciunt. Idemq; pro maiestate in puericia ē. Distinguit ab eqte curiam. Diis aduocat᷑ placādis. omnemq; uestē illumīat. In triumphali miscet᷑ auro. q̄propter excusata & purpuræ sit insania. Sed unde conchyliis precia? Quis uirus graue ī succo: color austerus in glauco & irascēti silis mari. Lingua purpuræ longitudīe digitali: qua pascit᷑ pforando reliq̄ conchylia: tanta duricia aculeo ē. Aqua dulci enecant᷑: & sicubi flumini immergūt᷑: alioqn captæ diebus qnq̄genis uiuunt saliua sua. Conchæ omnes celerrime crescunt: præcipue purpuræ. Anno magnitudinē implēt. Quod si hactenus transcurrat expositio: fraudatā se ptinus luxuria credat. Nos indiligētiæ dānet. Quā obrē psequemur etiā officinas: ut tāq̄ in uictu frugum noscit᷑ rō: sic omnes qui istis gaudēt premio uitæ suæ calleāt. Concharum ad purpuras & conchylia eadē qdē ē materia: sed distat temperamēto. Duo sunt gn̄a. Buccinum minor concha ad silitudinē eius buccini: quo sonus editur. unde & cā nomini rotunditate oris in margine incisa. Alterum purpura uocat᷑ caliculatim pcurrente rostro: & caliculi latere introrsus tabulato qua proferat᷑ lingua. Præterea clauatum ē ad turbinē usq;: aculeis ī orbē septenis fere: qui non sunt buccino: sed utrisq; orbes totidem quot hēnt ānos. Buccinum non nisi petris adhæret. Circaq; scopulos legit᷑.

¶Quot sunt gn̄a. ¶Cap. xxxvii.

Pvrpuræ nomīe alio pelagiæ uocāt᷑. Earꝶ gn̄a plra. pabulo & solo discreta. Lutēse putri limo. & algense enutritum alga uilissimum. Vtrisq; melius teniēse ī tenei maris ora collectū. Hoc quoq; tn̄ etiā nū leuius atq; dilutius. Calculosæ appellantur a calculo maris mire apto conchyliis: & longe optimo purpuris. Dialutense id ē uario soli genere pastū. Capiunt᷑ autē purpuræ paruulis rarisq; conchis textu ueluti nassis ī alto iactis. Inē iis esca clusiles mordacesq; concharum: quales uidēus. has semineces: sed redditas mari auido hiatu reuiuiscentes. Appetunt eas purpuræ: porrectisq; līguis infestant. At illæ aculeo extimulatæ claudunt sese: comprimuntq; mordentia: ita pēdentes auiditate sua purpuræ tollunt᷑. ¶Quo capiāt᷑ tp̄re. ¶Ca. xxxviii.

Capi eas post canis ortum aut āte uernum tēpus utilissimum: quoniā cū fœtificauere fluxos hēnt succos. Sed id tingentū officinæ ignorant: cum sūma uertat᷑ in eo. Eximit᷑ postea uena: quā diximus. Cui addi salem necessarium: sextarios ferme in libras centenas. Macerari triduo iustum. qppe maior uis tanto q̄to recēsior. Feruere in plūbo: singulisq; aquæ amphoris centenas atq; quinquagenas medicaminis libras æquari: ac modico uapore terreri: & ideo lōginque fornacis cuniculo. Ita despumatis subīde carnibus: quas hæsisse uenis necesse ē: decimo ferme die liquatis cortina uellus elitriatū mergit᷑ ī expimētum. Et dōec spei satisfiat urit᷑ liquor. Rubeus color nigrāte deterior. Quinis lana potat horis. Rursusq; mergit᷑ carminata: donec omnem ebibat saniē. Buccinum p se damnat᷑: quoniam fucum remittit. Pelagio admodum alligat᷑. nimiæq; eius nigriciæ dat austeritatem illam nitoremq;: qui quærit᷑ cocci. Ita pmixtis uiribus: alterꝶ altero excitat᷑: aut astringit᷑. Summa medicamīum in libras. Vellerum buccino ducentæ. Pelagio. cxi. Ita fit amethysti colos eximius ille. At tyrius pelagio primum satiat᷑ immatura uiridiq; cortina: mox pmutat᷑ ī buccina. Laus ei summa in colorē sanguinis cōcreti nigricās aspectu. Idēq; suspectu refulgens. Vnde & Homero purpureus dr̄ sāguis. ¶Romæ qn̄ usus purpuræ. ¶Cap. xxxix.

Pvrpuræ usum romæ sēp fuisse uideo. sed Romulo in trabea. Nā toga prætexta

& latiore clauo Tullum Hostilium e regibus primum usum: hetruscis deuictis satis constat. Nepos Cornelius: qui diui Augusti pricipatu obiit: Me iqt iuuene uiolacea purpura uigebat: cuius libra denariis centum uenibat: nec multo post rubra tarentia. Huic successit dibapha tyria: quæ in libras denariis mille non poterat emi. Hac Lētulus Spinter ædilis currulis prius i prætexta usus improbabat. qua purpura qs nō iā iqt triclinaria facit? Spīter ædilis fuit urbis cōditæ āno .dcc. Cicerone cons. Dibapha tunc dicebat: quæ bis tincta esset: ueluti magnifico impendio. Qualiter nunc omnes pene commodiores purpuræ tingunt. In cōchyliata ueste cætera eadem sine buccino: præterq; ius temperaturæ. Aeque pro indiuiso humani potus excremento: dimidia & medicamina addunt. Sic gignit laudatus ille pallor saturitate fraudata: tantoq; dilucidior qto magis uellera esuriunt. ¶DE Precio earum. ¶Cap.xxxx.

P Recia medicamento sunt quidem p fertilitate littorꝝ uiliora. Non tñ usq pelagi libras qnqgenos nummos excedere: & buccini centenos sciant: q ista mercantur immenso. Sed alia sunt: nec habent finem uitia. iuuatq; ludere impendio: & lusus geminare miscendo iterum: & ipsa adulterare adulteria naturæ: sicut testudines tingere: argentum auro confundere: ut electra fiant: addere iis æra: ut corinthia.

¶DE Tingendo amethystio: & cocco byssino. ¶Ca.xxxxi.

N On ē satis abstulisse gēmæ nomē. Amethystū rursū absolutus iebriat tyrio: ut sit ex utroq; nomē iprobū. Thyriamethystus sili luxuria duplex. Et cū confecere cōchylia: transire melius in tyriū putant. Pœnitentia hoc primū debet iueisse artifice mutante quod dānabat. ide rō ē nata. Votum quoq; factum e uitio portētosis igeniis: & gemina demonstrata uia luxuriæ: ut color alius operiret alio: suauior ita fieri leuiorq; dictus. qn & terrena miscere: coccoq; tinctum tyrio tingere ut fieret his byssinū. Coccum galatiæ rubēs gramen: ut dicemus in terrestribus: aut circa emeritā lusitaniæ in maxia laude ē. Verꝝ ut simul pagant nobilia pigmenta: anniculo gramini lāguidus succus. Idē a quadrimo euanidus. Ita nec recenti uires: neq; senescēti. Abūde tractata est rō: qua se uirorꝝ luxa fœmiarūq; forma credit amplissimam fieri.

¶DE Pinna & Pinnotere: & aqtiliū sensu. ¶Cap.xxxxii.

C Oncharū gñis & pinna ē. Nascit in limosis subrecta sēp: nec unq sine comite. quē pīnoterē uocāt. alii pīnophylacē: id ē suilla pua. aliubi cācer: dapis assectator. Pandit se pinna luminibus orbum corpus intus minutis piscibus præbens. Assultāt alii ptinus: & ubi licentia audacia creuit: iplent eam. Hoc tempus speculatus index morsu leui significat. Illa ore compresso quicqd inclusit: exanimat. ptēq; socio tribuit. Quo magis miror quosdam existimasse aquatilibus nullū in esse sensum. Nouit torpedo uim suam ipsa non torpens. mersaq; in limo se occultat: pisces qui securi natātes obtorpuere corripiēs. Huius iecori teneritas nulla præfert. Nec mīor solertia ranæ: quæ in mari piscatrix uocat. eminentia sub oculis cornicula tbato limo exerit: assultantes pisciculos pertrahēs: donec tam prope accedant: ut assiliat. Sili mō sqtina & rhombus additi pinas exertas mouent specie uermiculorū. Itemq; quæ uocat raia. Nam pastinaca latrocinatur ex occulto transeuntes radio: quod telum est ei figens. Argumenta solertiæ huius: quod tardissimi pisciū hi mugilem uelocissimum omniū hñtes i uentre repiūt. ¶DE Scolopendris Vulpibus & Glanis. ¶Ca.xxxxiii.

S Colopendræ terrestribus similes: quas centipedes uocāt: hamo deuorato omnia interanea euomūt: donec hamum egerant. deinde resorbent. At uulpes marinæ sili in periculo glutiunt amplius usq; ad infirma lineæ: quæ facile prærodāt. Glaucius qui & glanis uocat auersus mordet hamos: nec deuorat: sed esca spoliat.

¶DE Ariete pisce. ¶Cap.xxxxiiii.

G Rassatur aries ut latro. Et nunc grandiorꝝ nauium in salo stantium occultatus umbra: siquē nādi uoluptas inuitet: expectat. Nunc elato extra aquam capite: piscantium cymbas speculatur: occultusq; adnatans mergit.

ꝖDE His quæ tertiam naturam habēt non aīalium:neq; fruticum. Et de urticis & ſpongiis. ꝖCapitulum.xxxxv.

EQuidem & iis ſenſum ineſſe arbitror:q̄ nec aīalium:neq; fruticum:ſed tertiam ex utroq; naturā habēt:urticis dico & ſpongiis. Vrticæ noctu uagantur:noctuq; mutantur:carnoſæ frondis. Iis natura ut carne ueſcantur. Vis pruritu mordax. eadēq; quæ terreſtris urticæ. Cōtrahit ergo ſe q̄maxime rigens:ac prænatante piſciculo frōdē ſuam ſpargit. Complectenſq; deuorat. alias marcenti ſimilis:& iactari ſe paſſa fluctu algæ uice contractos piſces:attrituq; petræ ſcalpentes pruritum inuadit. Eadē noctu pectines & echinos pq̄rit. Dum admoueri ſibi manum ſentit:colorem mutat:& contrahitur. Tacta uredinem mittit:paulumq; ſi fuerit interualli:abſconditur. Ora ei in radices eſſe traduntur. Excrementa per ſumma tenui fiſtula reddi. Spongiarum tria genera accipimus:ſpiſſum:ac prædurum:& aſperum. Tragos id uocatur. Spiſſum & mollius. magis tenue denſūq; ex quo penicilli:achilleum. Naſcuntur omnes ī petris. Alunt̃ conchis: piſce:limo. Intellectum ineſſe iis apparet:quia ubi auulſorem ſēſere: cōtractæ multo difficilius abſtrahunt̃. Hoc idem fluctu pulſante faciunt. Viuere eſca manifeſto conchæ minutæ in iis repertæ oſtendunt. Circa toronem ueſci illis auulſas etiam aiunt. & ex relictis radicibus recreſcere. In petris cruoris quoq; inhæret color africis præcipue quæ generant̃ in ſyrtibus. maxime fiunt mancæ. Sed molliſſīæ circa lyciam. In profundo autem nec uentoſo:molliores. In helleſponto aſperæ. Et denſæ circa maleam. Putreſcunt in apricis locis:ideo optime in gurgitibus uiuentibus idēq; madentibus nigricans color. Adhærent nec pte nec totæ. interſunt.n. fiſtulæ quædam inanes quaternæ fere aut quinæ:per quas paſci exiſtimant̃. Sunt & aliæ: ſed ſupernæ concretæ. Et ſubeſſe membrana quædam radicibus earum intelligit̃. Viuere conſtat longo tempore. Peſſimum omnium genus earum ē: quæ aplyſiæ uocant̃:quia erui non poſſunt:in quibus maxime ſunt fiſtulæ: & reliq̄ dēſitas ſpiſſa.

ꝖDE Caniculis marinis. ꝖCap.xlvi.

CAnicularum maxime multitudo circa eas urinantes graui periculo infeſtat. Ipſi ferunt & nubem quādam craſſeſcere ſuper capita animalium planoꝝ piſcium ſimilem prementem eos:arcentemq; a reciprocando. & ob id ſtilos præacutos lineis annexos hr̃e ſeſe:quia niſi perfoſſæ ita non recedant:caliginis & pauoris(ut arbitror) opere. Nubem.n.& nebulam cuius nomīe id malum appellant:inter aīalia illa haud ultra comperit quiſq̄. At cum caniculis atrox dimicatio. Inguina & calces: omnemq; candorē corporum appetunt. Salus una in aduerſas eundi:ultroq; terrendi. pauet.n. hominem æque:ac terret. Et frons æqua in gurgite. Vt ad ſumma aquæ uentum eſt: ibi periculum anceps. adempta ratione contra eundi:dum conetur emergere. Et ſalus ōnis in ſociis. Funē illi religatum ab humeris eius trahunt. Hunc dimicans:ut ſit periculi ſignū:leua quatit. Dextera apprehenſo ſtilo in pugna eſt. Modicus alias tractus. Vt prope carinā uentū eſt:niſi præceleri ui repente rapiant:abſumi ſpectant. Ac ſæpe iam ſubducti e manibus auferunt̃:ſi non trahentium ope conglobato corpore ī pilæ modū ipſi ſe adiuuere. Protēdunt quidē tridentes illi. Sed monſtri ſolertia ē nauigiū ſubeundi:atq; ita e tuto præliādi. Omnis ergo cura ad ſpeculandū hoc malū īſumit̃.

ꝖDE Animantibus quæ ſilicea teſta:& quæ ſine ullo includuntur: & reliquis ſordidis aīalibus. ꝖCapitulum.xlvii.

CErtiſſima eſt ſecuritas uidiſſe planos piſces:quia nūq̄ ſūt: ubi maleficæ beſtiæ. Qua de cauſa urinantes ſacros appellant eos. Silicea teſta incluſis fatēdum eſt nullum eſſe ſenſum ut oſtreis. Multis eadem natura quæ frutici ut olothyris:pulmonibus:ſtellis. Adeoq; nihil nō gignit̃ in mari ut cauponaꝝ etiam æſtiua aīalia pernici moleſta ſaltu:aut quæ capillus maxime celat:exiſtant:& circumglobata eſcæ ſæpe extrahuntur. Quæ cauſa ſōnium piſciū in mari noctibus infeſtare exiſtimat̃. Quibuſdā uero ipſis innaſcūt̃:quo in numero chalcis accipitur.

DE Venenatis marinis. Cap.xlviii.

NEc uenena cessant dira ut in lepore:qui in indico mari etiam tactu pestilens: uomitum dissolutionemq; stomachi protinus creat. In nostro offa informis: colore tantum lepori similis. In indis & magnitudine & pilo duriore. Tantũ uiuus ibi capitur. Eq; pestiferum aı̃al araneus spinæ in dorso aculeo noxius. Sed nullũ usq̃ execrabilius q̃ radius super caudam emineñs trigonis:quam nostri pastinacã appellãt. Quin conchylii magnitudine arbores infixus radici necat. Arma ut telum perforat & ferri & ueneni malo. DE Morbis piscium. Cap.xlix.

MOrbos uniuersa gña piscium ut cætera aı̃alia etiam fera non accipimus sentire. Verum ægrotare singulos manifestum facit aliquorum macies: cum in eodem genere præpingues alii capiant. DE Gñatiõe eoꝝ mira. Cap.L.

QVonam modo gñent:desiderium & admiratio hominum differri non patitur. Pisces attritu uentrium coeunt:tanta celeritate ut uisum fallant. Delphini & reliq̃ cete simili modo:& paulo diutius. Fœmı̃a piscis coitus tp̃re marẽ seqt̃: uentrẽ eius rostro pulsans. Sub ptu mares fœminam siliter oua uescẽtes eaꝝ. Nec satis ẽ gñationi per se coitus:nisi editis ouis inter se uersando mares & fœminæ uitale aspserit uirus. Non omnibus id contingit ouis in tanta multitudı̃e:alioqn replerentur maria & sta-gna:cum singuli uteri innumerabilia concipiãt.

Item de generatione.& q pisces oua piãt. Cap.Li.

PIscium oua in mari crescunt.quædam summa celeritate ut murenarum.quædã paulo tardius. Plani piscium:qbus cauda non obest:aculeiq; ut testudı̃es & raiæ in coitu superueniunt. Polypi crine uno fœminæ naribus adnexo. Sæpiæ & lolligines linguis componentes inter se brachia:& in contrariũ nãtes:& pariunt ore. Sed polypi in terram uerso capite coeũt. Reliqua mollium tergis:ut canes. Item locustæ & sqllæ. Cancri ore. Ranæ superueniũt: prioribus pedibus alas fœminæ mare apprehendente: posterioribus clunes. Pariunt minimas carnes nigras quas gyrinos uocant: oculis tñ & cauda insignes. mox pedes figurantur:cauda findente se in posteriores. Mirumque semestri uita resoluuntur in limum nullo cernente. & rursus uernis aqs renascuntur quæ fuere natæ:perinde occulta rõne cum õnibus ãnis id eueı̃at. Et mytuli & pectı̃es sponte naturæ in harenosis proueniunt. Quæ durioris testæ sũt:ut murices purpuræ saliuario lentore. Sicut acescẽte humore culices:atque spuma maris incalescẽte cum admissus ẽ hymber. Quæ uero siliceo tegmı̃e opiũtur: ut ostrea putrescẽte limo: aut spuma circa nauigia diutius stãte:defixosq; palos:& lignũ maxı̃e. Nup cõptũ ı̃ ostrea-riis:humorẽ iis fœtificum lactis modo effluere. Anguillæ atterũt se scopulis. ea strig-mẽta uiuescũt. Nec alia ẽ eaꝝ ꝓcreatio. Pisciũ diuersa genera nõ coeũt præter sq̃tinã & ranam:ex qbus nascit̃ priori pte ranæ similis:& nomẽ ex utroq; compositum apud græcos trahit. Quædã tẽpore ãni gignũt̃:& in humore ut ı̃ terra. Vere pectines:lima-ces:hirudı̃es. eodẽ tẽpore euanescunt. Pisciũ autẽ lupus & trichias bis ãno parit. Et saxatiles omnes. Mulli ter:ut chalcis:cyprinus:exien. Scorpiones bis ac sargi uere & autũno. Ex planis sq̃tina sola autũno:occasu uergiliaꝝ. Plurimi piscium tribus mẽ-sibus:aprili:maio:iunio. Salpæ autũno. Spari:torpedo:sq̃li circa æqnoctium. Molles uere. Sæpia omnibus mẽsibus. Oua eius glutino atramẽti ad speciẽ uuæ cohærentia masculus ꝓseqt̃ afflatu:alias sterilescũt. Polypi hyeme coeũt. Pariũt uere oua tortili uibrata pampino:tanta fœcunditate:ut multitudı̃em ouoꝝ occisi nõ recipiãt cranos capitis:quæ prægnãtes tulere. Ea excludũt qnq̃gesı̃o die. e qbus multa ꝓpter numeꝝ intercidunt. Locustæ & reliqua tenuioris crustæ ponũt oua supra oua:atq; ita ı̃cubãt. Polypus fœmı̃a modo in ouis sedet:modo cauernam cãcellato brachiorum implexu claudit. Sæpia in terreno parit:inter harũdines aut sicubi enata alga. Excludit qntode-cimo die. Lolligines in alto cõferta oua edũt ut sæpiæ. Purpuræ:murices:eius deniq; generis uere pariunt. Echini oua pleniluniis hñt hyeme. Et cocleæ hyberno tempore

nascũtur. Torpedo octogenos foetus hñs inuenit̃. Ea quæ ĩtra se parit oua præmollia in alium locum uteri transferẽs: atque ibi excludẽs. Sĩli modo omnia quæ cartilaginea appellauimus: ita fit ut sola piscium & aĩal pariant: & oua cõcipiãt. Silurus mas solus omnium edita custodit oua: sæpe & quinquagẽis diebus ne absumãt̃ ab aliis. Cæteræ foeminæ in triduo excludunt: si mas attigit. Acus siue belonæ unus piscium dehiscẽte ꝓpter multitudinem utero parit. A ptu callescit uulnus: quod & in cæcis serpẽtibus tradũt. Mus marinus ĩ terras scrobe effossa parit oua: & rursus obruit terra. Tricesĩo die refossa aperit. foetumque in aquam ducit.

DE Vuluis piscium. Cap. Lii.

Rrythini & chanæ uuluas habere tradunt̃. Qui trochos appellat̃ a græcis ipse se inire. Aquatilium omnium foetus inter initia uisu caret.

DE Longissima uita piscium. Ca. Liii.

Heui piscium memorandum nup exẽplum accepimus. Paulisipum uilla ẽ cãpaniæ haud procul neapoli. In ea in Cæsaris piscinis a Pollione Vedio coniectum piscẽ: sexagesimum post annũ expirasse scribit Anneus Seneca. Duobus aliis æq̃libus eius ex eodẽ genere etiã tunc uiuẽtibus. Quæ mẽtio piscinaꝝ admonet: ut paulo plr̃a dicamus hac de re: priusq̃ digrediamur ab aquatilibus.

DE Viuariis ostrearum. & qs ea prius inuenerit. Cap. Liiii.

Ostreaꝝ uiuaria primus õniũ Sergius Orata ĩuenit ĩ baiano: ætate. L. Crassi oratoris añ marsicũ bellũ. nec gulæ cã: sed auariciæ: magna uectigalia tali ex ĩgenio suo pcipiẽs. Vt q prius pẽsiles ĩueñt balineas ita mãgonizatas uillas subĩde uẽdẽdo. Iis primus optimũ saporẽ ostreis lucrinis adiudicauit: quãdo eadẽ aq̃tilia genera alibi atq; alibi meliora. Sicut lupi pisces in tyberi amne inter duos pontes: rombus rauennæ: murena in sicilia: elops rhodi: & alia genera similiter: ne culinaꝝ cẽsura pagat̃. Nondũ britannica seruiebant littora: cum Orata lucrina nobilitabat. Postea uisũ tãti in extrema italia petere brundusium ostreas ac uelitis. Sed ĩter duos sapores nup excogitatum famem longæ aduectionis a brũdusio cõpascere in lucrino. Eadẽ ætate prior Lucinius Murena reliquoꝝ pisciũ uiuaria ĩuenit. Cuius deĩde exẽplũ nobilitas secuta ẽ. Philippus: Hortẽsius. Lucullus exciso etiã monte iuxta neapolim maiore ĩpendio q̃ uillã ædificauerat: euripũ & maria admisit. Qua de causa Magnus Põpeius Xerxẽ togatum eum appellabat. Quadraginta ipsius piscinæ. A defuncto illo uenire pisces.

Quis primus murenaꝝ uiuaria fecerit. Cap. Lv.

MVrenarum uiuarium priuatim excogitauit Chirrus añ alios: qui coenis triumphalibus Cæsaris dictatoris sex milia numero murenaꝝ mutua appẽdit. Nam ꝑmutare qdẽ precio noluit: aliaue merce. Huius uillã inter q̃ modicũ. xl. piscinæ uẽdiderũt. Inuasit deinde singulorum piscium amor. Apud baulos in pte baiana piscinã habuit Hortẽsius orator. Murenam adeo dilexit: ut exanimatã flesse credat̃. In eadẽ uilla Antonia Drusi murenæ quam diligebat in aures addidit: cuius propter famam nõnulli baulos uidere cõcupiuerunt.

DE Cocleaꝝ uiuariis. & qs primus ĩstituit. Cap. Lvi.

COclearũ uiuaria ĩstituit Fuluius Lupinus ĩ tarquiẽsi paulo añ ciuile bellum: quod cum Pompeio Magno actum ẽ: distĩctis quidem generibus earum: sepatĩ ut essent: albæ quæ in reatino agro nascũt̃. sepatĩ illyricæ: qbus magnitudo præcipua. africanæ: qbus foecũditas. solitanæ quibus nobilitas. Quin & saginã eaꝝ cõmẽtatus est. Sapa & farre: aliisq; generibus: ut cocleæ quoq; altiles ganeam implerent. Cuius artis gloria in eam magnitudinem perducta sit: ut octoginta quadrantes caperent figulaꝝ calices auctor ẽ. M. Varro.

DE Piscibus terrẽnis. Cap. Lvii.

PIscium genera etiã nũ a Theophrasto mira produntur circa babylonis rigua decedẽtibus fluuiis ĩ cauernas aq̃s hñtes remanere. Quosdã ĩde exire ad pabula pennulis gradientes crebro caudæ motu. contraq; uenãtis refugere in suas cauernas:

& ĩ iis obuersos stare. Capita eorum esse ranæ marinæ similia : reliquas partes gobiorũ: brãchias ut cæteris piscibus . Circa heracleã & toronẽ & lycũ amnẽ esse multipharia. In ponto unum genus esse: quod extremas fluminum aquas sectet: cauernasq; sibi faciat in terra. atq; in iis uiuat etiam reciprocis ãnibus siccato littore. Effodi ergo. motu demum corporum uiuere eos approbant. Circa heracleam eandem eodemq; lyco ãne decedente ouis relictis in limo generari pisces qui ad pabula petenda palpitent exiguis brãchiis. Quod fieri non indigo humoris : propter quod & anguillas diutius uiuere exemptas aquis. Oua autem in sicco maturari: ut testudinum. Eadem ĩ ponti regione apprehendi in glacie piscium quosdam maxime gobiones non nisi patinarum calore uitalem motum fatẽtes. In iis quidẽ tametsi mirabilis: ẽ aliqua rõ. Idem tradit in paphlagonia effodi pisces gratissimos cibis terrenos altis scrobibus. in his locis ubi nullæ restagnent aquæ. Miratq; & ipse gigni sine coitu. Humoris quidem uim aliquã inesse quã puteis arbitrat: cum nonnulli reperiant pisces. Quicqd ẽ hoc certe minus admirabilem talparum facit uitã subterranei aĩalis : nisi forte uermium terrenorum & iis piscibus natura ẽ. DE Muribus nili. Cap. Lviii.

u Erum õnibus iis fidẽ nili ĩundatio affert omnia excedentem miracula. Quippe deturgente eo musculi reperiant inchoato opere genitalis aquæ terræq;: iã parte corporis uiuentes nouissĩa effigie: etiã num terrena.

DE Anthia pisce: & quomodo capiat. Cap. Lix.

n Ec de ãthia pisce sileri conuenit. Itaq; plerosq; aduerto credidisse apud chelidonias insulas: qs diximus asiæ scopulos in mari ante promontorium sitas. Ibi frequens hic piscis. & celeriter capit uno gñe: puo nauigio & concolori ueste : eadẽq; hora p aliquot dies continuos piscator enauigat certo spatio. escamq; proiicit. qcqd ex eo mutet: suspecta fraus prædæ ẽ. Cauensq; quod timuit: cum id sæpe factum est: unus aliquando consuetudine inuitatus anthias escam appetit. Notat hic intentiõe diligenti: ut auctor spei: cõciliatorq; capturæ. neq; .n. ẽ difficile cum p aliquot dies solus accedere audeat: tandem & aliquos ĩueĩt: paulatĩ comitatior. Postremo greges adducit innumeros: iam uetustissĩs qbusq; assuetis piscatorem agnoscere: & cibum e manu rapere. Tum ille paulum ultra digitos ĩ esca iaculatus hamum singulos inuolat uerius q̃ capit: ab umbra nauis breui conatu absens: ita ne cæteri sẽtiãt alio ĩtus excipiẽte cẽtonibus raptũ: ne palpitatio ulla aut sonus cæteros abigat. Conciliatorẽ nosse ad hoc prodest: ne capiat. pcit piscator fugituro in reliquum gregem. Ferũt discordẽ sotium duci sotii insidiatum pulchre noto cepisse maleficia uoluntate. Agnitum in macello a sotio cuius iniuria erat: & dati dãni formula ex edicto cõdẽnatum. Addit Mutianus æstimata lite decem libris. Idem ãthiæ cum unum hamo teneri uiderint: spinis quas in dorso serratas habent lineã secare traduntur: eo qui tenetur extendẽte: ut præcidi possit. At inter sargos ipse q tenet ad scopulos lineã terit.

DE Stellis marinis. Cap. Lx.

p Ræter hæc claros sapientia auctores uideo mirari stellam in mari. Ea figura est pua admodum caro intus: extra duriore callo. Huic tã igneum feruorem esse tradunt: ut omnia in mari contacta adurat. Omnem cibum statĩ pagat. Quibus sit hoc cognitum experimentis: haud facile dixerim. Multo mirabilius dixerim id cuius experiendi quotidie occasio est. DE Dactylis eorumq; miraculis. Cap. Lxi.

c Oncharum e gñe sunt dactyli ab humanorum unguium silitudĩe appellati. Iis natura in tenebris remoto lumĩe: alio fulgore clarere : & quãto magis humorẽ habeãt. Lucere ĩ ora mãdentium. Lucere in manibus: atq; etiam in solo: ac ueste decidẽtibus guttis: ut pculdubio pateat: succi illam naturam esse: quã miremur etiam in corpore. DE Inimicitiis & amicitiis ĩter se aqtilium. Cap. Lxii.

s Vnt & inimicitiarum atq; cõcordiæ miracula. Mugil & lupus mutuo odio flagrãt. Cõger & murena caudas ĩter se prærodentes. Polypum in tãtum locusta pauet:

ut si iuxta uiderit: õnino moriat᷑. Locustã cõger. Rursus polypũ cõgri lacerãt. Nigidius auctor ẽ prærodere caudã mugili lupũ. eosdẽq; statis mẽsibus cõcordes esse. Omnes autem uiuere: qbus caudæ sic ãputet᷑. At e cõtrario amicitiæ exẽpla sũt: præter illos de quorum dixius societate. Balenæ musculus quãdoq; prægraui superciliorum põdere obrutis eius oculis ĩfestãtia magnitudĩem uada prænatãs demonstrat. oculorumque uice fungit᷑. Hinc uolucrum naturæ dicentur.

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. X.

DE Natura auium. Cap. i.

SEQVITVR NATVRA AVIVM: QVARVM grãdissimi & pene bestiarũ generis strutiocameli. Africi uel æthiopici altitudinem eqtis insidentis equo excedunt: celeritate uĩcunt. ad hoc demum datis pennis ut currentem adiuuent. Cætero non sunt uolucres: nec a terra tollunt᷑. Vngulæ iis ceruinis siles: qbus dimicãt: bisulcæ comprehẽdẽdis lapibus utiles: quos ĩ fuga cõtra sequentes ĩgerũt pedibus. Concoquẽdi sine delectu deuorata mira natura. Sed non minus stoliditas: ĩ tãta reliqui corporis altitudĩe cũ colla frutice occultauerint: latere sese existimantiũ. Premia ex iis oua ꝓpter ãplitudĩem ꝓ qbusdã hĩta uasis: conosq; bellicos & galeas adornantes pennæ.

DE Phœnice. Cap. ii.

AEthiopes atq; indi discolores maxime: & inenarrabiles ferunt aues. Et añ õnes nobilem arabiæ phœnicem. haud scio an fabulose unum in toto orbe: nec uisũ magnopere. Aquilæ narrat᷑ magnitudine: auri fulgore circa colla: cætera purpureus: cæruleam roseis caudam pẽnis distinguentibus. Cristis faciem: caputq; plumeo apice honestare. Primus atq; diligentissimus togatorum de eo prodidit Manilius senator ille maximis nobilis doctrinis: doctore nullo. Auctor est neminem extitisse q uiderit uescentem. Sacrum in arabia soli esse. Viuere annis sexcentis sexaginta. Senescẽtem casia: turisq; surculis construere nidum: replere odoribus: & superemori. Ex ossibus deinde ac medullis nasci primo ceu uermiculum. inde fieri pullum. Principioq; iusta funeri priori reddere: & totum deferre nidum ꝓpe pancaiam in solis urbem: & in ara ibi deponere. Cum huius alitis uita magni conuersionem anni fieri prodit idẽ Manilius. Iterumq; significationes tempestatum & syderum eodem reuerti. Hoc autẽ circa meridiem incipere: quo die signum arietis sol intrauerit. Et fuisse eius conuersionis annum prodente se. P. Licinio. M. Cornelio cõss. ducẽtesimum quintumdecimum. Cornelius Valerianus phœnicem deuolauisse in ægyptum tradit. Q. Plautio. Sex. Papinio conss. Allatumq; esse in urbẽ Claudii principis censura: anno urbis. dccc. Et in comitio propositum: quod actis testatum ẽ. Sed quæ falsa esse nẽo dubitarit.

DE Aquilis. Cap. iii.

e X iis quas nouimus: aquilæ maximus honos: maxĩa & uis. Sex earum genera. Melenætos a græcis dicta: eadẽq; in ualeria minima magnitudine: uiribus præcipua: colore nigricans. Sola aquilarum fœtus suos alit. Cæteræ (ut dicemus) fugant. Sola sine clãgore: sine murmuratione. Conuersat᷑ autem in montibus. Secũdi generis pygargus in oppidis & in campis albicante cauda. Tertii morphos quam Homerus & parcnon uocat. aliqui & plancũ & anatariam. Secunda magnitudine & ui. huicque uita circa lacus. Phœmonœ Apollinis dicta filia dentes ei esse prodidit. mutæ alias

carẽti lingua. Eandẽq; aquilarũ nigerrimam: prominẽtiore cauda. cõsẽsit & Boetius. Ingeniũ est ei testudines raptas frangere e sublimi iaciendo: quæ sors interemit poetã Aeschylum: prædictam fatis (ut ferunt) eius diei ruinam secura cæli fide cauentẽ. Item quarti generis est percepterus. eadẽ morat̃ p lacus: uulturina specie: alis minimis: reliquas magnitudine ãcellẽs: sed ĩbellis & degener: utpote quam uerberet coruus. Eadẽ ieiunæ semp auiditatis: & querulæ murmurationis. sola aquilarum exanima fert corpora. Cæteræ: cum occidere: considunt. Hæc facit ut quintum genus gnesion uocetur uelut uerum solumq; incorruptæ originis: media magnitudine: colore subrutilo: rarꝫ conspectu. Supest halietus: clarissima oculorum acie: librãs ex alto sese. uisoq; ĩ mari pisce: præceps in eum ruẽs: & discussis pectore aquis: rapiens. Illa quam tertiã diximus circa stagna aquaticas aues appetit: mergẽtes se subĩde: dõec sopitas lassatasq; rapiat. Spectanda dimicatio: aue ad pfugia littorum tẽdẽte: maxime si condẽsa harundo sit. Aquila in deiectu abigente alia: & cum appetit in lacus cadẽte: umbramq; suã nanti sub aqua a littore ostẽdẽte. Rursus aue in diuersa: & ubi minime se credat spectari: emergẽte. Hæc cã ẽ gregatim auibus natãdi: quia plres simul non infestant̃: respersu pẽnarum hostẽ occæcantes. Sæpe & aquilæ ipsæ non tolerantes pondus apprehẽsum una mergunt̃. Halietus tantum implumes etiam num pullos suos pcutiens subinde cogit aduersos intueri solis radios. & si cõniuẽtẽ flẽtẽq; aĩaduertit: præcipitat e nido uelut adulterinum & degenerẽ. Illum cuius acies firma cõtrasteterit: educat. Halieti suum genus non hñt: sed ex diuerso aquilarum coitu nascunt̃. Id quidẽ quod ex iis natum ẽ: in ossifragis genus hẽt: e quibus uultures progenerant̃ minores. & ex iis magni qui omnino nõ generant. Quidam adiiciunt genus aquilæ quam barbatã uocãt: thusci uero ossifragam: tribus primis: & quinto aquilarum gñi medificat̃. Nido lapis ætites: quẽ aliqui dixere gagiten: ad multa remedia utilis: nihil igne depdẽs. Est autẽ lapis iste prægnans: ĩtus cum quatias alio uelut in utero sonante. sed uis illa medica: non nisi in nido direptis. Nidificat ĩ petris & arboribus. Pariunt oua terna. Excludũt pullos binos: uisi sunt & tres aliquando. Alterum expellunt: tedio nutriẽdi. Quippe eo tpr̃e ipsis cibum negauit natura prospiciens: ne omnium ferarum fœtus raperẽt̃. Vngues quoq; earũ inuertunt̃ diebus iis. Albescunt inedia pẽnæ: ut merito ptus suos oderint. Sed eiectos ab iis cognatum genus ossifragi excipiunt: & educant cum suis. Verum adultos quoq; psequit̃ parẽs: & longe fugat: æmulos scilicet rapinæ. Et alioqn unum par aquilarum magno ad populandum tractu ut satiet̃: indiget. Determinãt ergo spatia: nec in proximo prædãt̃. Rapta non protinus ferunt: sed primo deponũt. exptæq; pondus tunc demum abeunt. Oppetunt non senio nec ægritudine: sed fame: intantum superiore accrescẽte rostro: ut adũcitas aperiri non queat. A meridiano autem tpr̃e operant̃: & uolant. prioribus horis diei donec impleant̃ hominum conuẽtu fora ignauæ sedẽt. Aquilarꝫ pẽnæ mixtas reliquarum alitum pẽnas deuorant. Negant unq̃ solã hãc alitẽ fulmĩe exanimatã. Ideo armigerã Iouis consuetudo iudicauit.

Quãdo legionum signa esse cœperint. ¶Cap. iiii.

ROmanis eam legionibus. C. Marius in secundo consulatu suo proprie dicauit. Erat & antea prima cum quattuor aliis lupis: minotauris: equis: apris: quæ singulos ordines añibant. Paucis añ annis sola in aciem portari cœperat. Reliq̃ in castris relinquebant̃. Marius in totum ea abdicauit. Ex eo notatum non fere apud legiones unq̃ hybernatum esse in castris: ubi aquilarum non sit iugum. Primo & secundo gñi non minorum tantum quadrupedum rapina: sed etiam cum ceruis prælia. Multum puluerem uolutatu collectum insidẽs cornibus excutit in oculos: pẽnis ora uerberãs: donec præcipitet in rupes. Nec unus hostis illi satis est. Acrior ẽ cum dracone pugna: multoq; magis anceps etiam si ĩ aere. Oua hic consectatur aquilæ auiditate malefica. At illa ob hoc rapit ubicũq; uisũ. Ille multiplici nexu alas ligat: ita se ĩplicãs ut simul decidat.

¶Mirum de aquila. Cap. v.

t

Sic pcelebris apud seston urbē aquilæ gloria educatam a uirgine rettulisse gratiā: aues primo mox deinde uenatus aggererēt. Defuncta postremo ī rogum accēsū eius iniecisse sese: & simul conflagrasse. Quamobcausam incolæ: quod uocant heroū: in eo loco fecere appellatum Iouis & uirginis: quoniam illi deo ales ascribit̃.

DE Vulturibus. Cap. vi.

Vlturum præualēt nigri. Nidos nemo attigit: ideo etiam fuere qui putarēt illos ex aduerso orbe aduolare falso. Nidificant. n. in excelsissimis rupibus. fœtus q̄dem sæpe cernunt̃ fere bini. Vmbricius aruspicum in nostro æuo peritissimus parere tradit oua tredecim. Vno ex iis reliq̄ oua nidumq; lustrare: mox abiicere. Triduo autē ante aut biduo uolare eos ubi cadauera futura sunt.

DE Sanquale. Cap. vii.

s

Anqualem auē atq; īmusulū augures romani magnæ quæstioni habēt. Immusulum aliqui uulturis pullum arbitrant̃ esse: & sanqualem ossifragam. Massurius sanqualem ossifragam dicit esse. Immusulū autem pullum aq̄læ: priusq̄ albicet cauda. Quidam post Mutium augurem uisos nō esse romæ confirmauere. Ego: quod uerisimilius est: in desidia rerum omnium non arbitror agnitos.

DE Accipitribus. Cap. viii.

Accipitrum gñā sedecim īuenimus. Ex iis circon claudum altero pede ꝓsperrimi augurii nuptialibus negociis & pecuariæ rei. Triorchē a numero testiū: cui prīcipatum in auguriis Phemonœ dedit. Buteonem hūc appellant romani. Familia etiā ex eo cognominata cum prospero auspicio in ducis naui sedisset. Esaloa græci uocāt: qui solus omni tempore apparet. Cæteri hyeme abeunt. Distinctio generum ex auiditate. Alii non nisi ex terra rapiunt auem. Alii non nisi circa arbores uolitantem. Alii sedentem in sublimi. Aliqui uolantem in aperto. Itaq; & columbæ nouere ex iis pericula: uisoq; considunt: uel subuolant: contra naturam eius auxiliantes sibi: in insula africæ cerno in oceano. Accipitres totius massiliæ humi fœtificant. Nec alibi nascunt̃: illis assueti gentibus. In thraciæ pte sup amphipolin homines atq; accipitres societate quadam aucupantur. Hi ex siluis & arundinetis excitant aues. illi supuolātes deprimunt. Rursus captas aucupes diuidunt cum iis. Traditum ē missas ī sublīe ibi excipere eos: & cum tempus sit capturæ: clangore ac uolatus genere inuitare ad occasionem. Simile quiddam lupi apud mæotin paludem faciunt. nam nisi partem a piscantibus suam accepere: expansa eorum retia lacerant. Accipitres auium nō edūt corda. Nocturnus accipiter cymindis uocat̃: rarus etiam in siluis: interdiu minus cernēs. Bellum īternecinum gerit cum aquila. cohærētesq; sæpe prehendunt̃.

DE Cocyce quæ a suo genere interimitur. Cap. ix.

Cocyx ex accipitre uidet̃ fieri: tempore anni figuram mutans: quoniam tūc non apparēt reliqui: nisi pquāpaucis diebus. Ipseq; modico tempore æstatis uisus: non cernit̃ postea. Est autem neq; aduncis unguibus solus accipitrum: nec capite silis illis: neq; alio q̄ colore: at rictu columbi potius. Quin absumit̃ ab accipitre: si quando una apparuere. Sola omnium auis a suo genere interēpta. Mutat autem & uocem. Procedit uere. Occultatur caniculæ ortu. Semperq; parit ī alienis nidis: maxime palūbiū maiori ex pte singula oua: quod nulla alia auis: raro bina. Causa subiiciendi pullos putat̃: ꝙ sciat se inuisam cunctis auibus: nam minuta quoq; infestant. Ita nō fore tutam gñi suo stirpem opinat̃: ni fefellerit. Quare nullum facit nidum. alioqn trepidum animal. Educat ergo subditum adulterato fœta nixu. Ille auidus ex nata prærripit cibos reliquis pullis. Itaq; pinguescit: & nitidus in se nutricē conuertit. Illa gaudet eius specie. miratq; sese ipsam: ꝙ talem pepererit. Suos comparatione eius damnat: ut alienos. Absumiq; etiam se inspectāte patit̃: donec corripit ipsam quoq; iā uolādi potens. Nulla tū auium suauitate carnis comparat̃ illi.

DE Miluis. Cap. decimum.

Milui ex eodem accipitrum genere magnitudīe differūt. Notatū ī iis rapacissimam & famelicā semp alitē: nihil esculenti rapere ūq̄ ex funeꝝ ferculis: nec olympiæ ex ara. Ac ne ferētiū qdē manibus: nisi lugubri municipioꝝ immolātiū ostēto. Iidem uident artē gubernandi docuisse caudæ flexibus in cælo monstrāte nata quod opus esset in profūdo. Milui & ipsi hybernis mensibus latent: non tamen ante hirūdines abeūtes. Tradūt autem & solstitiis affici podagra.

Digestio auium per genera. Cap. xi.

Volucrū prima distinctio pedibus maxime cōstat. Aut. n. adūcos ūgues habent: aut digitos: aut palmipedū in genere sūt: uti āseres: & aquaticæ fere aues. Adūcos ūgues habentia carne tantū uescūt ex parte magna.

DE Inauspicatis auibus Cornice: Coruis: Bubone. Cap. xii.

Cornices & alio pabulo. Atq; duriciam nucis rostro repugnātem uolantes ī altū in saxa tegulasue iaciunt iterum ac sæpius: donec q̄ssatam perfringere queat. Ipsa ales est inauspicatæ garrulitatis: a quibusdam tamen laudata. Ab arcturi sydere ad hirundinum aduentum notat: eam in Mineruæ lucis templisq; raro: alicubi ōino non aspici: sicut athenis. Præterea sola hæc etiam uolantes pullos aliq̄diu pascit. In auspicatissima fœtus tempore: hoc est post solstitium. Cæteræ omnes ex eodem gn̄e pellunt nidis pullos: ac uolare cogunt. Sicut & corui: qui & ipsi non carne tantū alūt: sed robustos quoq; fœtus suos fugant longius. Itaq; paruis in uicis non plus bina coniugia sunt. Circa cranonem quidem thessaliæ singula perpetuo. Genitores soboli loco cedunt. Diuersa in hac & supradicta alite quædam. Corui an̄ solstitium generāt. Item ægrescunt sexagenis diebus: siti maxime: anteq̄ fici coquant autumno. Cornix ab eo tempore corripit morbo. Corui pariunt cū plurimum quinos. Ore eos parere aut coire uulgus arbitrat. Ideoq; grauidas si ederint coruinum ouum: per os partum reddere. atq; in totum difficulter parere: si tecto inferant. Aristoteles negat. Non hercule magis: q̄ in ægypto ibim. Sed illam exosculationem: quæ sæpe cernit: qualem in columbis esse. Corui in auspiciis soli uident intellectū habere significationum suaꝝ. nam cum mediæ hospites occisi sunt: omnes e peloponneso & attica regione uolauerunt. Pessima eoꝝ significatio cum glutiunt uocem uelut strangulati. Vncos ungues & nocturnæ aues habent: ut noctuæ: bubo: ululæ. Omnium horum hebetes interdiu oculi. Bubo funebris & maxime abominatus publicis præcipue auspiciis. Deserta īcolit: nec tantum desolata: sed dira etiam: & inaccessa. Noctis monstrum: nec cantu aliquo uocali: sed gemitu. Itaq; in urbibus: aut omnino in luce uisus: dirum ostētum est. Priuatorum domibus insidentem plurimum scio non fuisse feralem. Volat nūq̄ quo libet: sed transuersus aufert. Capitolii cellam ipsam intrauit Sex. Papellio Istro: L. Pedanio conss. propter quod nonis martiis urbs lustrata ē eo āno.

DE Incendiaria. Cap. xiii.

INauspicata ē & incēdiaria auis: ꝑpter quā sæpenumero lustratam urbem ī ānalibus inuenimus: sicut. L. Crasso. C. Mario consf. Quo anno & bubone uiso lastrata ē. Quæ sit auis ea nec reperit: nec tradit. Quidam ita interpretāt incēdiariam esse: quæcūq; apparuerit carbonem ferens ex aris uel altaribus. Alii spinturnicem eam uocāt. Sed hæc ipsa quæ esset inter aues: qui se scire diceret: non inueni.

DE Cliuina. Cap. xiiii.

CLiuinam quoq; auem ab antiquis nominatam animaduerto ignorari. Quidā clamatoriam dicunt: Labeo ꝓhibitoriā. Et apud Nigidiū subis appellat auis: quæ aqlaꝝ oua frāgat.

DE Auibus incognitis. Cap. xv.

SVnt præterea complura genera depicta in hetrusca disciplina sæculis non uisa: quæ nunc defecisse mirum est: cū abūdēt etiā quæ gula hūana populat.

DE Auibus nocturnis. Cap. xvi.

EXternorum de auguriis peritissime scripsisse Illapsas nomine putat. Is tradit

noctuā bubonē picū arbores cauātē trogonē cornicem a cauda de ouo exire: quoniā pondere capitū peruersa oua posteriorē ptē corpoꝝ fouēdā matri applicet.

DE Noctuis. Cap.xvii.

NOctuaꝝ contra aues sollers dimicatio. Maiore circundatæ multitudīe resupinæ pedibus repugnant: collectæq; in arcum rostro & unguibus totæ tegūt͛. Auxiliat͛ accipiter collegio quodam naturæ: bellumque partitur. Noctuas sexagenis diebus hyemis cubare: & nouem uoces habere tradit Nigidius.

DE Pico martio. Cap.xviii.

SVnt & puæ aues uncoꝝ ūguiū: ut picus martius: cognomine insignes & ī auspiciis magnæ. Quo in gñe arborum cauatores scandentes in subrectum felium modo. Illi uero & supini percussi corticis sono pabulū subesse intelligunt. Pullos in cauis educant auiū soli. Adactus cauernis eoꝝ a pastore cuneus: admota quadā herba ab iis elabi credit͛ uulgo. Trebius auctor est: clauū uel cuneū adactū q̃ta ui libeat in arbores: in qbus nidū habeat: statim exilire cū crepitu arboris: cum insederit clauo aut cuneo. Ipsi principales latio sunt in auguriis: a rege qui nomen huic aui dedit. Vnum eorum præscitū transire non queo. In capite prætoris urbani. L. Tuberonis ī foro iura pro tribunali reddentis sedit ita placide: ut manu apprehenderetur. Respondere uates exitium imperio portendi: si dimitteret͛. At si exanimaret͛ prætori. Et ille autē protinus concerpsit. Nec multo post impleuit prodigium. Vescunt͛ & glande in hoc genere: pomisq; multæ: sed quæ carne tantum non uiuunt. Excepto miluo: quod ipsum in auguriis diꝝ ē.

DE Vncos ungues hñtibus & digitos. Cap.xix.

VNcos ungues habētes omnino non congregant͛: & sibi quoq; prædāt͛. Sūt autē omnes fere altiuolæ: præter nocturnas: & magis maiores. Omnibus quibus alæ grandes: corpus exiguum. Ambulant difficulter. In petris raro consistunt: curuatura unguium prohibente. Nūc de secundo ordine dicamus: quod in duas diuidit͛ spēs: oscines & alites. Illarum gñi cantus oris: his magnitudo differentiam dedit. Itaque præcedēt ordīe ōnes reliq̃s.

DE Pauonibus: et qs eos prius comederit. Cap.xx.

IN his pauonum genus cum formam tum intellectum eius & gloriam geminātes. Laudatus expandit colores: aduerso maxime sole: quia sic fulgētius radiāt. Simul umbræ quosdam repercussus cæteris qui in opaco clarius micant conchata quærit cauda. Omnesq; in aceruum contrahit pēnarum quos spectari gaudet oculos. Idem cauda annuis uicibus amissa cum foliis arborum donec renascat͛ iteꝝ: cū flore pudibundus ac mœrens quærit latebram. Viuit annis. xxv. Colores incipit fundere in trimatu. Ab auctoribus non gloriosum tantum animal traditur: sed & maliuolum: sicut anserum uerecundum. quoniam has quoq; quidam addiderunt notas in his: haud probatas mihi. Pauonem cibi gratia romæ primus occidit orator Hortensius a dialicii cœna sacerdotii. Saginare primus instituit circa nouissimum piraticū bellum. M. Aufidius Lurco. exq; eo quæstu redditus is sestertiū sexagena milia habuit.

DE Gallis & quomodo castrēt͛: & gallinaceo locuto. Cap.xxi.

PRoxime gloriam sentiunt & hi nostri uigiles nocturni: quos excitandis ī opera mortalibus: rumpendoq; somno natura genuit. Norunt sydera: & ternas distinguūt horas interdiu cantu. Cum sole eunt cubitum. Quartaq; castrensi uigilia ad curas laboremq; reuocant. Nec solis ortum incautis patiunt͛ obrepere. Diemq; ueniētē nunciant cantu: ipsum uero cantum plausu laterum. Imperitāt suo generi. Et regnū in quacunq; sunt domo exercent. Dimicatione paritur hoc quoq; inter ipsos: uelut ideo tela agnata cruribus suis intelligentes. Nec finis sæpe commorientibus. Quod si palma contingit: statim in uictoria canunt: seq; ipsi principes testant͛. Victus occultatur silēs: ægreq; seruitium patit͛. Et plebs tamen æque superba gradit͛: ardua ceruice: cristis celsa. Cælumq; solum uolucrum aspicit crebro. In sublime quoq; caudā falcatā erigens. Itaq; terrori sunt etiam leonibus generosissimis ferarum. Iam ex his quidā ad

bella tantum & prælia assidua nascunt᷑: quibus etiam patrias nobilitarũt rhodum:ac tanagram. Secũdus est honos habitus melicis & chalcidicis: ut plane digni aliti: tantũ honoris præbeat romana purpura. Hoꝝ sũt tripudia sollistima. Hi magistratus nr̃os quotidie regũt: domusq; ipsi suas claudunt: aut reserant. Hi fasces romanos ĩpellũt: aut retinẽt. Iubent acies aut prohibent. Victoriarum õniũ toto orbe partarũ auspices. Hi maxime terrarum imperio imperitant. Ex iis etiam fibræ sũt: quæ haud aliter q̃ optimæ uictimæ diis gratæ. Habent ostenta ex se & præposteri eoꝝ uespertiniq; cãtus. Namq; totis noctibus canendo boetiis nobilem illam aduersus lacedæmonios præsagiuere uictoriã: ita cõiecta interpretatiõe: quoniam uicta ales illa nõ caneret. Desinũt canere castrati. Quod duobus fit modis: lũbis adustis cãdẽte ferro: aut imis cruribus. Mox ulcere oblito figulina creta. Facilius ita pinguescũt. Pergami õnibus annis spectaculum gallorum publice edit᷑ ceu gladiatorum. Inuenit᷑ in annalibus in ariminensi agro. M. Lepido. Q. Catulo cõss. in uilla Galerii locutũ gallinaceũ semel: quod eqdẽ sciam. DE Anseribus. Et quis primus iecur anserinum comederit. Et de adipe anserino comageno. ¶Capitulum. xxii.

Est & ãseri uigil cura capitolio testata desẽso: p id tempus canum silentio ꝓditis rebus. Quam ob causam cibaria ãserum censores in primis locant. Quin & fama amoris: argis delecta forma pueri nomĩe Oleni: & Glauces Ptolemæo regi cithara canentis: quã eodẽ tempore & aries amasse prodit᷑. Põt & sapientiæ uideri ĩtellectus iis esse: ita comes ꝑpetuo adhæsisse Lacydi philosopho dr̃: nusq̃ ab eo: nõ in publico: non in balneis: non noctu: non interdiu digressum. Nr̃i sapientiores: q eos iecoris bonitate nouere. Fartilibus in magnam amplitudinem crescit. Exemptum quoq; lacte mulso auget᷑. Nec sine causa in quæstione ẽ: Quis primus tãtum bonum inuenerit: Scipio an Metellus uir consularis: an. M. Sesseius eadem ætate eques romanus? Sed (quod cõstat) Messalinus Cotta Messalæ oratoris filius palmas pedum ex iis torrere: atq; patinis cũ gallinaceorum cristis condire repperit. Tribuet᷑. n. a me culinis cuiusq; palma cum fide. Mirum in hac alite: ex thurinis romam pedibus uenere. fessi ꝓferũt᷑ ad primos. ita cæteri stipatiõe naturali propellunt eos. Candidorum alterum uectigal in pluma. Velluntur quibusdam locis bis anno. rursus plumigeri uestiunt᷑. molliorq; quæ corpori q̃proxima. Et e germania laudatissima. Candidi ibi: uerum mĩores. gãzæ uocantur. Precium plumæ eorum in libras denarii quini. Et inde crimina plerunque auxiliariũ præfectis a uigili statiõe ad hæc aucupia dimissis cohortibus totis. Eoque deliciæ ꝓcessere: ut sine hoc instrumẽto durare iam ne uiroꝝ quidem ceruices possĩt. Aliud repperit syriæ ps: quæ comagene uocat᷑. adipem eorum in uase æreo cũ cĩnamo niue multa obrutum: ac rigore gelido maceratum ad usum præclari medicaminis: quod ab gente dicitur comagenum. Anserum generis sunt penolopes: & quibus lautiores epulas non nouit britannia chenalopeces fere ãsere minores. Decet & erythrotaonas suus nitor: absolutaq; nigricia: in superciliis cocci rubor. Alterum eorum genus uulturum magnitudinem excedit: quorum & colorem reddit. Nec ulla auis excepto struciocamelo maius corpore ĩplẽs pondus: in tantum aucta: ut in terra quoq; immobilis prehendat᷑. Gignunt eos alpes: & septentrionalis regio. In auiariis saporẽ perdunt. Moriunt᷑ contumacia spiritu reuocato. Proximæ eis sunt: quas hispania aues tardas appellat. Græci otidas: damnatas in cibis. emissa enim ossibus medulla: odoris tediũ extẽplo seqt᷑. ¶DE Gruibus: Ciconiis: Oloribus: & peregrinis auibus: & Coturnicibus: de Glotte. Cap. xxiii.

INducias habet gens pygmeorum abscessu gruum (ut diximus) cũ iis dimicãtiũ. Immensus est tractus quo ueniunt siquis reputet a mari eo. Quando ꝓficiscũt᷑ cõsentiunt. Volant ad prospiciendum altæ. Ducem quem sequant᷑: eligunt. In extrẽo agmine per uices qui acclament dispositos habent: & qui gregem uoce cõtineant. Excubias hñt nocturnis tẽporibus: lapillum pede sustinẽtes: qui lassatis somno decidẽs

indiligentiam sono coarguat. Cæteræ dormiunt capite subter alam condito alternis pedibus insistentes. Dux erecto prouidet collo: ac prædicit. Eæ eædem mansuefactæ lasciuiunt: gyrosq́ quosdam indecoro cursu uel singulæ peragunt. Certum est pōtum transuolaturas primum ōnium angustias petere inter duo ꝓmōtoria criumetopum & caramben. mox saburra stabiliri. cum medium trāsierint: abiici lapillos e pedibus. cum attigerint continentem: & e gutture arenam. Cornelius Nepos: qui diui Augusti principatu obiit: cū scriberet turdos pauloañ cœptos saginari: addidit ciconias magis placere q̄ grues: cum hæc nunc ales inter primas expetatur: illam nēo uelit tetigisse. Ciconiæ quonam e loco ueniant: aut quo se referant: incōptum adhuc ē. E lōginquo uenire non dubium: eodem quo grues mō. Illas hyemis: has æstatis aduenas. Abituræ cōgregantur in loco certo: comitatæq́ sic: ut nulla sui gñis relinquat̃: nisi captiua & serua: ceu lege prædicta die recedunt. Nemo uidit agmen discedentiū: cum discessuꝝ appareat: nec uenire: sed uenisse cernimus. utrūq́ nocturnis fit temporibus: & quāuis ultra citraue peruolent: nūq̄ tamen aduenisse usq̄: nisi noctu existimant̃. Pithonis comen uocant in asia patentibus campis: ubi congregatæ inter se commurmurant. Eam deniq́: quæ nouissimo aduenit: lacerant: atq́ ita abeunt. Notatum post idus augustas non temere uisas ibi. Sunt qui ciconiis non inesse linguas cōfirment. Honos iis serpētiū exitio tantus: ut ī thessalia capitale fuerit occidisse: eadem legibus pœna: quæ in homicida. Simili anseres quoq́ & olores ratione commeant. Sed hoꝝ uolatus cernit̃: liburnicarum more rostrato impetu ferunt̃: facilius ita findentes aera q̄ si recta fronte impellerent a tergo sensim dilatante se cuneo porrigit̃ agmen: largeq́ īpellenti præbet̃ auræ. Colla imponunt præcedētibus. Fessos duces ad terga recipiunt. Ciconiæ nidos eosdem repetūt. Genitricum senectam inuicem educāt. Olorum morte narrat̃ flebilis cantus: falsis (ut arbitror) aliquot experimentis. Iidem mutua carne uescuntur inter se. Verum hæc commeantium per maria: terrasq́ pegrinatio non patit̃ deferri minores quoq́ quibus est nat̃a similis. Vtrunq́ enim supradictas magnitudo & uires corporum inuitare uideri possunt. Coturnices etiam semp añ ueniunt q̄ grues. Parua auis: & cum ad nos uenit terrestris potius q̄ sublimis. Aduolant & eæ simili modo nō sine periculo nauigantium: cum appropinquare terris. Quippe uelis sæpe incidunt: & hoc semper noctu: merguntq́ nauigia. Iter ē iis per hospitia certa. Austro non uolant humido scilicet & grauiore uēto. Aura tñ uehi uolunt: propter pondus corporum: uiresq́ puas. Hinc uolantium illa conquestio labore expressa. Aquilone ergo maxime uolant ortygometra duce. Primam earum terræ appropinquantem accipiter rapit. & sēp hic remeantes comitatū sollicitant. abeuntq́ una per sua signa glottis & otus & cenchramus. Glottis plongam exerit linguam: unde ei nomē. Hanc in initio blādita pegrinatione auide prouectam. Pœnitētia in uolatu cum labore scilicet subit. Reuerti incomitatam piget: & sequi: nec unq̄ plus uno die pagit. In proximo hospitio deserit. Verū inuenitur alia añcedēte anno relicta. Simili modo in singulos dies. Cēchramus perseuerantior festinat etiam peruenire ad expetitas sibi terras. Itaq́ noctibus is eas excitat: admonetq́ itineris. Otus bubone minor ē: noctuis maior: auribus plumeis eminentibus: unde & nomē illi. Quidam latine asionem uocant. Imitatrix alias auis ac pasita: & quodam gñe saltatrix. Capitur haud difficulter ut noctuæ: intēta in aliquo circumeunte alio. Quod si uētus agmē aduerso flatu cœperit inhibere: pondusculis lapidum apprehēsis: aut gutture arena repleto stabilitæ uolant. Coturnicibus ueneni semē gratissimus cibus. Quam ob causam eas damnauere mēsis. Simulq́ comitialē ꝓpter morbū despui suetū: quē solæ aīaliū sētiunt: præter hominem.

DE Hirūdibus: Merulis: Turdis: & Sturnis: Turtibus & Palūbis. ¶Cap. xxiiii.

HAbeunt & hirundines hybernis mensibus sola carne uescēs auis: ex iis quæ adūcos ungues nō habēt. sed in uicina abeūt africos secutæ montiū recessus: inuētæq́ iam sunt ibi nudæ atq́ deplumes. Thebarum tecta subire negant̃: quoniam urbs illa

sæpius capta sit. Nec bizecis ĩ thracia ꝓpter scelera Terei. Cecina uolaterrãus equestris ordinis quadrigarum dominus comprehẽsas ĩ urbẽ secũ afferẽs uictoriæ nũcias amicis mittebat: in eundẽ nidum remeantes illito uictoriæ colore. Tradit & Fabius Pictor in annalibus suis: cum obsideretur præsidium romanum a ligustinis hirundinẽ a pullis ad se cum epistola allatam: ut lino ad pedẽ eius alligato nodis significaret: quoto die adueniente auxilio eruptio fieri deberet. Abeunt & merulæ turdiq; & sturni simili mõ in uicina. Sed ii plumam non amittunt: nec occultantur: nisi spe cibi: quo hybernum pabulum petant. Itaq; in germania hyeme maxime turdi cernunť. Vere turtur occultať: pennasq; amittit. Abeunt & palumbes: quonam & in iis incertum. Sturnoꝝ gñi propriũ cateruatim uolare: & quodam pilæ orbe circumagi omnibus in mediũ agmẽ tendentibus. Volucrũ soli hirũdini flexuosi uolatus: uelox celeritas. quibus ex causis neq; rapinæ cæteraꝝ alitũ obnoxia ẽ. Eadẽ demũ sola auiũ nõ nisi ĩ uolatu pasciť.

Quæ auiũ perennes: quæ semestres: quæ trimestres. Cap. xxv.

t Emporꝝ magna differẽtia auibus. Perennes ut columbæ. Semestres ut hirũdĩes. Trimestres ut tdi: & tures: & quæ cũ fœtum eduxere: abeũt: ut galguli: upupæ.

DE Auibus mira. Cap. xxvi.

HVctores sunt omnibus annis aduolare ilium ex æthiopia aues: & confligere ad Memnonis sepulchrũ: quas ob id memnonidas uocant. Hoc idem qnto quoq; anno facere eas in æthiopia circa regiam Mẽnonis exploratum sibi Cremutius tradit. Simili modo pugnãt meliagrides in boetia africæ: hoc est gallinarum genus gibberꝝ: uariis sp̃sum plumis: quæ nouissimæ sunt peregrinarum auium in mensas receptæ ꝓpter ingratum uirus. Verum Meleagri tumulus nobiles eas fecit.

DE Auibus seleucidibus. Cap. xxvii.

s Eleucides aues uocanť: quarum aduentum ab Ioue precibus impetrant casini montis incolæ fruges eoꝝ locustis uastantibus. Nec unde ueniant: quoue abeãt compertum: nunq̃ conspectis nisi cum præsidio earum indigeť.

DE Ibi. Cap. xxviii.

i INuocant & ægyptii ibes suas contra serpẽtium aduentum. Et cyrenaici Achorẽ deum muscaꝝ multitudĩe pestilẽtiã afferẽte: quæ ꝓtinus ĩtereũt q̃ litatũ ẽ illi deo. Quæ aues in qbus locis nõ sũt: & quæ mutãt colorẽ & uocẽ & lusciniis Capitulum. xxix.

s Ed in secessu auium & noctuæ paucis diebus latere tradunť. Quarum genus in creta insula nõ est. Et etiam si qua inuecta sit: emoriť. Nã hæc quoq; mira naturæ differẽtia. Alia aliis locis negat: tanq̃ gñа frugum fruticumue: sic & animalium non nasci: translatitiorumq; inuecta mori. Miꝝ quidẽ est illud unius generis aliti aduersum. Quæ nã est iis naturæ inuidia: aut qui terrarũ dicati auibus termini: Rhodus aquilam non habet. Transpadana italia iuxta alpes larium lacum appellat amœnũ arbusto agrum: ad quem ciconiæ non trasmeant. Sicuti nec octauum circa lapidem ab eo. Immensa alioqn finitimo ĩsubrum tractu examina gracculorum monedulaꝝ: cui soli aui furacitas auri argentiq; præcipua mire est. Picus martius in tarentino agro negať esse. Nup & adhuc tñ rara ab apœnino ad urbem uersus cerni cœpere picarum genera: quæ longa insignes cauda uariæ appellanť. Proprium iis caluescere omnibus annis cum seriť rapa. Perdices non transuolãt boetiæ fines in attica. Nec ulla auis in põto ĩsula ĩ qua sepultus est Achilles: ĩfestat sacratam ei ædem. In fidenate agro iuxta urbem ciconiæ nec pullos: nec nidum faciunt. At in agrum uolaterranum palũbium uis e mari quot ãnis aduolat. Romæ in ædem Herculis in foro boario nec muscæ: nec canes intrant. Multa præterea similia: quæ prudẽs subĩde omitto in singulis generibus fastidio pcẽs. Quippe cũ Theophrastus tradat inuectitias esse in asia etiã columbas: & pauones: & ceruos: & in cyrenaica uocales ranas. Alia admiratio circa oscines: fere mutãt colorem uocemq; tempore anni: ac repẽte fiũt aliæ. Quod ĩ grãdiore alitum

genere grues tātum. Eæ.n.ſenectute nigreſcūt. Merula ex nigra ruffeſcit. Canit æſtate. hyeme balbutit. circa ſolſtitium muta. Roſtrum quoq; āniculis in ebur trāſfigurat᷑: duntaxat maribus. Turdis color æſtate circa collum uarius: hyeme cōcolor. Luſciniis diebus ac noctibus cōtinuis quīdecim garrulus ſine intermiſſu cātus: dēſāte ſe frōdiū germīe nō ī nouiſſimū digna miratu aue. Primum tāta uox tam paruo ī corpuſculo: tam ptinax ſpiritus. Deīde ī una pfecta muſicæ ſciētia modulatus edit᷑ ſonus: & nunc cōtinuo ſpiritu trahit᷑ ī lōgū: nūc uariat᷑ īflexo: nūc diſtīguit᷑ cōciſo: copulat᷑ intorto: ꝓmittit᷑: reuocat᷑: īfuſcat᷑ ex īopinato. Interdū & ſecū ipſa murmurat: plenus: grauis: acutus: creber: extentus. ubi uiſū eſt uibrans: ſūmus: medius imus. breuiterq; omnia tam paruulis in faucibus: quæ tot exquiſitis tibiarum tormentis ars hominū excogitauit. Vt non ſit dubium hanc ſuauitatem præmonſtratam efficaci auſpicio: cum ī ore Steſichori cecinit infantis. Ac ne quis dubitet artes eſſe plures: ſingulis ſunt cantus: & non iidem omnibus: ſed ſuus cuiq;. certant inter ſe: palamq; animoſa contentio ē. Victa morte finit ſæpe uitam: ſpiritu prius deficiēte q̄ cantu. Meditant᷑ aliæ iuniores: uerſuſq; quos imitēt᷑ accipiunt. Audit diſcipula intētione magna: & reddit. uicibuſq; reticent. Intelligit᷑ emendatæ correptio: & in docente quædā reprehenſio. Ergo ſeruoꝝ illis precia ſunt: & quidem ampliora q̄ quibus olim armigeri parabantur. candidam ſcio inconditā: alioquin quod eſt prope inuſitatum ueniſſe: quæ Agrippinæ Claudii principis cōiugi dono daret᷑. Viſum iam ſæpe iuſſas canere cœpiſſe: & cū ſymphonia alternaſſe. ſicut homines repertos: qui ſonum earum addita in tranſuerſas labias frōde arundinea quaſi foramine inſpirantis linguæ: ut parua aliqua appoſita mora indiſcreta redderent ſimilitudīe. Sed eæ tātæ: tāq; artifices argutiæ a. xv. diebus paulatī deſinunt: nec ut fatigatas poſſis dicere aut ſatiatas. mox æſtu aucto in totum alia uox fit: nec modulata aut uaria. Mutat᷑ & color. Poſtremo hyeme ipſa non cernit᷑. Linguis eaꝝ tenuitas illa prima non eſt: quæ cæteris auibus. Pariunt uere primo: cū plurimū ſena oua. Alia ratio ficedulis. nam formam ſimul coloremq; mutant. hoc nomen nō niſi autūno habent. poſtea melancoryphi uocant᷑. Sic & erythacus hyeme: idē phœnicurus æſtate. Mutat & upupa ut tradit Eſchylus poeta. obſcena alias paſtu auis. criſta uiſenda plicatili: contrahens eam ſubrigenſq; per longitudinem capitis. Oenanthe quidem etiam ſtatos latebræ dies habet: exoriente ſyrio occultata: ab occaſu eiuſdem prodit. Quod miremur ipſis diebus utrūq;. Chlorion quoq; qui totus eſt luteus: hyeme nō uiſus circa ſolſtitia ꝓcedit. DE Merulis. ¶Cap. xxx.

MErulæ circa cyllenē arcadiæ: nec uſq̄ aliubi candidæ naſcuntur. Ibis circa peluſiū tantum nigra eſt: cæteris omnibus locis candida.

¶Tempus auium genituræ. Cap. xxxi.

o Scines præter exceptas: non temere fœtus faciunt an̄ æquinoctium uernū: aut poſt autūnale. an̄ ſolſtitium autem dubios: poſt ſolſtitiū uitales.

¶DE Halcyonibus: & de diebus earum nauigabilibus. Et Gauie: & reliquo aq̄ticaꝝ genere. Cap. xxxii.

EOq; maxime ſunt inſignes halcyones. Dies earum partus qui maria quoq; nauigāt nouere. Ipſa auis paulo amplior paſſere: colore cyaneo ex pte maiore tātū purpureis & candidis admixtis pennis: collo gracili ac procero. Alterum genus earum magnitudine diſtinguit᷑ & cantu. Minores in arundinetis canunt. Halcyonem uidere rariſſimum eſt: nec niſi uergiliarum occaſu: & circa ſolſtitia brumamue naue aliquādo circumuolata: ſtatim ī latebras abeuntem. Fœtificant bruma: qui dies halcyonides uocant᷑: placido mari per eos & nauigabili ſiculo maxime. In reliquis partibus ē quidē mitius pelagus. Siculum utiq; tractabile. Faciunt autem ſeptem ante brumam diebus nidos: & totidem ſequētibus pariunt. Nidi earum admirationem habent: pilæ figura paululum eminenti: ore perq̄anguſto: grandium ſpongiarum ſimilitudine. Ferro īntercidi non queunt: frangunt᷑q; ictu ualido: ut ſpuma arida maris. nec ūde cōfigātur

inuenit̃. Putāt ex spinis aculeatis. Piscibus enim uiuunt. Subeunt & in amnes. Pariūt oua quina. Gauiæ in petris nidificāt. Mergi in arboribus. Pariunt plurimum terna. Sed gauiæ æstate: mergi incipiente uere.

DE Diuersitate nidificātiū auiū Agathylis Cīnamulgis & Perdicibus. Ca. xxxiii.

HAlcyonum nidi figura reliquarum quoq; solertiæ nos admonet. Neq; alia pte ingenia auium magis admirāda. Hirundines luto construunt: stramento roborāt. Siqñ īopia est luti: madefactum multa aq̄ pennis puluerem spgunt. Ipsum uero nidum mollibus plumis floccisque consternunt tepefaciendis ouis simul: ne durus sit infātibus pullis. In fœtu sūma æquitate alternant cibum. Notabili mūdicia egerunt excrementa pullorum. Adultioresq; circumagi docent: & foras saturitatem emittere. Alterū genus hirundinum est rusticarum & agrestium: quæ raro ī domibus diuersos figura: sed eadem materia confingūt nidos totos supinos faucibus porrectis in āgustum utero capaci. Mirum q̄ peritia occultādis habiles pullis & substernendis molles. In ægypti heracleotico ostio molē continuatione nidorum euagāti nilo inexpugnabilem opponūt stadii uere unius spatio: quod humano opere perfici nō posset. In eadem ægypto iuxta oppidum copton insula est sacra Isidi: quam ne laceret ānis idem muniunt opere incipientibus uernis diebus palea & stramento rostro firmātes continuatis per triduum noctibus tanto labore: ut multas in opere emori cōstet. eaq; militia illis cum anno redit semper. Tertium est earum genus quæ ripas excauāt: atq; ita in terram fœtificant. Harum pulli ad cinerem ambusti mortifero faucium malo: multisq; aliis morbis humani corporis medent̃. Non faciunt hæ nidos. Migrantque multis diebus añ si futurum est: ut auctus amnis attingat. In gñe uiteriparum est: cui nidus ex musco arido ita absoluta perficit̃ pila: ut īueniri non possit aditus. argathylis appellat̃: eadem figura ex lino intexens. Picorum aliquis suspendit̃ in surculo primis in ramis: cyathi modo: ut nulla quadrupes possit accedere. Galgulos quidē ipsos dependentes pedibus sōnū capere confirmant: quia tutiores ita se sperant. Iā publicū quidem omnium est: tabulata ramorum sustinendo nido prouide eligere: cameraque ab hymbri aut fronde protegere densa. In arabia cinnamulgus auis appellat̃. cinnami surculis nidificat. Plumbatis igit̃ eos & sagittis decutiunt indigenæ mercis gratia. In scythis auis magnitudine otidis binos parit in leporina pelle semper in cacuminibus ramorum suspensa. Picæ cum diligentius uisum ab homine nidum sensere: oua trāsgerūt alio. Hoc ī iis auibus: quaɽ digiti nō sint accōmodati cōplectēdis trāsferēdisq; ouis miro tradit̃ mō. Nāq; surculo sup bina oua imposito: ac ferrumīato alui glutino subdita ceruice medio æqua utrinq; libra deportant alio. Nec uero iis mīor solertia: quæ cunabula in terra faciunt corporis grauitate prohibitæ sublime petere. Merops uocat̃ genitores suos recōditos pascens pallido intus colore pennarum: supne cyaneo: priori subrutilo. nidificat in specu: sex pedum defossa altitudine. Perdices spina & frutice sic muniunt receptaculum: ut contra feras abunde uallent̃. Ouis stragulum molle puluere contumulant. nec in quo loco peperere: īcubāt. neue cui frequentior conuersatio sit suspecta: transferunt alio. Illæ quidem & maritos suos fallunt: quoniā intēperātia libidīs frangunt earum oua: ne cubando detineāt̃. Tunc īter se dimicant mares desiderio fœminarum. Victum aiunt uenerem pati. Id quidem & coturnices. Trogus inquit & gallinaceos aliquando. Perdices uero a domitis feros & nouos haud uictos iniri promiscue. Capiunt̃ quoq; pugnacitate eiusdem libidīs contra aucupis īdicem exeūte in prælium duce totius gregis. Capto eo procedit alter: ac subīde siguli. Rursus circa conceptum fœminæ capiunt̃ contra aucupem fœmina exeūte: ut rixādo abigat eum. Nec in aīali alio par opus libidīs. Si contra mares steterint fœminæ: aura ab iis flāte prægnantes fiunt. Hiantes autem exerta lingua per id tempus æstuant. cōcipiuntq; superuolantium afflatu, sæpe uoce tantum audita masculi. Adeoq; uīcit libido etiam fœtus caritatem: ut illa furtim & in occulto incubās cum sit fœmina

aucupe accedēte ad marem recanat:reuocetq;.& ultro præbeat se libidini. Rabie qdē tāta ferūt:ut ī capite aucupātium sæpe cæcæ metu sedeant. Si ad nidum is cœperit accedere: pcurrit ad pedes eius fœta prægrauem aut delumbem sese simulās:subitoq; in procursu:aut breui aliquo uolatu cadit fracta aut ala:aut pedibus.aut procurrit iterum iamiam prehensurum effugiens spe frustrans:donec in diuersum abducat a nidis. Eadem iam pauore libera:ac materna uocante cura in sulco resupina gleba se terræ pedibus apprehēsa operit. Perdicū uita ad sexdecī ānos durare existiat.

DE Columbis. Cap.xxxiiii.

HIs iis columbaȝ gesta spectant maxime simili ratione. Mores īde:sed pudicitia illis pria. et neutri nota adulteria. Cōiugii fidē nō uiolant:cōmunemq; seruāt domum. Nisi cælebs aut uidua domum non relinquit. & imperiosos mares subinde etiam iniquos ferunt. Quippe suspitio est adulterii:quamuis natura non sit. Tunc plenum querela guttur:sæuiq; rostro ictus:mox in satisfactione exosculatio. & circa ueneris preces crebris pedū orbibus adulatio. Amor utriq; sobolis æqualis. Sæpe & ex hac causa castigatio pigrius intrante fœmina ad pullos. Parturienti solatia & ministeria ex mare. Pullis primo salsiorem terram collectam gutture in ora inspuunt:præparantes tempestiuitatem cibo. Proprium gnīs eius & tturum:cum bibant:colla non resupinare: large bibere iumentorum modo.

DE Palumbibus & differentia columbarum. Cap.xxxv.

VIuere palūbes ad tricesimum ānum:reliquos ad.xl. Aristoteles auctor est. Vno tamen incommodo unguium: eodem & argumento senectæ:qui citra perniciē recidūt. Cantus omnibus similis atq; idem. terno conficit uersu:præterq in clausulæ gemitu. hyeme mutis:uere uocalibus. Nigidius putat cum oua incubāt sub tecto nominata:palumbem relinquere nidos. Pariunt autem post solstitia. Colūbæ & ttures octonis ānis uiuūt. DE Passeribus. Cap.xxxvi.

COntra passeri minimū uitæ:cui salacitas par. Mares negāt āno diutius durare. argumento:quia nulla ueris initio appareat nigritudo in rostro:quæ ab æstate incipit. Fœmīs longiusculū spatium. Verum columbis inest qdam gloriæ ītellectus. Nosse credas suos colores:uarietatemq; dispositam: quæ etiam ex uolatu creduntur plaudere in cælo:uarieq; sulcare. Qua in ostentatione ut uictæ præbentur accipitri:īplicatis strepitu pēnis:qui nō nisi ipsis alarum humeris elidit. Alioqn solito uolatu multum uelociorem speculatur occultus fronde latro: & gaudentem in ipsa gloria rapit. DE Tinungulo. Cap.xxxvii.

OB id cum iis habenda est auis:quæ tinungulus uocat. Defendit.n. illas:terretq; accipitres natali potentia in tantum:ut uisum uocemque eius fugiant. Hac de causa præcipuus columbis amor eorum. Feruntq; si in quattuor angulis defodiāt in ollis nouis oblitis non mutare sedem columbas. Quod auro insectis alarum articulis quæsiuere aliqui:non aliter innoxiis uulneribus:multiuaga alioqn aue. Est enī ars illis inter se blandiri:& corrumpere alias:furtoq; comitatiores reuerti. Quin & internūtiæ ī rebus magnis fuere:& epistolas adnexas earum pedibus obsidiōe mutinēsi in castra cōsulum pertulere. D. Bruto mittente. Quid uallum & uigilum obsidio:atq; etiam retia amne prætenta profuere Antonio:per cælum eūte nūtio? Et harum amore insaniunt multi. ac super tecta exædificant turres iis. nobilitatemq; singularum & origines narrāt:uetere iā exemplo. Laxius eques romanus an̄ bellum ciuile pōpeianū denariis quadringentis singula paria uendicauit:ut. M. Varro tradit. Quin & patriā nobilitauere:in campania grandissimæ prouenire existimatæ. Harum uolatus in reputationem cæterarum quoque uolucrum nos impellit.

DE Volatu & incessu auiū. Cap.xxxviii.

OMnibus aīalibus reliquis certus & uniusmodi:& in suo cuiq; gnē incessus est. Aues solæ uario meatu ferunt:& in terra:& ī aere. Ambulāt aliquæ ut cornices.

Saliunt aliquæ ut passeres: merulæ. Currũt ut perdices rusticulæ. Ante se pedes iaciũt ut ciconiæ & grues. Expandunt alas pẽdentesq; raro interuallo q̃tiũt. Aliæ crebrius: sed & primas dũtaxat pẽnas. Aliæ & tota latera pandũt. Quædam uero maiore ex pte compressis uolant. Percussoq; semel aliquæ & gemino ictu aere ferũt: uelut inclusum eũ prementes. Iaculant se se in sublime: in rectũ: in pronũ. Impingi putes aliq̃s. Aut rursus ab alto cadere has: illas salire. Anates solæ: quæq; sunt eiusdem generis ĩ sublime ꝓtinus sese tollunt: atq; e uestigio cælum petũt: & hoc etiam ex aq̃. Itaq; ĩ foueas q̃bus feras uenamur: delapsæ solæ euadunt. Vultur & fere grauiores nisi ex procursu aut altiore tumulo ĩmissæ nõ euolãt. Cauda regunt aliæ. Circunspectãt aliæ: flectũtq; colla. Nonnullæ uescunt ea: quæ rapuere pedibus. Sine uoce non uolant multæ. Aut econtrario semper in uolatu silent. Subrectæ: pronæ: obliquæ in latera: in ora. Quædã & resupinæ ferunt: ut si pariter cernant: plura gñа non in eadem nata meare uideãt.

DE Apodibus. Cap. xxxix.

P Lurimum uolant quæ apodes uocant: quia careant usu pedum. Ab aliis cypseli appellant hirundinum specie. Nidificant in scopulis. Hæ sunt quæ toto mari cernunt. Nec unq̃ tam longo naues: tamq; continuo cursu recedunt a terra: ut non circumuolitẽt eas apodes. Cætera gñа residunt: & sistunt. His quies nisi ĩ nido nulla. Aut pẽdẽt: aut iacent. & ingenia æque uaria: ad pastum maxime.

DE Caprimulgis & Plateis. Cap. xl.

C Aprimulgi appellant grãdiores: merulæ aspectu: fures nocturni. interdiu enim uisu carent. Intrant pastorum stabula. caprarumq; uberibus aduolant suctum ꝓpter lactis. q̃ iniuria uber emoritur. caprisq; cæcitas q̃s ita mulsere: oborit. Platea nominat aduolans ad eas: quæ se in mari mergunt: & capita illarum morsu corripiens: donec capturam extorqueat. Eadem cum deuoratis se impleuit conchis: calore uẽtris coctas euomit. atq; ita ex iis esculẽta legit testas excreãs.

DE Ingeniis auium. Cap. xli.

V Illaribus gallinis & religio inest. Inhorrescũt edito ouo: excutiũtq; sese. & circũactæ purificant: aut festuca aliq̃ sese & oua lustrant.

DE Carduele & Psytaco & auibus quæ loquũt. Cap. xlii.

M Inimæ auium cardueles imperata faciunt: nec uoce tantum: sed pedibus & ore pro manibus. Est quæ boum mugitus imitet in arelatẽsi agro taurus appellata: alioq̃n pua. Est quæ equorum quoq; hinnitus anthus nomine: herbæ pabulo aduẽtu eorum pulsa imitat ad hunc modum ulciscens. Super omnia humanas uoces reddũt psytaci: & quidem sermocinantes. India autem hanc mittit. Sitacem uocant: uiridem toto corpore torque tantum miniato in ceruice distinctã. Imperatores salutat: & quæ accipit uerba ꝓnũciat. In uino præcipue lasciua. Capiti eius duricia eadẽ quæ rostro. Hæc cũ loqui discit: ferreo uerberat radio. Non sẽtit aliter ictus. Cum deuolat rostro se excipit. illi innitit. leuioremq; se ita pedum infirmitati facit. Minor nobilitas: quia non ex longinquo uenit: sed expressior loq̃citas certo gñi picarum est. Adamãt uerba quæ loquunt. Nec discũt tantum: sed diligunt. meditantesq; intra semet cura atque cogitatione intentionem non occultãt. Constat emori uictas difficultate uerbi: ac nisi subinde eadem audiant: memoria falli. quærentesq; mirum in modum hylarari: si interim audierint id uerbum. Nec uulgaris iis forma: quamuis non spectanda. Satis illis decoris in specie sermonis humani est. Verum addiscere alias negant posse: q̃ quæ ex gñe earum sunt: quæ glande uescunt. Et inter eas facilius quibus quini sũt digiti ĩ pedibus. Ac ne eas q̃dem ipsas primis duobus uitæ annis. Latior iis est lingua õnibus in suo cuiq; gñe quæ sermonem imitant humanum: q̃q̃ id pene in omnibus cõtingit. Agrippina coniunx Claudii Cæsaris turdũ habuit (quod nũq̃ añ) imitantem sermões hominũ: cum hæc proderem. Habebant & Cæsares iuuenes item sturnum: luscinias græco atq; latino sermone dociles. Præterea meditãtes ĩ diẽ: & assidue noua loquẽtes

X

longiore etiam cõtextu. Docet̃ secreto: & ubi nulla alia uox misceat̃: assidẽte q crebro dicat ea: quæ cõdita uelit addisci: aliquo blandiente.

DE Coruoꝝ intelligentia. Cap.xliii.

r Eddat̃ & coruis sua grã indignatione quoq; populi romani attestata non solũ conscia. Tiberio prĩcipe ex fœtu supra Castoꝝ ædem genitus pullus ĩ oppositã sutrinam deuolauit: etiam religione commendatus officinæ dño. Is mature sermoni assuefactus omnibus matutinis euolans in rostra: ĩ forum uersus Tiberium: deinde Germanicum & Drusum Cæsares nominatim: mox transeuntem populum romanũ salutabat. Postea ad tabernam remeãs: plurium ãnorum assiduo officio meritus. Hũc siue æmulatione incitatus mãceps proxime sutrinæ: siue iracũdia subita ut uoluit uideri: excrementis eius posita calceis macula exanimauit: tãta plebei consternatione: ut primo pulsus ex ea regione: mox & interemptus sit. funusq; innumeris aliti celebratum exequiis. Constratum lectum super æthiopum duoꝝ humeros præcedente tibicine: & coronis omniũ generum ad rogum usq; : qui cõstructus dextra uiæ appiæ ad secundum lapidem in campo ridiculi appellato fuit. Adeo satis iusta cã populo ro. uisa est exeqarum ingeniũ auis: aut supplicii de ciue romano in ea urbe: in q̃ multoꝝ principum nemo deduxerat funus. Scipiõis uero Aemiliãi post carthaginem numãtiamq; deletas ab eo: nemo uindicauerat mortẽ. Hoc gestum. M. Seruilio. C. Cestio conss. ad. v. kal. aprilis. Nunc quoq; erat ĩ urbe roma hæc prodente me eqtis romani cornix e betica primum colore mira admodum nigro. deinde plura contexta uerba exprimens: & alia atq; alia crebro addiscens. Necnon & recens fama Crateri monocerotis cognomine in troecena regione asiæ coruorum opera uenantis. eo ꝗ deuehebat in siluas eos insidentes humeris. atqui coruiculos illi uestigabãt. agebãtq;: eo pducta consuetudine ut exeuntem sic comitarent̃ & feri. Tradendum putauere memoriæ q̃dam uisum per sitim lapides congerentem in situlam monumenti: in qua pluuia aq̃ durabat: sed quæ attingi non posset. ita descẽdere pauentem expressisse tali cõgerie: quæ poturo sufficeret. DE Diomedeis auibus. Cap.xliiii.

n Ec diomedeas prætcribo aues. Iuba cataractas uocat. Et eis esse dentes oculosq; igneo colore: cætero candidas tradens. Duos semper iis duces. Alterum ducere agmen: alterum cogere. Scrobes excauare rostro: inde crate consternere: & operire terra quæ añ fuerit egesta. In iis fœtificare. Fores binas omnium scrobibus. Oriẽtẽ spectare quibus exeãt in pascua: occasum quibus redeant. Aluum exoneraturas subuolare sẽp: & contrario flatu. Hæ in solo loco totius orbis uisuntur: in insula quam diximus nobilem Diomedis tumulo atq; delubro contra apuliæ oram: fulicarum similes. Aduẽas barbaros clangore infestant. Græcis tantum adulant̃: miro discrimine: uelut gñi Diomedis hoc tribuentes. Aedẽq; eius quotidie pleno gutture madentibus pennis pluũt atq; purificant. Vnde origo fabulæ Diomedis sotios ĩ eaꝝ effigies mutatos.

Quæ aĩalia nihil discãt. Cap.xlv.

n On omittendum est: cum de ingeniis disserimus: e uolucribus hirundines esse indociles. Et e terrestribus mures: cum elephanti iussa faciant. Leões iugum subeant. In mari uituli: totque piscium gña mitescant.

DE Potu auium. Cap.xlvi.

b Ibunt aues suctu cæteræ. Sed ex iis qbus longa sunt colla intermittentes capite resupinato ueluti infũdentes sibi. Porphyrio solus morsu bibit. Idem ex ꝓprio genere omnẽ cibum aqua subinde tĩgens: deinde pede ad rostrum ueluti mãu afferẽs. Laudatissimi in commagene. Rostra iis & prælonga crura rubent.

DE Hematopodi & Onocrotali. Et de pegrinis auibus. Cap.xlvii.

h Aec qdẽ & hematopodi multo mĩori: quanq̃ eadẽ cruꝝ altitudĩe. Nascitur in ægypto. Insistit ternis digitis. Præcipue ei pabulũ muscæ. Vita ĩ italia paucis diebus. Grauiores õnes fruge uescũt̃. Altiuolæ carne tãtũ. Inter aq̃ticas mergi soliti

sũt deuorare: quæ cæteræ reddũt. Olorꝝ similitudinem onacrotali habent: nec distare existimarent̃ omnino: nisi faucibus ipsis ĩesset alterius uteri gẽus. huc õnia ĩexplebile animal cõgerit: mira ut sit capacitas: mox perfecta rapina sẽsĩ inde in os reddita ĩferã in aluum ruminantis modo defert. Gallia hos septẽtrionalis proxima oceano mittit. In hercinio germaniæ saltu ĩusitata gñа alitum accepĩus: q̃ꝝ plumæ igniũ mõ cõlu ceant noctibus. In cæteris nihil præter nobilitatẽ lõgĩqtate factã mẽorãdũ occurrit.

DE Multaꝝ auiũ nominibus & nat̃a. ¶Cap. xlviii.

Phalerides in seleucia parthorum & in asia aquaticarum laudatissimæ. Rursus phasianæ in colchis geminas ex pluma aures submittunt: subriguntque. Numidicæ in parte africæ numidia: omnesq; iam in italia. Phœnicopteri lĩguam præcipui saporis esse Apicius docuit nepotum omnium altissimus gurges. Atagẽ maxime ionius celebrat. uocalis alias: captus uero obmutescẽs: quondam existimatus ĩter raras aues. Iam & in gallia hispaniaq; capitur: & alpes etiam ubi & phalacrocoraces aues balearium insularum peculiares. Sicut alpium phyrrhocorax luteo rostro niger & præcipuo sapore. Lagopus pedes leporino uillo ei nomẽ hoc dedere. Cætero cãdidæ columbarum magnitudine. Non extra terram in qua nascit̃ eam uesci facile: quando nec uiua mãsuescit: & corpus occisæ statim marcescit. Et alia nomine eodem a coturnicibus magnitudine tantum differẽs croceo tinctu cibis gratissima. Visam ĩ alpibus ab se peculiarẽ ægypti ibim Megnatius Caluinus præfectus earum ꝓdidit.

¶DE Nouis auibus & fabulosis. Cap. xlix.

Venere in italiam bodriacẽses bellis ciuilibus transpadum externæ & nouæ aues. ita. n. adhuc uocãt̃ turdorum specie: paulum infra columbas magnitudine: sapore gratæ. Baleares insulæ nobiliorem etiam supradicto porphyrionem mittunt. Ibi & buteo accipitrum generis in honore mẽsarum ẽ. Item uipiones. sic. n. uocant mĩorẽ gruem. Pegasos equino capite uolucres: & griphas auritos aduncitate rostri fabulosos reor. Illos in scythia: hos ĩ æthiopia. Equidẽ & tragopanadem: quam plures affirmãt maiorem aquila cornua in temporibus curuata habentem ferruginei coloris tantum capite phœniceo. Nec sirenes impetrauerĩt fidem: licet affirmet Dino Clytarchi celebrati auctoris pater in india esse. mulceriq; earum cantu: quos grauatos sõno lacerãt. Qui credit ista & Melampodi profecto aures lambẽdo dedisse intellectum auium sermonis dracones non abnuet. Vel quæ Democritus tradit nominando aues: q̃ꝝ cõfuso sanguine serpẽs gignat̃: quem qsqs ederit intellecturus sit alitum colloqa. Quæq; de una aue galerita priuatim cõmemorat: etiam sine iis immensa uitæ ambage circa auguria. Nominãt̃ ab Homero scopes auium genus. Neq; harum satyricos motus cũ insidẽt plerisq; memoratos: facile conceperim mẽte. Neque ipsæ iam aues nascuntur. Quaobrem de confessis disseruisse præstiterit.

Quis gallinas farcire ĩstituerit: de auiariis: & qs ea prĩus ĩstituerit. ¶Cap. L.

Gallinas saginare deliaci cœpere. Vñ pestis exorta opimas aues & suopte corpore unctas deuorandi. Hoc primum antiquis cœnarum interdictis exceptũ ĩuenio iam lege. C. Fannii consulis undecim ãnis añ tertium punicum bellum: neqd uolucꝝ ꝓponeret̃: præter unam gallinam: quæ non esset altilis. Quod deinde caput trãslatũ p omnes leges ãbulauit. Inuẽtumq; diuerticulum ẽ ĩ fraude earum gallinaceos quoq; pascẽdi lacte addito cibis. Multo ita gratiores approbantur. Fœminæ qdẽ nõ omnes ad saginam eligũt̃: nec nisi in ceruice pingui cute. Postea culinarum artes ut clunes spectẽtur: ut diuidant̃ in tergora: ut a pede uno dilatatæ repositoria occupẽt. Dedere & parthi cocis suos mores. nec tñ in hoc mãgonio qcq̃ totum placet: hic clune alibi pectore tantum laudatis. Auiaria primus instituit: inclusis omnium generum auibus. M. Lælius Strabo brundusii equestris ordinis. Ex eo cœpimus carcere animalia coercere: qbus nat̃a cælũ assignauerat.

¶DE Aesopi patina. Cap. Li.

Maxime tñ insignis ẽ ĩ hac mẽoria Clodii Aesopi tragici histrionis patina sexcẽtis

sestertiis taxata. in qua posuit aues cantu aliquo aut humano sermone uocales nummis sex singulas coēptas: nulla alia inductus suauitate: nisi ut in iis imitationē homīs māderet: ne quæstus qdē suos reueritus illos opimos & uoce meritos: dignus ꝓrsus filio a quo diximus deuoratas margaritas. Nō sit tñ(ut uerum fatear) facile ĩter duos iudicium turpitudīs: nisi quod minus ē: sūmas reꝝ natꝰæ opes: q̄ hominū līguas cœnasse. DE Gñatiōe auiū: et præter aues quæ quadrupedes oua piāt. ¶Ca. Lii.

g Eneratio auium simplex uidetꝰ esse: cum & ipsa sua hēat miracula: quoniam & q̄drupedes oua gignunt: chamæleontes: lacertæ: & quæ diximus inter serpētes. Pēnatorum autem infœcunda sunt quæ aduncos hñt ungues gñi. Nulla ex iis supra q̄terna edit oua. Tribuit hoc auium gñi natꝰa: ut fœcūdiores essēt fugaces eaꝝ q̄ fortes. Plurima piunt strutiocameli: gallinæ: perdices sali. Coitus auibus duobus modis: fœmina humi cōsidēte ut in gallinis: aut stāte ut in gruibus. Ouorum alia sunt cādida ut columbis: perdicibus. Alia pallida ut aq̄ticis. Alia punctis distincta ut meleagridū. Alia rubri coloris ut phasianis: cēchridis. Intus autem omne ouum uolucrum bicolor. Aq̄ticis lutei plus q̄ albi: idq; ipsum magis liuidum q̄ cæteris. Pisciū unus color: ĩ quo nil cādidi. Auium oua ex calore fragilia. Serpentium ex frigore lenta. Pisciū ex liquore mollia. Aq̄tilium rotunda. Reliq̄ fere fastigio cacuminata. Exeūt a rotundissima sui pte: dum pariūtꝰ molli putamine: sed protinus durescente: qbuscunq; emergunt portionibus. Quæ oblonga sint oua: gratioris saporis putat Oratius Flaccus. Fœminam edunt quæ rotundiora gignuntꝰ: reliq̄ marē. Vmbilicus ouis a cacumine inest: ceu gutta eminēs in putamīe. ¶DE Tpr̄e & gñatiōe ĩcubatus auiū & coitu. Ca. Liii.

q Vædam omni tempore coeunt ut gallinæ. & pariunt: præterq̄ duobus mēsibus hyemis brumalibus. Ex iis iuuencæ plura q̄ ueteres: sed minora. Et in eodem fœtu prima & nouissima. Est autem tanta fœcunditas: ut aliquæ & sexagena pariāt. Aliquæ quotidie: aliquæ bis die: aliquæ ĩ tantum ut effœtæ moriantꝰ. Hadrianis laus maxima. Columbæ decies anno pariunt: quædam & undecies. In ægypto etiam brumali mense. Hirundines: & merulæ: & palumbi: & turtures bis anno pariunt. Cæteræ aues fere semel. Turdi in cacuminibus arborum luto nidificantes pene cōtextim in secessu generant. A coitu decem diebus oua maturescunt in utero. Vexatæ autem gallinæ & columbæ penna euulsa aliaue simili iniuria diutius. Omnibus ouis medio uitelli pua inest uelut sanguinea gutta: quod esse cor auium existimant. Primum in omni corpore id gigni opinantes. In ouo certa est gutta: ea salit: palpitatq;. Ipsū aīal ex albo liquore oui corporatꝰ. Cibus eius ĩ luteo est. Omnibus intus caput maius toto corpore. Oculi compressi capite maiores. Increscente pullo candor ĩ medium uertitꝰ. luteum circumfunditꝰ uicesimo die: si moueatꝰ ouum. Iam uiuentis intra putamē uox auditꝰ. Ab eodem tempore plumescit ita positus: ut caput supra dextrum pedem hēat: dexterā uero alā supra caput. Vitellus paulatim deficit. Aues omnes in pedes nascūtꝰ contra q̄ reliq̄ animalia. Quædam gallinæ omnia gemina oua piunt: & geminos ĩterdum excludunt: ut Cornelius Celsus auctor est: alterum maiorem. alioquin negant omnino geminos excludi. Plus uicenaqna incubanda subiici uetant. Parere a bruma incipiunt. Optima fœtura añ uernum æquinoctium. Post solstitium nata non ĩplēt magnitudinem iustā: tātoque minus q̄to serius puenere.

DE Vitiis & remediis incubātiū. ¶Cap. Liiii.

o Va incubari infra decem dies edita utilissimum. Vetera aut recentiora ĩfœcūda. Subiici impari numero debent. Quarto die postq̄ cœpere incubari si cōtra lumē cacumine ouorum apprehēso una manu purus & uniusmodi perluceat color: sterilia existimātur esse. proq; eis alia substituenda. Et in aq̄ est experimentum. ĩane fluitat. Itaq; sidentia: hoc est plena subiici uolunt. Concuti uero expimento uetant: quoniā non gignāt confusis uitalibus uenis. Incubationi datur initium post nouā lunā: qa prius inchoata nō proueniāt. Celerius excludūtꝰ calidis diebus. Ideo æstate ūdeuicesio

educūt fœtū : hyeme uicesimoqnto . Si in cubatu tonuerit:oua pereūt.& accipitris audita uoce uitiant͛.Remedium contra tonitruū:clauus ferreus sub stramine ouorū positus:aut terra ex aratro.Quædam autem & citra incubitum sponte natura gignit: ut in ægypti figmentis est scriptum. De quodam uinipotore reperit͛ syracusis tā diu potare solitum:donec ab eo coopta ī terra fœtū ederēt oua.Quin & ab hoīe pficiūt͛.

DE Auguriis ouoꝝ. Cap.Lv.

Liuia Augusta prima sua iuuenta Tiberio Cæsare ex Nerone grauida:cū parere uirilem sexum admodū cuperet:hoc usa ē puellari augurio . Ouū ī sinu fouēdū atq; cum deponendum haberet:nutrici per sinū tradendo ne ītermitteret͛ tepor . Nec falso Augusta auguriata prodit͛ imperatoris inde fœta.Sed īuentū ut oua calido ī loco imposita paleis igne modico fouerent͛ homine uersāte piter nocte ac die:& statuto die illinc erumpere fœtus.Tradit͛ quædā ars gallinarii cuiusdā dicentis quid ex q̄q; esset. Narrant͛ & mortua gallina mariti earum uisi succedētes inuicem:& reliq̄ fœtæ more facientes:abstinentesq; se a cantu. Sup omnia est anatum ouis subditis atq; exclusis admiratio prima non plane agnoscentis fœtum . Mox incertos concubitus sollicite conuocantis. Postremo lamenta circa piscinæ stagna mergētibus se pullis nat͛a duce.

Quæ gallinæ optimæ. Cap.Lvi.

Gallinarum gn̄ositas spectat͛ crista erecta:interdum & gemina:pennis nigris:ore rubicundo:digitis imparibus:aliq̄do & super quattuor digitos transuerso uno. Ad rem diuinam luteo rostro pedibusq; puræ non uident͛. Ad optanea sacra nigræ. Est & pumilionum genus non sterile in iis:quod non in alio genere alitum.sed q̄bus certa fœcunditas rara & incubatio ouis noxia.

DE Morbis earum & remediis. Cap.Lvii.

Inimicissima autem omnium generi pituita:maximeq; inter messis & uīdemiæ tēpus.Medicina in fame:& cubatus in fumo:si utiq; ex lauro aut herba sauina fiat.Penna per transuersas inserta nares:& per omnes dies mota . Cibus allium cum farre aut aqua perfusus in qua lauerit noctua auis cum semine uitis albæ coctus : & quædā alia.

DE Conceptu & numero fœtus auiū. Cap.Lviii.

Columbæ proprio ritu osculant͛ an̄ coitum . Pariunt fere bina oua:ita natura moderante: ut aliis crebrior sit fœtus:aliis numerosior . Palumbes & turtures plurimum terna.nec plusq̄ bis fere pariunt:atq; ita si prior fœtus corruptus ē. & q̄uis tria pepererint:nunq̄ plus duobus educant.Tertium quod irritum est:urinū uocant. Palumbes incubat fœmina post meridianaī matutinum:cætero mas. Columbæ marē semper & fœminam pariunt.priorem marem : postridie fœminam . Incubant in eo gn̄e ambo.interdiu mas:noctu fœmina.Excludunt uicesimo die . pariunt a coitu.v. Aestate q̄dem interdum binis mensibus terna edunt paria . nāq; octauodecimo die excludūt:statimq; concipiunt.Quare inter pullos sæpe oua inueniunt͛:& alii ꝑuolāt. alii erumpūt.Ipsi deinde pulli q̄nquemestres fœtificāt. Et ipsæ autē īter se(si mas nō sit)fœminæ æq; saliūt. pariūtq; oua irrita:ex q̄bus nihil gignit͛:quæ hypenemia græci uocant.

DE Pauone & āseribus. Cap.Lix.

Pauo a trimatu parit . primo anno unum aut alterum ouum : sequēti quaterna q̄naue : cæteris duodena non amplius. intermittens binos dies ternosue parit. & ter anno:si gallinis subiiciant͛ incubanda.Mares ea frangunt desiderio incubātiū. Quapropter noctu & in latebris pariunt:aut in excelso cubantes . & nisi molli strato excepta frangūt͛.Mares singuli q̄nis sufficiūt coniugibus. Cū singulæ aut binæ fuere:corrumpit͛ salacitate fœcūditas.Partus excludit͛ diebus ternouenis:aut tardius tricesimo.Anseres ī aq̄ coeūt:pariūt uere.Aut si bruma coiere:post solstitium:q̄dragīta ꝑpe.Bis āno si priorē fœtū gallinæ excludant:alias plurima oua sexdecim:paucissima septem.Siq̄s subripiat pariūt:donec rumpant͛ . Aliena non excludunt . Incubanda subiici utilissimum nouem aut undecim.Incubant fœminæ tantum tricenis diebus.

Si uero tepidiores sint: uicesimoquinto. Pullis eorum urtica contactu mortifera. Nec minus auiditas: nunc satietate nimia: nunc suamet ui: quando apprehensa radice morsu: saepe conantes auellere ante colla sua abrumpunt. Contra urticam remedium stramento ab incubatu subdita radix earum. ¶ DE Ardeolis & quomodo seruentur optime oua. ¶ Ca. Lx.

Ardeolarum tria genera: leucon: asterias: pellos. Hi in coitu anguntur. Mares quidem cum uociferatu sanguinem etiam ex oculis profundunt. Nec minus aegre pariunt grauidae. Aquila tricenis diebus incubat: & fere maiores alites. Minores uicenis ut miluus & accipiter. Singulos uere parit: numquam plus ternos. Is qui aegolios uocatur: quaternos. Coruus aliquando & quinos. Incubant totidem diebus. Cornicem incubantem mas pascit. Pica nouenos. Melancoriphus supra uiginti parit: semper numero impari inaequalia. nec alias in pluribus tanta foecunditas: maior tamen paruis. Hirundini caeci primo pulli. Et fere omnibus quibus numerosior partus. Irrita oua quae hypenemia diximus: quaeque aut mutua foeminae inter se libidinis imaginatione concipiunt: aut puluere: nec columbae tantum: sed & gallinae perdices: pauones: anseres: chenalopeces. Sunt autem sterilia & minora: ac minus iucundi saporis: & magis humida. Quidam & uento putant ea generari: qua de causa etiam zephyria appellantur. Haec autem uere tantum. Vrina fiunt incubatione derelicta: quae alii cynosura dixere. Oua aceto macerata in tantum emolliuntur: ut per annulos transeant. Seruari ea in lomento: aut hyeme in paleis: aestate in furfuribus utilissimum. Sale exinaniri creduntur. ¶ Quae uolucrum sola animal pariat & lacte nutriat. ¶ Cap. Lxi.

Volucrum animal parit uespertilio tantum: cui membrana ceu pennae. Eadem sola uolucrum lacte nutrit ubera admouens. geminos uolitat amplexa infantes: secumque deportat. Eidem coxendix una traditur: & in cibatu culices gratissimi.

¶ DE Conceptu uiperae & partu: & quae terrestrium oua pariant. ¶ Cap. Lxii.

Vrsus in terrestribus oua pariunt serpentes: de quibus nondum dictum sit. Coeunt complexu adeo circumuolutae sibi: ut una existimari biceps possit. Viperae mas caput inserit in os: quod illa abrodit uoluptatis dulcedine. Terrestrium eadem sola intra se parit oua unius coloris & mollia: ut pisces. Tertia die intra uterum catulos excludit. deinde singulos diebus singulis parit uiginti fere numero. Itaque caeteri tarditatis impatientes: perrumpunt latera occisa parente. Caeterae serpentes contecta oua in terra incubant: & foetum sequente excludunt anno. Crocodili uicibus incubant mas & foemina. Sed reliquorum quoque terrestrium reddatur generatio.

¶ DE Generatione terrestrium. ¶ Cap. Lxiii.

Bipedum solus homo animal gignit. Homini tantum primi coitus poenitentia augurium scilicet uitae a poenitenda originem. Caeteris animalibus stati per tempora anni concubitus. Homini (ut dictum est) omnibus horis dierum noctiumque. Caeteris satietas in coitu: homini prope nulla. Messallina Claudii Caesaris coniux hanc regalem existimans palmam: elegit in id certamen nobilissimam e prostitutis ancillam mercenariae stipis: eamque die ac nocte superauit quinto ac uicesimo concubitu. In hominum genere maribus diuerticula ueneris excogitata omnia scelere naturae: foeminis uero abortus. Quantum in hac parte multo nocentiores quam ferae sumus. Viros auidiores ueneris hyeme: foeminas aestate Hesiodus prodidit. Coitus auersus elephantis: camelis: tigribus: lyncibus: rhinoceroti: leoni: dasipodi: cuniculis: quibus auersa genitalia. Cameli etiam solitudines aut secreta certa petunt.: neque interuenire datur sine pernicie. Coitus tota die est tantum iis ex omnibus: quibus solida ungula. In quadrupedum genere mares olfactus antecedit. Auertuntur & canes: phocae: lupi: in medioque coitu. inuitique etiam cohaerent. Supradictorum plerumque foeminae priores supueniunt. Reliquis mares. Vrsi autem ut dictum est humanitus strati. Herinacii stantes ambo inter se complexi. Feles mare stante: foemina subiacente. Vulpes in latere proiectae: maremque foemina amplexa. Taurorum ceruorumque foeminae uim non tolerant. Ea de causa ingrediuntur in conceptu. Cerui uicissim ad alias transeunt: & ad priores redeunt. Lacertae ut ea quae sine pedibus sunt: circumplexu uenerem nouere. Omnia animalia quo maiore

corpore: eo mĩus fœcũda sũt. Sĩgulos gignũt elephãti: cameli: equi. Achãtis duodéos auis minima. Ocissime pariũt: quæ plurimos gignũt. Quo maius est aĩal: tãto diutius formatᷓ ĩ utero. Diutius gestãtᷓ qbus lõgiora sunt uitæ spatia. Neq; crescẽtiũ tẽpestiua ad generãdum ætas. Quæ solidas hñt ungulas singulos: quæ bisulcas & gemĩos piũt. Quorum in digitos pedum fissura diuisa est: eo numerosiora in fœtu. Sed superiora omnia perfectos edunt partus: hæc inchoatos. In quo sunt genere leænæ: ursæ: & uulpes. Informia etiã magis q̃ supradicta ursæ pariunt. rarumq; ẽ uidere pariẽtes. postea lãbendo calefaciunt fœtus omnia ea: & figurãt. pariunt plurimũ quaternos. Cæcos autem gignunt canes: lupi: pantheræ: thoes. Canum plura sunt genera. Laconicæ octauo mẽse utrinq; generant. ferunt. lxx. diebus: & plurimum tribus mẽsibus. cæteræ canes & semestres coitum patiuntur. ℂImplentur omnes uno coitu. Quæ ante iustum tẽpus cõcepere: diutius cæcos habẽt catulos. nec omnes totidem diebus. Existimantur in urina attollere crus feræ semestres: id est signum consumati uirium roboris: fœminæ hoc idem sidentes. Partus duodeni: quibus numerosissimi: cætero quini: seni: aliquando singuli. quod prodigiosum putant: Sicut omnes mares aut omnes fœminas gigni. Primos quoq; mares pariunt: in cæteris alternant: si ineant opportuno: & recto mense. Ineuntur a partu sexto mẽse. Octonos laconicæ pariunt. Propria in eo genere maribus laboris alacritas. Viuunt laconici ãnis denis: fœminæ duodenis. Cætera genera quindecim annos: aliquando uiginti. Nec tota sua ætate generant: fere a duodecimo desinentes. Felium & ichneumonum reliqua ut canum. Viuunt annis senis. Dasipodes omni mense pariunt. & superfœtant: sicut lepores. ℂA partu statim implentur. Concipiunt quãuis ubera siccante fœtu. pariunt non cæcos ℂElephanti ut diximus: pariunt singulos magnitudine uituli trimestris. Cameli duodecim mensibus ferunt a trimatu: pariunt uere. Iterũq; post annum implentur a partu. Equas autem post tertium diem aut post unũ ab enixu utiliter admitti putant: coguntq; inuitas. Mulier septima die cõcipere facillime creditur. Equarum iubas tonderi præcipiunt: ut asinorum in coitum patiãtur hũilitatẽ: comantes enim gloria superbire. A coitu solæ animaliũ currunt: ex aduerso aqlonũ: austrorumue prout marẽ aut fœminam concepere. Colorem illico mutant rubriore pilo: uel quicunq; sit: pleniore. Hoc argumento desinunt admittere etiam uolẽtes. Nec ĩpedit partus quasdam ab opere. Falluntq; grauidæ. Vicisse olympia prægnãtẽ equam Hecratidis thessali inuenimus. Equos & canes & sues initum matutinum appetere: fœminas autem post meridiem blandiri diligentiores tradũt. Equas domitas. lx. diebus equire: anteq̃ gregales. Sues tantum coitu spumam ore fundere. Verrem subantis audita uoce nisi admittatur: cibum non capere usq; in maciem. Fœminas tantum efferari: ut hominem lacerent: candida maxime ueste indutum. Rabies ea aceto mitigatur naturæ asperso. Auiditas coitus putatur ex cibis fieri. Sicut uiro eruca: pecori cepa. Quæ ex feris mitigẽtur: nõ concipere ut anseres: apros uero tarde: & ceruos: nec nisi ab infantia educatos. Mirum est: quadrupedum prægnãtes uenerẽ arcent: præter equam & suem. Sed supfœtant & dasipus & lepus tãtũ.

ℂDE Varia gñatiõe auium. ℂCap. Lxiiii.

Q Væcũq; aĩal pariunt: in capita gignunt circumacto fœtu sub enixum: alia in utero porrecta. Quadrupedes gestantᷓ extensis ad longitudinem cruribus: & ad aluum suam applicatis. Homo in semet conglobatus inter duo genua naribus sitis. Molas de quibus añ diximus: gigni putãt: ubi mulier nõ ex mare: uerum ex semetipsa tantum conceperit. ideo nec animari: quia non sit ex duobus. Altricẽq; habere per se uitam illã: quæ satis arboribusq; contingat: ex omnibus quæ pfectos fœtus uel tãtos & ĩnumerosos edũt. Itẽ plures cõtra natãm solidipedũ aut bisulcoꝝ.

ℂDE Murium fœtu. ℂCap. Lxv.

S Vpra cũcta est murium fœtus haud sine contatiõe dicendus. quanquã auctore

Aristotele & Alexandri Magni militibus gnatio eorum lambendo constare: non coitu dicat. Ex una genitos. cxx. tradiderunt. Apud persas uero prægnantes ueneris patiétis & utero parientis repertas. Et salis gustatu fieri prægnantes opinant. Ita desinit mirũ esse: ũde uis tãta messes populet murium agrestium. In qbus illud quoq; adhuc latet: quonãmodo illa multitudo repente occidat. Nam nec exanimes reperiunt: neq; extat qui murem hyeme in agro effoderit. Plurimi itaq; ad troadé pueniunt. Et iam inde fugauerũt accolas. Prouentus eorum siccitatibus tradunt. Et iam obituris uermiculũ in capite gigni. Aegyptiis muribus durus pilus: sicut herinaceis. Iidé bipedes ãbulant: ceu alpini. Cũ diuersi quoq; gñis coiere animalia: ita demum gñant: si tẽpus nascédi par hñt. Quadrupedum oua gignentium lacertam ore parere (ut credit uulgo) Aristoteles negat. Neq; incubant eædem oblitæ quo sint in loco enixæ: quoniam huic aĩali nulla memoria. Itaq; catuli per se erumpunt.

DE Spina hoĩs anguem nasci. Cap. Lxvi.

Anguem ex medulla hominis spinæ gigni accepimus a multis. Pleraq;.n. occulta & cæca origine ꝓueniũt: etiam in quadrupedum gñe.

DE Salamandra. Cap. Lxvii.

Sicut salamandra aĩal lacerti figura stellatum nũq̃ nisi magnis hymbribus ꝓueniés: & serenitate deficiens. Huic tantus rigor: ut ignem tactum extinguat non alio modo q̃ glacies. Eiusdem sanie: quæ lactea ore uomit: quacunq; pte corporis humani contacta toti defluunt pili. idq; quod cõtactũ é: coloré ĩ uitiliginé mutat.

DE Iis quæ nascũt ex nõ genitis: & quæ nata nihil gignũt. Cap. Lxviii.

Quædam uero gignunt ex non genitis: & sine ulla simili origine ut supradicta: & quæcũq; æstas aut uer: statũq; tẽpus anni generant. Ex iis quædã nihil gignunt: ut salamandræ. Neq; est ĩ iis genus masculinum fœmineumue. Sicut neq; ĩ ãguillis: omnibusq; quæ nec aĩal nec ouum ex sese generant. Neutrum est & ostreis genus: & cæteris adhærentibus uado uel saxo. Quæ autem p se generant sicuti infra mares ac fœminas descripta sunt: ita generant quidem ea aliquid coitu: sed imperfectum & dissimile: & ex quo nihil amplius gignat: ut uermiculos muscæ. Id magis declarant naturæ eorum: quæ insecta dicunt. Arduæ explanationis omnia: & priuatim dicato opere narranda. Quapropter ut ingenium prædictoꝝ ita & reliq̃ subtexet disertatio.

DE Sensibus aĩalium. Cap. Lxix.

Ex sensibus añ cætera homini tactus: deinde gustus. Reliqs superãt a multis. Aqlæ clarius cernunt. Vultures sagacius odorant. Liquidius audiunt talpæ obrutæ terra: tam denso atq; surdo naturæ elemento. Præterea uoce omnium in sublime tédẽte sermoné exaudiunt. & si de iis loq̃re intelligere etiã dicunt: & ꝓfugere. Auditus cui hominũ primo negatus est: huic & sermõis usus ablatus. Nec sũt natãliter surdi: ut non iidem sint & muti. In marinis ostreis auditum esse non est uerisimile: sed ad sonum mergere se solent. Ideo & siléтiũ ĩ mari piscãtibus.

Auditum & olfactum esse piscibus. Cap. Lxx.

Pisces quidem aũditus nec membra hñt nec foramina. Audire tñ eos palam est: ut patet cum plausu congregari feros ad cibum consuetudine in quibusdam uiuariis spectet. Et in piscinis Cæsaris gña piscium ad nomé uenire: quosdam sigulos. Itaq; produt etiam clarissime audire mugil: lupus: salpa: chromis: & ideo in uado uiuere. Olfactum iis esse manifestum patet. Quippe non omnes eadem esca capiũtur. & priusq̃ appetant: odorant. Quosdã & speluncis latentes salsamento illitis faucibus scopoli piscator expellit: uelut sui cadaueris agnitionem fugientes. Conueniuntq; ex alto etiam ad quosdam odores: ut sepiam ustam: & polypum: quæ ob id coguntur in nassas. Sẽtinæ quidem nauium odorem fugiunt ꝓcul. Maxime tñ piscium sãguiné. Nõ potest petris auelli polypus. Idem cunicula admota ab odore ꝓtinus resilit. Purpuræ quoq; fœtidis capiũt. Nã de reliquo aĩalium gñe quis dubitet? Cornus cerui mi

odore ſerpẽtes fugãtur. Sed maxime ſtyracis origani aut calcis aut ſulphuris formicæ necantur. Culices acida petũt: ad dulcia non aduolãt.

Tactum communem eſſe omnibus. Cap. Lxxi.

TActus ſẽſus omnibus eſt etiam quibus nullus alius. nam & oſtreis & terreſtribus uermibus. Quo exiſtimauerim omnibus ſenſum guſtus eſſe. Cur. n. alios alia ſapores appetũt? In quo uel præcipua naturæ architectiq; uis. Alia dentibus prædãt: alia ũguibus. Alia roſtri adũcitate capiũt. Alia latitudine ruũt: Alia acumine excauãt. Alia ſugunt. Alia lambũt: ſorbẽt: mãdũt: uorãt. Nec minor uarietas in pedum miſte/rio: ut rapiãt: diſtrahãt: teneãt: premant: pẽdeãt: tellurem ſcabere nõ ceſſẽt.

Quæ uenenis uiuãt: & quæ terra. Cap. Lxxii.

VEnenis capreæ & cotnices (ut diximus) pingueſcũt placidiſſima aĩalia: at ſerpẽ/tes ouis. Spectanda quidem draconum arte: aut enim ſolida hauriũt: ſi iam fauces capiũt: quæ deinde in ſemet conuoluti frãgũt ĩtus: atq; ita putamĩa excutiũt: aut ſi tenerior eſt & catuli adhuc ætas orbe apprehẽſa ſpira: ita ſẽſim uehẽmẽterque præſtringũt: ut amputata pte ceu ferro: reliquam: quæ amplexu tenet̃: ſorbeãt. Simili modo auibus deuoratis ſolidis cõtentione plurima: & cætera oſſa reuomũt. Scorpiões terra uiuũt. Serpẽtes cum occaſio eſt: uinum præcipue appetũt: cum alioquin exiguo indigeant potu. Eædem minimo & pene nullo cibo cum adſeruantur incluſæ: ſicuti aranei quoq;: alioquin ſuctu uiuentes. ideo nullum interit fame aut ſiti uenenatũ. Nam neq; caloris uim hñt: neq; ſanguinis: neq; ſudoris: quæ auiditatem naturalem ſale augent. In quo gñe omnia magis exitialia: ſi ſuum genus edere añq̃ noceãt. Cõdit in theſauros maxillarum cibum ſpongionum & ſatyrorum genus. Mox inde ſenſim ad mãdẽdũ maĩbus exprimit. Et quod formicis in ãnũ ſolẽne ẽ: his ĩ dies uel horas.

DE Cibo & potu quorũdã. Cap. Lxxiii.

VNum aĩal digitos hñtium herba alitur lepus: ſed & fruge. Solidipedes & biſulci ſues omni cibatu & radicibus. Solidipedum uolutatio propria. Serratorũ dẽtiũ carniuora ſunt omnia. Vrſi & fruge: frõde: uindemia: pomis uiuunt & apibus: cãcris etiam & formicis. Lupi ut diximus & terra in fame. Pecus potu pĩgueſcit: ideo ſal illis aptiſſimus: item ueterina. quanq̃ & fruge & herba: ſed ut bibere: ſecedunt. Ruminant præter iam dicta: ſilueſtrium cerui: cum a nobis alunt̃. Omnia autem iacentia potius q̃ ſtantia: & hyeme magis q̃ æſtate ſeptenis fere menſibus. Pontici quoq; mures ſili modo remãdunt. In potu: quibus ſerrati dentes: lambunt. Et mures hi uulgares: q̃uis ex alio gñe ſint. Quibus continui dẽtes ſorbent: ut equi: boues. Neutrũ urſi: ſed aquã quoq; morſu uorant. In africa maior ps ferarum æſtate non bibunt ĩopia hymbriũ. Quamobcauſam capti mures libyci ſi biberint moriunt̃. Orygem perpetuo ſitiẽtem africa gñat: ex nat̃a loci potu carentem cum mirabili modo ad remedia ſitiẽtiũ. Nãq; gætuli latrones eo durãt auxilio repertis ĩ corpore eorum ſaluberrimi liquoris hauſtu ueſicis. Inſidunt in eadem africa pardi condenſa arbore. occultatiq; eius ramis ĩ præ/tereuntia deſiliunt: atq; e uolucrũ cæde graſſãt̃. Feles quidem quo ſilẽtio q̃ lenibus ueſtigiis obrepunt auibus? q̃ occulto ſpeculatu in muſculos exiliunt? Excremẽta ſua effoſſa obruũt terra: intelligentes odorẽ illũ ĩdicẽ ſui eſſe.

Quæ ĩter ſe diſſideant: & quæ ĩter ſe cõueniãt. Cap. Lxxiiii.

ERgo & alios ſenſus quoſdam eſſe q̃ ſupradictos haud difficulter apparet. Sunt enim quædam iis bella: amicitiæq;. unde & affectus præter illa quæ de q̃buſq; eorum ſuis diximus locis. Diſſident olores & aquilæ. Coruus & cloreus noctu inuicem oua exquirentes. Simili modo coruus & miluus illo præripiente huic cibos. Cornices & noctua. Aquilæ & trochilus (ſi credimus) quoniam rex appellat̃ auium. Noctuæ & cæteræ minores aues. Rurſus cum terreſtribus muſtela & cornix. Turtur & pyralis. Ichneumones & ueſpæ. Phalanges & aranei. Aquaticæ anates & gauiæ. Harpæ & tri/orches accipiter. Sorices & ardeolæ ĩuicem fœtibus inſidiantes. Egithus auis minima

cum asino. Spinetis enim se scabēdi causa atterens: nidos eius dissipat. quod illa adeo pauet: ut uoce omnino rudētis audita oua eiiciat: pulli ipsi metu cadāt. Igit̄ aduolās ulcera eius rostro excauat. Vulpes & milui. Angues & mustelæ & sues. Esalon uocat̄ pua auis oua corui frangens: cuius pulli infestant̄ a uulpibus. Inuicem hæc catulos eius ipsāq; uellit. quod ubi uiderint corui: contra auxiliant̄: uelut aduersus cōmunem hostem. Et achantis ī spinis uiuit: iccirco asinos & ipsa odit flores spinæ deuorantes. Egithum uero in tātū ut sanguinem eoꝝ credant non coire: multisq; ob id ueneficiis infament. Dissident thoes & leones: et minima æque ac maxima. Formicosā arborem sorices cauent. Librat araneus se filo in caput serpētis porrectæ sub ūbra arboris suæ. tantaq; ui morsu cerebꝝ apprehendit: ut stridēs subinde: ac uertigine rotata: ne filum qdem desup pēdētis rumpere adeo non fugere queat: nec finis añ mortem est. Rursus amici pauones et columbæ: turt̄es et psitaci: merulæ et turdi: cornix et ardeolæ. Cōtra uulpiū genus communibus inimicitiis. Harpe et miluus contra triorchin. Quin et affectus īdicia sūt etiam in serpētibus immitissimo aīaliū gn̄e. Dicta sūt quæ arcadia narrat de domino a dracone seruato: et agnito uoce hominis. De aspide miraculū a Philarcho tradit̄. Is enim auctor ē: cū ad mēsam cuiusdam ueniēs ī ægypto aleret̄ assidue enixam catulos: quorum ab uno filium hospitis interēptū. Illam reuersam ad consuetudinem cibi: intellexisse culpam: & necem intulisse catulo: nec postea in tectum id reuersam.

DE Somno aīaliū. Cap. Lxxv.

SOmni quæstio nō obscuram coniectationem habet. In terrestribus omnia: quæ cor habent: dormire manifestum ē. Aquatilium quoq; exiguum quiddam: etiā qui de cæteris dubitant: dormire tamen existimant: non oculorum argumento: quia non habent genas: uerum ipsa quiete cernuntur placida ceu soporata: neq; alia q̄ caudis mouentia: & ad tumultū aliquem expauentia. De thynnis confidentius affirmat̄. Iuxta ripas enim aut petras dormiunt. Plani autem piscium in uado: ut manu sæpe tollātur. Nam & delphini balenæq; stertentes etiam audiunt̄. Insecta quoq; dormire silentio apparet: quia nec luminibus quidem admotis excitentur. Homo genitus premitur somno per aliquot menses. Deinde longior in dies uigilia. Somniat statī īfās. Nam & pauore expergiscitur: & suctum imitatur. Quidam uero nunq̄: quibus mortiferum fuisse signum contra consuetudinem somnioꝝ īuenimus exempla. Magnus hic īuitat locus & diuersis refertus documentis: utrum ne sint aliqua præscita animi quiescentis? Qua fiant ratione: an fortuita res sit ut pleraq;? Et si exemplis agatur: profecto paria fiant. A uino & a cibis proxima atq; in redormitione uana esse uisa ꝓpe conuenit. Est autem somnus nihil aliud q̄ animi in medium sese recessus. Præter hominem somniare equos: canes: boues: pecora: capras palam est. ob hoc creditur & in omnibus quæ animal pariunt. De iis quæ oua gignunt incertū est. Sed dormire ea certum. Verum & ad insecta transeamus. Hæc nanque restant immensæ subtilitatis animalia.

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER VNDECIMVS. PROOEMIVM.

DE Insectis aīalibus: ut sūt Apes: Formicæ: et huiusmodi.

RESTANT IMMENSAE SVBTILITAtis animalia: quãdo aliqui ea neq; ſpirare & ſine ſanguine eſſe etiam prodiderunt.

¶DE Inſectorꝝ gñe. ¶Cap. i.

MVlta hæc & multigena terreſtrium uolucrũq; uita. Alia pẽnata ut apes. Alia utroq; modo ut formicæ. Aliqua & pennis & pedibus carentia. Et iure omnia inſecta appellata ab inciſuris: quæ nunc ceruicum loco: nunc pectorum atq; alui præcincta ſeparant membra tenui modo fiſtula cohærentia. Aliquibus uero non tota inciſura eas ambiente rugas: ſed in aluo aut ſuperne tãtũ ĩbricatis flexiliũ uertebris: nuſq̃ alibi ſpectatiore naturæ reꝝ artificio.

¶DE Subtilitate naturæ in his. ¶Cap. ii.

IN magnis ſiquidẽ corporibus aut certe maioribus facilis officina ſeq̃ci materia fuit. In his uero tã paruis atq; tam nullis quæ ratio? quãta uis? tam ĩextricabilis perfectio. Vbi tot ſẽſus collocauit in culice? Et ſunt alia dictu minora. Sed ubi uiſum in ea prætẽdit? Vbi guſtatum applicauit? Vbi odoratum inſeruit? Vbi uero truculẽtã illam & portione maximam uocem ingenerauit? Qua ſubtilitate pennas adnexuit? Prælongauit pedum crura? Diſpoſuit ieiunam cauam uti aluum? Auidam ſanguinis & potiſſimũ humani ſitim accendit? Telum uero perfodiẽdo tergori quo ſpiculauit ingenio? Atq; ut in capaci cum cerni non poſſit exilitas: ita reciproca gñauit arte: ut fodiẽdo acuminatum pariter ſorbendoq; fiſtuloſum eſſet. Quos teredini ad pforãda robora cum ſono teſte dentes affixit? potiſſimumq; e ligno cibatum fecit? Sed turrigeros elephãtorum miramur humeros: taurorumq; colla: & truces in ſublime iactus: tigrium rapinas: leonũ iubas: cum rerum natũa nuſq̃ magis q̃ in minimis tota ſit. Quapropter quæſo ne noſtra legentes (quoniam ex his ſpernunt̃ multa) etiam relata faſtidio dãnẽt: cũ ĩ contẽplatione naturæ nihil poſſit uideri ſupuacuũ.

¶Vtrum ſpirent an habeant ſanguinem. ¶Cap. iii.

INſecta multi negarũt ſpirare id ratione perſuadentes: quoniam uiſceri ĩteriori nexus ſpirabilis nõ ineſſet. Itaq; uiuere ut fruges arboreſq;. Sed plurimũ ĩtereſſe ſpiret aliquid: an uiuat. Eadem de cã nec ſanguinem iis eſſe: qui ſit nullis carentibus corde aut iecore. Sic nec ſpirare ea quibus pulmo deſit. Vnde numeroſa quæſtionum ſeries exorit̃. Iidem enim & uocem eſſe iis negant in tanto murmure apum: cicadarũ ſono: & aliis quæ ſuis æſtimabunt̃ locis. Nam mihi contuenti ſemper ſuaſit rerum natura nihil incredibile exiſtimare de ea. Nec uideo cur magis nõ poſſint trahere animam talia & uiuere: q̃ ſpirare ſine uiſceribus. Quod etiam in marinis docuimus: q̃uis arcente ſpiritum denſitate & altitudine humoris. Volare quidem aliqua & animatu carere in ipſo ſpiritu uiuentia. Habere ſenſum uictus gñationis atq; operis & de futuro etiam curam. Et q̃uis non ſint membra: quæ uelut carina ſenſus inuehant: eſſe tamen iis auditum: olfactum: guſtatum: eximia præterea naturæ dona: ſolertiã: animum: artem: quis facile crediderit? Sãguinem non eſſe iis fateor: ſicut ne terreſtribus quidem cunctis inter ſe ſimilem quidem: ut ſepiæ in mari ſanguinis uires attramẽtũ optineat: purpurarũ generi infector ille ſuccus. ſic inſectis quiſquis eſt uitalis hũor: hic erit ſanguinis loco. Sed exiſtimatio ſua cuiq; ſit. Nobis propoſitum eſt naturas rerum manifeſtas indicare: non cauſas iudicare dubias.

¶DE Corpore eorum. ¶Cap. iiii.

INſecta ut intelligi poſſit: non uidentur neruos habere: nec oſſa: nec ſpinas: nec cartilaginem: nec pinguia: nec carnes: nec cruſtam quidem fragilem: ut quædã marina. nec iure dicetur cutis: ſed mediæ cuiuſdam inter omnia hæc naturæ corpus

arenti simile neruo mollius: in reliquis partibus siccius uerius q̄ durius. Et hoc solum iis est: nec praeterea aliud. Nihil intus nisi admodum paucis intestinum implicatum. Itaq; diuulsis praecipua uiuacitas: & partium singularum palpitatio. Quia quaecunq; est ratio uitalis: illa non certis inest membris: sed toto in corpore: minime tñ capite. Solumq; non mouet̃ nisi cum pectore auulsum. In nullo gñe plures sunt pedes. Et q̄bus ex iis plurimi: diutius uiuunt diuulsa: ut in scolopendris uidemus. Habēt autem oculos: praeterq; sēsus tactum & gustatum: aliqua & odoratum: pauca & auditum.

DE Apibus. Cap. v.

SEd inter omnia principatus apibus & iure praecipua admiratio. Solis ex eo gñe hominum cā genitis. Mella contrahunt succumq; dulcissimum atq; subtilissimum ac saluberrimum. Fauos confingunt & caeras. Illae ad usus uitae laborem tolerāt. Opera conficiunt. Rempublicā habent: consilia priuatim: ac duces gregatim. Et quod maxime mirum sit: mores habent. Praeterea cum sint neq; mansueti generis neq; feri: tamen tanta est natura rerum: ut prope ex umbra minimi aīalis incomparabile effecerit qddam. Quos efficaciae industriaeq; tātae comparemus neruos? q̄s uires? quos ratione mediusfidius uiros? hoc certe praestantioribus quo nihil nouere nisi commune. Nō sit de aīa quaestio. constet & de sanguine: q̄tulum tñ esse in tantulis potest. Aestimemus postea ingeniū.

Qui ordo naturae ī eis. Cap. vi.

HYeme condūt̃. Vnde enim ad pruinas niuesq; & aquilonum flatus pferendos uires? Sane & insecta ōnia: sed minus diu. Quae pietibus nr̄is occultata: mature tepefiūt. Circa apes aut temporum locorumue ratio mutata est: aut errauerūt priores. Cōdūt̃ a uergiliarum occasu: sed latent ultra exortum. Adeo non ad ueris initium ut dixere: nec ut quisq̄ in italia de alueis existimat. Añ fabas florētes non exeūt ad opera & labores. nullusq; (cum per caelum licuit) ocio perit dies. Primū itaq; fauos cōstruūt. caeram fingūt: hoc est domos cellasq; faciunt. Deinde sobolē: postea mella: caeram ex floribus. Melligenem a lachrymis arborum quae glutinum pariūt salicis ulmi arūdīs succo: gummi: resina. Iis primum alueum ipsum intus totum ut quodam tectorio illinūt: & aliis amarioribus succis contra aliarum bestiolarum auiditates. id se facturas consciae quod concupisci possit. Iis deinde fores quoq; latiores circūstruūt.

DE Vocabulis operis. Cap. vii.

PRima fundamenta operis metyn uocant periti: secunda pissocaeron: tertia propolin. Inter coria caerasq; magni ad medicamina usus. Metys crusta est pria saporis amari. Pissocaeros super eam uenit picantium modo ceu dilucior caerae initiū populorumq; mitiore gūmi. Propolis crassioris iam materiae additis floribus. nundū tamē caera: sed fauoꝶ stabilimentum: qua omnes frigoris aut iniuriae aditus obstruūt̃: odore etiā nunc graui: ut qua plerіq; pro galbano utant̃. Praeter haec conuehet̃ rhithace quam alii sandaracam: alii caerinthum uocant. Hic erit apum dum operant̃ cibus: q saepe inuenit̃ in fauorum inanitatibus sepositus: & ipse amari saporis: sed plenus humoris cibus. Gignitur autem rore uerno: & arborū succo gummi modo: africi mīor: austri flatu nigrior: aquilonibus melior & rubens. Plurimum in graecis nucibus Menecrates florem ait esse futurae messis indiciū: sed nemo praeter eū.

Ex qbus floribus opera fiant. Cap. viii.

CAeras ex omnium arborum satorumq; floribus confingunt: excepta rumice & chenopode. Herbarum haec gñа. Falso excipitur spartum. quippe cum hispania multa in spartariis mella herbam eam sapiunt. Falso & oleas excipi arbitror. quippe oliuae prouentu plurima examina gigni certum ē. Fructibus nullis nocetur. Mortuis ne floribus quidem non modo corporibus insidunt. Operant̃ intra. lx. passus. Et subinde consūptis in proximo floribus: speculatores ad pabula ulteriora mittunt. Noctu deprehensae in expeditione excubant supinae: ut alas a rore ptegāt.

DE Amatoribus earum. Cap. ix.

NE quis miretur amore earum captos Aristomachum solésem duo de.xl.annis nihil aliud egisse. Hyliscum uero thasium in desertis apes colentem Agrium cognominatum: qui ambo scripsere de iis. ¶Ratio operis. ¶Cap.x.

RAtio operis: interdiu statio ad portas more castrorum. Noctu qes in matutinũ donec una excitet omnes gemino aut triplici bombo: ut buccino aliquo. Tunc uniuersæ prouolant: si dies mitis futurus est. Prædiuinant.n.uentos hymbresq; : & tunc se continent tectis. Itaq; temperie cæli (hanc.n.inter præscita hñt) cum agmen ad opera processit: aliæ flores aggerunt pedibus: aliæ aquam ore: guttasq; lanugine totius corporis. Quarum adolescentiores ad opera exeunt: & supradicta conuehunt. Seniores intus operant̃. Quæ flores comportant: prioribus pedibus fœmina onerant propter id natã scabra: pedes priores rostro. totæq; onustæ remeant sarcina pandatæ. Excipiunt eas ternæ: quaternæq; exonerãt. Sunt enim intus quoq; officia diuisa. Aliæ struunt. Aliæ poliunt. Aliæ suggerunt. Aliæ cibum comparant ex eo: quod allatum ẽ. Neq; .n. sepatim uescũt: ne inæqlitas operis aut cibi fiat & temporis. Struunt rursus ea orsa concameratione alui. textumq; uel usq; ad summa tecta deducunt: limitibus binis circa singulos actus: ut aliis ĩtrẽt: aliis exeant. Faui supiore pte affixi: & paululũ etiam lateribus simul hærent: & pendent una. alueum non contingunt: nunc obliqui: nunc rotũdi qualiter poscit alueus. Aliquando & duorum generum: cum duo examĩa concordibus populis dissimiles habuere ritus. Ruentes cæras fulciunt pilaꝝ instar ĩte-rius a solo fornicatis: ut sit aditus ad sarciẽdum. Primi fere tres uersus ĩanes struũt: ne promptum sit quod inuitet furantem. Nouissimi maxime implẽtur melle: ideoq; auerso alueo faui eximunt̃. Gerulæ secundos flatus captant. si cooriat̃ procella: ap-prehensis pedusculo lapillis se librant. Quidam in humeros eum imponi tradunt. Iuxta uero terram uolant in aduerso flatu uepribus hebetato. Mira obseruatio operis. Cessantiũ inertiam notant: castigant: mox & puniunt morte. Mira mundicia. Amo-liunt̃ omnia e medio. nullæq; inter opera spurciciæ iacent. Quin & excrementa opã-tium intus ne longius recedant: unum congesta in locum turbidis diebus & operis ocio egerunt. Cũ aduesperascit: ĩ alueo strepũt minus ac minus: dõec una circũuolet: eodem quo excitauit bombo: ceu quietem capere imperans. Et hoc castrorum more. Tunc repẽte õnes cõticescũt. Domos primum plebeiis exædificãt: deĩde regibus.

¶DE Fucis. ¶Cap.xi.

SI sperat̃ largior prouẽtus: adiiciunt̃ contubernia & fucis. Hæ cellarum minimæ: sed ipsi maiores apibus. Sũt autem fuci sine aculeo uelut imperfectæ apes: no-uissimæq; a fessis & iam emeritis inchoatæ: serotinus fœtus & quasi seruitia uerarum apum. Quamobrem imperant iis: primosq; in opera expellunt: tardantes sine clæ-mentia puniunt. Neq; in opere tantum: sed in fœtu coadiuuant eas: multum ad calorem conferente turba. Certe quo maior eorum fuerit multitudo: eo maior fiet ex-aminum prouentus. Cum mella cœperint maturescere: abigunt eos. Multæ singulos aggressæ trucidant. Nec id genus nisi uere conspicit̃. Fucus ademptis alis in alueum reiectus ipse cæteris adimit. Regias imperatoribus futuris in una parte aluei extruũt amplas: magnificas: separatas: tuberculo eminentes. Quod si exprimat̃: non gignũt soboles. Sexangulæ omnes cellæ: a singulorum eæ pedum opere. Nihil hoꝝ statuto tp̃e: sed rapiunt diebus serenis munia. & melle uno alteroue summũ die cellas replẽt.

¶Quæ natura mellis. ¶Cap.xii.

UEnit hoc ex aere: & maxime syderum exortu. præcipueq; in ipso syrio explẽdente fit: nec omnino prius uergiliarum exortu sublucanis temporibus. Itaque cum prima aurora folia arborum melle roscida ĩueniũt̃. Ac siqui matutĩo sub diuo fuere: unctas liquore uestes: capillumq; concretum sentiunt. Siue ille est cæli sudor: siue quædã syderum saliua: siue purgantis se aeris succus: siue aquæ est & purus aclíqdus & suæ naturæ: q̃lis defluit primo. Nunc uero e tanta cadens altitudine: multumque

dum uenit sordescẽs & obuio terræ halitu infectus præterea a frõde ac pabulis potus: & ĩ uterculos congestus apũ. Ore enim eũ uomũt. Ad hæc succo florum corruptus & alueis maceratus: totiensq; mutatus: magnam tñ cælestis naturæ uoluptatẽ affert.

¶Quæ optima mella. ¶Cap. xiii.

Ubi optimus semper: ubi optimorum doliolis florum condit. Atticæ regionis hic & siculæ hymeto & hybla ab locis: mox callimne insula. Est autem initio mel ut aqua dilutum: & primis diebus feruet ut musta: seq; purgat. Vicesimo die crassescit. Mox obducitur tenui membrana: q̃ feruoris ipsius spuma concrescit. Sorbet optimũ & minime frõde infectũ e quercus tiliæ arundinũ foliis.

¶Quæ gña mellis in singulis. ¶Cap. xiiii.

Summa quidẽ bonitatis natiõe cõstat (ut supradiximus) pluribus modis. Aliubi enim faui cæra spectabiles gignunt: ut in pelignis: sicilia. Aliubi mellis copia: ut in creta: cypro: africa. Aliubi magnitudine: ut in septentrionalibus: uiso iam in germania octo pedum longitudinis fauo: in caua parte nigro. In quocũq; tñ tractu terna sũt mellis gña. Vernum ex floribus constructo fauo: quod ideo uocat anthinũ. Hoc qdam attigi uetant: ut largo alimento ualida exeat soboles. Alii ex nullo minus apibus relĩquũt: quoniam magna sequat ubertas magnorum syde℞ exortu. Præterea solstitio cum thynnis & uua florere incipiũt: præcipua cellarum materia. Est autem in eximendis fauis necessaria dispensatio: quoniam inopia cibi desperant: moriuntq;: aut effugiũt. Contra copia ignauiam affert. Maciem melle non rhithace pascũt. Qui autem sunt diligentiores: ex hac uindemia duodecimam partem apibus relinquunt. Dies statutus inchoandi ut quadam lege naturæ si scire: aut obseruare homĩes uelint: tricesimus ab educto examine. fereq; maio mẽse includit hæc uindemia. Alte℞ genus ẽ mellis æstiui: quod ideo uocat horeum a tempestiuitate præcipua ipso syrio explen-descente post solstitium diebus. xxx. fere. Immẽsa circa hoc subtilitas naturæ morta-libus patefacta est: nisi fraus hominũ cuncta pernicie corrumperet. Namq; ab exortu syderis cuiuscunq;: sed nobilium maxime aut cælestis arcus si non sequant hymbres: sed ros tepescat solis radiis: medicamẽta non mella gignũt oculis ulceribus: ĩternisq; uisceribus dona cælestia. Quod si seruet hoc syrio exoriente: casuq; congruat in eũdẽ diem: ut sæpe ueneris aut iouis mercuriiue exortus non alia suauitatis: usuq; morta-lium malis a morte uocandis q̃ diuini nectaris fiat.

¶Quomõ ꝓbent mella. ¶Cap. xv.

Mel plenilunio uberius capit: serena die pĩguius. In omni melle quod p se fluxit: ut mustum oleumq;: appellatq; tacitum: maxime laudabile est. Aestiuũ õne rutilum ut diebus confectum siccioribus. Aptissimum in æstimatione e thymo coloris aurei: saporis gratissimi: cum sit palam doliolis pingue: marino e rore spissũ. Quod concrescit autem: hoc minime laudat. Thymosum non coit: & tactu prætenuia fila mittit. Quod primum grauitatis argumentum est: abrumpi statim & resilire guttas: uilitatis indicium habet. Sequens probatio ut sit odoratum & ex dulce reglutinosum perlucidum. Aestiua mellatione decimam partem Thasio Dionysio apibus relinqui placet: si pleni fuerint aluei. Si minus ꝓ rata portiõe: aut si inanes: omnino nõ attigi. Huic uindemiæ attici signum dedere initiũ caprificialẽ diẽ Vulcano sacrum.

¶DE Tertio gñe mellis: & quomõ Apes ꝓbet. ¶Cap. xvi.

Tertium genus mellis minime probatum: siluestre quod ericeum uocant. Cõue-hit post primos autumni hymbres cum erica sola floret in siluis: ob id arenoso simile. Gignit id maxime arcturi exortu a pridie idus septembris. Quidam æstiuam mellationem ad arcturi exortum proferunt: quoniam ad æquinoctium autumni ab eo supersunt dies. xiiii. Et ab æqnoctio ad uergiliarum occasum diebus. xlviii. Plurimi syderitẽ: atheniẽses tetradicẽ appellãt: euboea sisarum: putãtq; apibus esse gratissimã: fortassis quia tunc nulla alia sit copia. Hæc ergo mellatio fine uindemiæ & uergilia℞

occasu idibus nouēbris fere includitur. Reliqui ex ea duas partes apibus rō ꝑsuadet: & semper eas partes fauorum: quæ habeant rhitacem. A bruma ad arcturi exortum diebus.lx.somno aluntᷣ sine ullo cibo. Ad arcturi exortum ab æquinoctio uerno tepidiore tractu iam uigilant. Sed etiam tunc alueo se continent: seruatosq; in id tempus cibos repetunt. In italia uero hoc idē a uergiliarum exortu faciunt: & in eū dormiūt. Alueos qdā in eximēdo melle expendunt: ita dirimentes quantum relinquant. Aeqtas etiam in eis obstringitᷣ. Feruntq; societate fraudata alueos mori. In primis præcipitur ut lauti puriq; eximant mella. Furem & mulierum menses odere. Cum eximuntᷣ mella: apes abigi fumo utilissimum: ne irascantur: aut ipsæ auidæ uorent. Fumo crebriore etiā ignauia eaꝝ excitatur ad opera. Nā ubi incubauere: fauos liuidos faciunt. Rursus nimio fumo inficiuntᷣ: quarum iniuriam celerrime sentiunt mella: uel minimo contactu roris acescentia. Et ob id inter gñа seruatᷣ quod acarnon uocant. Album mel nō fit quod bithymum est: sed oculis & ulceribus aptissimum. Fœtus quonammodo ꝓgenerarent: magna inter eruditos & subtilis quæstio fuit. Apum.n.coitus uisus est nunq̃. Plures existimauere oportere confici floribus compositis: apte atque utiliter. Aliqui coitu unius: qui rex in quoq; appelletᷣ examine. Hunc esse solū marē præcipua magnitudine: ne fatiscat. Ideo fœtum sine eo non edi: apesq; reliquas tanq̃ marem fœminas comitari: non tanq̃ ducem. Quam probabilem alias sententiam fucorum euentus coarguit. Quæ enim rō ut idem coitus alios perfectos: imperfectos generet alios? Propior uero prior existiatio fieret: ni rursus alia difficultas occurreret. Quippe nascuntᷣ aliquando in extremis fauis apes grandiores: quæ cæteras fugant. Oestrus uocatᷣ hoc malum: quonam modo nascens: si ipsæ se fingunt? Quod certum ē: gallinarum modo incubant. Id quod exclusum est primum uermiculus uidetur candidus iacens transuersus: adhærensq; ita: ut pascere uideatᷣ. Rex statī mellei coloris ut electo flore ex omni copia factus: neq; uermiculus: sed statim penniger. Cætera turba cum formam capere cœpit nymphæ uocantᷣ: ut fuci sirenes atq; cephenes. Siqs alterutris capita demat: priusq̃ pēnas habeant: pro gratissimo sunt pabulo matribus. Tempore procedente īstillant cibos: atq; incubant tum maxime murmurantes caloris ut putāt faciendi gr̃a necessarii excludendis pullis: donec ruptis membranis quæ singulos cingunt: ouorum modo uniuersum agmen emergat. Spectatum hoc romæ consularis cuiusdam suburbano alueis cornu laterne translucido factis. Fœtus intra.xlv.diem peragitᷣ. Fit in fauis quibusdam qui uocatᷣ clerus amaræ duricia cæræ: cum fœtum īde non eduxere morbo aut ignauia: aut in fœcunditate naturali. Hic est abortus apum. Protinus autem educti operantᷣ quadam disciplina cum matribus. Regemq; iuuenē æqualis turba comitatᷣ. Reges plures inchoantᷣ nec desunt. Postea ex iis soboles cum adulta esse cœpit concordi suffragio teterrimos negant: ne distrahant agmina. Duo autem gñа eorum: melior niger: uariusq;. Omnibus forma semper egregia: & duplo q̃ cæteris maior. Pennæ breuiores: crura recta: ingressus celsior. In fronte macula quodā diademate cādicās. Multū etiam nitore a uulgo differunt.

¶Quæ regiminis rō. ¶Cap.xvii.

QVærat nūc aliquis: unus ne Hercules fuerit? et quod Liberipatris sepulchrum? & reliqua uetustatis situ obruta. Ecce in re parua: uillisq; nostris annexa: cuius assidua copia est: non constat inter auctores. Rex nullum ne solus habeat aculeum maiestate tantum armatus: an dederit eum quidem natura: sed usum esse tantum negauerit. Illud cōstat: imperatorem aculeo non uti. Mira plebeii circa eum obediētia: cum procedit una est. Totum examen circa eum conglobatᷣ. Cingit: protegit: cerni nō patitᷣ. Reliquo tempore cum populus in labore est: ipse opera intus circuit similis exhortanti solus immunis. Circa eum satellites quidam: lictoresq; assidua custodientes auctoritate. Procedit foras non nisi migraturo examine. Id multo intelligitur ante aliquot diebus murmure intus strepēte apparatus indicio diem tempestiuū elig[illegible]

Siquis alam ei detruncet: non fugiet examen. Cum processere: se quæq; proximam illi cupit esse: & in officio conspici gaudet. Fessum humeris subleuant. Validius fatigatũ ex toto portant. Siqua lassata deficit: aut forte aberrauit: odore prosequitur. Vbicũq; ille consedit: ibi cunctarum castra sunt. Tunc ostenta faciunt priuata ac publica uua dependente in domibus templisue sæpe expiata magnis euentibus. Sedere in ore infantis Platonis: tunc etiam suauitatem illam prædulcis eloquii portendentes. Sedere in castris Drusi imperatoris: cum prosperrime pugnatum apud arbalonem est: haud quaquã perpetua aruspicum coniectura: qui dirum id ostentum existimant. Semper duce prehẽso totum tenet᷑ agmen. Amisso dilabit᷑: migrantq; ad alios. Esse utiq; sine rege non possunt. Inuitæ autem interimunt eos cum plures fuere: potiusq; nascentiũ domos dirimunt. Si prouentus desperat᷑: tunc & fucos abigunt. Quanq̃ de iis uideo dubitari: propriumq; iis genus esse aliquos existimare. Sicut furibus grandissimis īter illas: sed nigris: lataq; aluo. Ita appellatis: quia furtim deuorent mella. Certum est ab apibus fucos interfici. Vtiq; regem non hñt. Sed quomodo sine aculeo nascant᷑: in quæstione est. Humido uere melior fœtus: sicco mel copiosius. Quod si defecerit alicuius aluei cibus: impetum in proximas faciunt rapinæ proposito. At illæ contra dirigunt aciem: & si custos assit: alterutra pars quem suis fauere sentit: non appetit eum. Et aliis quoq; sæpe dimicãt causis: easq; acies cõtrarias duo īperatores īstruũt. Maxĩa rixa & ī cõuehẽdis floribus exorta: & suos qbusq; euocãtibus. Quæ dimicatio iniectu pulueris aut fumo tota discutit᷑. Recõciliãt᷑ uero lacte: uel aq̃ mulsa.

¶DE Gñe Apum: & quæ inimica apibus. ¶Cap. xviii.

Apes sunt & rusticæ siluestresq;: horridæ aspectu: multo iracũdiores: sed opere ac labore præstantes. Vrbanarum duo gña. Optimæ breues: uariæq;: & ī rotũditatẽ compactiles. Deteriores longæ: & qbus similitudo uesparum: etiamnũ deterrimæ ex iis pilosæ. In põto sunt quædam albæ: quæ bis in mense mella faciunt. Circa thermodoontem autem fluuium duo gña. Aliarum quæ in arboribus mellificãt. Aliarũ quæ sub terra: triplici cærarum ordine uberrimi prouentus. Aculeum apibus nat̃a dedit uẽtri consertum: ad unum ictum hoc infixo. Quidam eas statim emori putant. Aliq nõ nisi intantum adacto: ut intestinum sæpe assequat᷑. Sed fucos postea esse: nec mella facere: uelut castratis uiribus. Pariterq; & nocere & prodesse: dein desinere. Est ī exẽplis equos ab iis occisos. Odere fœdos odores. procul fugiunt: sed & infectos. Itaq; ũguẽta redolentes infestant. Ipsæ plurimorum aĩalium iniuriis obnoxiæ. Impugnant eas naturæ eiusdem degeneres uespæ atq; crabrones: & e culicum gñe qui uocãt᷑ muliones. Populant᷑ hirundines & quædam aliæ aues. Insidiant᷑ aquantibus ranæ: quæ maxima earum est operatio: tum cum sobolem faciunt. Nec eæ tãtum quæ stagna riuosq; obsidẽt: uerũ & rubetæ ueniunt ultro: adrepẽtesq; floribus opertas sufflant ab hoc spatio prouolant: confestimq; abripiunt᷑. nec sẽtire ictus apium ranæ tradunt᷑. Inimicæ & oues: difficile se e lanis earũ explicantibus. Cancrorum etiam odore siquis iuxta coq̃t: exanimant᷑. Quin & morbos suapte natura sẽtiunt. Index eorum tristitia torpẽs. Et cum añ fores in teporẽ solis promotis aliæ cibos ministrant. Cum defunctas ꝑgerũt. Funerantiũq; more comitant᷑ exequias. Rege ac peste cõsumpto: mœret plebs ignauo dolore. Non cibos conuehunt. Non procedunt: tristi tantum murmure glomerantur circa corpus eius. Subtrahit᷑ itaq; deducta multitudĩe: alias spectantes exanimẽ luctũ non minuũt. Tũc quoq; ni subueniat᷑: fame moriũt᷑. Hylaritate igit᷑ & nitore sanitas æstimat᷑.

¶DE Moribus apum. ¶Cap. xix.

Sunt & operis morbi: cum fauos non explẽt: cleron uocant. Iidẽ blapsigoniam si fœtum non pagant. Inimica & echo ẽ resultanti sono: qui pauidas alterno pulset ictu. Inimica & nebula. Aranei quoq; uel maxime hostiles cum præualuere ut intexant: enecant alueos. Papilio etiam ignauus & inhonoratus: luminibus accensis aduolans pestifer: nec uno modo. nam & ipse cæras depascit᷑: & relinqt excrementa:

qbus teredines gignũt᷑. filis etiam araneus quacũq; ĩcesserit alarũ maxime lanugines obtexit. Nascũtur & in ipso ligno teredines: quæ cæras præcipue appetũt. Infestat & auiditas pastus nimia florũ satietate uerno maxime tẽpore aluo cita. Oleo quidẽ non apes tãtum: sed omnia insecta exanimantur: præcipue si capite ũcto in sole ponãtur. Aliqñdo & ipsæ contrahũt mortis sibi cãs: cum sẽsere eximi mella: auide uorantes. Cætero præpcæ: & quæ alioqn ꝓdigas atq; edaces nõ secus ac pigras & ignauas pturbẽt. Nocent & sua mella ipsis. illitæq; ab aduersa pte moriunt᷑: tot hostibus: tot casibus. & quota portione eorum commemorata: tam munificum animal expositum est. Remedia dicemus suis locis. Nũc.n. sermo de naťa ẽ.

DE Cõtinẽdis apibus: & quomõ reparẽt᷑. Cap.xx.

GAudent plausu atq; tinnitu æris. eoq; conuocant᷑. quo manifestum ẽ auditus quoq; ĩesse sẽsũ. Effecto opere: educto fœtu fũctæ munere õni: exercitationẽ tñ solemnem hñt. Spatiatæq; in apto: & in altum datæ gyris uolatu editis tum demum ad cibum redeunt. Vita eis lõgissima: ut prospere inimica ac fortuita cedant: septenis annis uniuersa. Alueos nunq̃ ultra decem annos durasse prodit᷑. Sũt q mortuas si intra tectũ hyeme seruẽt᷑: deinde sole uerno torreant᷑ ac ficulneo cinere toto die foueãt᷑: putẽt reuiuiscere. In totum uero amissas reparari uentribus bubulis recẽtibus cũ fimo obrutis. Virgilius iuuẽcoꝝ corpore exanimato: sicut equoꝝ uespas atq; crabrones: sicut asinorum scarabeos mutante naťa ex aliis quædam in alia. Sed hoꝝ omnium coitus cernũt᷑. & tñ ĩ fœtu eadem prope naťa quæ apibus.

DE Vespis & Crabronibus. Cap.xxi.

VEspæ in sublimi e luto nidos faciunt & in iis cæras: crabrones cauernis ac sub terra. Et hoꝝ omnium sexangulæ cellæ. Cætera autem cortice. Araneis fœtus & ipse inæq̃lis ut barbarus. alius euolat. alius ĩ infantia est. alius ĩ uermiculo. Et autũno non uerno omnia ea. Plenilunio maxime crescunt. Vespæ quæ ichneumones uocant᷑ (sũt autem minores q̃ aliæ) unum genus ex araneis pimũt phalangium appellatum. & in nidos suos ferũt. deĩde illinunt. & ex iis incubando suũ genus procreant. Præterea omnes carne uescũt᷑ cõtra q̃ apes: quæ nullum corpus attingũt. Sed uespæ muscas grandiores uenant᷑. & ãputato iis capite: reliquũ corpus auferũt. Crabronũ siluestres in arborum cauernis degũt. Hyeme ut cætera insecta condũt᷑. Vita bimatũ nõ trãsit. Ictus eorum haud temere sine febri non est. Auctores sũt ter nouenis pũctis interfici hominẽ. Alioꝝ qui mitiores uident᷑ duo gña. Opifices minores corpore q moriũtur hyeme. Matres: quæ biennio durant. ii & clæmẽtes. Nidos uere faciũt fere q̃drifores: ĩ qbus opifices gñent᷑. Iis educatis: alios deinde nidos maiores fingũt: in qbus matres futuras producãt. Iam tũc opifices fũgũt᷑ munere: & pascũt eas. Latior matꝝ species: dubiumq; an hẽant aculeos: qa non egrediũt᷑. Et his sũt sui fuci. Quidam opinantur omnibus his ad hyemẽ decidere aculeos. Nec crabronum autem nec uespaꝝ gñi reges aut examĩa: sed subĩde renouat᷑ multitudo sobole.

DE Bombicibus: & Bombyli: & Necydalo: & quis primus bombicinam uestem inuenerit. Cap.xxii.

QVartum inter hæc genus ẽ bombicum ĩ assyria proueniẽs: maius q̃ supradicta. Nidos luto fingunt salis specie applicatos lapidi: tãta duricia: ut spiculis pforari uix possint. In iis & cæras largius q̃ apes faciũt. Deĩde maiorem uermiculum. Et alia hoꝝ origo. Ea grãdiore uermiculo gemina ꝓtẽdẽs sui gñis cornua. Hi erucæ sũt. Fit deĩde quod uocat᷑ bõbylis: ex ea necydalus: ex hoc in sex mẽsibus bõbices. Telas araneorum mõ texũt ad uestem luxumq; fœminarum: quæ bõbicina appellat᷑. Prima eas retorqueri rursusq; texere inuenit: in co mulier Pamphile Platis filia non fraudãda gloria excogitatæ rõnis: ut denudet fœminã uestis bõbicina.

DE Bõbice coa. Cap.xxiii.

ET ĩ co insula nasci tradũt᷑ cupressi: terebinthi: fraxini. Quercus florẽ hymbribus

decussum tertæ halitu animante. Fieri autem primo papiliões puos:nudosq; . Mox frigoꝝ impatiẽtia uillis inhorrescere:& aduersus hyemẽ tunicas sibi instaurare dẽsas: pedum aspitate radẽte foliorum lanuginẽ in uellera. Hãc ab his quoq; cogi subigiq; unguium carminatione:mox trahi inter ramos:tenuari ceu pectine. Postea apprehẽsã corpori inuolui nido uolubili. Tũc ab homine tolli:fictilibusq; uasis tepore & furfuꝝ esca nutriri. Atq; ita subnasci sui gñis plumas:quibus uestitos ad alia pẽsa dimitti. Quæ uero capta sint lanificia hũore lẽtescere:mox in fila tenuari iũceo fuso. Nec pu/duit has uestes etiam uiros lenitate usurpare ꝓpter onera æstiua. In tantum a lorica gerẽda discessere mores:ut oneri sit etiã uestes. Assyria tñ bõbice adhuc fœmis cedius.

¶DE Araneis & gñatiõe eorum. ¶Cap.xxiiii.

ARaneoꝝ his nõ absurde iungať natura : digna uel præcipue admiratiõe . Plura autem horum sunt gña:nec dictu necessaria in tanta notitia . Phalangia ex iis appellantur.quorum noxii morsus:corpus exiguum:uarium acuminatum: ad saltũ ingrediẽtium. Altera eorum species nigri prioribus cruribus longissimis.omnibus in/ternodia terna in cruribus lupoꝝ mõ. Minimi non texunt. Maiores in terra cauernaꝝ exigua uestibula præpãdunt. Tertium eorundem genus erudita operatiõe cõspicuũ. Ordiť telas: tantiq; operis materiæ uterus eius sufficit : siue ita corrupta alui natura statuto tempore ut Democrito placet:siue est intus quædam lanigera fertilitas: tam moderato ungue:tam tereti filo & tam æqli deducit stamina ipso se põdere usus. Te/xere a medio incipit circinato orbe subtemina adnectens : maculasq; paribus semper interuallis: sed subinde crescentibus ex angusto dilatans indissolubili nodo ĩplicat. Quanta arte celant pedicas scutulato rete ad capiendas muscas circa grassantes? q̃ nõ ad hoc uideť ptinere crebra tapexitas telæ: & quadam politura artis:ipsa p se tenax rõ textrinæ? q̃ laxus afflatus ad non respuenda quæ ueniant? sinus derelicto laxo prætẽti summa pte:ut arbitrari liceat illa:quæ difficile cernunť:atq; ut in plagis lineæ offẽsæ præcipitanť in sinum. Specus ipsæ qua cõcameratæ architectura? & cõtra frigora q̃to uillosior? q̃ remotus a medio aliudq; agẽti similis? Inclusus uero sic ut sit nec ne ĩtus aliquis cerni non possit. Age firmitas q̃ta irrumpẽtibus uẽtis ? q̃ puluerum mole de/grauãte? Latitudo telæ sæpe inter duas arbores cum exercet artem & discit texere. Lõ/gitudo fili a culmine: ac rursus a terra p illud ipsum uelut reciprocatio : subitq; pit̃er ac fila deducit. Cum uero captura incidit:q̃ uigilans & patus ad cursum? Licet extrẽa hæreat plaga semper in medium currit:ex quo sic maxime totum concutiẽdo ĩplicet. Scissa protinus reficit ad polituram sarciens. Nanq; & lacertarum catulos uenantur. hos primum tela inuoluentes:& tunc demum labra utraq; morsu apprehendentes ã/phitheatrali spectaculo cum contingit. Sunt & ex eo auguria. Quippe ĩcremẽto ãniũ futuro:telas suas altius tollunt. Iidem sereno non texunt:nubilo texunt. Ideoq; mul/tæ araneæ hymbrium signa sunt. Fœminam putant esse quæ texat:marem q uenatur. Ita paria fieri merita. Cõiugio aranei conueniunt clunibus. Pariunt uermiculos ouis similes. Nam nec differri horum geniťa põt:quoniam insectorum uix ulla alia nar/ratio ẽ. Pariunt autem omnia in telas expansa:quia saliunt atq; ita emittunt. Phalã/gius tãtum in ipso specu incubat magno numero. Qui ut emerserit:mrẽm consumit: sæpe & pr̃em. Adiuuat enim ĩcubare. Pariũt autem & tricenos: cæteræ pauciores. Et ĩ/cubant triduo. Consumũtur aranei quater septenis diebus.

¶DE Scorpionibus. ¶Cap.xxv.

SImiliter his & scorpiones terrestres uermiculos ouorum specie pariunt:siliterq; pimunt. Pestis importuna ueneni serpẽtiũ:nisi ꝙ grauiore supplicio lẽta p tri/duum morte conficiunt. Virginibus lætali semper ictu:& fœmis fere in totum. Viris autem in matutino exeuntes cauernis priusq̃ aliquo fortuito ictu ieiunum egerant uenenum . Sẽp cauda in ictu est:nulloq; momento meditari cessat:ne quando desit occasioni. Ferit obliquo ictu & ĩflexu. Venenum ab iis candidum fundi Apollodorus

auctor est in nouem gña descriptis p colores maxime supuacuos: quoniam nõ ẽ scire quos minime exitiales prædixerit. Geminos qbusdam aculeos esse: maresq; seuissios. nam coitum iis tribuit. Intelligi autem gracilitate & longitudine. Venenum omnibus medio die cum incanduere solis ardoribus. Itemq; cum sitiũt: inexplebiles potu. Cõstat & septena caudæ internodia seuiora esse. Pluribus. n. sena sunt. Hoc malũ africæ uolucre etiam austri faciunt: pãdẽtibus brachia ut remigia subleuantes. Apollodorus idem plane quibusdam inesse pẽnas tradit. Sæpe psylli: qui reliq̃rum uenena terrarũ inuehẽtes quæstus sui cã pegrinis malis impleuere italiam: hos quoq; importare conati sunt. sed uiuere intra siculi cæli regionẽ non potuere. Visunt̃ tñ aliq̃do in italia: sed innocui: multisq; aliis in locis: ut circa farum in ægypto. In scythia interimũt etiã sues: alioquĩ uiuaciores contra uenena talia. Nigras quidem celerius si in aquam se ĩmerserit. Homini icto putat̃ esse remedio ipsorũ cinis potus in uino aut oleo mersus. Magnam aduersitatem cum stellionibus putant esse: innocuos duntaxat iis: q & ipsi carent sanguine lacertarum figura. Atq; scorpiones in totum nulli nocere: qbus non sit sanguis. Quidam & ab ipsis fœtum deuorari arbitrant̃. Vnum modo relinq solertissimũ: & q se ipsius mr̃is clunibus imponendo tutus & a cauda & a morsu loco fiat. Hũc esse reliquoꝝ ultorẽ: q postrẽo genitores cõficiat supne. Pariũt̃ autẽ ũdeni.

DE Stellionibus. Cap. xxvi.

Hameleonum stelliones quodammodo naturã hñt rore tãtũ uiuẽtes: præterq; araneis. Sĩlis cicadis uita: q̃ꝝ duo gña. Minores quæ primæ proueniunt: quæue sunt mutæ: & nouissime pereũt. Sunt autem multæ. Sequens est uolatura. Quæ canunt uocant̃ achetæ: & quæ minores ex iis sunt tettigometræ. Sed illæ magis canoræ. Mares cãtãt in utroq; gñe: fœminæ silẽt. Gẽtes uescũt̃ iis ad oriẽtẽ: etiam pthi opibus abũdãtibus. Añ coitum mares præferũt: a coitu fœminas: ouis earum corruptis quæ sunt cãdida. Coitus supinis. Asperitas præacuta in dorso: q̃ excauãt fœturæ locum in terra. Fit primo uermiculus. Dein ex eo quæ uocat̃ tettigometra: cuius cortice rupto circa solstitia euolant: noctu semp. Primum nigræ atq; duræ. Vnum hoc ex iis quæ uiuũt: & sine ore est. Pro eo q̃ddam aculeatum linguis simile. & hoc in pectore: quo rorem lambũt. Pectus ipsum fistulosum. Hoc canunt achetæ ut diximus. De cætero ĩ uentre nihil est. Excitatæ cum subuolant: humorem reddunt. quod solum argumẽtũ est: rore easdem ali. Iisdem solis nullum ad excremẽta corporis foramẽ. Oculis tam hebetes: ut siquis digitum contrahẽs ac remittẽs iis appropinquet: trãseãt uelut folia. Quidam duo alia gña faciũt earum. Surculariam quæ sit grãdior: frumẽtariam quã alii auenariam uocant. Apparet. n. simul cũ frumẽtis arescẽtibus.

DE Cicadis. Cap. xxvii.

Icadæ non nascũt̃ in raritate arboꝝ. Iccirco non sũt cyrenis circa oppidũ: nec ĩ campis: nec in frigidis aut ũbrosis nemoribus. Est quædam & iis locoꝝ differẽtia. In milesia regione paucis sũt locis. Sed in cephalenia amnis quidam penuriã eaꝝ & copiã dirimit. At in regio agro silent omnes. Vltra flumen in locris canunt. Pẽnaꝝ illis natura quæ apibus: sed pro corpore amplior.

DE Pẽnis ĩsectoꝝ: & Scarabeis: & reliq̃s scarabeoꝝ generis. Cap. xxviii.

Nsectoꝝ quædam binas gerũt pẽnas ut muscæ: quædam q̃ternas ut apes. Mẽbranis ut cicadæ uolant. Quaternas habent quæ aculeis in aluo armant̃. Nullũ cui telum in ore: pluribus q̃ binis aduolat pennis. Illis enim ultionis cã datũ: & his auiditatis. Nullis eorum pennæ reuiuiscũt auulsæ. Nullum cui aculeus in aluo: bipẽne est. Quibusdam pennaꝝ tutelæ crusta superuenit: ut scarabeis. Quorum tenuior fragiliorq; penna: iis negatus aculeus. Sed in quodam gñe eorum grandi cornua prælonga bisulcis dentata forficibus in cacumine (cum libuit) ad morsum coeuntibus. Infantum remediis etiam ex ceruice suspendũt̃. Lucanos uocat hos Nigidius. Aliud rursus eoꝝ genus q e fimo ingentis pilas auersi pedibus uolutant. puosq; in iis cõtra

rigorem hyemis uermiculos fœtus sui nidulant. Volitant alii magno cū murmure
aut mugitu. Alii focos & prata crebris foraminibus excauant nocturno stridore uoca/
les. Lucent ignium mō noctu laterꝝ & clunium colore lampyrides: nunc pennarum
hiatu refulgētes: nūc uero compressu obumbratæ non ante matura pabula: aut post
defecta conspicuæ. Econtrario tenebrarum alumnæ blattæ uitam lucemq; fugiunt in
balneis maxime humido uapore ꝓgnatæ. Fodiūt ex eodem gn̄e rutili atq; prægrandes
scarabei tellurem aridam: fauosq; puæ & fistulosæ modo spongiæ medicato melle
fingūt. In thraciæ ptibus iuxta olympum locus ē puus: in quo unū hoc aīal exāimat:
ob hoc cantharolethrus appellatus. Pennæ insectis ōnibus sine scissura. Nulli cauda:
nisi scorpioni. Hic eoꝝ solus & brachia habet: & in cauda spiculū. Reliquoꝝ qbusdā
aculeus in ore ut asilo: siue tabanum dici placet. Item culicibus & quibusdam muscis.
Omnibus autem his in ore & pro lingua sunt hi aculei. quibusdam hebetes: neq; ad
punctum: sed ad suctum: ut muscarum generi. in quo lingua euidens fistula est. Nec
sunt talibus dentes. Aliis cornicula añ oculos prætendunt ignauia: ut papilionibus.
Quædam īsecta carent pennis ut scolopēdræ. Insectorum pedes quibus sunt in obli/
quū mouēt. Quorūdā extremi longiores foris curuāt: ut locustis.

¶DE Locustis. ¶Cap. xxix.

HAe pariunt in terra dimisso spinæ caule oua cōdēsa autūni tempore. Ea durant
hyeme sub terra. Subsequēti anno exitu ueris emittunt paruas nigrantes: & sie
cruribus: pennisq; reptantes. Itaq; uernis aquis intereunt oua: sicco uere maior ꝓuē/
tus. Alii duplicem earum fœtum: geminūq; exitum tradūt. Vergiliarum exortu pere.
deinde ad canis ortū obire: & alias renasci. Quidam arcturi occasu renasci. Mori mr̄es
cum pepererint certum est uermiculo statim circa fauces innascēte: qui eas strāgulat.
Eodem tempore mares obeunt. Tam friuola ratione morientes serpentem (cū libuit)
necant singulæ: faucibus eius apprehensis mordicus. Non nascunt nisi in planis &
rimosis locis. In india ternum pedum longitudinis esse tradūt: cruribus & fœmībus
serrarum usum præbentes cum inaruerint. Est & alius earum obitus. Gregatī sublatæ
uento in maria aut stagna decidunt. Forte hoc casuq; euenit: non ut prisci existīauere:
madefactis nocturno humore alis. Iidem qppe noctibus non uolare eas propter fri/
gora tradiderūt. Ignari etiam longinq maria ab iis transiri: continuata plurium dieꝝ
profectione. Quod maxime miremur: famē quoq;: quam ꝓpter externa pabula præ/
terq; sciunt imminere. Ac dearum iræ pestis ea intelligit. Nanq; & grandiores cernūt:
& tanto uolant pennarū stridore: ut aliæ alites credant: solemq; obumbrent: sollicite
suspectantibus populis: ne suas operiant terras. Sufficiunt qppe uires. & tanq parū
sit maria trāsire: immensos permeant tractus. Diraq; messibus contegunt nube: mul/
ta contactu adurentes. Omnia uero morsu erodentes: & fores quoq; tectorum. Italiā
ex africa magna cohorte infestant: sæpe populo ad sibyllina coacto remedia cōfuge/
re: inopiæ metu. In cyrenaica regione lex est ter anno debellandi eas. Primo oua obte/
rendo: deinde fœtum: postrēo adultas. Desertoris pœna in eum qui cessauerit. Et in
lemno insula certa mensura præfinita est: quam singuli enecatarum ad magistratus
referant. Gracchulos quoq; ob id colūt aduerso uolatu occurentes earum exitio. Ne/
cari & in syria militari imperio cogunt. Tot orbis ptibus uagat id malum. Parthis &
hæ in cibo gratæ. Vox earum proficisci ab occipitio uidet. Eo loco in commissura sca/
pularum habere qsi dentes existimant. eosq; inter se terendo stridorem edere: circa
duo æqnoctia maxime: sicut cicadæ circa solstitium. Coitus locustarum: q & īsectoꝝ
omniū quæ coeunt: marem portante fœmina: in eum fœminaꝝ ultimo caudæ reflexo
tardoq; digressu. Minores autem ī ōni hoc gn̄e fœmīs mares.

¶DE Formicis n̄ratibus. ¶Cap. xxx.

PLurima insectorum uermiculum gignunt. Nam & formicæ similem ouis. Vere
& hæ ut apes communicantes laborem. Sed apes utiles faciunt cibos. Hæ cōdūt.

Ac siqs comparet onera corporibus earum:fateat͛ nullis portione uires esse maiores. Gerunt ea morsu. Maiora auersæ postremis pedibus moliu͂t͛:humeris obnixæ. Et iis reip.rō memoria:cura. Semina arrosa condu͂t:ne rursus ĩ fruges exeāt e terra. Maiora ad introitum diuidunt. Madefacta hymbre proferu͂t atq; siccant. Operant͛ & noctu plena luna. Eædem interlunio cessant. Iam in opere qui labor?quæ sedulitas?Et quoniam ex diuerso conuehu͂t altera alterius ignara:ut signa inuicem recognoscant:certi dies ad recognitionem mutuam nu͂dinis dant͛. Quæ tunc eaꝝ concursatio?q̄ diligēs? Cum obuiis quædam collocutio atq; ꝑcontatio. Silices itinere eaꝝ attritos uidemus:& in opere semitam factam:ne quis dubitet q̄libet ĩ re qd possit quātulacu͂q; sedulitas. Sepeliu͂t͛ iter se uiuētiu͂ solæ:præter hominē. Nō su͂t ĩ sicilia pēnatæ.

DE Indicis. Cap.xxxi.

INdicæ formicæ cornua erythris in æde Herculis fixa miraculo fuere. Auꝝ ex cauernis egerunt terræ:in regione septentrionaliu͂ indorum:qui dardæ uocant͛. Ipsis color felium. Magnitudo ægypti luporum. Erutu͂ hoc ab iis tempore hyberno indi furāt͛:æstiuo feruore conditis propter uaporem in cuniculis formicis: quæ tamē odore sollicitatæ ꝓuolant:crebroq; lacerāt: q̄uis præuelocibus camelis fugiētes. Tāta pernicitas feritasque est cum amore auri.

DE Diuersitate insectoꝝ. Cap.xxxii.

MVlta autem insecta & aliter nascunt͛. Atq; asilus in primis. Insidet ex rore hic raphani folio primo uere:& spissatus sole:in magnitudinem milii cogit͛. Inde oritur uermiculus puus. & tridua eruca:mox urica:quæ adiectis diebus crescit immobilis duro cortice. Ad tactum mouetur aranei. Hæc eruca: quam chrysalidem appellant:rupto deinde cortice uolat papilio.

DE Animalibus in ligno & ex ligno nascētibus. Cap.xxxiii.

SIc quædam ex hymbre gn̄ant͛ in terra:quædam & in ligno. Nec.n.& cossi tātu͂ in eo:sed etiam tabani ex eo nascunt͛:& alia ubicunq; humor ē nimius. Sic ĩtra hominē tineæ tricenum pedum:aliq̄do & plurium lōgitudine:iam in carne exanimi. uiuētium quoq; hominu͂ capillo. Qua fœditate & Sylla dictator & Alcman ex clarissimis græciæ poetis obiere. Hoc quidem & aues ĩfestat. Phasianas uero interimit:nisi puluerantes sese. Pilos hn̄tium asinum tantum immunē hoc malo credunt:& oues. Gignu͂t͛ autem & uestis gn̄e:præcipue lanicio interemptaꝝ a lupis ouium. Aq̄s quoq; q̄sdam qbus lauamur: fertiliores eius gn̄is inuenio apud auctores. Quippe cum & ceræ hoc gignant:quod animaliu͂ minimum existimat͛. Alia rursus generāt͛ sordibus aridi soli:posterioꝝ cruꝝ lasciuia petauri & auris. Alia puluere humido in cauernis uolucria.

DE Animali cui cibi exitus nō ē. Cap.xxxiiii.

EST aı̄al eiusdem tp̄is infixo semp sanguini capite uiuens:atq; ita intumescens: unum aı̄alium cui cibi non sit exitus:cum nimia dehiscit satietate alimēto ipso moriens. Nunq̄ in iumentis gignit͛:in bubus frequens:in canibus aliq̄do:in quibus omnia. In ouibus & in capris hoc solum. Aeque ē mira sanguinis & hirudinum gn̄i in palustri aqua sitis. Nāq; & hæ toto capite cōdu͂t͛. Est & uolucre canibus peculiare suu͂ malu͂:aures maxı̄e lācinās:quæ defēdi morsu non queu͂t.

DE Tineis & Culicibus & diuersitate earum. Cap.xxxv.

IDem puluis in lanis & ueste tineas creat:præcipue si araneus una includat͛. sitit enim:& omnē humorē absorbēs ariditatem ampliat. Hoc & in chartis nascit͛. Est earum genus tunicas suas trahētium quo cocleæ modo. Sed hoꝝ pedes cernu͂tur. spoliatæ expirant. Si accreuere faciunt chrysalidē. Ficarios culices caprificus generat. Cantharides uermiculi ficorum:& pyri:& peuces:& cynacanthæ:& rosæ. Venenum hoc remedia secum habet. Alæ medēt͛:quibus demptis lætale est. Rursus alia gn̄a culicu͂ acescens nat͛a gignit. quippe cu͂ & ĩ niue cādidi repiant͛:& uetustiores uermiculi in media qdē altitudı̄e rutili. nam & ipsa nix uetustate rubescit:hirti pilis:grādiores:

torpētesq;. ¶DE Pyrali siue Pyrausta. ¶Cap.xxxvi.

Gignit aliq̄ & contrarium nat͛a elementum. Siquidem in cypri ærariis fornacibus ex medio igni maioris muscæ magnitudinis uolat pēnatum q̄drupes. appellat͛ pyralis a qbusdam pyrausta. Quandiu est in igne uiuit. Cum euasit longiore paulo uolatu tunc morit͛. Hypanis fluuius in ponto circa solstitium defert acinoꝝ effigie tenues mēbranas: quibus erumpit uolucris q̄drupes supradictæ modo. nec ultra diem uiuit: unde hemerobion uocat͛. Reliquis talium ab initio ad finem septenarii sūt numeri. Culici et uermiculo ter septeni. Corpus parientibus quater septeni. Mutatiōes et in alias figuras transitus trinis aut q̄drinis diebus. Cætera ex iis pennata: autūno fere moriūt͛. Tabani qdē etiā cæcitate. Muscis hūore exāimatis: si cinere cōdāt: redit uita.

¶Historia naturæ aīalium per singula mēbra. ¶Cap.xxxvii.

ITaq; nunc p singulas ptes corporis præter iā dictas mēbratim tractetur historia. Caput hn̄t cuncta quæ sanguinem. In capite paucis aīalium nisi uolucribus apices. diuersi qdem gn̄is. Phœnici plumarum serie medio eo exeūte alio. Pauonibus crinitis arbusculis. Stymphalidæ cirro. Phasianæ corniculis. Præterea parco: atq; ab illo galerita appellata quōdam. Postea gallico uocabulo etiam legioni nomē dederat alauda. Diximus & cui plicatilē cristā dedisset nat͛a p mediū caput a rostro residentē. Et fulicaꝝ generi dedit cirros. Pico martio & gruibus arieæ. Sed spectatissimū īsigne gallinaceis corpore conserratum: nec carnem id esse: nec cartilaginem: nec callum iure dixerimus: uerum peculiare. Draconum enim cristas qui uiderit: non reperit͛. Cornua multis quidem & aq̄tilium & marinorum & serpētium uariis data sunt modis. Sed quæ iure cornua intelligant͛: q̄drupedi tantum generi. Acteonem.n.& cippum etiam in latina historia fabulosos reor. Nec alibi maior lasciuia naturæ lusit aīaliū armis. Sp̄sit hæc in ramis: ut ceruorum. Aliis simplicia tribuit ut in eodem gn̄e subulonibus ex argumento dictis. Aliorum finxit in palmas: digitosq; emisit ex iis: unde platycerotas uocant. Dedit ramosa capreis: sed pua: nec fecit decidua. Conuoluta ī āfractum arietū generi: ceu cestus daret: infesta tauris. In hoc quidem gn̄e & fœmīs tribuit. In multis tantum maribus. Rupicapris in dorsum adunca: damis in aduersum. Erecta autem rugarumq; ambitu contorta & in leue fastigium exacuta ut lyras decerēt strepsiceroti: quem addacē africa appellat. Mobilia eadem: ut aures phrygiæ armētis. Troglodytaꝝ in terram directa: quadecausa obliqua ceruice pascunt͛. Aliis singula: & hæc medio capite aut naribus: ut dximus. Iam ꝙ aliis ad incursum robusta. Aliis ad ictū pluribus modis: supina: conuersa: connexa: omnia in mucronem migrantia. In quodā gn̄e ꝓ manibus ad scabēdū corpus. Cochleis ad prætentādū iter. In corpore cornua hæc sicut cerastis: aliquando & singula. Cochleis semp bina: & ut prætendant͛: ac resiliant. Vrorum cornibus barbari septentrionales potant: urnasq; binas capitis unius cornua implent. Alii præfixa his pila cuspidant. Apud nos in lamina secta traslucēt. atq; etiam lumen inclusum latius fundunt. multasq; alias ad delicias conferunt͛: nūc tincta: nunc sublita: nunc quæ cerostrata picturæ gn̄e dicūt͛. Omnibus autem caua. & in mucrone demum concreta sunt. Ceruis tantum solida: & omnibus ānis decidua. Boū attritis ūgulis cornua ūguēdo a ruina medēt͛ agricolæ. Adeo seq̄x nat͛a ē: ut ī ipsis uiuētiū corporibus feruēti cæra flectāt͛: atq; īcisa nascētiū ī diuersas ptes torqueant͛: ut singulis capitibus q̄terna fiāt. Tenuiora fœmīs plerūq; sunt: ut in pecore. Multis ouium nulla: nec ceruarum: nec qbus multifidi pedes: nec solidipedum ulli: excepto asino indico: q uno armatus est cornu. Bisulcis bina tribuit. Nulli q superne primores hn̄t dentes. Qui putant eos ī cornua absumi: facile coarguunt͛ ceruarum natura: quæ nec dentes hn̄t: ut neq; mares: nec tamen cornua. Cæterorum ossibus adhærent. Ceruorum tantum cutibus enascunt͛. Capita piscibus portione corporum maxima: fortassis ut mergant͛. Ostrearum gn̄i nulla: nec spongiis: nec aliis fere: qbus solus ex sensibus tactus est. Quibusdam indiscretum caput est: ut cancris. In capite cunctoꝝ

animalium homini plurimus pilus. Iā qdē ꝓmiſcue maribus ac fœmīs. apud ītonſas
utiq; gentes: atq; etiam nomīa ex eo capillatis alpium incolis galliæ comatæ: ut tamē
ſit aliqua ī hoc terrarū differētia. Quippe miconii carētes eo gignūtur: ſicut in cauno
lientoſi. Et quædam aīalium natūaliter caluent: ſicut ſtrutiocameli & corui aquatici:
qbus apud græcos nomen eſt inde. Defluuium eorum in muliere raꝝ. In ſpadonibus
nō uiſum. Nec in ullo aū ueneris uſum. Nec infra cerebrum: aut infra uerticem. Aut
circa tpā: atq; aures. Caluicium uni tantum aīalium homini: præterq̄ innatum. Ca/
nicies homini tātū & equis. Sed homini ſēper a priori pte capitis: tū deīde ab auerſa.
Vertices bini homini tātum. Aliqbus capitis oſſa plana: tenuia: ſine medullis: ſerratis
pectinatim ſtructa compagibus. Perfracta non queūt ſolidari. Sed exempta modice
nō ſunt lætalia in uicem eorum ſuccedente corporea cicatrice. Infirmiſſima eſſe urſis:
duriſſima pſitacis ſuo diximus loco. Cerebꝝ omnia hn̄t animalia quæ ſanguinē. Aeq;
& ī mari quæ mollia appellauimus: quamuis careant ſanguine: ut polypi. Sed homo
portione maximum & humidiſſimum: omniumq; uiſceꝝ frigidiſſimū: duabus ſupra
ſubterq; membranis uelatum: q̄ꝝ alterutram rumpi mortiferum ē. Cætero uiri q̄ fœ/
minæ maius. Hominibus hoc ſīe ſāguīe ſīe uenis: & reliqs ſine pīgui. Aliud eſſe q̄ me/
dullam eruditi docent: quoniam coquendo dureſcat. Omnium cerebro medio inſūt
oſſicula pua. Vni hominum ī īfātia palpitat: nec roboratʼ aū primū ſermōis exordiū.
Hoc eſt uiſceꝝ excelſiſſimū: ꝓximumq; cælo capitis: ſine carne: ſine cruore: ſine ſor/
dibus. Hic hēt ſenſuum arcem. Huc uenarum omnis a corde uis tendit. Hic definit.
Hic culmen altiſſimum. Hic mentis ē regimē. Omnium autem aīalium in priora ꝓ/
num: qa & ſenſus āte nos tendūt. Ab eo ꝓficiſcitʼ ſomnus. Hinc capitis nutatio. Quæ
cerebrum nō hn̄t: non dormiunt. Ceruis in capite ineſſe uermiculi ſub līguæ īanitate
& circa articulum: qua caput iungitʼ humero numero. xx. ꝓdūtʼ. Aures homini tātum
immobiles. Ab iis Flaccoꝝ cognomīa. Nec in alia pte fœmīs maius īpēdiū margaritis
dependētibus. In oriēte qdē & uiris auꝝ geſtare eo loci decus exiſtimatʼ. Aīalium aliis
maiores: aliis mīores. Ceruis tantum ſciſſæ: ac uelut diuiſæ. Soricibus piloſæ. Sed ali/
quæ omnibus aīal dūtaxat gn̄antibus: excepto uitulo marino: atq; delphino: & quæ
cartilaginea appellauimus: & uiperis. Hæ cauernas tātū hn̄t aurium loco: præter car/
tilaginea & delphinum: quem tamen audire manifeſtum ē. Nam & cantu mulcentʼ:
& capiuntʼ attoniti ſono. Quonam mō audiāt: miꝝ. Iidem nec olfactus ueſtigia hn̄t:
cum olfaciāt ſagaciſſime. Pennatorum aīalium buboni tantum: & oto plumæ uelut
aures. Cæteris cauernæ ad auditum. Simili modo ſq̄migeris atq; ſerpētibus. In equis
& omnium iumentorum gn̄e indicia animi præferunt. Feſſis marcidæ. Nutātes paui/
dis. Subrectæ furentibus. Reſolutæ ægris. Facies homini tantū. Cæteris os: aut roſtra.
Frons & aliis. Sed homini tātum triſtitiæ: hilaritatis: clæmentiæ: ſeueritatis index in
aſſenſu eius. Supercilia homini & piter & alterne mobilia: & in iis ps animi. Negāus
an ānuimus: hæc maxime indicāt. Faſtus ſuperbia aliubi conceptaculum: ſed hic ſedē
hēt. In corde naſcitʼ: hic ſubit: hic pendet. Nihil altius ſimul abruptiuſq; inuenit in
corpore: ubi ſolitaria eſſet. Subiacent oculi ps corporis precioſiſſima: & q lucis uſu
uitam diſtinguāt a morte. Nō omnibus aīalium hi. Oſtreis nulli. Quibuſdā cōchaꝝ
dubii. Pectines. n. ſiqs digitos aduerſum hiantes eos moueat: contrahuntʼ ut uidētes.
Et olentes fugiunt admota ferramenta. Quadrupedum talpis uiſus nō eſt. Oculorū
effigies ineſt: ſiqs prætentam detrahat membranam. Et īter aues ardeolarum genera:
quos leucos uocant: altero oculo carere tradunt. Optimi augurii cum ad auſtꝝ uolāt:
ſeptētrionēue. Solui enim pericula & metus narrāt. Nigidius nec locuſtis nec cicadis
eſſe dicit. Cocleis oculorum uicem cornicula bina prætētatu adīplent. Nec lumbricis
ulli ſunt: uermiumue generi. Oculi homini tātum diuerſo colore. Cæteris ī ſuo cuiq;
generi ſiles. Et equoꝝ qbuſdam glauci. Sed ī homīe numeroſiſſime diuerſitatis atq;
differētiæ: grādiores: modici: pui: ꝓminentes: quos hebetiores putant. Conditi quos

clarissĩe cernere: sicut in colore caprinos. Præterea alii cōtuent̃ longinq̄. Alii nisi ꝑpe admota non cernunt. Multorum uisus fulgore solis cōstat nubilo die nō cernētium: nec post occasū. Alii ĩterdiu hebetiores: noctu præter cæteros cernūt. De geminis pupillis: aut qbus noxii uisus essēt: satis dixĩus. Tyberio Cæsari ĩ tenebris clariores ferūt. Ipsi aliam q̄ genitorum mortaliū fuisse natam. Orcis in tenebris clariores ferūt. Tyberio Cæsari ipsi aliā q̄ genitoꝝ mortaliū fuisse natam: ut expgefactus noctu paulisp haud alio modo q̄ luce clara contueret̃ omnia : paulatim tenebris sese obducentibus. Diuo Augusto equorum modo glauci fuere: supraq; hominẽ albicantis magnitudĩs. Quamobcausam diligentius spectari eos iracunde ferebat. Claudio Cæsari: ab āgulis candore carnoso: sanguineisq; uenis subĩde suffusi. Caio principi rigentes. Neroni nisi cum cōniueret: ad prope admota hebetes. Viginti gladiatorum paria in Caii prĩcipis ludo fuere. In iis duo omnino q contra comminationem aliquam nō cōniuerēt: & ob id inuicti. Tantæ hoc difficultatis est homini. Plerisq; uero naturale : ut nutare non cessent: quos pauidiores accepimus. Oculos unicolores nulli cum cādore oĩbus mediusculo differentes. Neq; ulla ex pte maiora indicia animi cunctis aĩalibus : sed maxĩe homini: id ẽ moderationis: clæmentiæ: misericordiæ: odii: amoris: tristitiæ : lætitiæ. Contuitu quoq; multiformes: truces: torui: flagrantes: graues: trāsuersi: limi: sūmissi: blandi. Profecto in oculis animus inhabitat. ardent: incenduntur: humectant: cohibent. Hinc illæ misericordiæ lachrymæ. Hos cū osculamur: animum ipsū uidẽur attingere. Hinc fletus & rigantes ora riui. Quis ille humor est in dolore tam fœcūdus & patus? Aut ubi reliquo tẽpore? Aĩo autẽ uidẽus. Aĩo cernĩus. Oculi ceu uasa quædā uisibilẽ eius partem accipiunt: atq; transmittūt. Sic magna cogitatio obcæcat abducto intus uisu. Sic in morbo comitiali aperti nihil cernunt animo caligante. Quin & patẽtibus dormiūt lepores: multiq; hominū: quos corybātian græci dicunt. Tenuibus multisq; membranis eos natura cōposuit: callosis cōtra frigora: caloresq; ĩ extrẽo tunicis: q̄s subĩde purificāt lachrymationū saliuis : lubricos propter ĩcursātia & mobiles. Media eorum cornea fenestrauit pupilla: cuius angustiæ non sinunt uagari incertam aciẽ: & uelut canali dirigunt: obiterq; incidentia facile declinant. aliis nigra: aliis atra: aliis ruffa: aliis glauci coloris orbibus circundatis: ut habili mixtura accipiat̃ circũiecto candore lux: & temperato repercussu non obstrepat. adeoq; iis absoluta uis speculi: ut tam parua illa pupilla totam imaginem reddat homĩs. Ea causa est: ut pleræq; alitum e maĩbus hominū oculos potissimum appetant : ꝙ effigiem suā ĩ iis cernentes: uelut ad cognata desideria sua tendunt. Veterina tātū quædā ad ĩcrementa lunæ morbos sentiunt. Sed homo solus emisso humore cæcitate liberat̃. Post uicesĩū ānū multis restitutus est uisus. Quibusdam statĩ nascentibus negatus nullo oculoꝝ uitio. Multis repente ablatus simili modo nulla præcedente iniuria. Venam ab iis pertĩgere ad cerebrum peritissimi auctores tradūt. Ego & ad stomachum crediderim. Certe nulli sĩe redundatione eius eruit̃ oculus. Morientibus illos operire : rursusq; in rogo patefacere qritiū magno ritu sacrum est. Ita more cōdito: ut neq; ab homĩe supremū eos spectari fas est: & cælo non ostẽdi nefas. Vni aĩaliū homini deprauāt̃: ūde cognomina strabonū & pætoꝝ. Ab iisdem: q altero lumĩe orbi nascerẽt̃: coclites uocāt̃. Quis pui utriq; ocelli lucini iniuriæ cognomen habuere. Nocturnorum aĩalium ueluti felium ĩ tenebris fulgent: radiantq; oculi ut contueri non sit. Et capræ lupoq; splendẽt: lucemq; iaculant̃. Vitulo marino & hyenæ ĩ mille colores transeunt subinde. Quin & ĩ tenebris multorum piscium refulgent : sicut aridi robustiq; caudices uetustate putresq;. Non cōniuere diximus: quæ non obliquis oculis: sed circũacto capite cernerẽt. Chamæleonis oculos circũagi totos tradūt. Cancri ĩ obliquū aspiciunt. Crusta fragili ĩclusis rigentes. Locustis sqllisq; magna ex pte sub eodẽ munimento præduri eminẽt. Quorum duri sunt: mĩus cernunt: q̄ quorum humidi. Serpẽtium catulis & hirūdinū pullis siqs eruat: renasci tradunt. Insectorū omniū & qbus testacea operimẽta oculi

mouent̃:ſicut q̄drupedum aures. Quibus fragilia operimenta: iis oculi duri. Omnia talia & piſces & inſecta non hn̄t genas: nec integunt oculos. Omnibus mẽbrana uitri mõ tranſlucida optendit̃. Palpebræ in genis homini utriq;. Mulieribus etiam infectæ quotidiano: tanta eſt decoris affectatio: ut tingãt̃ oculi quoq;. Alia de cã hoc natura dederat ceu uallum quoddam uiſus & ꝓminens munimentum circa occurſãtia aĩa-lia: aut alia fortuitu ĩcidentia. Defluere eas haud ĩmerito uenere abundãtibus tradũt. Ex cæteris nulli ſunt: niſi q̄bus & ĩ reliquo corpore pili. Sed q̄drupedi ĩ ſuperioribus tantum genæ. Volucribus ĩ ĩferiore. Et q̄bus molle tergus ut ſerpentibus. Et q̄drupe-dibus: quæ oua piunt: ut lacertæ. Strutiocamelus alitũ ſola ut homo utriq; palpebras habet. Nec genæ q̄dem omnibus: ideo neq; nictatiões iis: quæ aĩal gn̄ant. Grauiores alitum inferiore gena conniuent. Eædem nictant̃ ab angulis membrana obeunte. Co-lumbæ & ſilia utraq; conniuẽt. At q̄drupedes quæ oua piũt ut teſtudines: crocodili: ĩ-feriore tantum ſine ulla nictatione: ꝓpter præduros oculos. Extremum ãbitum genæ ſupioris antiq cilium uocauere: unde & ſupcilia. Hoc uulnere aliquo deductum non coaleſcit. In paucis humani corporis membris. Infra oculos malæ homini tãtũ: quas priſci genas uocabant. xii. tabularum ĩterdicto radi a fœmĩs eas uetantes. Pudoris hæc ſedes. Ibi maxĩe oſtẽditur rubor. Infra eas hilaritates riſumq; ĩdicantes buccæ. Et alti-or homini tãtum: quem noui mores ſubdola irriſione dicauere naſus. Nõ alii aĩaliũ nares eminẽt. Auibus: ſerpẽtibus: piſcibus foramĩa tantum ad olfactus: ſine naribus. Et hĩc cognomĩa ſimoꝝ ſilonũ. Septimo mẽſe genitis ſæpenumero foramĩa auriũ & nariũ defuere. Labra q̄bus brochi labeones dicti. Et os ꝓbũ duriuſue aĩal gn̄antibus. Pro iis cornea & acuta uolucribus roſtra. Eadem rapto uiuentibus adunca. Collecto recta. Herbas ruẽtibus limũq; redũca ut ſuũ generi. Lata ĩ uſum iumentis uice mãus ad colligenda pabula. Ora apertiora laniatu uiuentibus. Mentum nulli præter ho-minem: nec malæ. Maxillas crocodilus tantum ſupiores mouet. Terreſtres q̄drupedes eodem quo cæteræ more: præterq̄ ĩ obliquum. Dentium tria gn̄a. Serrati: aut cõtinui aut exerti. Serrati pectinatim coeuntes: ne contrario occurſu atterant̃: ut ſerpentibus: piſcibus: canibus. Continui ut homini: equo. Exerti apro: hippopotamo: elephanto. Continuoꝝ q digerũt cibum lati & acuti. Qui conficiunt: duplices. Qui diſcriminãt eos canini appellant̃. Hi ſunt ſerratis longiſſimi. Cõtinui aut utraq; pte oris ſunt: ut equo. Aut ſupiore primores nõ ſunt: ut bubus ouibus: omnibuſq; quæ ruminant. Capræ ſupiores nõ ſũt: præter primores geĩos. Nulli exerti q̄bus ſerrati. Raro fœmĩæ & tamen ſĩe uſu. Itaq; cum apri pcutiant: fœmĩæ ſues mordent. Nulli cui cornua ex-erti. Sed õnes ſui cõcaui. Cæteris dentes ſolidi. Piſcium omnibus ſerrati præter ſcaꝝ. huic uni aq̄tilium plani. Cætero multis eoꝝ ĩ lingua: & toto ore: ut t̃ba uulnerum molliant: quæ attritu ſubigere non queunt. Multis & in palato atq; etiam in cauda. Pꝛæterea in os uergentes: ne excidant cibi nullum habentibus retinendi amminiculũ. Siles aſpidi & ſerpentibus: ſed duo in ſuperna pte dextra leuaq; longiſſimi: tenui fi-ſtula perforati ut ſcorpionum aculei uenenum infundentes: non aliud hoc eſſe q̄ fel ſerpentium. Et inde uenis ſub ſpina ad os perueĩre: & has per uentrem deſcendere: di-ligẽtiſſimi auctores ſcribunt. Quidam unum eſſe eum: & quia ſit aduncus: reſupĩari cum momorderit. Aliq tunc decidere eum: rurſuſq; recreſcere facilem decuſſu: & ſine eo eſſe quos tractari cernamus. Scorpiõis caudæ ineſſe eũ: & pleriſq; ternos. Viperæ dẽ-tes gingiuis cõdũt̃. Hæc eadem prægnãs ueneno impreſſo dentium repulſu: uirus fũdit in morſus. Volucꝝ nulli dentes præter ueſptiliõem. Cameli ſoli ex iis: quæ non ſunt cornigera: ĩ ſupiori maxilla priores non hn̄t. Cornua habentium nulli ſerrati. Et cochleæ dentes hn̄t: indicio eſt a minimis eaꝝ deroſas uites. At in marinis cruſtata & cartilaginea priores hr̃e. Item echinis qnos eſſe: unde ĩtelligi potuerit miror. Dentiũ uice aculei inſectis. Simiæ dentes ut homini. Elephanto intus ad mandendum q̄ttuor præterq; eos q ꝓminẽt. Maſculis reflexi: fœmĩs recti: atq; proni. Muſculus marinus:

q balenā añcedit:nullos habet.Sed pro iis ſetis intus:os hirtū:& līguā etiā appellatā. Terreſtriū minutis q̄drupedibus primores bini:utrinq; longiſſimi.Cæteris cum ipſis naſcūt.Homini poſtq̄ natus ē ſeptimo mēſe.Reliqs ꝑpetui manēt.Mutant homini: leōi:iumēto:cani:& rumīātibus:ſed leoni & cani nō niſi canini appellati.Lupi dexter caninus in magnis habet operibus . Maxillares qui ſūt a caninis nullum aīal mutat. Homini nouiſſimi q gemini uocāt:circiter uiceſimū ānū gignūt:multis & octogeſīo. Fœmīs quoq;:ſed qbus ī iuuēta nō fuere nati:decidere ī ſenecta:& mox renaſci certū ē.Zanclen ſamothracenū ciuē:cui renati eſſēt poſt centum & q̄ttuor ānos Mutianus uiſū a ſe ꝑdidit.Cætero maribus plīes q̄ fœmīs ī homīe pecude capriſue.Timarchus Nicoclis filius Pappii duos ordīes habuit maxillarium.Frater eius nō mutauit prio-res:ideoq; præteriuit.Eſt exēplum dentis homini & in palato geniti.At canini amiſſi caſu aliquo nūq̄ renaſcūt.Cæteris ſenecta rubeſcunt.Equo tantum cādidiores fiunt. Aetas ueterinorum dentibus īdicat . Equo ſūt numero .xl. Amittit triceſimo mēſe primores utrīq; binos.Sequēti āno totidem proxīos:cum ſubeūt dicti columellares. Quinto anno incipiente binos amittit:q ſexto anno renaſcūt . Vii.omnis habet & renatos & immutabiles.Equo caſtrato prius non decidunt dentes . Aſinorum genus triceſimo menſe ſiliter amittit:deīde ſenis menſibus. Quod ſi nō prius pepererint:q̄ decidant poſtremi:ſterilitas certa.Bobus bis mutant.Suibus decidunt nūq̄.Abſūpta hac obſeruatiōe ſenectus ī eqs & cæteris ueterinis ītelligit dētiū brochitate:ſupciliorū canicie:& circa ea lacunis cū fere.xvi.ānorum exiſtimāt. Hominum dētibus quoddā inē uirus.Nāq; & ſpeculi nitorem ex aduerſo nudati hebetant:& columbarum fœtus implumes necāt.Reliq̄ de iis in gñatione hominum dicta ſunt. Erumpētibus morbi corpora infantia accipiūt.Reliq̄ aīalia quæ ſerratos habent:ſæuiſſima dētibus.Līguæ nō omnibus eodem mō.Tenuiſſima ſerpentibus & triſulca:uibrans atri coloris: & ſi extrahas:prælōga.Lacertis bifida & piloſa.Vituliſq; marinis duplex.Sed ſupradictis capillamenti tenuitate.Cæteris ad circumlambenda ora.Piſcibus paulominus q̄ tota adhærens: crocodilis tota.Sed ī guſtatu linguæ uice carnoſum aquatilibus palatum. Leonibus ac pardis:omnibuſq; gñis eius etiam felibus imbricatæ aſperitatis: & limæ ſilis:attenuanſq; lambendo cutem homīs.Quæ cā etiam manſuefacta ubi ad uicinū ſanguinem peruenit:ſaliua inuitat ad rabiem.De purpurarum līguis diximus.Ranis prima cohæret.Intima abſoluta a gutture qua uocem mittunt. Mares tum uocātur ololygones ſtato id tempore euenit:cientibus ad coitum fœmīas.Tum ſiqdē īferiore labro demiſſo ad libramentum modicæ aquæ receptæ in fauces palpitante ſibi līgua ululatus elicit.Tūc extenti buccarum ſinus perlucent.oculi flagrant labore perpulſi. Quibus ī poſteriore parte aculei:iis & dentes & lingua.Apibus etiam prælōga eminēs & cicadis.Quibus aculeus in ore fiſtuloſus:iis nec lingua nec dentes.Quibuſdam in-ſectis intus lingua:ut formicis.Cæterum lata elephanto præcipue.Reliquis ī ſuo gñe ſemper abſoluta.Homini tantum ita ſæpe conſtricta uenis:ut intercidi eas neceſſe ſit . Metellum pontificem adeo īexplanatæ fuiſſe accepīus:ut multis menſibus tor-tus credat:cum meditat in dedicāda æde Opiferæ dicere . Cæteris ſeptīo fere āno ſer-monem exprimit.Multis uero talis eius ars contigit: ut auium & aīaliū uocis īdiſcre-te edat imitatio.Intellectus ſaporum eſt cæteris in prima lingua:homini & ī palato. Tonſillæ in homīe.In ſue glandulæ . Quod inter eas uuæ nomīe ultimo dependet palato:homini tantum eſt.Sub ea minor lingua . Nulli oua gñantium . Opera eius gemina:duabus interpoſita fiſtulis.Interior earum epigloſſis appellat arteria ad pul-monem atq; cor pertinens.Hanc operit in epulando ſpiritu ac uoce illac meante : ne ſi potus cibuſue in alienum deerrauerit tramitem:torqueat.Altera exterior ē.appellat ſane gula:qua cibus atq; potus deuorat.Tendit hæc ad ſtomachum : is ad uentrem. Hanc per uices operit:cum ſpiritus tantum aut uox commeat:ne reſtagnatio intem-peſtiua alui obſtrepat.Ex cartilagīe & carne arteria:gula neruo & carne cōſtat. Ceruix

nulli: nisi qbus utraq; hæc. Cæteris collum: qbus tantum gula. Sed quibus ceruix e multis uertebratisq; orbiculatim ossibus flexilis ad circunspectum articulorum nodis iungit͛. Leoni tantum: & lupo: & hyenæ singulis rectisq; ossibus rigẽs. Cætero spinæ adnectit͛. Spina lõbis ossea: sed tereti structura per media foramĩa a cerebro medulla descendente. Eandem esse ei naturam: quam cerebro colligunt: quoniã prætenui eius membrana modo incisa statim expiret͛. Quibus longa crura: iis longa & colla. Item aq̃ticis: q̃uis breuia crura hñtibus: sili modo uncos ungues. Guttur homini tantũ & suibus intumescit: aq̃ꝝ quæ potant͛ pleꝝq; uitio. Summum gulæ fauces uocantur: postremum stomachus. Hoc nomĩe est sub arteria iam carnosa ĩanitas adnexa spinæ ad latitudinem ac longitudinem lagenæ mõ fusa. Quibus fauces non sunt: ne stoma/chus qdem est: nec colla: nec guttur: ut piscibus. & ora uentribus iungunt͛. Testudini marinæ lĩgua nulla: nec dentes: sed rostri acie cõminuit õnia. Postea arteria & stoma/chus denticulatus callo in modum rubi ad conficiendos cibos decrescentibus crenis qcq̃d appropĩq̃t uẽtri. Nouissĩa aspitas ut scobina fabri. Cor aĩalibus cæteris ĩ medio pectore ẽ. Homini tantum infra leuam papillam: t͛binato mucrone ĩ priora eminẽs. Piscibus solis ad os spectat. Hoc primum nascentibus formari ĩ utero tradũt. Deĩde cerebrum: sicut tardissime oculos. Sed hos primum mori: cor nouissime. Huic præ/cipuus calor. Palpitat certe: & q̃si alteꝝ mouet͛. Intra aĩalia præmolli firmoq; optum membranæ inuolucro: munitum costarum & pectoris muro: ut pareat præcipuã uitæ causam & originem. Prima domicilia ĩtra se aĩo & sanguini præbet: sinuoso specu: & in magnis aĩalibus triplici. In nullo non gemĩo. Ibi mens habitat. Ex hoc fonte duæ grandes uenæ in priora & terga discurrunt: sparsasq; ramorum serie p alias minores omnibus membris uitalem sanguinem rigant. Solum hoc uiscerum uitiis nõ mace/rat͛: nec supplicia uitæ trahit: læsumq; mortem ilico affert. Cæteris corruptis: uitalitas in corde durat. Bruta existimãt͛ aĩalium qbus durum riget: audacia qbus puum ẽ: pa/uida qbus prægrande. Maximum autem ẽ pro portione muribus: lepori: asino: ceruo: pantheræ: mustelis: hyenis & õnibus timidis aut propter metũ maleficis. In paphla/gonia bina perdicibus corda. In equorum corde & boum ossa repiũt͛: iterdũ auguria. Id per singulos annos in homĩe ad binas drachmas ponderis ad q̃nq̃gesimum ãnum accedere. Ab eo detrahi tantundem: & ideo non uiuere hominem ultra centesimum annum defectu cordis ægyptii existimant: qbus mos est cadauera asseruare medicata. Hirto corde gigni quosdam homĩes produnt: neq; alios fortiores esse ĩdustria: sicut Aristomenem messenium: q. ccc. occidit lacedæmonios. ipse conuulneratus & captus semel: p cauernam latomiarum euasit ãgustias: uulpium aditus secutus. Iteꝝ captus: sopitis custodibus somno ad ignem aduolutus lora cum corpore exussit. Tertio capto lacedæmonii pectus dissecuere causa uidendi. hirsutumq; cor reptum est. In corde summo pinguitudo est quædam lætis extis. Non semper hoc autem in pte extorum habitũ est. L. Postumio. L. Albino rege sacrorum: post centesimam uicesimãtertiam olympiadẽ: cum rex Pyrrhus ex italia discessisset: cor in extis aruspices aspicere cœpe/runt. Cæsari dictatori quo die primum ueste purpurea processit: atq; in sella aurea in/sedit sacrificãti bis ĩ extis defuit. Vnde quæstio magna de diuinatiõe argumẽtãtibus: potuerit ne sine illo uiscere hostia uiuere͛: An ad tẽpus amiserit͛: Negat͛ cremari posse in iis: qui cardiaco morbo obierint. Negat͛ & ueneno interemptis. Certe exeat oratio Vitellii: qua reum Pisonẽ eius sceleris coarguit: hoc usus argumẽto: palamq; testatus non potuisse ob uenenum cor Germanici Cæsaris cremari. Contra gñe morbi defẽsus ẽ Piso. Sub eo pulmo ẽ spirandiq; officina attrahens: ac reddẽs animam: iccirco spon/giosus: ac fistulis inanibus cauus. Pauca eũ (ut dictũ ẽ) hñt aq̃tilia: ac cætera oua pietia exiguum: spumosum nec sanguineum: ideo non sitiunt. Eadẽ ẽ cã q̃re sub aqua diu ranæ & phocæ urinent͛. Testudo quoq; q̃uis prægrandem & sub toto tegumẽto hẽat: sĩe sanguine tñ hẽt. Quãto mĩor hic corporibus: tanto uelocitas maior. Chamæleoni

portione maxīus:& nihil aliud intus. Iecur & dextera ī pte ē. In eo quod caput extorū uocant: magnæ uarietatis. M. Marcello circa mortem cū periit ab Annibale defuit in extis. Sequēti deīde die: geminum reptum ē. Defuit & Caio Mario cum immolaret uticæ. Item Caio principi kal. ianuariis cum iniret consulatum: quo anno īterfectus ē. Claudio successori eius quo mēse interēptus ē ueneno. Diuo augusto spoleti sacrificāti prīo potestatis suæ die: sex uictimaꝝ iocinera replicata intrinsecus ab ima fibra repta sunt. Responsumq; duplicaturum intra annum imperium. Caput extoꝝ tristis ostenti uisum tum quoq; est: præterq̄ in sollicitudīe ac metu. tunc. n. pemit curas. At bina iocinera leporibus circa briletum: & tharnē: & in cheronneso ad propontidem. Miꝝq; translatis alio interit alteꝝ. In eodem est etiam fel non omnibus datum aīalibus. In eubœæ chalcide nullum pecori. In naxo prægrāde: geminūq;: ut prodigii loco utrinq; aduenæ. Eq: muli: asini: cerui: capræ: apri: cameli: delphini non hn̄t. Murium aliq hn̄t. Hominum paucis non est: quorum ualitudo firmior & uita longior. Sunt qui equo nō quidem in iecore esse: sed in aluo putent: & ceruo in cauda aut īteſtinis. Ideo tantam hn̄t amaritudinem: ut a canibus non attingant̄. Est autem nihil aliud q̄ purgamentum pessimi sanguinis: & ideo in materia eius est. Certe iecur nulli est: nisi sanguinem hn̄tibus. Accipit hoc a corde cui iungit̄: funditq; in uenas. Sed in felle nigro insaniæ causa homini: morsq; toto reddito. Hinc & in mores crimen: bilis nomīe. Adeo magnum est in hac pte uirus: cum se fundit in animum. Quin & toto corpore uagum colorē quoq; oculis aufert. Illud quidem redditum etiā ahenis. Nigrescūtq; contacta eo: ne quis miret̄ id uenenum esse serpentium. Carent eo q absinthio uescūt̄ in ponto. Sed renibus ex pte tantum altera intestino iungit̄: ut coruis: cuturnicibus: phasianis. Quibusdam intestino tātum: ut columbis: accipitre: murenis. Paucis auiū in pectore. Serpentibus portione maxīe copiosum & piscibus. Est autem plerisque toto intestino: sicut accipitri: miluo. Præterea in pectore est & cæteris auibus. Vitulis quidem marinis ad multa quoq; nobile. Taurorū felle aureus ducit̄ color. Aruspices id Neptunno & humoris potentiæ dicauere. Geminumq; fuit diuo Augusto: quo die apud actium uicit. Murium iecusculis fibræ ad numeꝝ lunæ dieꝝ in mense cōgruere dicunt̄. totidemq; & inueniri quotum lumē eius sit. Præterea bruma increscere. Cuniculorum exta in betica gemina sæpe reperiunt̄. Ranarum rubetaꝝ altera fibra a formicis non attingit̄ propter uenenum: ut arbitrant̄. Iecur maxīe uetustatis patiens: centenis durare annis obsidionum exempla prodidere. Exta serpentibus & lacertis longa. Cecinæ uolaterrano dracones emicuisse de extis læto prodigio tradit̄. Et ꝓfecto nihil īcredibile sit existimantibus Pyrrho regi quo die periit præcisa hostiarum capita repsisse sanguinem suum lambentia. Exta homini ab inferiore uiscerum pte sepant̄ mēbranis: quæ præcordia appellant: quia cordi prætendūt̄: quod græci appellauerunt phrenas. Omnia quidem principalia uiscera membranis propriis ac uelut uaginis inclusit prouidēs natura. In hac fuit & peculiaris cā uicinitas alui: ne cibis supprimeret̄ animus. Huic certe refert̄ accepta subtilitas mentis: ideo nulla est ei caro: sed neruosa exilitas. In eadē præcipua hilaritatis sedes: quod titillatu maxīe intelligit̄ alarum: q̄s subit: non alibi tenuiore cute humana: ideo scabendi dulcedine ibi proxīa. Ob hoc in præliis gladiatorūq; spectaculis mortem cum risu traiecta præcordia attulerūt. Subē uenter stomachum habentibus: cæteris simplex: ruminantibus geminus: sāguīe carētibus nullus. Intestinus. n. q̄busdam ab ore incipiens quadam uia eodem reflectitur: ut sepiæ & polypo. In homīe adnexus infimo stomacho similis canino. His solis aīalium inferiore pte angustior. Itaq; & sola uomunt: quia repleto propter angustias supprimit̄ cibus. Quod accidere nō pōt iis: quoꝝ spatiosa laxitas eū ad inferiora trāsmittit. Ab hoc uentriculo lactes in oue & homine per quas labit̄ cibus. In cæteris eæ ilia: q̄bus capaciora intestīa ad aluum. Hominiq; flexuosissimis orbibus. Iccircoq; magis auidi ciborum: q̄bus ab aluo lōgius spatiū. Iidem minus solertes: q̄bus obesissimus uenter.

Aues quoq; geminos ſinus hn̄t. Quædam unū: quo mergūt᷑ recentia: ut guttur. alteꝝ in quem ex eo dimittūt concoctione maturata: ut gallinæ: palūbes: colūbæ: perdices. Cætera fere carēt eo: ſed gula patentiore utūt᷑: ut gracchuli: corui: cornices. Quædam neutro modo. Sed uentrem proximum habent: quibus prælonga colla & anguſta: ut porphyrioni. Venter ſolidipedum aſper & durus. Terreſtrium aliis denticulatæ aſperitatis: aliis cancellatim mordacis. Quibus neq; dentes utrinq;: nec ruminatio. Hic conficiunt᷑ cibi. Hinc ī aluū delabūt᷑. Medio hæc umbilico adnexa omnibus. In hoīe ile īfima ꝑte ſile ſuillo: a græcis appellat᷑ colon: ubi doloꝝ magna cauſa ē. Anguſtiſſīa canibus. Quadecā uehementi niſu: nec ſine cruciatu leuant eam. Inſatiabilia aīalium q̄bus a uētre ꝓtius recto īteſtino tranſeunt cibi: ut lupis ceruariis: & īter aues mergis. Vētres & elephāto q̄ttuor. Cætera ſuibus ſīlia. Pulmo q̄druplo maior q̄ bubulo. Auibus uenter carnoſus calloſuſq;. In uētre hirūdinum pullis lapilli candido aut rubēti colore: q̄ chelidonii uocant᷑: magicis narrati artibus reperiunt᷑. Et in iuuencarū ſecūdo uētre pilæ rotunditate nigricans tophus: nullo pondere: ſīgulare (ut putāt) remedium ægre parientibus: ſi tellurem non attigerit. Ventriculi atq; inteſtina pingui ac tenui omento integūt᷑: præterq̄ oua gignētibus. Huic adnectit᷑ lyen in ſiniſtra ꝑte aduerſus iecur: cum quo locum aliq̄do ꝑmutat: ſed prodigioſe. Quidam eum putant īeſſe oua ꝑiētibus: itē ſerpētibus admodum exiguum. Ita certe apparet ī teſtudīe: & crocodilo: & lacertis: & ranis. Cynocephalo aui non eſſe conſtat: neq; iis quæ careant ſanguine. Peculiare curſus inpedimentum aliq̄do in eo. Quamobrem īurit᷑ curſoꝝ laborātibus. Et ꝑ uulnus etiam exempto uiuere aīalia tradunt. Sunt q̄ putent adimi riſum ſimul homini: intemperantiamq; ioci conſtare lyenis magnitudine. Aſiæ regio ſcepſis appellat᷑: in qua minimos eſſe pecori tradūt: & inde ad lyenem inuenta remedia. At in brileto & tharne: q̄terni renes ceruis. Contra pennatis ſq̄moſiſq;: nulli. Cætero ſūmis adhærent lumbis. Dexter omnibus ē latior: & minus pinguis: ſicciorq;. Vtriq; autem pinguitudo e medio exit: præterq̄ in uitulo marino. Aīalia in renibus pinguiſſima. Oues q̄dem lætaliter circum eos concreto pīgui. Aliq̄do in eis inueniūt᷑ lapilli. Renes hn̄t omnia quadrupedū: quæ aīal gn̄ant. Oua ꝑiētium teſtudo ſola: quæ & alia ōnia uiſcera. Sed homo bubulis ſīles uelut e multis renibus compoſitos. Pectus hoc ē oſſa præcordiis & uitalibus natura circūdedit. At uētri: quē neceſſe erat increſcere: ademit. Nulli aīalium circa uentrem oſſa. Pectus homini tantum latum: reliquis carinatum: uolucribus magis: & inter eas aq̄ticis maxime. Coſtæ homini tantum octonæ: ſuibus denæ: cornigeris tredecim: ſerpentibus triginta. Infra aluum ē a priore ꝑte ueſica: quæ nulli oua gignentium præter teſtudinem. Nulli niſi ſanguineū pulmonē hn̄ti. Nulli pedibus carētium. Inter eam & aluum arteriæ ad pubem tēdētes: quæ ilia appellātur. In ueſica lupi lapillus: qui ſyrites appellat᷑. Sed hominum quibuſdam diro cruciatu ſubīde naſcētes calculi: & ſetarum capillamēta. Veſica membrana conſtat: quæ uulnerata cicatrice non ſolideſcit: neq; q̄ cerebrum aut cor inuoluit᷑. Plura. n. mēbranarū gn̄a. Fœmīs eadem omnia: præterq; ueſicæ iūctus utriculus: ūde dictus uterus: quod alio nomīe locos appellant. Hoc in reliq̄s aīalibus: uuluam. Hæc uiperæ & intra ſe ꝑiētibus duplex. Oua gn̄antium adnexa præcordiis. Et in muliere geminos ſinus ab utraq; ꝑte lateꝝ hēt. Funebris quotiēs uerſa ſpiritum incluſit. Boues grauidas negāt: præterq̄ dextero uuluæ ſinu ferre: etiam cum gemīos ferant. Vulua enecto ꝑtu melior q̄ edito. Eiecticia uocat᷑ illa. Hæc porcaria. Primiparæ ſuis optīa. Contra effœtis a ꝑtu præterq̄ eodem die ſuis occiſæ liuida ac macra. Nec nouellarum ſuum præterq̄ primipararum probant᷑. potiuſq; ueterum: nec dū effœtaꝝ: & biduo an̄ ꝑtū aut poſt partum aut quo eiecerint die. Proxīa eiecticia ē occiſo uno die poſt partum. Huius & ſumē optimum: ſi modo fœtus non hauſerit. Eiecticiæ teterrimum. Antiqui abdomē uocabant priuſq̄ calleret id ſciētes occidere non aſſueti. Cornigera una parte dētata & quæ in pedibus talos hn̄t ſauo pingueſcunt. Biſulca ſciſſiſue in digitos pedibus &

nõ cornigera:adipe.Concretus hic & cum refrixit fragilis:ſẽperq; in fine carnis.Cõtra pĩgue ĩter carnem cutẽq;:ſucco liq̃dum.Quædam non pĩgueſcunt:ut lepus:perdix. Steriliora cũcta pĩguia:& ĩ maribus & ĩ fœmĩs . Seneſcũt celerius præpĩguia . Omni/bus aĩalibus ẽ quoddã in oculis pingue.Adeps cunctis ſine ſẽſu:q nec arterias hẽt:nec uenas.Pleriſq; aĩalium ẽ pinguedo ſine ſenſu.quam ob cauſam ſues ſpirantes a mu/ribus tradũt roſas.Quin &.L.Aproníi conſularis uiri filio detractos adipes:leuatũq; corpus immobili onere . Et medulla ex eodem uidet̃ eſſe a iuuẽta rubẽs : & ſenecta albeſcens.Non niſi cauis hæc oſſibus.Nec cruribus iumẽtoꝝ aut canũ. Quare fracta non feruminant̃:quod defluẽte euenit medulla.Eſt autem pinguis iis : q̃bus adeps. Seuoſa cornigeris.Neruoſa & in ſpina tantum dorſi oſſa non hñtibus ut piſciũ gñi. Vrſis nulla.Leoni ĩ fœminum & brachiorum oſſibus paucis exigua admodũ.Cæteris enim eſt tãta duricia:ut ignis elidat̃:uelut e ſilice.Iis dura quæ nõ pĩgueſcũt. Aſinoꝝ ad tubas canora.Delphinis oſſa non ſpinæ.animal.n.pariunt.Serpẽtibus ſpinæ.Aq̃/tilium mollibus nulla.Sed corpus circulis carnis uinctum:ut ſepiæ atq; lolligini . Et inſectis negat̃ æque eſſe ulla.Cartilaginea aĩalium aq̃tilium hñt medullam in ſpina. Vituli marini cartilaginem:non oſſa.Item omnium auriculæ ac nares quæ modicum eminent flexili mollicia:naturæ prouidentia:ne frangerent̃.Cartilago rupta non ſoli/deſcit.Nec præciſa oſſa recreſcũt: præterq̃ ueterinis ab ũgula ad ſuffragina. Homo creſcit in longitudinẽ ad annos uſq; ter ſeptenos.Tum deĩde ad plenitudinẽ . Maxĩe autem pubeſcens nodum quendam ſoluere:& præcipue ægritudĩe ſentit̃. Nerui orſo a corde:bubuloq; etiam circumuoluti ſilem naturam & cauſam hñt in omnibus lu/bricis applicati oſſibus:nodiſq; corporum q uocãt̃ articuli.Aliubi interuentu: aliubi ambitu:aliubi trãſitu ligantes. Hic teretes:illic lati:ut in unoquoq; poſcit figuratio. Neq; ii ſolidãt̃ inciſi.mirumq; uulneratis ſummus dolor:præfectis nullus.Sĩe neruis ſunt quædam aĩalia:ut piſces.arteriis.n.conſtant.Sed neq; ex molli piſcium generi. Vbi ſunt nerui:interiores cõducũt membra:ſuperiores reuocãt.Inter os latẽt arteriæ: id ẽ ſpiritus ſemitæ.Iis ĩnatant uenæ:id eſt ſanguĩs riui.Arteriarum pulſus ĩ cacumĩe maxĩe membrorum euidens index fere morborum in modulos certos legeſq; metricas per ætates ſtabilis aut citatus aut tardus deſcriptas ab Eriphilo medicĩæ uate:mirãda arte : nimiam propter ſubtilitatem deſertus. Obſeruatio tñ crebri aut languidi ictus gubernacula uitæ temperat.Arteriæ carent ſenſu.nam & ſanguĩe . Nec omnes uitalẽ continent ſpiritum:præciſiſq; torpeſcit tantum pars ea corporis.Aues nec uenas nec arterias hñt.Item ſerpẽtes:teſtudĩes:lacertæ:minimumq; ſanguĩs.Venæ in prætenues poſtremo fibras ſubter totam cutem diſperſæ:adeo in anguſtam ſubtilitatem tenuãt̃: ut penetrare ſãguis nõ poſſit:aliudue q̃ exilis humor ab illo q cacumĩbus innumeris ſudor appellat̃:ĩ ũbilico uenaꝝ nodoſo coitu.

¶DE Sãguĩe: & quoꝝ celerrĩe ſiccet̃ : quoꝝ nõ coeat : quoꝝ grauiſſius:uel tenuiſ/ſius:quoꝝ nullus. ¶Cap.xxxviii.

SAnguis q̃bus multus & pinguis iracũdia.Maribus q̃ fœmĩs nigrior.Et ĩ iuuẽta magis q̃ ſenio.Et ĩferiore pte pĩguior.Magna & ĩ eo uitalitatis portio. Emiſſus ſpiritus trahit ſecum:& tamen tactũ non ſẽtit.Aĩalium fortiora q̃bus ſãguis craſſior. Sapiẽtiora:q̃bus tenuior.Timidiora:q̃bus minimus.At q̃bus nullus hebetia.Tauroꝝ celerrime coit atq; dureſcit:ideo peſtifer potu maxime. Aprorum ac ceruoꝝ capraꝝq; & bubaloꝝ omnium non ſpiſſat̃.Pinguiſſimus aſinis.Homini tenuiſſimus. Iis q̃bus plus q̃terni pedes nullus.Obeſis minus copioſus:quoniam abſumit̃ pingui. Proflu/uiũ eius uni fit ĩ naribus homini: aliis nare altera:aliis utraq;. Quibuſdam p ĩferna. Multis per ora ſtatuto tẽpore ut nuper Macrio uiro prætorio:& omnibus annis Vo/luſio Saturnino urbis præfecto:q nonageſimum etiam exceſſit annum . Solum hoc ĩ corpore temporarium ſẽtit incremẽtum . Siq̃dem hoſtiæ abũdantiorem fũdũt : ſi prius bibere . Quæ aĩalium latere certis temporibus diximus:non hñt tunc ſanguinẽ

præter exiguas admodum circa corda guttas: miro opere naturæ. Sicut & in homīe: uī eius ad minima momēta mutari: non modo tantum in ore suffusa materia: uerū ad singulos animi habitus: pudore: ira: metu: palloribus pluribus mōis: itē ruboris. Alius enim iræ: & alius uerecūdiæ. nam & in metu refugere & nusq̄ esse certum est. Multisq; nō trāsfluere trāsfossis: quod homini tantum euenit. Nam quæ mutari diximus: colorē alienū accipiūt quodā repcussu. Homo solus in se mutat. Morbi oēs: morsq; sāguinē absumūt. ¶An ī sanguine principatus: & tergore: & pilis: & mammis: & uestitu. Cap. xxxix.

SVnt q subtilitatem animi constare non tenuitate sāguīs putēt: sed cute: opimē tisq; corpoꝝ. & tunc magis aut minus bruta esse: ut ostreas & testudīes. Boum tergora: setas suum obstare tenuitati innati spiritus: nec puꝝ liqdumq; transmitti. Sic & ī homīe cum crassior callosiorue excludat cutis. Quæ uero rō crocodilis si non cruori sed duriciæ tergoris tribuat̄ & solertia: Hippopotami corii crassitudo talis: ut īde torreant̄ escæ. Et tñ ē quædam ingenio medica diligētia. Elephantorum quoque tergora impenetrabiles setas hn̄t: cum tñ omnium q̄drupedum subtilitas animi præcipua perhibeat̄ illis. Ergo cutis ipsa sensu caret: maxime in capite. ubicūq; per se ac sine carne est uulnerata nō coit: ut ī bucca cilioq;. Quæ aīal. piūt: pilos hn̄t. Quæ oua: pennas: aut sq̄mas: aut corticem: aut testam ut testudīes: aut cutem puram ut serpētes. Pennarum caules omnium auium præcisæ non crescūt: uulsæ autem renascunt̄. Mēbranis uolant fragilibus insecta. Humētibus hirundines in mari. Siccis īter tecta uespilio. Hoꝝ quoq; alæ articulos hn̄t. Pili a cute exeunt crassa hirti. Fœmīs tenuiores. Eqs in iuba largi. In armis leoni. Dasipodi & in buccis intus & in pedibus. Quæ utraq; Trogus & in lepore tradidit. Hoc exemplo libidinosiores hominum quoque hirtos colligēs. Villosissimus aīalium lepus. Pubescit homo solus: quod nisi cōtigat: sterilis in gignendo est: seu masculus: seu fœmīa. Pili in homīe ptim simul: ptī postea gignunt̄. Congeniti autem non desinunt: sicut nec fœmīs magnopere. Inuentæ tamē quædam defluuio capitis inualidæ: uelut languidiores cum menstrui cursus stetere. Quibusdam postgenitæ. Viris sponte non gignūt̄. Quadrupedibus pilum cadere atq; subnasci annuum est. Viris crescūt maxīe in capite: mox ī barba. Recisi non ut herbæ ab cætera incisura augēt̄: sed ab radice exeunt. Crescunt & in qbusdam morbis: maxīe tussis: & in senecta. defunctorum quoq; corporibus. Libidinosis cōgeniti maturius defluunt. At nati celerius recrescunt. Quadrupedibus senectute crassescūt: lanæq; rarescūt. Quadrupedū dorsa pilosa: uentres glabri. Boum coriis glutinū excoq̄t̄: taurorūq;: & id præcipuum. Mammas homo solus e maribus habet. Cætera animalia mammarum notas tantum. Sed ne fœmīæ qdem in pectore: nisi quæ possunt partus suos attollere. Oua gignētium nulli. Nec lac nisi aīal parienti. Volucrum uespertilio tantum. Fabulosū. n. arbitror de strigibus ubera eas īfātium labris immulgere. Esse ī maledictis iā ātiqs strigē cōuenit. Sed quæ sit auiū cōstare nō arbitror.

¶Notabilia aīalia quæ māmis. ¶Cap. xl.

ASinis a fœtu dolent: ideo sexto mense arcent ptus: cum equæ anno prope toto præbeant. Quibus solida ungula: nec supra geminos ptus. Hæc ōnia binas hn̄t mammas: nec aliubi q̄ in femoribus. Eodem loco bisulca & cornigera. Boues q̄ternas. Oues: capræ binas. Quæ numeroso fœcunda ptu: & quibus digiti in pedibus: hæc plures hn̄t toto uentre duplici ordine: ut sues. generosæ duodenas: uulgares binis minus. Siliter canes. Alia uētre medio q̄ternas ut pātheræ. Alia binas ut leænæ. Elephas tantum sub armis duas: nec in pectore: sed citra in̄ alis occultas. Nulla in fœminibus digitos hn̄tium. Primi geniti in q̄q; parte sues: primas premūt. Etsi escæ sūt faucibus proxīæ: tñ suam nouit qsq; in fœtu quo genitus est ordīe. eaq; alit̄: nec alia. Detracto illa alūno suo sterilescit illico: ac resilit. Vno uero ex omni tba relicto: sola munifex quæ genito fuerat attributa: descendit. Vrsæ mammas quaternas gerunt. Delphini

binas in ima aluo papillas tantum: nec euidentes: & paulo in obliquũ porrectas. neq; aliud aĩal in cursu labit̃. Et balenæ uituliq; mãmis nutriũt fœtus.

DE Lacte: & unde caseus non fiat. Cap. xli.

Mulieri añ septimum mensem profusum lac inutile. Ab eo mense quod uitalis ẽ partus: salubre. Plerisq; autem totis mammis: atq; etiam in alarum sinus fluit. Cameli lac mulget̃: ne iterum grauescat. Suauissimum hoc existimat̃ ad unã mẽsurã tribus aquæ additis. Bos añ ptum non habet. Ex primo semper a partu colostra fiunt. ni admisceat̃ aqua: ĩ pumicis modum coeũt duricia. Asinæ prægnãtes cõtinuo lactescũt. Pullo eaꝝ ubi pingue pabulũ biduo a ptu maternũ lac gustasse lætale est. Genus mali uocat̃ colostratio. Caseus non fit ex utriq; dẽtatis: quoniam eoꝝ lac non coit. Tenuissimum camelis: mox eq̃bus. Crassissimũ asinæ: ut coaguli uice utãt̃. Conferre aliqd & candori in mulieꝝ cute existimat̃. Popea certe Domitii Neronis cõiux qngẽtas per omnia secum fœtas trahens balneaꝝ etiam solio: totũ corpus illo lacte macerabat: extẽdi quoq; cutem credẽs. Omne autem igne spissatũ humore feruescit. Bubulũ caseo fertilius q̃ caprinũ: ex eadem mensura pene altero tanto. Quæ plures quaternis mammas hñt caseo inutilia. Et meliora quæ binas. Coagulum inutile leporis. Hædi laudatum. Præcipuum tñ dasipodis: quod & profluuio alui medet̃. unius utrinque dentatorum. Miꝝ barbaras gentes: quæ lacte uiuant: ignorare aut spnere casei tot sæculis dotem: densantes id alioqn in acorem iucundum. Et pingue butyꝝ spuma: id ẽ lactis concretiusq; q̃ quod serum uocat̃. Non omittendum in eo olei uim esse: & barbaros omnes infantesque nostros ita ungi.

DE Diuersitate caseoꝝ. Cap. xlii.

Laus caseo romæ: ubi omnium gentium bona iudicant̃: comminus e prouinciis nemausensi præcipua: lesuræ gabaliciq; pagis. Sed breuis ac musteo tãtum cõmendatio. Duobus alpes generibus pabula sua approbãt. Dalmatiæ docleatẽ mittũt. Ceutrionicæ uatusicum. Numerosior apennino cebanus. Hunc & liguria mittit ouiũ maxime lactis. Auximatem ex umbria. Mixtoq; etruriæ atq; liguriæ confinio lunẽsẽ magnitudine conspicuum. Quippe & ad singula milia põdo premit̃. Proximũ autẽ & urbi uestinum: crustuminũq; & e ceditio campo laudatissimum. Et capraꝝ gregibus sua laus est. In recenti maxime: eam augente gratiam fumo: qualis in ipsa urbe conficit̃: cunctis præferendus. Nam galliarum sapor medicamenti uim optinet. Trãs maria uero bithynius fere ĩ gloria est. Inesse pabulis salem etiam ubi nõ det̃: ita maxime ĩtelligit̃: omni in sale caseo senescente. Quales redire in musteum saporẽ aceto e thymo maceratos certum est. Tradũt Zoroastrẽ ĩ desertis caseo uixisse ãnis. xx. ita tẽpato: ut uetustatẽ nõ sẽtiret.

Differẽtia membrorum hominis a cæteris aĩalibus. Cap. xliii.

Terrestriũ solus homo bipes. Vni iuguli: humeri. Cæteris armi. Vni ulnæ. Quibus aĩalium manus sunt intus tantum carnosæ: extra neruis & cute constant. Digiti quibusdam in manibus seni. C. Oratii ex patricia gente filias duas ob id Sedigitas accepi appellatas. Vulcatium Sedigitum illustrem ĩ poetica. Homĩs digiti articulos hñt ternos. Pollex binos. & digitis aduersus uniuersis flectit̃. per se uero ĩ obliquum porrigit̃: crassior cæteris. Huic minimus mensura par est. Duo reliq sibi. Inter quos medius lõgissime protendit̃. Quibus ex rapina uictus quadrupedum qni digiti in prioribus pedibus: reliquis quaterni. Leones: lupi: canes & pauca in posterioribus quoq; qnos ungues hñt: uno iuxta cruris articulum dependente. Reliq̃ quæ sũt minora digitos qnos. Brachia nõ omnibus paria esse. Thracio. n. studioso in. C. Cæsaris ludo notum est dexteram fuisse proceriorem. Aĩalium quædam ut manibus utuntur prioꝝ ministerio pedũ. sedẽtq; ad os illis admouẽtia cibos: ut sciuri.

DE Simiaꝝ siliitudĩe. Cap. xliiii.

Nam simiaꝝ gña perfectam hoĩs simulatiõem continent facie: naribus: auribus:

palpebris. Quæ solæ quadrupedũ & inferiorem hñt genam : iam mãmas in pectore: & brachia: & crura in cõtrarium flexa. Siliter in manibus ũgues: digitos: longioremq; medium. Pedibus paulum differunt. Sunt enim ut manus prælongi : sed uestigium palmæ silæ faciunt. Iis quoq; pollex & articuli ut homini . Et præter genitale tantũ. & hoc ĩ maribus. Viscera etiam interiora omnia ad exemplar.

DE Vnguibus. Cap. xlv.

VNgues: qui clausulæ neruorũ summæ existimant: omnibus iis qbus & digiti. Sed simiæ imbricati: homibus lati: & defuncto crescunt. Rapacibus unci. Cæteris recti ut canibus: preter eum qui a crure plerisq; dependet. Omnia digitos hñt quæ pedes: excepto elephanto . Huic enim informes numero qdem qnq;: sed indiuisi: ac leuiter discreti: ũgulisq; non unguibus similes: & pedes maiores priores. In posterioribus articuli breues. Idem poplites intus flectit homĩs modo. Cætera aĩalia ĩ diuersũ. Posterioribus articuli pedibus q̃ prioribus . Nã quæ aĩal generãt: genua añ se flectũt: & suffraginum artus in aduersum. Homini genua & cubiti contraria . Item ursis & simiarum gñi: ob id minime pernicibus. Oua parientibus quadrupedum crocodilo. Lacertis priora genua post curuant: posteriora in priorẽ partem. Sũt autem crura his obliqua humãi pollicis modo. Sic & multi pedibus: præterq̃ nouissĩa saliẽtibus. Aues & q̃drupedes alas in priora curuant: suffragines ĩ posteriora. Hoĩs genibus quædam & religio inest obseruatione gentium. Hæc supplices attingunt. Ad hæc mãus tẽdũt. Hæc ut aras adorant : fortassis quia inest iis uitalitas. Nanq; in ipsa genu utriusque commissura dextra leuaq; a priore pte gemina quædam buccarum inanitas inest: qua pfossa ceu uinculis spiritus fugit. Inest & in aliis partibus quædam religio: sicut dextra osculis auersa appetit. In fide porrigit. Antiqs græciæ in supplicando mentum attingere mos erat. Est in aure ima memoriæ locus: quem tangentes attestamur . Est post aurem æq; dextram nemesios: quæ dea latinum nomen: ne in capitolio quidem inuenit: quo referimus tacto ore proximum a minimo digitum : ueniam sermonis a diis exposcentes. Varices in cruribus uiro tantum: mulieri raro. C. Marium: q septies consul fuit stantem sibi extrahi passum unũ hominem Oppius auctor est . Omnia aĩalia a dextris partibus incedunt: sinistris incubant. Reliq̃ ut libitum est: gradiũtur. Leo tãtum & camelus pedatim: hoc ẽ ut sinister pes non transeat dextrũ: sed subseq̃t. Pedes homini maximi: fœmĩs tenuiores . In omni gñe suræ homini tantum & crura carnosa. Reperit apud auctores in ægypto quẽdam non habuisse suras. Vola homini tantum exceptis quibusdam. nãq; & hinc cognomĩa inuenta Planci: Plauti: Scauri: Pansæ : sicuti a cruribus Vari: Varie : Vatiniiq; uitia . Et ĩ q̃drupedibus solidas hñt ũgulas quæ non sunt cornigera . Igit ꝑ eis telũ ungula ẽ illis. Nec talos hñt eadẽ. At quæ bisulca sunt: hñt. Iidem digitos hñtibus non sunt. Neq; prioribus pedibus omnino ulli. Camelo tali siles bubulis: sed minores paulo . Est enim bisulcum discrimĩe exiguo pes simus uestigio carnoso: ut ursi . Quadecã ĩ lõgiore itinere sĩe calciatu fatiscũt.

DE Vngulis. Cap. xlvi.

VNgulæ ueterino tãtum gñi renascunt. Sues in illyrico quibusdam locis solidas hñt ungulas. Cornigera fere bisulca. Solida ũgula & bicorne: nullũ . Vnicorne asinus tantũ indicus. Vnicorne bisulcum: orix. Talos asinus indicus unus solidipedũ habet. Nam sues ex utroq; gñe existimant: ideo fœtus earum. Hominẽ q existimarũt habere facile conuicti. Lynx tantum digitos hñtium simile quiddam talo habet. Leo etiãnũ tortuosos . Talus autem rectus est ĩ articulo pedis uentre eminens: concaua ĩ uertebra ligatus.

DE Pedibus auiũ & ũguibus. Cap. xlvii.

AVium aliæ digitatæ: aliæ palmipedes : aliæ inter utrunq; digitis diuisis adiecta latitudine. Sed omnibus quaterni digiti: tres ĩ superiore pte: unus in calce. Hic deest quibusdam longa crura hñtibus. Lynx sola utriq; binos habet. Eadem linguam serpẽtium silem in magnam longitudinem porrigit. Circũagit collum ĩ aduersũ se.

Vngues ei grãdes ceu gracchulis. Auium qbusdam grauioribus in cruribus additi radii. Nulli ũcos hñtium ũgues longi pedes. Porrectis ad caudam ex cruribus uolant. Quibus breues contractis ad mediũ. Qui negant uolucrem ullam sine pedibus esse: confirmant & apodas habere: & ocen: & drepanin in eis: quæ rarissimæ apparent. Visæ iam etiam serpentes anserinis pedibus.

¶ DE Pedibus insectoꝝ a duobus ad cẽtũ. ¶ Cap. xlviii.

INsectoꝝ aĩalium pedes primi longiores duros hñtibus oculos ut subinde pedibus eos tergant: ceu notamus ĩ muscis. Quæ ex iis nouissimos hñt lõgos: saliũt ut locustæ. Omnibus autem iis seni pedes. Araneis qbusdam prælongi accedũt bini. Internodia singulis terna. Octonos & marinis esse dixius polypis: sepiis: lolliginibus: cancris: q brachia ĩ cõtrarium mouent: pedes ĩ orbem aut ĩ obliquũ. Iidem soli aĩaliũ rotũdi. Cætera binos pedes duces habẽt: cancri tantum quaternos. Quæ hũc numerũ pedũ excessere terrestria ut pleriq; uermes: nõ ĩfra duodenos habent. Aliqua uero & centenos. Numerus pedum ĩpar nulli est. Solipedum crura statim iusta nascuntur mensura: postea exporrigentia se uerius q̃ crescentia. Itaq; in infantia scabunt aures posterioribus: quod addita ætate non queunt: quia longitudo supficiẽ corpoꝝ solam ampliat. Hac de causa inter initia pasci: nisi submissis genibus non possunt: nec usq; dum ceruix ad iusta incrementa perueniat.

¶ DE Pomilionibus: & Genitalibus. ¶ Cap. xlviiii.

POmilionum genus in omnibus aĩalibus est: atq; etiam inter uolucres. Genitalia maribus quibus essẽt retro satis diximus. Ossea sunt lupis: uulpibus: mustelis: uiuerræ. Sunt iis etiam calculo humano remedia præcipua. Vrso quoq; simul ut expirauerit cornescere aiunt. Camelino arcus intendere orientis populis fidissimum. Nec non in aliqua gentiũ quoq; in iis discrimĩa. Et sacrorum etiam citra perniciẽ ãputatis matris deũ gallis. Contra mulieꝝ paucis prodigiosa assimilatio sicut hermaphroditis utriusq; sexus. Quod etiã quadrupedum generi accidisse Neronis prĩcipatu primũ arbitror. Ostentabat certe hermaphroditas subiuges carpento suo: & equas ĩ treberico galliæ agro repertas: ceu plane uisẽda res essẽt: principem terrarum insidere portẽtis. Testes pecori armentoq; ad crura decidui: suibus adnexi: delphino prælongi: ultima condũtᷣ aluo: & elephanto occulti. Qui oua parientium lumbis intus adhærent: q̃lia ocissima in uenere. Piscibus serpentibusq; nulli: sed eorum uice binæ ad genitalia a renibus uenæ. Buteonibus terni. Homini tantum iniuria aut sponte naturæ frangũtᷣ. Idque tertium ab hermaphroditis & spadonibus semiuiri genus habent. Mares in omni genere fortiores: præterq̃ in pantheris & ursis.

¶ DE Caudis. ¶ Cap. L.

CAudæ præter hominem ac simias omnibus fere animalibus: & oua gignentibus pro desiderio corpoꝝ. Nudæ hircis & apris: setosæ ut equis. Amputatæ lacertis & serpentibus renascuntᷣ. Piscium meatus gubernaculi modo regunt. Atq; etiam in dextram ac leuam motæ: ut remigio quodam impellunt. Lacertis ĩueniũtᷣ & geminæ. Boum caudis longissimus caulis: atq; in ima pte hirtus. Idem asinis longior q̃ eqs: sed setosus ueterinis. Leoni infima parte ut bubus & sorici: & pantheris non item. Vulpibus & lupis uillosus ut ouibus: qppe ꝓcerior. Sues intorquẽt. Canũ degeneres sub aluũ reflectũt.

¶ DE Vocibus. ¶ Cap. Li.

VOcem non habere nisi quæ pulmonem & arterias hñt: hoc est nisi quæ spirãt: Aristoteles putat. Iccirco & insectis sonum esse nõ uocem: intus meãte spiritu: & ĩcluso sonante. Alia murmur edere: ut apes. Alia cum tractu stridorem: ut cicadas. recepto. n. ut duabus sub pectore cauis spiritu mobili occursante membrana intus attritu eius sonare uiscera sat notum est. Cætera simul cum uolatu ĩcipere audiri: & desinere: ut muscas apes. Sonũ enĩ attritu & interiore aura non anima reddi. Locustas pennarum & fœminũ attritu sonare creditᷣ sane. Item aq̃tilium pectines stridere cũ

uolant. Mollia & crusta intecta nec uocem: nec sonum ullum habere. Sed & cæteri pisces quis pulmone & arteria careant: non in totum sine ullo sono sunt. Stridorem eum dentibus fieri cauillant. Et is qui caper uocat in acheloo amne: grũnitũ hẽt: & alii de quibus dixĩus oua pariẽtibus. Sibilus serpentibus longus. Testudini abruptus. Ranis sonus sui generis: ut dictum est: nisi si & in his ferenda dubitatio est: qui mox in ore concipit non in pectore. Multum tamen in his refert & locorum natura. Mutæ in macedonia tradunt. Muti & apri. Auium loquaciores quæ minores: et circa coitus maxime. Aliis in pugna uox ut coturnicibus. Aliis ãte pugnam ut perdicibus. Aliis cũ uicere ut gallinaceis. Iisdẽ sua maribus. Aliis eadem ut fœmĩs: ut lusciniarum generi. Quædam toto anno canunt: quædam certis temporibus: ut in singulis dictum est. Elephas circa nares ore ipso sternutamento silẽ elidit sonum: per nares autem tubarum raucitati. Bubus tantum fœmĩs uox grauior: in alio omni gñe exilior q̃ maribus. In homĩe etiam castratis. Infantis nascentis nulla audit añq̃ totus emergat utero. Prius sermo anniculo est. Semestris locutus est Crœsi filius in crepũdiis: quo prodigio totũ id concidit regnum. Qui celerius fari cœpere: tardius ingredi incipiunt. Vox roborat a tredecim annis. Eadem in senecta exilior. Neq; in alio aĩalium sæpius mutat. Mira præterea sunt de uoce magna digna dictu in theatrorum orchestris scobe aut arena superiecta deuorat: & in rudi parietum circũiectu. Etiam doliis inanibus currit eadẽ concauo uel recto parietum spatio: q̃uis leui sono dicta uerba ad alterum caput pferẽs si nulla inæqualitas impediat. Vox in homine magnam uultus partem habet. Agnoscimus eam priusq̃ cernamus: non aliter q̃ oculis. Totidemq; sunt eæ: quot in rerum natura mortales: & sua cuiq; sicut facies. Hinc illa gentium: totq; linguarum toto orbe diuersitas. Hic tot cãtibus & modulis flexiones. Sed añ õnia explanatio animi: quæ nos distinxit a feris. Inter ipsos quoq; hoĩes discrimẽ alterum æq; grãde q̃ a belluis fecit.

¶DE Agnascentibus membris: & dicta Aristotelis de uita hoĩs. ¶Cap. Lii.

Membra aĩalibus agnata: inutilia sunt: sicut sextus homini sẽper digitus. Placuit in ægypto nutrire portentum: binis & in aduersa capitis parte oculis hominem: sed iis nõ cernentem. Miror quidẽ Aristotelem non mõ credidisse præscita uitæ esse aliqua in corporibus ipsis: uerum etiam prodidisse. Quæ quanq̃ uana existimo: nec sine contatione proferenda: ne in se quisq; & auguria anxie quærat: attingam tamen quæ tantus uir in doctrina non spreuit. Igitur uitæ breuis signa ponit raros dentes: prælongos digitos: plumbeum colorem: pluresq; in manu incisuras: nec perpetuas. Contra longæ esse uitæ incuruos humeris: & in manu una duas incisuras lõgas hñtes: & plures q̃. xxxii. dentes habentes: auribus amplis. Nec uniuersa hæc (ut arbitror) sed singula obseruat. Friuola ut reor: & uulgo tamen narrata. Addidit morum aspectus sibi modo apud nos Trogus: & ipse auctor seuerissĩus: quos uerbis eius subiiciã. Frõs ubi est magna: segnẽ animũ subesse significat. Quibus pua mobilem. Quibus rotũda iracũdum: uelut hoc uestigio tumoris apparente. Supcilia quibus porriguntur in rectum: molles significant. Quibus iuxta nasum flexa sunt: austeros. Quibus iuxta tempora inflexa derisores. Quibus in totum dimissa: maliuolos & inuidos. Oculi q̃buscunq; sunt longi: malificos esse indicant. Qui carnosos a naribus angulos habent: maliciæ nota præuenti. Cãdidi pars extenta notam impudentiæ habet. Qui idẽtidem autem operire solent inconstantiæ. Auricularum magnitudo: loq̃citatis & stulticiæ nota ẽ. Hactenus Trogus.

¶DE Aĩa: & de hĩtu aĩaliũ: & quæ gustata ĩterimãt: & de uictu hoĩs: & q̃bus de causis non coq̃t. ¶Cap. Liii.

Animæ leonis uirus graue. Vrsi pestilẽs. Cõtacta halitu eius attingit nulla fera: ciciusq; putrescunt afflatæ reliquis. Homĩs tantum nat̃a infici uoluit pluribus modis: & ciborum ac dentium uitiis: sed maxime senio. Dolorem sentire nõ poterat: tactu sensuq; omni carebat sine qua nihil sentit. Eadẽ cõmeabat ab eo recens assidue exitura supremo: & sola ex omnibus superfut̃a. Deniq; hæc trahebat e cælo. Huius

quoq; tñ repta pœna est: ut neq; id ipsum quo uiuit̃: in uita iuuaret. Parthoꝝ populis hoc præcipue & a iuuenta propter indiscretos cibos: nanq; & uino fœtent ora nimio. Sed sibi ꝓceres medẽt̃ grano assyrii mali: cuius ẽ suauitas præcipua ĩ esculẽta addito. Elephantoꝝ aĩa serpentes extrahit. Ceruoꝝ itẽ urit. Diximus hominum gña q uenena serpentium suctu e corporibus exigerent. Quin & suibus serpentes in pabulo sunt. & aliis uenenum est. Quæ insecta appellauimus: omnia olei aspersu necantur. Vultures unguento quidem fugant̃. Alia alios appetunt odores. Scarabei rosam. Quosdam serpẽtes scorpio occidit. Scythæ sagittarum ungũt aciem uiperina sanie & humano sanguine. Irremediabile id scelus. Mortem illico affert leui tactu. Quæ animaliũ ueneno pascerent̃: diximus. Quædam innocua alioqn uenenatis pasta noxia fiunt & ipsa. Apros in pamphylia & ciliciæ mõtosis salamandra ab iis deuorata qui edere: moriũt̃. Nec enim est intellectus ullus in sapore uel odore. Et aqua uinumq; interimit. Salamandra ibi immortua: uel si omnino biberit: unde potet̃. Item rana quã uocãt rubetã: tantum insidiarum est uitæ. Vespæ serpentes auidæ uescunt̃: quo alimẽto mortiferos ictus faciunt. Ideoq; magna differentia est uictus: ut in tractatu pisce uiuẽtiũ Theophrastus prodit. Boues quoq; pisce uesci: sed nõ nisi uiuente. Homini cibus utilissius simplex. Aceruatio saporum pestifera: & condimẽta perniciosiora. Difficulter autem perficiuntur omnia in cibis acria: nimia: & auide hausta: & æstate q̃ hyeme difficilius: & in senecta q̃ in iuuẽta. Vomitiones homini ad hæc in remedium excogitatæ: frigidiora corpora faciunt. Inimicæ oculis maxime: aut dentibus. Sõno concoquere corpulentiæ q̃ firmitati utilius. Ideo athletas malunt cibos ambulatione perficere. Peruigilio quidem præcipue uincuntur cibi.

¶DE Corpulẽtia augẽda uel minuẽda: & quæ gustu famẽ ac siti sedẽt. ¶Ca. Liiii.

AVgescunt corpora dulcibus atq; pinguibus: & potu. Minuunt̃ siccis: & aridis: ac siti. Quædam aĩalia & pecudes quoq; in africa quarto die bibũt. Homini nõ ante diem septimum lætalis inedia. Durasse & ultra undecimum plerosq;. Certum est mori esuriendi semper inexplebili auiditate animalium uni homini. Quædam rursus exiguo gustu famem ac sitim sedant: conseruantq; uires: ut butyrum: ut titipace: glycyrrizon. Perniciosissimum autẽ et in omni uita qdẽ quod nimium. Præcipue tamen corpori. minuiq; quod graue quodlibet modo utilius. Veꝝ ad reliq̃ naturæ trãseãus.

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER DVODECIMVS. ¶PROOEMIVM.

ANIMALIVM OMNIVM QVAE NOSCI potuere naturæ generatim membratimq; ita se habent. Restant neq; ipsa anima carẽtia: q̃doqdẽ nihil sine ea uiuit: terra edita: ut inde eruta dicãt̃: ac nullum sileat̃ rerum naturæ opus. Diu fuere occulta eius beneficia. Summumque munus homini datum: arbores siluæq; intelligebantur. Hinc primum alimẽtum. Harum frõde mollior specus: libro uestis. Etiam num gentes sic degũt. Quo magis ac magis admireris ab iis principiis cædi montes in marmora. Vestes a seribus peti. Vnionem in rubri maris profundo. Smaragdum in ima tellure quæri. Ad hoc excogitata sunt aurium uulnera. Nimirum quoniã paꝝ est collo crinibusq; gestari: nisi infoderent̃ etiam corpori. Quamobrem sequi par est ordinẽ uitæ: & arbores añ alia dicere: ac moribus primordia ingerere.

¶DE Arboꝝ honore: & qñ Platanus primũ ĩ italia: & de natᷓa eaꝝ. ¶Cap. i.

HAe fuere numinũ templa:priſcoq; ritu ſimplici rura etiam nunc deo præcellẽtẽ arborem dicant. Nec magis auro fulgentia atq; ebore ſimulacra q̃ lucos: & ĩ iis ſilẽtia ipſa adoramus. Arborum gña numinibus ſuis dicata perpetuo ſeruant̃:ut Ioui eſculus:Apollini laurus:Mineruæ olea:Veneri myrtus:Herculi populus. Quin & ſiluanos faunoſq; & deoꝝ genera ſiluis ac ſua numina tanq̃ e cælo attributa credimus. Arbores poſtea blandioribus fruge ſuccis hominem mitigauere. Ex iis recreãs mẽbra olei liquor:uireſq; potus uini:tot deniq; ſapores annui ſponte uenientes. & menſæ: depugnet̃ licet earum cauſa cum feris:& paſti naufraugorum corporibus piſces expetant̃:etiamnum tamen ſecundæ. Mille præterea ſunt uſus earum:ſine quis uita degi non poſſit. Arbore ſulcamus maria:terraſq; admouemus. Arbore exædificamus tecta. Ex arbore & ſimulacra numinum fuere:nondum precio excogitato bellua ꝝ cadaueri: atq; ut a diis nato iure luxuriæ eodem ebore numinum ora ſpectarẽt̃:& mẽſaꝝ pedes. Produnt alpibus coercitas & tam inexuperabili munimento gallias hanc primũ habuiſſe cauſam ſuperfundendi ſeſe italiæ:ꝙ Elico ex heluetiis ciuis eorum fabrilem ob artem romæ commoratus ficum ſiccam & uuam:oleiq; ac uini præmiſſa remeãs ſecũ tuliſſet. Quapropter hæc uel bello quæſiſſe uenia ſit. Sed quis non iure miret̃ arborẽ umbræ gr̃a tantum ex alieno petitam orbe? Platanus ea eſt. Hæc per mare Ionium in Diomedis inſulam eiuſdem tumuli gr̃a primum inuecta. Inde in ſiciliam trãſgreſſa: atq; inter primas donata italiæ etiam ad morinos uſq; peruecta:ad tributarium etiã pertinens ſolum:ut gentes uectigal & pro umbra pendant. Dionyſius prior ſiciliæ tyrannus regiam in urbem tranſtulit eas: domus ſuæ miraculum: ubi poſtea factum gymnaſium. nec potuiſſe in amplitudinem adoleſcere. Haud alias fuiſſe in italia: ac nominatim hiſpania apud auctores inuenit̃. Hoc actum circa captæ urbis ætatem. tantumq; poſtea honoris increuit:ut mero infuſo enutriant̃. Compertum id maxime prodeſſe radicibus. Docuimuſq; etiam arbores uina potare. Celebratæ ſũt primum in ambulatione academiæ athenis cubitorum.xxx.ſex unius radice ramos antecedente. Nunc eſt clara in lycia ſocia gelidi fontis amœnitate itineri appoſita domicilii modo caua octoginta atq; unius pedum ſpecu:numeroſo uertice: & ſe uaſtis protegens ramorum arboribus inſtar agros lõgis optinens umbris:ac nequid deſit ſpeluncæ imagini ſaxea intus crepidinis corona muſcoſos complexa pumices extat: tam digna miraculo:ut Licinius Mutianus ter conſul:& nuper prouinciæ eius legatus ꝓdẽdum etiam poſteris putauerit:epulatum intra eam ſe cum duodeuiceſimo comite. Large ipſa toros præbente fronde:ab omni afflatu ſecurum optantem hymbrium per folia crepitus. Lætioremq; marinorum nitore picturæ uarietate laquearium auro cubuiſſe in eadem. Aliud exemplum Caii principis in ueliterno rure mirati unius tabulata: laxeq; ramorum trabibus ſcamna patula & in ea epulanti cum ipſe pars eſſet umbræ quindecim conuiuarum ac miniſterii capacem triclinio. quam cœnam appellauit ille nidum. Eſt gortynæ in inſula creta iuxta fontem platanus una inſignis utriuſq; linguæ monumẽtis:nunq̃ folia dimittens. Statiq; ei græciæ fabuloſitas ſuperfluit:Iouẽ ſub ea cum Europa cõcubuiſſe. Ceu uero nõ alia eius gñis eſſet in cypro:ſed ex ea primum in ipſa creta:ut eſt natura hominum nouitatis auida. Platani ſatæ regenerauere uitium:quandoquidem commendatio arboris eius non alia maior eſt: q̃ ſolẽ æſtate arcere: hyeme admittere. Inde in italiam quoq; ac ſuburbana ſua Claudio principe Marcelli Eſernini libertus: ſed qui ſe potẽtiæ cauſa Cæſaris libertis adoptaſſet ſpado theſſalicus prædiues ut merito dici poſſet. Is quoq; Dionyſius tranſtulit id genus. dutãtq; etiã ĩ italia portẽta terraꝝ:præter illa ſcilicet quæ ipſa excogitauit italia.

¶DE Chameplatano:& qs totõderit uiridaria. ¶Cap.ii

NAnq; & chameplatani uocant̃ coactæ breuitatis:quoniam arboꝝ etiam abortus inuenimus. Hoc quoq; ergo in genere pumilionum infœlicitas dicta erit. Fit autẽ & ſerendi genere & recidendi. Primus Cn. Matius ex equeſtri ordĩe diui Auguſti

amicus ĩueĩt nemora tonſilia ĩtra hos.lxxx.ãnos.

DE Peregrinis arboribus:& Malo aſſyrio. Cap.iii.

p Eregrinæ cerasi perſicæq;:& omnes quarum græca nomĩa aut aliena. Sed quæ ex iis incolaꝝ numero eſſe cœpere:dicẽt inter fructiferas. In præſentia externa proſequemur:a ſalutari maxime orſi. Malus aſſyria:quam alii uocant medicam: uenenis medet. Folium eius eſt unedonis intercurrentibus ſpinis. Pomum ipſum alias non mandit:odore præcellit foliorũ quoq;:qui tranſit in ueſtes una conditus:arcetq; animalium noxia. Arbor ipſa õnibus horis pomifera ẽ:aliis cadentibus:aliis maturescentibus: aliis uero ſubnaſcentibus. Tentauere gentes transferre ad ſeſe propter remedii præſtãtiam fictilibus in uaſis dato per cauernas radicibus ſpiramẽto. Qualiter õnia trãſitura longius ſeri arctiſſime transferriq; quæ meminiſſe conueniet:ut ſemel quæq; dicant. Sed niſi apud medos & in perſide naſci noluit. Hæc eſt cuius grana pthoꝝ proceres incoquere diximus eſculentis:commendandi halitus gr̃a.nec alia arbor laudat in medis. Lanigeras ſeꝝ ĩ mẽtione gẽtis eius narrabimus.

DE Indiæ arboribus: uel qñ primũ romæ Hebenus. Cap.iiii.

i Tem indiæ arboꝝ magnitudinem unam:quam peculiarius Virgilius celebrauit hebenum nuſq̃ alibi naſci profeſſus. Herodotus eam æthiopiæ intelligere maluit tributi uice regibus perſidis e materie eius centenas phalangas tertio quoq; anno penſitaſſe æthiopas cum auro & ebore prodendo. Nõ omittendum id quoq; uicenos dentes elephantorum grandes:quoniam ita ſignificauit: æthiopas eadem cã pẽdere ſolitos:tanta ebori auctoritas erat:urbis noſtræ trecenteſimodecimo ãno. Tunc enim auctor ille hiſtoriam eã condidit Thurius in italia. Quo magis mirum eſt:quod eidẽ credimus:qui padum amnem non uidiſſet: nemini ad id tempus aſiæ græciæq;: aut ſibi cognitum. Aethiopiæ forma ut diximus. Meroen uſq; nuper allatam Neroni prĩcipi raram arborem hebenum. A meroe uſq; ad ſyenem finem imperii per nongenta nonaginta ſex.M.paſſuum:nullamq; aliam niſi palmarum generis eſſe docuit. Ideo fortaſſis in tributorum auctoritate tertia res fuerit hebenus. Romæ eã Magnus Pompeius in triumpho mithridatico oſtendit. Accendi eam Fabianus negat. Vritur tamen odore iucũdo. Duo gña eius. Rarum id quod melius:arboreum trũco enodi:materiæ nigri ſplendoris:ac uel ſĩe arte ꝓtinus iucũdi. Alteꝝ fruticoſũ cytiſi mõ: & tota india diſpſũ ẽ.

DE Spina & Ficu indicis. Cap.v.

i Bi & ſpina ſimilis ſed deprehenſa uel lucernis igni protinus tranſiliente. Nunc eas exponam:quas mirata eſt Alexandri Magni uictoria:orbe eo patefacto. Ficus ibi exilia poma habet. ipſa ſe ſẽp ſerens:uaſtis diffũdit ramis. quoꝝ põdera adeo in terram curuãt:ut annuo ſpatio infigant. nouamq; ſibi propaginem faciant circa parentem in orbes:quodam opere topiario. Intra ſepem eam æſtiuant paſtores:opacã pariter & munitam uallo arboris: decora ſpecie ſubter intuenti proculue fornicato ãbitu. Superiores eiuſdem rami in excelſum emicant:ſiluoſa multitudine: uaſto mr̃is corpore:ut.lx.paſſus pleræq; orbem colligant. Vmbræ uero bina ſtadia operiant. Foliorum latitudo peltæ effigiem amazonicæ habet. Ea cauſa fructum integẽs: creſcere prohibet. Raruſq; eſt:nec fabæ magnitudinem excedens. Sed per folia ſolibus coctus prædulci ſapore digno miraculo arboris gignit circa aceſinẽ maxĩe amnẽ.

DE Arbore Pala & arboribus indicis ſĩe nomĩbus & laniferis. Cap.vi.

m Aior alia pomo & ſuauitate præcellentior: quo ſapientiores indorum uiuunt. Folium alas auiũ imitat longitudĩe trium cubitorum:latitudĩe duum. Fructũ e cortice mittit admirabilem ſucci dulcedine:ut uno quaternos ſatiet. Arbori nomen palæ:pomo arienæ. Plurima eſt in ſidracis expeditionum Alexandri termino. Eſt & alia ſimilis huic:dulcior pomo:ſed intraneorum ualitudini ĩfeſta. Dixerat Alexãder: nequis agminis ſui id pomum attingeret. Gña arborum macedones narrauere:ex maiore pte ſine nomĩbus. Eſt & terebintho ſimilis cætera:pomo amygdalis: uel minore

tantum magnitudine: præcipuæ suauitatis in bactris. Vtiq; hanc aliqui terebinthum esse proprii generis potius q̄ similem ei putauerunt. Sed unde uestes lineas faciunt: foliis moro silis calice bombicino. Rhodo ferunt eam in campis: nec ē gratior ullaꝶ ꝓspectus. Oliua indiæ sterilis: præterq̄ oleastri fructu.

DE Piperis arboribus: & Gariophylo: & aliis pluribus. Cap. vii.

PAssim uero quæ piper gignunt: iuniperis nostris siles: quanq̄ in fronte caucasi solibus opposita gigni tantum eas aliqui tradidere. Semina a iunipero distant paruulis siliquis: quales in passiolis uidemus. Hæ prius q̄ dehiscant: decerptæ tostæq; sole faciunt quod uocat̃ piper longum. Paulatim uero dehiscentes per maturitatem: ostendunt candidum piper: quod deīde tostum solibus: colore rugisq; mutat̃. Verū & iis sua iniuria est: atq; cæli intēperie carbūculant̃. fiuntq; semīa cassa & īania. quod uocant brechmasin: indorum lingua sic significante abortum. Hoc ex omni genere asperrimum: leuissimumq;: & pallidum. Gratius nigrum: leniusq; utroq; candidum. Nō est huius arboris radix: ut aliqui existimauere: quam uocant singiuerim: alii uero gingiberim: quāq̄ sapore sili. Id enim in arabia atq; troglodytica in uillis nascit̃: puæ herbæ: radice candida. Celeriter ea cariē sentit: quis in tāta amaritudīe. Preciū eius in libras sex. Piper longum facillime adulterat̃ alexandrino sinapi. Emit̃ ī libras. xxv. album. xvii. nigrum. xiiii. Vsum eius adeo placuisse mirum est. In aliis q̄ppe suauitas cepit: in aliis species inuitauit. Huic nec pomi nec baccæ commendatio est aliq̄. Sola placere amaritudine: & hanc in indos peti. Quis ille qui primus cibis experiri uoluit? aut cui ī appetenda auiditate esurire non fuit satius? Vtrūq; siluestre gentibus suis ē: & tamen pondere emit̃ ut aurum uel argentum. Piperis arborem iam etiam hēt italia maiorem myrto: nec absīlem. Amaritudo grano eadē quæ piperi myrteo credit̃ esse. Deest tosta illa maturitas: ideoq; & rugarum: colorisq; silitudo. Adulteratur iuniperi baccis mire uim trahentibus. In pondere quidem multis modis. Est etiamnū ī india piperis granis sīle: quod uocat̃ gariophylon grādius fragiliusq;. Tradunt ī īdico luco id gigni. Aduehitur odoris grā. Fert & in spinis piperis silitudīem: præcipua amaritudīe: foliis puis: dēsisq; cypri modo: ramis triū cubitorum: cortice pallido: radice lata: lignosaq;: buxei coloris. Hac in aqua cum semīe excepta in æreo uase medicamētum fit: quod uocat̃ lycione. Ea spina & in pelio monte nascit̃: adulteratq; medicamētum. Item asphodeli radix aut fel bubulum aut absīthium uel thus uel amurca. Absīthiū aptissimū medicīæ quod ē spumosū. Indi ī utribus cameloꝝ aut rhinocerotū admittūt. Spinā ipsā ī græcia q̄dam pixacāthū chironiū uocāt.

DE Machir & arboribus amanæ gentis. Cap. viii.

ET machir ex india aduehit̃ cortex rubēs: radicis magnæ: nomīe arboris suæ. Qualis sit ea: īcomptum habeo. Corticis melle decocti usus in medicīa ad dysētericos præcipuus hēt̃. Saccaron & arabia fert: sed laudatius india. Est autem mel in arūdinibus collectum: gummium mō cādidum: dentibus fragile. Amplissimū nucis auellanæ magnitudīe: ad medicinæ tantum usum. Contermīa indis gens ariana appellat̃: cuius spina lachrymarum preciosa: myrrhæ silis: accessu propter aculeos āxio. Ibi & frutex pestilens raphani folio: lauri odore: equos inuitante: qui pene equitatu orbauit Alexandrum primo introitu. Quod & ī gedrosiis accidit. Item laurino folio. Et ibi spina tradita ē: cuius liquor aspersus oculis cæcitatem īfert aīalibus omnibus. Nec non & herba præcipui odoris referta minutis serpentibus: q̄ꝝ ictu protinus moriēdum esset. Onesicritus tradit ī hyrcaniæ conuallibus ficis similes esse arbores: quæ uocēt̃ occhi: ex q̄bus defluat mel horis matutīs duabus.

DE Bdellio & arboribus persici maris. Cap. ix.

VIcina est bactriana: ī qua bdelliū nominatissimum. Arbor est nigra: magnitudīe oleæ: folio roboris: fructu caprifici: naturaq; gummi. Alii brochon appellāt: alii malachran: alii maldacon. Nigrum uero & in offas conuolutum hadrobalum.

Esse autem debet trāslucidum:sīle cæræ:odoratum:& cum fricatᷣ pīgue:gustu amarū citra acorem. In sacris uino perfusum odoratius. Nascitᷣ & ī arabia īdiaq; & media ac babylone;Aliq peraticum uocāt ex media aduectum. Facilius hoc & crustosius:amariusq; & gummosum. Adulteratᷣ amygdala nuce. Cætera eius gñā cortice:& scordasti:ita uocatᷣ arbor æmula gummi. Sed deprehendunᷣ (quod semel dixisse & ī cæteros odores satis sit)odore:colore:pondere:gustu:igne. Bactriano nitor siccus : multique candidi ungues. Præterea suum pondus : quod grauius esse aut leuius non debeat. Precium sincero in libras decem tantum . Gentes supradictas persis attingit rubro mari:quod ibi persicum uocauimus longe ī terra æstus agente. Mira arborum natura: nanq; erosæ sale īuectis derelictisq; sīles sicco littore radicibus nudis polyporum mō amplexæ steriles harenas spectanᷣ. Eædem mari aduenīēte fluctibus pulsatæ resistūt immobiles. Quin & pleno æstu operiunᷣ totæ . apparetq; rerum argumētis aspitate aquarum illas ali. magnitudo miranda est. species similis unedonis . pomum amygdalis extra : intus contortis nucleis .

¶DE Arboribus persicæ īsulæ:& lanigeris arboribus. ¶Cap.x.

TYlos insula ī eodem sinu est:repleta siluis qua spectat orientem : q̄q; & ipsa æstu maris perfunditᷣ. Magnitudo sigulis arboribus fici. flos suauitate īenarrabili. Pomum lupino sīle:propter asperitatem intactum omnibus aīalibus. Eiusdē insulæ excelsiore suggestu lanigeræ arbores alio mō q̄ serum. iis folia īfœcunda:quæ ni minora essent:uitium poterant uideri . Ferunt cotonei mali amplitudīe cucurbitas: quæ maturitate ruptæ ostendūt lanuginis pilas: ex qbus uestes precioso līteo faciūt.

¶DE Gosampino:& arboribus ex quibus uestes fiunt:& qbus mōis constēt arboꝝ fructus. ¶Cap.xi.

ARbores uocant gosampinos fertiliores etiam tylo uero minores:quæ distāt decē passibus. Iuba circa fruticem lanugines esse tradit:linteaq; fieri īdicis præstantiora. Arabiæ autem arbores ex quibus uestes faciant:cynas uocari : folio palmæ sīli. Sic indos suæ arbores uestiunt. In tylis autem & alia arbor floret albæ uiolæ specie:sed magnitudīe quadruplici sīe odore quod miremur. In eo tractu ē & alia sīlis foliosior tamen roseiq; floris:quem noctu comprimens aperire incipit solis exortu. meridie expandit. īcolæ dormire eum dicunt. Fert eadem īsula & palmas:oleasq;:ac uites:& cum reliquo pomorum genere ficos. Nulli arborum folia ibi decidunt. rigatᷣq; gelidis fontibus:& hymbres accipit. Vicina iis arabia flagitat quādam generum distinctionem: quoniam fructus iis constat radice : frutice:cortice:succo:lachryma:ligno:surculo: flore:folio:pomo.

¶DE Costo & Nardo:& differētiis nardi. ¶Cap.xii.

RAdix & foliū indis est maximo precio. Radix costi gustu feruens:odore eximio: frutice alias īutili:primo statī ītroitu amnis indi ī patale īsula . Duo sunt eius gñā:nigrum:& quod melius candicans. Precium ī libras.xvi. De folio nardi plura dicere par est:ut prīcipali ī unguētis. Frutex est graui & crassa radice:sed breui ac nigra: fragiliq; q̄uis pīgui. Situm redolente ut cupressi aspero sapore: folio paruo densoq;. Cacumīa ī aristas se spargunt: ideo gemīa dote nardi spicas ac folia celebrant. Alterū eius genus apud gangem nascens damnatᷣ in totum ozenitidis nomīe uirus redolens. Adulteratᷣ & pseudo nardo herba:quæ ubiq; nascitᷣ:crassiore atq; latiore folio & colore languido in candidum uergente. Item sua radice permixta ponderis causa:& gummi: spumaq; argenti aut stibio:cyperiue cortice . Sincerum quidem leuitate deprehēditᷣ: & colore ruffo:odorisq; suauitate & gustu:maxime siccante os:sapore iucundo. Precium spicæ ī libras.lxxxx. Folia diuisere ad nouam amplitudinem:quod hadrosphærum uocatᷣ:maioribus siclis.xxx. Quod mīore folio est:mesosphærum appellatᷣ:emitᷣ .lx. Laudatissimum microsphærum e minimis folium:preciumq; eius.lxxv . Odoris grā omnibus:maior recentibus. Nardo color qui inueterauerit nigriori melior. In nr̄o orbe proxime laudatᷣ syriacum:mox gallicum. Tertio loco creticum: quod alii qdem

agrion uocāt: alii aliphū: folio olusatri: caule cubitali geniculato: in purpura albicāte: radice obliq̄ uillosaq; & imitāte auiū pedes. Baccaris uocat͛ nardū rusticū: de quo dicēus īter flores. Sunt autē ea ōnia herbæ: præter indicum. Ex iis gallicum & cū radice uellit͛: abluit͛q; uino. Siccat͛ in umbra. alligat͛ fasciculis in charta nō multum ab īdico differens: syriaco tamen leuius. precium siclis. xiii. In iis probatio una: ne sit fragilia & arida potius q̄ sicca folia. Cum gallico nardo semper nascit͛ herba quæ hirculus uocat͛ a grauitate odoris & silitudīe: q̄ maxime alteratur. Distat ꝙ sine cauliculo est: & ꝙ minoribus foliis: ꝙq; radicis neq; amaræ neq; odoratæ.

DE Assaro Amomo & Amomi: & de Cardamomo. Cap. xiii.

Nardi uim habet & assarum: quod & ipsum aliqui siluestre nardum appellant. Est autem ederæ foliis: rotūdioribus tantū mollioribusq;: flore purpureo: radice gallici nardi sīle: acinosum saporis calidi: ac uenosi. Montibus ī umbrosis bis anno floret. Optimum in ponto: proximum ī phrygia: tertium ī illyrico. Fodit͛ cum folia mittere īcipit. Et ī sole siccat͛: celeriter situm trahens: ac senescens. Inuenta nup & in thracia herba est: cuius folia nihil ab īdico nardo distant. Amomi uua ī usu est īdica uite labrusca ut alii existimauere: frutice uenoso palmi altitudīe. carpit͛q; cum radice: manipulatim leniter componit͛: ꝓtinus fragile. Laudat͛ q̄ maxime punici mali foliis sīle: nec rugosis: colore ruffo. Secunda bonitas pallido: herbaceum peius: pessimūq; candidū: quod & uetustate euenit. Precium uuæ ī libras sicli. lxx. Friato uero amomo . xlviii. Nascit͛ & ī armeniæ pte: quæ uocat͛ ocene: & ī media & ī pōto. Adulterat͛ foliis punicis: & gummi liquido: ut cohæreat: cōuoluatq; se ī uuæ modum. Est & quæ uocat͛ amomis minus uenosa: atq; durior: ac minus odorata a quo apparet aut aliud esse: aut colligi īmaturum. Sīle iis & nomīe & frutice cardamomum: semīe oblōgo. Metit͛ eodem mō & ī arabia. Quattuor eius gñа. Viridissimum ac pīgue acutis āgulis cōtumax fricāti: quod maxime laudat͛. Proximum eius ruffo candicans. Tertium breuius: atq; nigrius. Peius tñ uarium & facile tritu: odorisq; parui. Quod uerius costo uicinius esse debet. Hoc & apud medos nascit͛. Precium optimi ī libras. xii. Cinamomo gentilitas proxima erat nilus: ni prius arabiæ diuitias īdicari conueniret: causasq; quæ cognomen illi fœlicis ac beatæ dedere. Pricipalia ergo ī illa thus & myrrha. Hæc & cū troglodytis communis.

DE Thure & arboribus thuris. Cap. xiiii.

Thura præter arabiam nullis: ac ne arabiæ quidem uniuersæ. In medio eius sunt fere attramitæ pago sabæorum capite regni. Sabota ī monte excelso: a quo octo māsionibus distat regio eorum thurifera. Saba appellat͛: ꝙ significare græci mysteriū dicunt: spectans ortus solis æstiui undiq; rupibus īuia: & a dextra maris scopulis iaccessa. Id solum e rubro lacteum tradit͛. Siluarum longitudo est schœnorum. xx. Latitudo dimidium eius. Schœnus patet Eratosthenis ratione stadia. xl. hoc est passus. v. milia. Aliqui. xxii. stadia singulis schœnis dedere. Attollunt͛ colles alti: decurruntq; & in plana arbores sponte natæ. Terram argillosam esse conuenit: raris fontibus ac nitrosis. Attingunt & miniei pagus alius: p quos euehit͛ uno tramite angusto. Hi primi commercium thuris fecere maximeq; exercent: a quibus et minieum dictum est. Nec præterea arabum alii thuris arborem uidēt: ac ne horum quidem omnes. Ferūtq; . ccc. non amplius esse familiarum: quæ ius per successiones id sibi uendicent. Sacros uocari ob id: nec ullo congressu fœmīarum funerūq; cum incidant eas arbores: aut metāt: pollui. Atq; ita religione merces augeri. Quidam promiscuum ius his populis esse tradunt ī siluis. Alii per uices annorum diuidi. Nec arboris ipsius quæ sit facies: constat. Res ī arabia gessimus: & romana arma ī magnam partem eius penetrauere. Caius etiā Cæsar Augusti filius īde gloriam petiit: nec tamen ab ullo (quod eqdē sciā) latino arborum eaꝝ tradita est facies. Græcorum exempla uariant. Alii folio pyri minore duntaxat et herbidi coloris prodidere. Alii lentisco similem subrutilo folio. Quidā terebīthū esse: & hoc uisū Antigono regi allato frutice. Iuba rex iis uolumibus:

quæ scripsit ad Caium Cæsarem Augusti filiũ ardẽtem fama arabiæ tradit cõtorti esse caudicis: ramis aceris maxime ponti. Succum amygdalæ mõ emittere. Talesque in carmania apparere: et in ægypto satas studio Ptholemæoꝝ regnantium. Cortice lauri esse constat. Quidam et folium simile dixere. Talis certe fuit arbor sardibus. Nam et asiæ reges serendi curam habuerunt. Qui mea ætate legati ex arabia uenerunt: omnia incertiora fecerunt. Quod iure miremur: uirgis etiam thuris ad nos commeantibus quibus credi potest: matrem quoq; teretẽ & enodi fruticare trunco. Meti semel ãno solebat mĩore occasiõe uẽdẽdi. Iã quæstus alteram uiã affert.

¶DE Natura thuris & gñibus. ¶Cap. xv.

PRior atq; naturalis uindemia circa canis ortum flagrantissimo æstu ĩcidẽtibus: qua maxime uideat esse prægnans tenuissimusq; tendi cortex. Laxat hic plaga: non adimit. Inde prosilit spuma pinguis. Hæc concreta densat: ubi loci nata poscat tegete palmea excipiente. Aliubi area circum pauita. purius illo mõ: sed hoc ponderosius. Quod in arbore hæsit: ferro depectitur: ideo corticosum. Silua diuisa certis portionibus mutua innocentia tuta est. Neq; ullus saucias arbores custodit. Nemo furat alteri. At hercule alexãdriæ ubi thura interpollant: nulla satis custodit diligẽtia officinas. Subligaria signant opifici. Persona adiicit capiti: densusue reticulus. Nudi emittunt: tanto minus fidei apud nos pœna: q̃ apud illos siluæ habent. Autũno legit ex æstiuo ptu. hoc purissimum: candidum. Secunda uindemia est uere: ad eã hyeme corticibus ĩcisis. Ruffum hoc exit: nec comparandum priori. Illud carfiatum: hoc dathiathum uocant. Credit & nouellæ arboris cãdidius esse: sed ueteris odoratius. Quidam & ĩ ĩsulis melius putant gigni. Iuba ĩ ĩsulis negat nasci. Quod ex eo rotũditate guttæ pepẽdit: masculum uocamus: cum alias non ꝑe mas uocet: ubi nõ sit fœmĩa. Religioni tributum ne sexus alter usurparet. Masculum aliqui putant a specie testiũ dictum. Præcipua autem gr̃a est mammoso cum hærente lachryma priore consecuta alia miscuit se. Sĩgula hæc manum implere solita ĩuenio. Cum mĩori diripiendi auiditate lentius nasci liceret. Græci strygoniam & atomum tali mõ appellant: minorẽ autem orobiam. Micas concussu elisas mammam uocamus. Etiam num tñ ĩueniunt guttæ: quæ tertiã partem minæ: hoc est. xxxix. denarioꝝ pondus æquent. Alexãdro Magno ĩ pueritia sine parsimonia thura ingerenti aris pædagogus Leonides dixerat: ut illo mõ cum deuicisset thuriferas gentes: supplicaret. At ille arabia potitus thure onustam nauim misit ei: large exhortatus ut deos adoraret. Thus collectum sabotã camelis conuehit: porta ad id una patente. Digredi uia capitale leges fecere. Ibi decias deo: quem uocant Sabin: mensura nõ pondere sacerdotes accipiunt. Nec añ mercari licet. Inde impensæ publicæ tolerant. nam & benigne certo iterum numero deus hospites pascit. Euehi non potest: nisi per gebbanitas. Itaq; & hoꝝ regi pẽditur uectigal. Caput eorum thõma abest a gaza nostri littoris iudææ oppido. lxxx. xxxvii. milia passuum. Quod diuiditur ĩ mãsiones camelorum. lxii. Sunt & quæ sacerdotibus dantur portiones scribisq; regum certæ. Sed præter hos & custodes satellitesq; & hostiarii & mĩstri populãtur. Iam quacũq; iter est aliubi pro aqua: aliubi pro pabulo aut pro mãsionibus: uariisq; portoriis pẽdũt: ut sũptus ĩ sigulos camelos denarium. dc. lxxxviii. ad nostrum littus colligat. Iterumq; imperii nostri publicanis penditur. Itaq; optimi thuris libra siclorum. vi. precium habet. secũda. xii. tertia xiiii. Apud nos adulteratur resĩæ cãdidæ gẽma pq̃sili: sed deprehẽditur qbus dictũ ẽ mõis. Probatur cãdore: ãplitudĩe: fragilitate: carbone. Vt statĩ ardeat. Itẽ ne dẽtẽ recipiat potius q̃ ĩ micas frãgat.

¶DE Myrrha & arboribus myrrhæ. ¶Cap. xvi.

MYrrham ĩ iisdem siluis permixtam arborem nasci tradidere aliqui: plures sepatim. Quippe multis ĩ locis arabiæ gignitur: ut apparebit ĩ generibus. Cõuehitur & ex siluis laudata: petũtq; eam etiã a troglodytis sabæi trãsitu maris. Satiua quoq; ꝓuenit multum siluestri prælata. Gaudet rastris & ablaqueationibus. Melior radice

refrigerata. Arbori altitudo ad quinq; cubita:nec ſie ſpina: caudice duro & intorto:
craſſiore q̃ thuris:& ab radice etiã q̃ reliq̃ ſui pte. Corticem lenem:ſilemq; unedoni.
Scabrum alii ſpinoſumq; dixere. Folium oliuæ:uerum criſpius:& aculeatum. Iuba
oluſatri: aliq ſilem iunipero:ſcabriorem tantum:ſpiniſq; horridam:folio rotũdiore:
ſed ſapore iuniperi. Nec non fuere qui e thuris arbore utrunq; naſci mentirentur. In-
cidũtur bis & ipſæ: iiſdemq; temporibus:ſed a radice uſq; ad ramos qui ualent. Sudãt
autem ſponte priuſq̃ incidãtur:ſtacten dictã:cui nulla præfertur. Ab hac ſatiua:& in
ſilueſtri quoq; melior æſtiua. Non dãt ex myrrha portiones deo:quoniã & apud
alios naſcitur. Regi tñ gebbãnitarum q̃rtas ptes eius pendũt. Cætero paſſim ac uulgo co-
ẽptã ĩ folles cõfarciũt. ipſiq; unguẽtarii digerunt haud difficulter odoris atq; pĩguedĩs
argumẽtis.

❡DE Gñibus Myrrhæ:& natura:& precio eius. ❡Cap. xvii.

(g)Eenera complura. Troglodytica ſilueſtrium prima. Erythrea ſequens & in
aqua ſtactea & aſtramitica eſt gebbannitica & auſeritis gebbannitarum regno.
Tertia dianitis. Quarta collaticia. Quĩta ſembracena a ciuitate regni ſabæorum mari
proxima. Sexta quam duriſitin uocant. Eſt & candida uno tantum loco:quæ ĩ meſſa-
lum oppidum confert'. Probat' troglodytica pĩguedĩe:& q aſpectu aridior eſt:ſordi-
daq; ac barbara:ſed acrior cæteris. Sembracena prædictis caret uitiis ante alias hylaris:
ſed uiribus tenuis. In plenum autem probatio eſt minutis glebis:nec rotundis. In cõ-
cretu albicantis ſucci & tabeſcentis: utq; confracta candidos ungues habeat: guſtu
leniter amara. Secunda bonitas:intus uaria. Peſſima quæ intus nigra. Peior ſi ſit etiã
foris. Precia ex occaſione ementium uaria. Stacteæ a ſex ad qnq̃gĩta. Statiuæ ſũmũ
ad. xxii. Erythrææ ad. xvi. hãc uolunt arabicam intelligi. Troglodyticæ nucleo ad. xiii.
Seæ uero: quam odorariam uocãt: ad. xiiii. Adulterat' lentiſci glebis & gummi. Item
cucumeris ſucco amaritudinis cauſa: ſicut ponderis ſpuma argenti. Reliqua uitia de-
prehendunt' ſapore:gummi dente lentiſcentis. Facillime autem adulteratur indica
myrrha:quæ ibidẽ quadã e ſpina colligit'. Hoc ſolũ peius india affert facili diſtĩctiõe.
tãto deterior ẽ.

❡DE Maſtice:Ladano:& Bruta:Enheno:& Strobo:& de Styrace. ❡Cap. xviii.

(e)Rgo tranſit in maſticem quæ ex alia ſpina fit ĩ ĩdia. Itemque ĩ arabia lamam
uocant. Sed maſtice quoq; gemina eſt:quoniam & ĩ aſia græciaq; herba repit' e
radice folia emittens:& carduum ſilem alo ſemĩs plenum lachryma:quæ erũpit ĩciſa
parte ſumma:uix ut dinoſci poſſit a maſtice uera. Nec non & tertia ĩ ponto eſt bitu-
minis ſilior. Laudatiſſima autem chia candida:cuius precium ĩ libras. xx. Nigræ uero
. xii. Chia e lentiſco tradit' gigni gũmi mõ. Adulteratur ut thura reſina. Arabia etiã nũ
& ladano gloriat'. forte caſuq; hoc & ĩiuria fieri odores plures tradidere. Capras male-
ficũ alias frondibus aĩal: odoratorum uero fruticum expetentius tãq̃ ĩtelligãt precia
carpere germinum caules prædulci liquore turgentes: diſtilãtemq; ab iis caſus mixta
ſuccum improbo barbarum uillo abſtergere. hunc glomerari ĩ puluerem: & incoqui
ſole. Et ideo ĩ ladano caprarum pilos eſſe. Sed hoc non alibi fieri q̃ ĩ nabathæis: q ſũt
ex arabia contermini ſyriæ. Recentiores ex auctoribus ſtrobon hoc uocant. Traduntq;
ſiluas arabũ paſtu caprarum infrĩgi:atq; ita ſuccum uillis inhæreſcere. Verum autem
ladanum cypri ĩ ĩſula eſſe. Vt obiter quæq; gña odorum dicãt': q̃uis non terrarum ordĩe.
Sĩliter & hoc ibi fieri tradunt & eſſe ceſyphum hircorum barbis genibuſque uilloſis
inhærens. Sed ederæ flore deroſo paſtibus matutinis cum eſt rorulenta cypros. deĩde
nebula ſole diſcuſſa in puluerem madentibus uillis adhæreſcere:atq; ita ladanum
depecti. Sunt qui herbam in cypro:ex qua id fiat:ladã appellent. & enim illi ladanum
uocant:huius pingui inſidere. Itaque attractis funiculis herbam eam conuolui: atq;
ita offas fieri. Ergo ĩ utraq; gẽte bina genera:terrenum:& facticium. Id quod terrenũ
eſt friabile:facticiũ lentum. Nec non & fruticẽ eſſe dicunt in carmania & ſuper ægyp-
tum per Ptholemæos tranſlatis plãtis. Aut ut alii generari & id in iis:ut thuris arbore

colligiq; ut gummi inciso cortice & caprinis pellibus excipi. Precia sunt laudatissimo in libras asses. xl. Adulterat myrti baccis: & aliis animalium sordibus. Sinceri odor esse debet ferus: & quodamõ solitudinem redolẽs. Ipsum uisu aridum: statim tactu mollescere. Accensum fulgure: odore iucundo gratuitum. Myrrhata deprehenduntur: crepitatq; in igne. Præterea sincero calculi potius e rupibus inhærent: q̃ puluis. In arabia & olea dotat lachryma: q̃ medicamentum conficit a græcis enhemon dictũ singulari effectu contrahẽdis uulnerum cicatricibus. In maritimis eæ fluctibus æstuq; operiũt. nec baccæ nocet: cum constet & ĩ foliis salẽ reliq. Hæc sunt peculiaria arabiæ. Et pauca præterea alibi communia dicenda: quoniam in iis uincit. peregrinosq; ipsa myrrhæ odores & ab exteris petit. Tanta mortalibus suarum rerum satietas est: alienarumq; auiditas. Petunt igitur in helimæos arborem brutam cupresso fusæ silem: exalbidis ramis iucundi odoris accensam: & cum miraculo historiis Claudii Cæsaris prædicatã. Folia eius inspergere potionibus parthos tradit. Odorem proximum esse cædro. fumũq; eius contra ligna alia remedio. Nascit ultra phasin tigrimq; ĩ finibus opimis scytræ in monte scanthro. Petunt & in carmanos arborem strobum ad suffitus pfusã uino palmeo accẽdẽtes. Huius odor redit a cameris ad solum iucundus: sed aggrauãs capita: citra dolorem tamen. hoc somnum ægris quærunt. His commerciis carracem oppidum aperuere: quod est illis nundinarium. Inde gabbam omnes petere solebant dieꝝ. xx. itinere: et palæstinam syriam. Postea carracem peti cœptum: ac regna pthoꝝ ex ea causa Iuba auctor est. Mihi & ad persas etiam prius ista portasse: q̃ in syriã aut ægyptum uident Herodoto teste: qui tradit singula milia talentum thuris annua pẽsitasse arabas regibus persarum. Ex syria reuehunt styracem: acri odore eius in focis abigentes suorum fastidium. Cætero non alia ligni genera sunt in usu q̃ odorata. Cibosq; sabæi coquunt thuris ligno: alii myrrhæ. Oppidorum uicorumq; non alio q̃ ex aris fumo atq; nidore. Ad hũc ergo sanandum urunt styracem in pellibus hircinis: suffiũtq; tecta. Adeo nulla ẽ uoluptas: quæ nõ assiduitate sui fastidium pariat. Eũdẽ & ad serpentes fugandos urũt in odoriferis siluis frequẽtissĩas.

DE Fœlicitate arabiæ. Cap. xix.

Non sunt eorum cinnamomum aut casia. Et tamen fœlix appellat arabia falso & ingrati cognomĩs: quæ hoc acceptũ superis ferat: cum plus ex eo ĩferis debeat. Beatum illa fecit hominẽ etiam in morte luxuria: quæ diis ĩtellexerat genita adhibẽs urendis defunctis. Periti rerum adstruxerunt nõ ferre tantum annuo fœtu: quantum Nero princeps nouissimo pompæ suæ die concremauit. Aestiment postea toto orbe singulis annis tot funera: aceruatimq; congesta honori cadauerum: quæ diis p singulas micas dant. Nec minus propicii erãt mola salsa supplicantibus. Immo uero (ut palã est) placatiores. Verum arabiæ etiam nunc fœlicius mare est. Ex illo nanq; margaritas mittit. Minimaq; computatione milies cẽtena milia sestertium annis omnibus ĩdia & seres penisulaq; illa imperio nostro adimunt. Tanto nobis deliciæ & fœmĩæ cõstãt. Quota enim portio ex illis ad deos quæso iã uti ad ĩferos ptinet?

DE Cinnamomo: & Xilocinnamomo: & Casia. Cap. xx.

Cinnamomum & casias fabulosa narrauit ãtiquitas princepsue Herodotus auiũ nidis: & priuatim phœnicis: in quo situ Liber pater educatus esset ex ĩuiis rupibus arboribusq; decuti carnis: quam ipsæ ĩferrent: pondere: aut plumbatis sagittis. Itẽ casiam circa paludes propugnãte ũguibus diro uesptilionũ gñe: aligerisq; serpẽtibus: his commentis augentes reꝝ precia. Commutata uero fabula est ad meridiani solis repercussus: inenarrabilem quendam uniuersitatis halitum e tota penisula existere tot generum auris spirãte concẽtu. Magniq; Alexandri classibus arabiam odore primum nunciatam in altum. Omnia falsa: siquidem cinnamomum: idemq; cinnamũ nascit ĩ æthiopia troglodytis connubio pmixta. Ii mercantes a contermis uehunt p maria uasta ratibus: quas neq; gubernacula regant: neq; remi trahãt uel impellant: nõ uela:

non tō ulla adiuuet:cum omnium instar ibi sint homo tātum & audacia. Praeterea hybernum mare exigāt circa brumā euris tum maxime flātibus. Ii recto cursu p sinus impellunt.atq; a ꝓmontorii ābitu argeste deferunt in portum gebbānitarum: qui uocatᵉ ocila.Quāobrem illi maxime id petunt. Produntq; uix quinto āno reuerti negociatores:& multos interire.Contra reuehunt uitrea:& aenea:uestes:fibulas:cum armillis:ac monilibus.Ergo negociatio illa foeminaꝝ maxime fide constat. Ipse frutex duoꝝ cubitoꝝ altitudine āplissimus: palmiq; minimus.iiii.digitoꝝ crassitudinis: statim a terra sex digitis surculosus:arido similis.Cum uiret non odoratus: folio origani:siccitate gaudens:sterilior hymbre:ceu dirae naturae. Gignitᵉ quidem in planis: sed densissis ī uepribus:rubisq;.difficilis collectu.Metitᵉ nō nisi permiserit deus.Ioué hunc intelligunt aliqui. Assabinum illi uocant.Xliiii.boum caprarumq; & arietum extis impetratᵉ uenia metendi.Non tamē aut āte ortum solis:aut post occasum licet. Sarmenta hasta diuidit sacerdos:deoq; partem ponit. Reliquum mercator in nassas condit.Est & alia fama:cū sole diuidi:ternasq; ptes fieri.deīde sorte germīa discerni. quodq; soli cesserit relīqui:ac sponte conflagrare. Praecipua bonitas uirgultoꝝ tenuissimis partibus ad longitudinem palmi.Secunda proximis breuiore mensura atque ordīe. Vilissimum quod radicibus proximū:quoniā ibi minimū corticis ī quo sūma gratiae. Quadecausa praeferuntᵉ cacumīa:ubi plurimus cortex.Ipsum uero lignum in fastidio est propter origani acrimoniam.xilocinnamum uocatᵉ. Precium est in libras .xx.Quidā cinnami duo gn̄a tradidere:candidius:nigricansq;.Et quondā praeferebatᵉ candidum.Nunc contra nigrum laudatᵉ.Atq; etiam uarium praeferunt candido: certissīa tn̄ aestimatione si sit scabrum:atq; ut inter sese tritum tarde frietur. Damnatur in primis molle:aut cui albet cortex.Ius eius a gebbannitarum rege solo proficiscitur. Is edicto mercatu uendit.Precia quondam fuere in libras denariorum mille.Auctum id parte dimidia est incensis(ut ferunt)siluis ira barbarorum. Id acciderit ne ob iniquitatem praepotentium:an forte: non satis constat. Austros ibi tam ardenter flare:ut aestatibus siluas accēdant:inuenimus apud auctores.Coronas ex cīnamomo īterrasili auro inclusas primus omnium in templis capitolii atq; Pacis dicauit imperator Vespasianus Augustus.Radicē eius magni ponderis uidīus ī palacii templo:quod fecerat diuo Augusto coniunx Augusta aureae paterae impositam: ex qua guttae editae annis omnibus ī grana durabantur:donec id delubrum incendio consumptum ē. Frutex & casīa est.iuxtaq; cīnami cāpos nascitᵉ:sed in montibus crassiore sarmento: tenui cute uerius q̄ cortice:quem conteri atq; in cinnamomo leuari & exinaniri precium ē. Amplitudo fruticis trium cubitorum.Colos triplex. Cū primum emicat cādidus pedali mensura.Deinde rubescit addito semipede.Vltra nigricans.Haec pars maxīe laudatᵉ: ac deinde proxima.Damnatur uero candida.Tum secant surculos longitudīe binum cubitorum.Mox praesuunt recentibus coriis quadrupedum ob id interemptorum: ut iis putrescentibus uermiculi lignum erodant:& excauent corticem tutū amaritudīe. Probatᵉ recens maxime:& quae sit odoris mollissimi:gustuue q̄maxīe feruens: potius lento tepore leniter mordens: colore purpureo: quaeq; plurima minimum ponderis faciat breui tunicarum fistula & non fragili. Ladam uocant talem barbaro nomine. Alia est balsamodes ab odore simili appellata:sed amara.ideoq; utilior medicis:sicut nigra ūguētis.Precia nulli diuersiora.Optimi ī libras.xl.caeteris.xv.

¶DE Isocinamo:& Chancamo:ac Taro. ¶Cap.xxi.

His addidere māgones quam daphnoides uocant:isocinnamon cognominatam. Preciumq; eius faciunt.ccc.Adulteratᵉ styrace:& propter silitudinē cortice lauri tenuissīs surculis.Quin & in nostro orbe seritᵉ:extremoq; in margīe imperii:q̄ rhenus alluit.Viuit in aluearūs apum sata. Color abest ille torridus sole:& ob id simul idem odor.Ex confinio casiae cinnamiq; & chancamum ac tarum inuehitᵉ:sed p nabathaeos troglodytasq; confines: qui consedere ex nabathaeis.

¶DE Serichato & Gabalio: & de Myrobalano. ¶Cap. xxii.

Eo comportat̃ & serichatum & gabalium: quæ intra se consumunt arabes: nr̃o orbi tãtum nominibus cognita: sed cum cinnamomo casiaq; nascentia. Peruenit tñ aliquando serichatum: & in unguenta additur ab aliquibus. Permutat̃ ĩ libras. vi. Myrobalanum troglodytis & thebaidi & arabiæ: quæ iudæam ab ægypto disterminat cõmune est: nascens unguento ut ipso nomĩe apparet. Quo item indicat̃ & glandem esse: arbori heliotropio: quã dicẽus ĩter herbas: sĩli folio. Fructus magnitudĩe auellanæ nucis. Ex iis in arabia nascens syriaca appellat̃: & est cãdida: contra ĩ thebaide nigra. Præfert̃ illa bonitate olei quod exprimit̃. Sed copia thebaica. Inter hec troglodytica uilissima est. Sũt qui æthyopicam iis præferãt glãdem nigram nec pinguem nucleoq; gracili: sed liquore q exprimit̃: odoratiori nascentẽ ĩ cãpestribus. Aegyptiã pĩguiorem esse & crassiori cortice rubẽtem: et quanuis ĩ palustribus nascat̃ breuiorem sicciorẽq;. E diuerso arabicam uiridem ac tenuiorem: & quoniam sit montosa spissiorem. Lõge autẽ optimã petream: ex quo diximus oppido: nigro cortice: nucleo candido. Vnguẽtarii aũt tãtũ cortices premũt. Medici nucleos tũdũt: affusa eis paulatĩ calida aqua.

¶DE Phœnicobalano: & Calamo odorato. ¶Cap. xxiii.

Myrrhobalano ĩ unguentis sĩlẽ proximũq; usũ habet palma ĩ ægypto: quæ uocat̃ adipsos: uiridis: odore mali cotonei: nullo ĩtus ligno. Colligit̃ aũt paulo añq̃ incipiat maturescere. Quod relinquit̃: phœnicobalanus uocat̃: & nigrescit: uescẽtesq; inebriat. Myrrhobalano precium ĩ libras binas. Institores & fæcem unguenti hoc nomĩe appellant. Calamus quoq; odoratus ĩ arabia nascens communis ĩdis atq; syriæ ẽ. In qua uincit omnis a nostro mari centum stadiis. Inter libanum montem aliumq; ignobilem: non (ut quidam existimauere) antilibanum in cõualle modica: iuxta lacũ cuius palustria æstate siccant̃: tricenis ab eo stadiis calamus & iũcus odorati gignũt̃. Sane enim dicamus & de iunco q̃uis alio herbis dicato uolumĩe: quoniam tamen hic unguentorum materia tractat̃. Nihil ergo a cæteris sui gñis differunt aspectu: sed calamus præstantior odore statim e longĩquo inuitat. mollior tactu. meliorq; q minus fragilis: & q a solo se potius q̃ q raphani modo frangit̃. Inest fistulæ araneum quod uocant florem. Præstantior est cui numerosius. Reliqua probatio ut niger sit. Dãnat̃ alibi. Melior quo breuior & crassior: lentusq; ĩ frangendo. Calamo precium ĩ libras. i. iunco. v. Tradũtque iuncum odoratum & in campania inueniri. Discessimus a terris oceanum spectantibus ad conuexas in nostra maria.

¶DE Hammoniaco & Spagno. ¶Cap. xxiiii.

Ergo æthiopiæ subiecta africa hãmoniaci lachrymam stillat in arenis suis. Inde etiam nomine Hammonis oraculo iuxta quod gignit̃ arbor: quam metopion uocant resinæ modo ut gummi. Gñа eius duo traston masculi thuris sĩlitudĩe: quod maxĩe probat̃. Alterum pingue & resinosum quod pyrama appellant. Adulterat̃ harenis uelut nascendo apprehensis. Igit̃ q̃ minimis glebis probat̃ & q̃ purissĩs. Precium optimi in libras asses. xl. Spagnos ĩter eos situs ĩ cyrenaica prouĩcia maxime probat̃. Alii ibrion uocant. Secundum locum optinet cyprius: tertium phœnicius. Fertur in ægypto nasci. Quin & ĩ gallia: nec dubitauerim. Sunt enim hoc nomine cani arborũ uilli: quales ĩ quercu maxĩe uidemus: sed odore præstantes. Laus prima candidissimis atq; altissĩs: secunda rutilis: nulla nigris. Et in insulis petrisque nati improbãtur: omnesque: quibus palmarum atq; non suus odor est.

¶DE Cypero: & Aspalathro: & Maro. ¶Cap. xxv.

Cyperus ĩ ægypto est arbor ziziphi foliis: semine coriandri candido: odorato. Coquit̃ hoc ĩ oleo: premit̃q; postea quod cyperus uocat̃. Preciũ ei ĩ libras. v. Optimum habet̃ e canopica ĩ ripis nili nata: secundum ascalonæ iudææ: tertium cypro ĩsula odoris suauitate. Quidam hanc esse dicunt arborem: quæ ĩ italia ligustrũ uocet̃. In eodẽ tractu aspalathros nascit̃ spina cãdida: magnitudĩe arboris modicæ:

flore rosæ. Radix unguentis expetitur. Tradunt in quocunq; frutice curuetur arquus
cælestis: eãdem quæcũque sit aspalathro suauitatem odoris existere: sed ĩ aspalathro
inenarrabilem quandam. Quidam eum Erisi sceptrum uocant: alii sceptrum Elisei.
Cuius probatio est ĩ colore ruffo uel igneo tactuq; spisso & odore castoreo. Permutat̃
in libras. xv. In ægypto nascitur & maron peius q̃ lydium : maioribus foliis ac uariis.
Illa breuia ac minuta & odorata.

DE Balsamo: & Opobalsamo: & Xylobalsamo: & Styrace: & Galbana. Ca. xxvi.

SEd õnibus odoribus præfertur balsamum uni terrarum iudææ cõcessum. Quõ-
dã in duobus tãtũ hortis utroq; regio : altero iugerum. xx. nõ amplius : altero
pauciorum. Ostendere arbusculam hãc urbi imperatores Vespasiani. Clarũq; dictu a
Põpeio Magno in triumpho arbores quoq; duximus. Seruit nũc hæc: & tributa pẽdit
cũ sua gente. In totum alia est natura : q̃ nr̃i externiq; ꝓdiderant. Quippe uiti silior
est q̃ myrto. Malleolis seri dicit̃ nuper iuncta ut uitis. & implet colles uinearum mõ
quæ sine amminiculis se ipsæ sustinent. Tõdetur siliter fruticans : ac rastris nitescit.
Properat nasci. Intra tertium annum fructifera. Folium proximum tuberi : perpetua
coma. Seuiere in eadem iudæi sicut in uitam quoq; suam. Contra defendere romani.
& dimicatum pro frutice est. Seritq; nunc eam fiscus. Nec unq̃ fuit numerosior aut
procerior. Proceritas intra bina cubita subsistit. Arbori tria gñ͞a. Tenui & capillacea
coma: quod uocant anthericeum. Alterum scabro aspectu incuruum: fruticosũ: odo-
ratius: hoc stracum appellãt. Tertium eumetes: quia est cæteris procerius: leui cortice.
Huic secunda bonitas: nouissima anthericeo. Semen eius est uino proximum gustu:
colore ruffum: nec sine pingui. Peius in grano quod leuius atq; uiridius. Ramus cras-
sior myrto. Incidit̃ uitro: lapide: osseisue cultellis. Ferro lædi uitalia odit. Emorit̃ ꝓti-
nus. Eadem amputari superuacua patiens. Incidentis manus librat̃ artifici tẽpamẽto:
ne quid ultra corticem uiolet. Succus e plaga manat: quem opobalsamum uocant:
eximiæ suauitatis: sed tenui gutta. ploratu lanis parua colligit̃ in cornua. Ex iis nouo
fictili cõdit̃: crassiori silis oleo: & in musto candida. Rubescit deĩde: simulq; durescit:
& translucida. Alexandro Magno res ibi gerente toto die æstiuo unam conchã ĩpleri
iustum erat. Omni uero fœcunditate e maiore horto: congios senos. minore sigulos:
cum & duplo rependebat̃ argento. Nunc etiam singularum arborum largior uena ter
omnibus percutitur æstatibus. Postea deputat̃. Et sarmẽta quoq; in merce sũt. Dccc.
amputatio ipsa surculusq; uenit ĩtra quintum demum annum. Xylobalsamũ uocat̃:
& coquitur in unguentis. Pro succo ipsum substituere officinæ. Corticis etiam ad me-
dicamenta precium est. Præcipua autem gratia lachrymæ: secunda semini : tertia cor-
tici: minima ligno. Ex hoc buxosum est optimum: quod est odoratissimum: mordẽs
gustu: feruensq; in ore. Adulterat̃ petreo hyperico quod coarguitur magnitudĩe: ina-
nitate: latitudine: seu longitudĩe: odoris ignauia: sapore piperis. Lachrymæ probatio
ut sit pinguis tenuis ac modice ruffa: & in fricando odorata. Secundus cãdido colos.
Peior uiridis: crassusq;. Pessimus niger. Quippe ut oleum senescit. Ex omni incisura
maxime probat̃: quod añ semel fluxit. Et alias adulterat̃ semĩe succo: uixq; maleficiũ
deprehenditur gustu amariore. Esse enim debet lenis : non subacidus: odore tantum
austerus. Vitiat̃ & oleo rosæ cypri: lentisci: balani: terebinthi: myrti: resina: galbano:
cæra cypria: prout quæq; res fuit. Nequissime autem gummi: quoniam ipsum quoq;
inarescit ĩ manu ĩuersa: & ĩ aqua: sidetq;. Probatio eius gemĩa est. Debet sincerum &
inarescere. sed hoc & gummi addita fragili crusta euenit: & gustu deprehenditur. Car-
bone uero: quod cæra resinaq; adulteratum est: nigriori flamma. Nam melle mutatũ
statim contrahit muscas. Præterea sincere densat̃ in tepida aqua gutta sidens ad ima
uasis. Adulterata olei modo innatat. Et si metopio uitiatum est: circulo cãdido cigit̃.
Summa est probatio: ut lac coagulet: & in ueste maculas non faciat. Nec manifestior
alibi fraus. Quippe milibus denariorum sextarii empti uendente fisco. ccc. denariis:

ueneūt. Intātum expedit augere liquorem. Xylobalsamo precium in libras.vi. Proxīa syria iudææ supra phœnicem styracem gignit circa gabala & marathūta & cassium seleuciæ montem. Arbor est eodem nomīe: cotoneo malo sīlis lachrymæ ex austero iucundioris: intus sīlitudo harundinis: succoq; prægnās. In hāc circa canis ortum aduolāt pēnati uermiculi erodētes: ob id ī scobe sordescit. Styrax laudat᷑ post supradicta ex pisidia: sidone: cypro: cilicia: creta minime. Ex amano syriæ medicis: sed ūguētariis magis. Colos in quacunq; natiōe præfertur ruffus & pinguiter lentus. deterior furfurosus: & cano sit obductus. Adulteratur cedri resina: uel gūmi: alias melle: aut amygdalis amaris. Omniaq; ea deprehenduntur gustu. Precium optimo.xix. Exit & ī pamphylia: sed acrior: minusq; succosus. Dat & galbanum syria ī eodem amano monte: & ferulam: quā eiusdem nominis resinæ mō stagonitī appellāt. Quod maxime laudāt: cartilaginosum: purum: ad sīlitudinem hammoniaci: minimeq; lignosum. Sic quoq; adulterat᷑ faba aut sagapeno. Sincerum: si uratur: fugat nidore serpentes. Permutatur in libras qnq; medicinæ hoc tantum.

¶DE Panace: & Spondilio: & Malobathro. ¶Cap.xxvii.

PAnacem & unguentis eadem gignit nascentem & in ipso fine arcadiæ. circaque erymāthi fontes: & in africa & in macedonia ferula sui generis quinq; cubitorū: foliis quaternis: mox senis in terram iacentibus: ampla magnitudine rotundis: in cacumen uero oleagineis: semine in muscariis dependente ut ferulæ. Excipitur succus inciso caule messibus: radice in autūno. Laudatur candor eius coacti. Sequēs pallido statera. Niger colos improbat᷑. Precium optimo ī libras bini asses. Ab hac ferula differt quæ uocat᷑ spondylion: foliis tantum quia sunt mīora: & platani diuisura. Non nisi in opacis gignit᷑. Semē eodem nomīe sīlis speciem habet: medicīæ tantum utile. Dat & malobathron syria arborem folio conuoluto: arido colore: ex quo exprimit᷑ oleū ad unguenta. Fertiliore eiusdem ægypto: laudatius ex india uenit. In paludibus ibi gigni tradunt: lentis modo: odoratius croco: nigricans: scabrumq; quodam salis gustu. Minus probat᷑ candidum. Celerrime situm in uetustate sentit. Sapor eius nardo sīlis esse debet sub lingua. Odor uero in uino sufferuefacti āncedit alios. In precio qdē ꝓdigio sīle ē a sigulis ad.ccc. puēire libras. Foliū autē ipsum in libras.lx.

¶DE Oleo omphacio. ¶Cap.xxviii.

OLeum & omphacium ē. Fit duobus generibus & totidem modis ex olea & uite. Olea adhuc alba expressa: deterius ex druppa: ita enī uocat᷑ priusq̄ cibo matura sit: iam tum colorem mutans. Differentia ꝙ hoc uiride est: illud candidum. E uite fit psytia aut aminea: cum sint acini ciceris magnitudine ante canis ortum. In prima lanugīe demetitur uua: eiusq; melligo. Reliquum corpus sole coquitur. Nocturni rores cauētur. In fictili condita melligo colligit᷑: subīde cyprio ære seruat᷑. Optīa quæ ruffa: acriorq; & aridior. Precium omphacio in libras.vi. Fit & alio mō cum ī mortariis uua immatura terit᷑. Siccataq; in sole postea digerit᷑ in pastillos.

¶DE Iryo: & Oenanthe: & de Elate arbore: & Cīnamo comaco. ¶Cap.xxix.

EOdem & iryon pertinet uua populi albæ. Optima circa gnidum aut cariam in sitientibus aut siccis asperisq;. Secūda ī lycia cædro. ¶Eodem & oenāthe ptīet. Est autem uitis labruscæ uua. Colligit᷑ cum flore: cum optime olet. Siccatur in umbra substrato linteo: atq; in cados condit᷑. Præcipua ex parapotamia: secūda ab antiochia: atq; laodicia syriæ: tertia ex montibus medicis. Hæc utilior medicinæ. Quidā ōnibus his præferunt eam: quæ in cypro īsula nascit᷑. nam quæ in africa fit: ad medicos tātū pertinet: uocat᷑q; masaris. Omnis autem ex alba labrusca præstantior q̄ e nigra est. Est præterea arbor ad eadē unguenta pertinens: quā alii elaten uocant: quod nos albietē: alii palmā: alii spathen. Laudat᷑ hammoniaca maxime: mox ægyptia. Dein syriaca: duntaxat in locis sitientibus odorata: pingui lachryma: quæ in unguēta addit᷑: ad domandum oleum. In syria gignit᷑ & cinnamum quod comacon appellant. Hic est

succus nuci expressus: multum a surculo ueri cinnami differens: uicina tamen gratia. Precium in libras asses quadraginta.

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER TERTIVSDECIMVS. PROOEMIVM.

DE Peregrinis arboribus.

HACTENVS IN ODORIBVS HABENT precia siluæ. Erantq; per se mira singula. Iuuitq; luxuriam ea omnia miscere: & e cunctis unum odorẽ facere. Ita repta sũt ũguẽta.

DE Vnguentis: & quando primum sunt cognita nobis: & de compositione. Cap. i.

QVis primus inuenerit: non traditur. Iliacis tẽporibus non erãt: nec thure supplicabat. Cædri tãtũ & citri suorum fruticum ĩ sacris fumo conuolutum nidorem uerius q̃ odorem nouerãt. Iam rosæ succo reperto. Nominatur. n. id quoq; ĩ olei laude. Persarum esse debet gentis ũguentũ. Sed & bathylli madent eo: & accersita commẽdatiõe ingluuie natum uirus extiguũt. Primum quod equidem inueniam: castris Darii regis expugnatis ĩ reliquo eius apparatu Alexander cepit scrinium unguentorum. Postea uoluptas eius a nr̃is quoq; inter laudatissima atq; etiã honestissima uitæ bona admissa est. Honosq; iis & ad defũctos pertinere cœpit. Quapropter plura de eo dicemus: q̃ quæ etiam ii nouerunt. Fruticũ ad præsens nomibus tantum indicabuntur. Natura uero eorum suis reddetur locis. Vnguẽtis cognomina dedere aliis patriæ: aliis succi: aliis arbores: aliis causæ. Primũq; id scire conuenit: mutata auctoritate ad peius transisse gloriam. Laudatissimum fuit antiquitus in delo insula: postea mendesium. Nec mixtura tantum & compositione hoc accidit: sed iidem succi uarie alibi ad quælibet præualuere: aut degenerauere. Iriũ corinthi diu maxime placuit: postea cyzici: simili modo rhodinum phaseli. Quam gloriam abstulere neapolis: capua: preneste. Crocinum in solis ciliciæ diu maxĩe laudatum: mox rhodi. Oenanthinum in cypro: deĩde ĩ ægypto præpositum: postea adramiteo: amaracinum in co. Postea eodem loco prælatum est melinum: cyprinum in cypro. Deinde in ægypto ubi mendesium & metopium gratius factum est. Moxhoc abstulit phœnice. Et cyprini laudem ægypto reliquit. Panathenaicum suum athenæ perseueranter optinuere. Fuerat & pardalium in tharso: cuius etiam compositio & mixtura oblitterata est. Narcissinum quoq; ex flore narcisso: desiit componi. Ratio faciendi duplex: succus: & corpus. Ille olei generibus fere constat: hoc odorum. Hæc stagmata uocant: illa hedysmata. Tertius inter hæc est colos a multis neglectus. Huius causa addunt᷑ cinabari & anchusa. Sal aspersus olei naturam coercet. Quibus anchusa adiecta est: sal non addit᷑. Resina aut gummi adiiciunt᷑ ad continendũ odorẽ in corpore. Celerrime iis euanescit atq; defluit: si non sit hæc addita. Vnguentorum expeditissimum fuit: primumq; ut uerisimile est e brio & balanino oleo: de quibus supradiximus. Increuit deinde mendesium. Balanino resina mixta: magisq; etiã nũ metopio. Oleũ hoc est amygdalis amaris expressum ĩ ægypto. Cui addidere õphaciũ: cardamomum: iuncum: calamum: mel: uinum: myrrham: semen balsami: galbanum: resinã therebĩthinã. Et e uilissimis quidem hodie est: ob id creditum & id ĩ uetustissimis esse, quod constat oleo myrteo: calamo: cupresso: cypro: lentisco: malogranati cortice. Sed diuulgata maxime unguenta crediderim rosa: quæ plurima ubiq; gignit᷑. Itaque

simplicissima rhodini mixtura diu fuit: additis omphacio: flore rosæ: crocino: cinabari: calamo: melle: iunco: salis flore: aut anchusa: uino. Similis ratio & in crocino additis cinabari anchusa uino. Silis & in sansucino admixtis omphacio: calamo. Optimum hoc in cypro & mytilenis: ubi plurima sansucus. Miscent & uiliora genera olei myrto lauro: qbus addit sansucinum: lilium: fœnogræcū: myrrha: casia: nardum iuncus: cinamomum. E malis quoq; cotoneis & strutheis fit oleum (ut diximus) melinū: quod in unguenta transit: admixtis omphacio: cyprino: samio: balsamo: iunco: casia: ābrotano. Susinum tenuissimum omnium est. Constat ex liliis: balano: calamo: mello: cinnamomo: croco: myrrha. Et idē cyprinū ex cypro: & omphacio: & cardamomo: calamo aspalatho: ambrotano. Aliqui & in cyprinum addunt myrrham: & panacen. Hoc optimum sidone: mox ægypto: si non addat selaminum oleum. Durat & qdriēnio. Excitatur cīnamomo. Telinum fit ex oleo recenti cypro: calamo: mellilot: fœnogræco: melle: mello: oraro: amaraco. Hoc erat celeberrimum Menandri poetæ comici ætate. Postea multo successit propter gloriam appellatū megalium ex oleo balanino balsamo: calamo: iunco xylobalsamo: casia: resina. Huius proprietas ut uentiletur in coquēdo donec desinat olere. Rursus refrigeratum odorem suum capit. Sīguli quoq; succi nobilia ūguenta faciunt. In primis malobathrum: postea iris illyrica: & cizicena amaracus. Herbarii in utraq; pauca iis & alia aliis miscēt. Qui plurima alterutri mel: salis florem: omphacium angnifoliam panacen. Externa omnia. Et prodigiosa cīnamino precia. Adiicitur cinnamomo balaninū oleum: xylobalsamum: calamus: iūcus: balsami semina: myrrha: mel odoratum. Vnguentorum hoc crassissimum. Precia ei a denariis. xxxv. ad. ccc. x. Nardinum siue foliatum constat omphacio: balanino: iunco: costo: nardo: amomo: myrrha: balsamo. In hoc genere cōueniet meminisse herbarum: quæ nardum indicum imitentur species nouem a nobis esse dictas: tāta materia adulterandi est. Ommia autem acutiora fiunt costo: amomo: quæ maxime nares feriunt. Crassiora myrrha suauioraq;. Medicīæ autem utiliora croco. Acerrima per se amomo. Hoc & capitis dolores facit. Quidam satis habent aspergere quæ sunt preciosissima: cæteris decoctis: impendio parcentes: sed non eadem est uis: nisi una decoctis. Myrrha & per se unguentum facit sine oleo: stacte duntaxat. Alioquin nimiam amaritudinē affert. Cyprino uiride fit: susino ūguinosum: mendesio nigrum: rhodino candidum: myrrha pallidum. Hæc sūt antiquæ inuentionis genera: & postera officinarum furta. Nunc dicet cumulus iste deliciarum: & sūma auctoritas rei.

¶Quod unguentū regale uocet: & quæ diapasmata: & qualiter seruēt. ¶Cap. ii.

Ergo regale unguentum appellatum: quod parthorū regibus ita tēpatur. Cōstat myrobalano: costo: amomo: cīnamomo: comaco: cardamomo: nardi spica: maro: myrrha: casia: stirace: ladano: opobalsamo: calamo: iuncoq; syrio: oenanthe: malobathro: sericato: cypro: aspalato: panace: croco: cyprio: amaraco: colato melle: uino. Nihilq; eius rei causa in italia uictrice omnium. In europa uero tota præter irin illyricā & nardū gallicū gignit. Nā uinū & rosa & myrti folia oleūque cōmunia fere ōniū terrarū intelliguntur. Siccis odoribus constant quæ diapasmata uocantur. nam fæces unguenti magmata appellant. Inter ōnes potentissiūs odor quisquis nouissīe addit. Vnguenta optime seruantur in alabastris: odores in oleo. Quod diuturnitati eorū tāto utilius est: quanto pinguius: ut ex amygdalis. Et ipsa unguenta uetustate meliora. Sol inimicus iis. Quābrē in ūbra coquūntur plūbeis uasis. Experimentum eorum inuersa manu capit: ne carnosæ partis calore uitiet.

¶Quanta in unguentis luxuria: & quando primū romanis in usu. ¶Cap. iii.

Haec est materia luxus e cunctis maxīe superuacui. Margaritæ enī gēmæq; ad hæredem tñ trāseunt. Vestes prolongant tēpus. Vnguenta illico expirant: ac suis moriuntur horis. Sūma cōmendatio eorum: ut transeuntē fœminā odor inuitet etiā aliud agentē. Excedūtq; quadragenos denarios libræ. Tantū emitur uoluptas aliena.

Etenī odorē qui gerit: ipse nō sentit. Sed tñ & hæc aliqua differentia signāda sunt. In. M. Ciceronis monumētis inuenitur unguenta gratiora esse quæ terrā: q̄ quæ crocū sapiant: quando etiā corruptissīo in genere. Magis tamen iuuat quædā ipsius uitii se/ueritas. Sed quosdā crassitudo maxīe delectat: id ipsū approbantes. Liniq; iā nō solū: sed & perfundi unguentis gaudent. Vidīus etiā uestigia pedū tingi: quod. M. Otho/nē mōstrasse Neroni prīcipi ferebāt. Quæso ut qualiter sentiretur iuuari ab ea parte corporis? Nec non aliquem ex priuatis audiuimus iussisse spargi parietes balnearum unguēto. Atq; Caium principem solitum lauari. Ac ne principale uideatur hoc bonū: & postea quendam ex seruis Neronis. Maxime tamen mirum est hanc gratiam pene/trasse & in castra. Aquilæ certē ac signa puluerulenta illa, & custodiis horrida iungūt festis diebus. Vtināq; dicere possēus: quis prīus īstituisset ista. Nimirū hac mercede orbem terrarum corruptæ deuicere aquilæ. Ista patrocinia quærimus uitiis: ut p hoc ius sumant sub casside unguenta. Quādo id primum ad romanos penetrauerit: non facile dixerim. Certum ē Antiocho rege asiaq; deuictis urbis āno quīgentesimo sexa/gesimoqnto. P. Licinium Crassum: Iulium Cæsarem censores edixisse: neqs uēderet unguenta exotica: sic enī appellauere. At hercules iam quidam etiam in potu addūt. tantiq; amaritudo est: ut odore prodigo fruantur ex utraq; parte corporis. L. Plotium . L. Plotii bis cōsulis cēsorisue fratrem proscriptum a triumuiris ī salernitana latebra unguēti odore proditum constat. quo dedecore tota absoluta proscriptio est. Quis enim non merito iudicet perisse tales? Cæterum terrarum omnium ægyptus accōmo/datissima unguentis. Ab ea campania est proxima copia rosæ.

DE Palmis: & natura earum: & gn̄ibus. Cap. iiii.

IVdæa inclyta est: uel magis palmis: quarum natura nunc dicet. Sunt quidem in europa uulgoq; italia: sed steriles. Ferūt in maritimis hispaniæ fructum: uerū immitem: dulcem in africa: sed statim euanescentem. Contra in oriente ex iis uina. Gentiumq; aliquibus panis. Plurimis uero etiam quadrupedum cibus. Quamobrem iure dicentur externæ. Nulla est in italia sponte genita: nec in alia parte terrarum: nisi in calida. Frugifera uero nusq̄ nisi in feruida. Gignit leui sabulosaq; terra: maiore in parte & nitrosa. Gaudet & riguis: totoq; anno bibere cum amet: anno sitienti. A fimo quidam etiam lædi putant. Et assyriorum pars aliqua si non riuis misceatur. Genera earum plurima. Et prima fruticem non excedentia. Sterilem hanc. Alibi & ipsam fertilem: breueq; ramis obire umbra foliorum. Tectorii uicem hæc parietibus plerisq; in locis præstat contra aspgines. Sunt e procerioribus siluæ arbore ex ipsa foliorum aculeo fruticante circa totas pectinatim: quas siluestres intelligi necesse est. Incerta tñ libidine etiam mitioribus se miscent. Reliquæ teretes atq; proceræ densis gradatisq; corticum pollicibus: ut orbibus faciles se ad scandendum orientis populis præbent. Vtilem sibi arborisq; induuiis circulū mira pernicitate tum homine subeunte. Coma omnis in cacumine: & pomum est: non inter folia ut in cæteris: sed suos inter ramos palmitibus racemosum. Vtraq; natura uuæ atq; pomi. Folia cultrato mucrone lateri/bus in sese bifidatis bellas primum demonstrauere gemmas. Nunc ad funes uitiliūq; nexus & capitum leuia umbracula funduntur. Arboribus immo potius omnibus quæ terra gignit: herbisq; etiam utrūq; sexum esse diligentissimi naturæ tradunt. Quod ī plenum satis sit dixisse hoc in loco. Nullis tamen arboribus manifestius. Mas in pal/mite floret. Fœmīa citra florem germinat tantum spinæ modo. Vtrisq; autem prima nascitur pomi caro: postea lignum intus: hoc est semen eius. Argumētum quod puæ sine hoc reperiuntur in eodē palmite. Est autem oblongum non ut oliuis orbiculatū. Præterea cæsum a dorso puluinato & ī aluo media fissura: plerisq; umbilicatum: ūde primum spargit radix. Seritur autem pronum: & bina iuxta composita semina: supq; totidem: quoniam infirma singulis plāta est. Quaternæ coalescunt. Multis cādidisq; lignum hoc a carnibus discindit tunicis aliis corpori adhærentibus: laxeq; distās: tātū

a cacumĩs filo adhærens. Caro maturescit anno. Quibusdam tñ in locis ut cypro: q̃q̃ ad maturitatẽ nõ perueniat: grato sapore dulcis est. & foliũ ibi latius. fructus q̃ reliq̃s rotũdior. Nec ut deuoretur corpus: uerum ut expuatur succo mõ expresso. Et ĩ arabia languidæ dulces tradunt́ esse palmæ. Quãq̃ Iuba apud scenitas arabas præfert õnibus saporibus: quã uocãt dabulan. Cætero nõ sine maribus gignere fœminas spõte edito nemore cõfirmãt. Circaq; singulos plures nutare in eũ pronas blãdioribus comis. Illũ erectis hispidum afflatu uisuq; ipso & puluere etiã reliq̃s maritare. Huius arbore excisa uiduas post sterilescere fœminas. Adeo est ueneris ĩtellectus uti coitus etiã excogitatus sit ab homine: ex maribus flore ac lanugine: interĩ uero tantũ puluere ĩ ipso fœmĩs. Serunt́ autẽ palmæ & trunco duoꝝ cubitoꝝ lõgitudine a cerebro ipso arboris uiridi fissuris diuiso atq; defosso. Et ab radice auulsæ uitalis ẽ satus: & ramoꝝ tenerrimis. In assyria ipsa quoq; arbor strata in solo humido tota radicatur: sed ĩ frutices non in arborem. Ergo plantaria instituunt: anniculasq; transferunt: & iterum bimas. Gaudent enim mutatione sedis: uerna alibi: in assyria autem circa canis ortum. Nec ferro attingunt ibi nouellas: sed religant comas: ut ĩ altitudinem exeant. Robustas deputant: crassitudĩs gratia semipedales ramorũ relinquentes truncos. Qui decisi alibi necant matrẽ. Diximus salsum ab iis solum diligi. Ergo ubi nõ est tale: salẽ aspgũt: non radicibus sed longius paulo. Quædam in syria & ægypto in binos diuidunt se truncos: in creta & ternos: quædamq; & in quinos. Ferũt statim in trimatu. In cypro uero syria ægypto quadrimæ aliæ: aliæq; quinquemies: aliæ altitudine homĩs: nullo intus pomi ligno q̃diu sunt nouellæ: ob id spadonum accepto nomĩe. Genera earum multa. Sterilibus ad materias operaq; lautiora utitur assyria: & tota persis. Sunt & cæduæ palmarum quoq; siluæ: germinãtes rursus ab radice succisæ. Dulcis medulla eaꝝ in cacumine quod cerebrum appellant. exemptaq; uiuunt: quod non aliæ. Vocantur autem chamerepes: folio latiore ac molli: ad uitilia utilissimo. Copiosæ in creta: sed magis in sicilia. E palmis prunæ uiuaces: ignisq; lentus. Fructiferarum aliis breuius lignum in pomo: aliis longius. His mollius: illis durius. Quibusdã osseum: limatũq; dente contra fascinantes religione politum. Aliud pluribus uestitum paucioribusue tunicis: aliud crassioribus tenuioribusue. Ita fiunt undequinquaginta genera: siquis omnium persequi uelit nomina etiam barbara: uinorumq; ex iis differẽtias. Clarissĩe omnium: quas regias appellauere ab honoribus: quoniam regibus tãtum persidis seruarentur babylone natæ uno in horto bagoo. Ita enim uocant spadones: qui apud eos etiam regnauere. Hortus ille nunq̃ nisi dominantis in aula fuit. At in meridiano orbe præcipuam optinent nobilitatem syagri. Proximamq; margarides. Eæ breues: cãdidæ: rotundæ: acinis q̃ balanis siliores. Quare & nomen a margaritis accepere. Vna earum arbor ĩ chora esse tradit́: una & syagrorum. Mirumq; de ea accepimus cũ phœnice aue: quæ putatur ex huius palmæ argumento nomen accepisse: iterum mori: ac renasci ex seipsa: quod erat prius: pomis refertã. Ipsum pomum grãde: duꝝ: horridũ: & a cæteris generibus distãs: sapore ferino quem ferme ĩ apris nouimus: euidẽtissĩeq; causa est nomĩs. Quarta auctoritas scandalidum: a silitudĩe appellatarum. Iam in æthiopiæ fine quinq; earum nec plurimas arbores tradunt: non raritate magis q̃ suauitate mirabiles. Ab iis caryotæ maxime celebrantur & cibo quidem: sed & succo ubertimæ. ex quibus præcipua uina orienti iniq̃ capiti: unde pomo nomẽ. Sed ut copia ibi atq; fertilitas ita nobilitas in iudæa: nec in tota: sed hiericũte maxime. Quanq̃ laudatæ & rachelaidæ: & phaselidæ: atq; libyadæ gẽtis eiusdem conuallibus. Dos his præcipua. Succo pingui lactentibus: quodamq; uini sapore in melle prædulci. Sicciores in hoc genere nicolai: sed amplitudĩs præcipuæ. quaterni cubitorum longitudinem efficiunt. Minus speciosæ: sed sapore caryotarum sorores: & ob hoc adelphides dictæ: proximam suauitatem habent: non tamen eandem. Tertium ex iis genus patet: & nimio liquore abũdat. Rumpitq; se pomi ipsius etiam in suam matrem ebrietas calcatis

simile. Suum genus sed e ficciore turba iacens dactylis prælonga gracilitate curuatis ĩ terram. Nam quos ex iis deorum honori dicamus: idæos appellauit iudæa gens con/ tumelia numinnm insignis. In totum arentes thebaides atq; arabicæ: macro corpore exiles: & assiduo uapore torrentes. Crustam uerius q̃ cutem obducunt. In ipsa quidem æthiopia friatur hæc: tanta est siccitas. & farinæ modo spissatur in panem. Gignit̃ aũt in frutice ramis cubitalibus: folio latiore: pomo rotũdo: sed maiore q̃ mali ãplitudĩe. cæcas uocant. triennio maturescũt. semperque frutici pomum est subnascente alio. Thebaidis fructus ex templo in cados condit̃: cum sui ardoris animam: ni ita fiat: ce/ leriter expiret: marcescitq; non retostus furnis. Ex reliquo genere plebeiæ uidentur. Syri hoc & Iuba tragemata uocant. Nam in alia parte phœnicis ciliciæq; populari etiã nomĩe a nobis appellãt̃ balani. Eoꝝ quoq; plura genera. Differũt figura rotũditatis aut ꝓceritatis. Differunt & colore nigriores: ac rubentes. nec pauciores fico traduntur colores. Maxime tamen placent candidi. Distant & magnitudine prout multi cubitũ effecere. Quidam sũt non ampliores faba. Seruant̃ ii demum: q nascũt̃ in salsis atque sabulosis: ut in iudæa: & cyrenaica: africa. Non item in ægypto: cypro: syria: seleucia: assyria. Quãobrem sues & reliqua animalia ex iis saginantur. Vitiati aut uetusti eius pomi signum est: decidisse cãdidã uerrucam: quæ racemo adhæserit. Alexãdri milites palmis uiridibus strangulati sunt. In gedrosis id factum est pomi genere. Alibi copia euenit. Est enim tanta musteis suauitas: ut finis mãdẽdi nõ nisi piculo fiat.

¶DE Syriæ arboribus. ¶Cap. v.

SYria præter hãc peculiares habet arbores. In nucum gñe pistacia nota. Prodesse aduersus serpentium traduntur morsus & potu & cibo. In ficorum autẽ caricas & minores eius generis: quæ cottana uocant. Item pruna in damasco monte nata & myxa: utranq; iam familiarem italiæ. Ex myxis in ægypto & uina fiunt. Iuniperi si/ militudine habent phœnices & cædrum minorem. Duo eius gñа: lyria & phœnicia. Differũt folio. Nam quæ durum: acutum: spinosum habet oxycædros uocat̃: ramosa & nodis infesta. Altera odore præstat. Fructum ferunt myrti magnitudine: dulcem sapore. Et maioris cædri duo genera. Quæ floret: fructum nõ fert. Fructifera nõ flo/ ret. Et in ea antecedẽtem fructum occupat nouus. Semen eius cupresso simile. Quidã cædrelatẽ uocant. Ex hac resina laudatissima. Materiæ uero ipsi æternitas. Itaq; & si/ mulacra deorum ex ea factitauerunt. Cædrinus est romæ in delubro Apollo Sosianus e seleucia aduectus. Cædro similis in arcadia est arbor: quæ ĩ phrygia frutex uocat̃.

¶DE Terebintho. ¶Cap. vi.

SYria & terebinthum habet. Ex iis mascula est sine fructu. Fœmĩarum duo gñа. Alteri fructus rubet lentis magnitudine: alteri pallidus. Cum uite maturescit: non grandior faba: odore iucundior: tactu resinosus circa idam troadis. Sed in mace/ donia breuis arbor hæc atq; fruticosa: in damasco syriæ magna. Materies ei admodũ lenta ac fidelis ad uetustatem: eximii ac nigri splendoris: flos racemosus oliuæ modo: sed rubens: folia densa. Fert & folliculos emittentes quædam animalia ceu culices: lẽ/ toremq; resinosum: qui & ex cortice erumpit. Etiam rhus syriæ mascula fert: sterili fœmĩa: folio ulmi: paulo longiore: & piloso: foliorum inter se semper contrariis pedi/ culis: gracili: breuiq; ramo. pelles candidæ conficiuntur. Iis semen lenti simile cũ uua rubescit: quod uocat̃ rhus: medicamentis necessarium.

¶DE Ficu ægyptia & cypria. ¶Cap. vii.

ET in ægypto multa arborum genera: quæ non alibi. Ante omnia ficus ob id æ/ gyptia cognominata. Arbor moro similis: folio: magnitudine: aspectu. Pomum fert nõ ramis: sed caudice ipso. idq; ipsum ficus est prædulcis: sine granis ĩterioribus perq̃fœcundo prouentu: scalpendo tantum ferreis unguibus. aliter non maturescit. Sed cum factum est: quarto die demetitur: alio subnascente: septeno ita numerosa partu per singulas æstates multo lacte abundante. Subnascitur etiam si nõ scalpatur

fœtus:quater æstate.prioremq; expellit immaturum. Materies proprii generis inter utilissimas. Cæsa statim stagnis mergit̃.hoc est eius siccari. Et primo sidet:postea fluitare incipit.certoq; eam fugit alienus humor: qui aluim omnem rigat. Cũ innatare cœperit:tempestiue habet signum. Huic silis q̃dãtenus quæ uocat̃ cypria ficus ĩ creta. Nã & illa in caudice ipso fert pomum & ramis:cum in crassitudinem adoleuere. Sed hæc germina emittit sine ullis foliis radici silia. Caudex arboris populo silis:folium ulmo. Fructus quaternos fũdit:totiens & germinat. Sed grossus eius non maturescit: nisi incisura emisso lacte. Suauitas & interior fici. Magnitudo sorbi silis.

DE Ceraunia & Siliqua. Cap.viii.

Siliqua quam iones cerauniam uocant: trũco & ipsa fertilis: sed pomo siliquæ. Ob id qdã ægyptiã ficũ dixere errore manifesto. Nõ enim in ægypto nascitur: sed in syria:ioniaq; & circa gnidum:atq; in rhodo:semper comantibus foliis:flore cãdido:cum uehementia odoris. Plantigera imis partibus:& ideo superficie flauescens succum auferente sobole. Pomo antecedentis anni circa canis ortus detracto:statim alterũ parit. Postea florẽ p arcturũ hyeme fœtus enutriẽte.

DE Persico ægypti & spina ægyptia. Cap.ix.

Aegyptus & persicã arborem sui generis habet silem piro:folia retinẽtẽ. Fertilitas assidua eius subnascente crastino fructu. maturitas etesiarum afflatu. Pomum longius piro inclusum amygdalæ putamĩe & corio:colore herbido. Sed ubi nux illi: huic pomum:differens breuitate ac mollicie. Et q̃uis blandiat̃ prædulcis suauitas:nõ innocuum. Materies bonitate:firmitudine:nigricia quoq; nihil differens a loto. Simulacra ex ea factitauere nõ eadem gratia q̃ fideli materie:ut ex arbore quam balanũ appellauimus:magna ex parte contorta. Naualis itaq; tantum est. At e diuerso cinus in magno honore palmæ silis:quãdo & eius foliis utuntur ad textilia. Differt ꝙ ĩ brachia ramorum spergit̃. Pomo magnitudo:quæ manum impleat:colos fuluus. cõmẽdabilis succo ex austero & dulci. Lignum ĩtus grandis firmæq; duriciæ:ex quo uelares detornant annulos. In eo nucleus dulcis dum recens est. Siccatus durescit ad ĩfinitũ: ut mandi non possit nisi pluribus diebus maceratus. Materies crispioris elegantiæ: & ob id persis gratissima. Nec minus syria spina celebratur in eadem gente dũtaxat nigra:quoniã incorrupta etiam in aquis durat:ob id utilissima nauium costis. Cãdida facile putrescit. Aculeus spinarum & in foliis. Semen in siliquis:quo coria pficiuntur gallæ uice. Flos & coronis iucundus:& medicamentis utilis. Manat & gummi ex ea. Sed præcipua utilitas ꝙ cæsa anno tertio resurgit. Circa thebas hæc:ubi & quercus & persica oliua.ccc.a nilo stadiis:siluestri tractu & suis fontibus riguo.

DE Pruno & arboribus circa memphin. Cap.x.

Ubi prunus ægyptia non dissimilis spinæ proxime dictæ. Pomo mespili:maturescẽs bruma:nec folia dimittens. Lignum in pomo grande:sed corpus ipsũ natã copiaq; messiũ instar incolis. Purgatum enim tũdunt:seruantq; eius offas. Siluestris fuit & circa memphin regio tam uastis arboribus:ut terni nequirent uel circumplecti: unius peculiari miraculo: nec pomum propter usumue aliquem:sed euẽtum. Facies enim spinæ.folia habet ceu pennas:quæ tactis ab hoĩe ramis cadũt ꝓtinus:ac postea renascũt̃.

DE Gũmi gñibus:& papyro. Cap.xi.

Gvmmi optimum esse ex ægyptia spina conuenit:uermiculatum:colore glauco: purum:sine cortice:dentibus adhærens. Precium eius in libras.xiii. Deterius ex amygdalis amaris:& ceraso. Pessimum ex prunis. Fluit & ex uitibus:ĩfãtiũ ulceribus aptissimum. Et aliq̃do in olea:dentium dolori. Ulmo etiam in corico monte ciliciæ. Ac iunipero ad nihil utile. Ex ulmi uero gummi & culices ibi nascunt̃. Fit & ex sarcocolla:ita uocat̃ arbor:gummi utilissimum pictoribus ac medicis: sile pollini thuris. & ideo candidum q̃ ruffum melius. Precium eius quod supra. Nondum palustria attigimus: nec frutices amnium. Prius tamẽ q̃ digrediamur ab ægypto & papyri natã

dicet̃:cum chartæ uſu maxime humanitas uitæ conſtet & memoria . Et hanc Alexādri Magni uictoria repertam auctor eſt.M.Varro:cōdita in ægypto alexandria.Antea nō fuiſſe chartarum uſum.Palmarum foliis primo ſcriptitatum : deīde quarūdā arborꝝ libris: poſtea publica monumenta plumbeis uolumībus: mox & priuata līteis cōfici cœpta: aut cæris. Pugillarium enim uſum fuiſſe ante troiana tpr̄a inuenimus apud Homerum.Illo uero prodente:ne terra quidem ipſa tota fuiſſe:quæ nūc ægyptus intelligit̃:cum in ſebenniſtico ſaltem eius nomīs charta naſcat̃.Poſtea adaggeratā nilo. Siqdem a pharo inſula:quæ nunc alexandriæ ponte iūgit̃:noctis dieiq; uelifico nauigii curſu terram fuiſſe prodidit. Mox æmulatione circa bibliothecas regum Ptolemæi & Eumenis ſupprimēte chartas Ptolemæo idē Varro mēbranas pergami tradidit reptas.Poſtea promiſcue patuit uſus rei:qua conſtat immortalitas hominum. Papyrum ergo naſcit̃ ī paluſtribus ægypti:aut qeſcentibus nili aquis:ubi euagatæ ſtagnant duo cubita nō excedente altitudīe gurgitum.Brachiali radicis obliquæ craſſitudīe:triāgulis lateribus decem nō amplius cubitorum longitudine:in gracilitatem faſtigiatū thyrſi modo cacumen includens.Semīe nullo aut uſu eius alio q̄ floris ad deos coronādos. Radicibus incolæ pro ligno utunt̃: nec ignis tantum gratia:ſed ad alia quoq; utēſilia uaſorum.Ex ipſo quidem papyro nauigia texunt.Et e libro uela:tegeteſq;:necnon & ueſtem:atq; ſtragula:ac funes.Mandūt quoq; crudum decoctumq;:ſuccum tantum deuorantes.Naſcit̃ & ī ſyria circa quem odoratus ille calamus lacum. Neq; ad alios uſus illis q̄ ī funibus. Rex Antigonus in naualibus uſus eſt rebus:nō dum ſparto cōmunicato. Nuper & in euphrate naſcens circa babylonem papyrum intellectum eſt eundem uſum habere quem chartæ.Et tamen adhuc malunt parthi ueſtibus litteras intexere.Præparant̃ ex eo chartæ diuiſæ acu in prætenues:ſed q̄latiſſīas filluras.

¶De Generibus chartarum:& quomō chartæ fiāt:& de chartaꝝ ꝓbatione & uitiis & glutino earum. ¶Cap.xii.

Rincipatus medio atq; inde ſciſſuræ ordīe.Hieratica appellabat̃ antiqtus:religioſis tantum uolumībus dicata:quæ ab adulatione Auguſti nomen accepit. Sicut ſecunda Liuiæ a coniuge eius.Ita deſcendit hieratica in tertium nomen.Proximū amphitheatricæ datum fuerat:a confecturæ loco.Excepit hāc romæ Fannii ſagax officina.tenuatamq; curioſa interpollatione:principalem fecit e plebeia.& nomen ei dedit.Quæ non eſſet ita recurata:in ſuo manſit amphitheatrica.Poſt hanc ſaitica ab oppido:ubi maxīa fertilitas ex uilioribus ramentis.Propiorq; etiam num cortici. Teneotica a uicino loco. pondere iā hæc non bonitate uenalis.Nam amphoretica īutilis ſcribēdo inuolucris chartarum ſegeſtriumq; in mercibus uſum præbet:& ideo a mercatoribus cognominata. Poſt hāc papyrum eſt extremumq; eius ſcirpo ſile:ac ne ad funes quidem niſi in humore utile.Texunt̃q; omnes tabulæ madentes nili aq̄. Turbidus liquor uim glutini præbet cum primo ſupina tabula.Sceda adlinit̃ longitudīe papyri:quæ potuit eſſe ſegminibus utrīq; amputatis.Tranſuerſa poſtea crates pagit̃. Premunt̃ deinde prelis:& ſiccantur ſole:atq; inter ſe pagellæ iūgūt̃.A proxīarum ſēp bonitate diminutione ad deterrimas.Nūq̄ plures ſcapo q̄ uicenæ.Magna in latitudīe earum differentia.Xiii.digitorum optimis.Duo detrahūt̃ hieraticæ. Fanniana denos habet.Et uno minus amphitheatrica.Pauciores ſaitica:nec malleo ſufficit.Nam amphoreticæ breuitas ſex digitos nō excedit.Præterea ſpectāt̃ in chartis tenuitas:dēſitas: candor:leuor. Primatum mutauit Claudius Cæſar. Nimia qppe auguſtæ tenuitas tolerandis non ſufficiebat calamis. ad hoc tramittens litteras lituræ metum afferebat aduerſis:& alias īdecoro uiſu per tranſlucida. Igit̃ & ſecūdo corio ſtamina facta ſunt e primo ſubtegmine.Auxit & latitudinem. pedalis erat menſura:& cubitalis macrocolis.Sed ratio deprehēdit uitium unius ſcedæ reuulſione plures infeſtante paginas. Ob hoc prælata omnibus claudia. Auguſtæ ī epiſtolis auctoritas relicta.Liuiana ſuā tenuit:cui nihil e prima erat:ſed omnia e ſecūda. Scabricia leuigat̃ dēte concauo: ſed

caducæ litteræ fiũt. Minus ſorbet. Polit᷑ & charta magis ut ſplendeat. Rebellat ſæpe humor incurioſe datus. Primoq; malleo deprehendit᷑: aut etiam odore cũ fuerit ĩdiligentior. Deprehẽdit᷑ & lẽtigo oculis: ſed mediis ĩſerta glutinamẽtis ceu tænia fũgio papyri bibulo ibi uix lr̃a fundente ſe: tantum ĩeſt fraudis. Alius igitur iterum texendis labor. Glutinum uulgare e pollinis flore temperatur feruente aq̃ minimo aceti aſpſu. nam fabrili a gummi commiſſuræ fragiles ſũt. Diligentior cura molli panis frumẽtacii colata aqua feruente minimũ hunc modum ĩtergerit. atq; etiã nili leuitas ſupat᷑. Omne autẽ glutinum nec uetuſtius eſſe uno die debet: nec recẽtius. Poſtea malleo tenuat᷑: & iteꝝ glutino ꝑcurritur. iterũq; coſtricta erugat᷑: atq; extẽdit᷑ malleo. Ita ſunt longinqua monumenta Tiberii Caiiq; Gracchorum manus: quæ apud Pomponium ſecundum uatem ciuemq; clariſſimum uidi annos fere poſt. cc. Iam uero Ciceronis ac diui Augusti Virgiliiq; ſæpenumero uidemus.

DE Libris Numæ. Cap. xiii.

INgentia quidem exempla contra Varronis ſententiam de chartis reperiuntur. Nanq; Caſſius Hemina uetuſtiſſimus auctor annalium quarto eorum libro ꝓdidit Cn. Terentium ſcribam agrum ſuum in ianiculo repaſtinãtem offendiſſe arcã: ĩ qua Numa q romæ regnauit ſitus fuiſſet. In eadem libros eius repertos. P. Cornelio. L. filio Cethego. M. Bebio. Q. filio Pamphilo coſſ. Ad quos a regno Numæ colligũt᷑ anni. d. xxxv. & hos fuiſſe e charta. Maiore etiamnum miraculo: quod tot infoſſi durauerunt annis. Quapropter in re tanta ipſius Heminæ uerba ponam. Mirabãtur alii quomodo illi libri durare potuiſſent. Ille ita rationem reddebat. lapidem fuiſſe quadratum circiter in media arca uĩctum candelis q̃q̃ uerſum. In eo lapide inſuper libros impoſitum fuiſſe: propterea arbitrarier eum non computruiſſe. Et libros cædratos: propterea arbitrarier eum tineas nõ tetigiſſe. Nulla in iis libris ſcripta erãt: niſi phiæ pythagoricæ. Eoſq; cõbuſtos a. Q. Petilio prætore: qa philoſophiæ ſcripta eſſẽt. Hoc idem tradit. C. Piſo cenſorius primo cõmentarioꝝ libro. Sed libros ſeptem iuris põtificii totidem pythagoricos fuiſſe. Tuditanus uero tertiodecimo Numæ decretorum libro. xii. fuiſſe. Ipſe Varro humanaꝝ ãtiquitatum. vi. Antias ſecũdos libros fuiſſe. Ex iis duodecim pontificales latios: totidem græcos. Præcepta philoſophiæ cõtinẽtes idem tertios ponit. quo comburi eos placuerit. Inter omnes uero conuenit ſibyllam ad Tarqniũ Supbũ tris libros attuliſſe. Ex qbus igni duo cremati ab ipſa. Tertius cũ capitolio ſyllanis temporibus. Præterea Mutianus ter conſul prodidit nuper ſe legiſſe cum præſideret lyciæ: Sarpedonis a troia ſcriptam ĩ quodam templo epiſtolæ chartã. Quod eo magis miror: ſi etiamnum Homero prodente ægyptus non erat. Aut cur ſi iam hic erat uſus: in plumbeis linteiſq; uolumĩbus ſcriptitatum conſtet? Cur & Homerus in ipſa illa lycia Bellerophonti codicillos datos nõ epiſtolas ꝓdidit? Sterilitatẽ ſentit hoc quoq;. Factumq; iam Tiberio principe inopia chartæ: ut e ſenatu darentur arbitri diſpenſandæ. alias in tumultu uita erat.

DE Arboribus æthiopiæ. Cap. xiiii.

AEthiopia ægypto contermina. Inſignes arbores non fere habet: præter liniferas: quarum natura in deſcriptione indorum atq; arabiæ dicta eſt. Propior tamen huic natura lanæ. maiorq; folliculus granati mõ mali. Sileſq; & ĩter ſe arbores ipſæ. Præter hãc palmæ quales rettulimus. Inſularum arbores ambitu æthiopiæ & nemora odorata in mentione earum dicta ſunt.

DE Atlãtis arboribus: & citreis: & quæ in his laudentur: & quæ uituperentur. Capitulum. xv.

ATlas mõs peculiari ꝓditur ſilua: de q̃ diximus. Cõfines ei mauri: qbus plurima arbor cædri & menſarum inſania: quas fœmĩæ uiris contra margaritas regerũt. Extãt hodie. M. Ciceronis in illa paupertate: & quod magis mirum eſt: illo æuo ẽptæ libris. xi. Cum his memorant᷑ & Galli Aſinii quæ libris. xi. uenundatæ ſunt. Et duæ a

Iuba rege uendēte. Quarum alteri precium fuit libris .xv. alteri paulominus. Interiit nuper incendio: quam Cethegiis decedens libris. xiiii. permutauerat lati fūdi taxatiōe siqs prædia tanti mercari malit. Magnitudo amplissima adhuc fuit unius commissæ ex orbibus dimidiatis duobus a rege mauritaniæ Ptholemæo quattuor pedum & se-mipedis per medium ambitum: crassitudīe q̄drantali. Maiusq; miraculum in ea est artis latēte iūctura: q̄ potuisset esse natura solide a Nomio Tiberii Cæsaris liberto cognomen trahentis tribus sicilicis infra. iiii. pedes: totidemq; īfra semipedem crassi-tudīs. Qua ī re non omittendum uidet᷑: Tiberio prīcipi mensam quattuor pedes sex-tante & sicilico excedentem. Tota uero crassitudīe sescūciali operimento cōchylii & laminæ per medium uestitam fuisse: cum tam optīa Nomio liberto eius esset. Cuius materia erat tuber hoc ē radicis uitium. Maximeq; ī eo laudatum quod sub terra totū fuerit & rarius: q̄ quæ superne. quæq; gignunt᷑ etiam ī ramis. Proprieq; quod tanti emit᷑ arborum uitiū est: quarum amplitudo ac radices æstīari possunt ex orbibus. Sūt autem cupresso fœmīæ etiamnū siluestri sīles folio: odore: caudice. Anchorarius mōs uocat᷑ citerioris mauritaniæ: q laudatissimam dedit cædrum iam exhaustus. Mensis præcipua dos ī uena crispis: uel ī uertice paruis. Illud oblongo euenit discursu: ideoq; tigrinæ appellant᷑. Hoc ītorto: & ideo tales pantherinæ uocant᷑. Sunt & undatī crispæ maiore gr̄a si pauonum caudæ oculos imitet᷑. Magna uero post has gr̄a extra prædic-tas crispi densa ueluti grani congerie: q̄s ob id a sīlitudīe apiatas uocant. Sūma uero omnium in colore. hic maxime mulli placet suis refulgens uenis. Post hæc āplitudo: etiam totius caudicis. Iuuant plura quoq; ī una mensa uitia. Lignum ita uocat᷑. Ma-teria surda & īdigesta simplicitas: aut platani foliorum modo digesta. Iligneæ uenæ etiam sīlitudo: uel coloris: & q̄busdam maxīe obnoxias fecere æstus uentiq; rimæ: aut capillamenta rimas imitata. Postea murena nigro transcurrens limite: uariisq; corticū punctis apprehensus papauerum modo: & ī totum atro propior colos: maculæue dis-colores. Virides terra condunt barbari: & cæra illinūt. Artifices uero frumenti aceruis imponunt septenis diebus: totidem ītermissis. Mirumq; ponderi quantum ita detra-hant. Naufragia docuere nuper quoq; hanc materiam siccatam mari duricie & ma-turitate īcorrupta spissari: non ullo modo uehemētius. Nutriunt᷑ optīæ splēdescūtq;. manuq; siccæ fricant᷑: ab alienis maxīe: ne ab accolis lædāt᷑: ut ī iis genitæ. Inter pauca nitidioris uitæ īstrumēta hæc arbor ē. Quapropter īsistēdū ei quoq; paulū uidet᷑.

DE Arbore trogete. Cap. xvi.

Nota etiam Homero fuit. Trogete uocat᷑: ab aliis thia. Hāc igit᷑ inter odores uri tradit ī deliciis Circes: quam deā uolebat ītelligi: magno errore eorꝝ q odora-menta ī eo uocabulo accipiunt. Cum præsertim eodem uersu cædrum laricemq; una tradat. In quo manifestū est de arboribus tantum locutum. Theophrastus q prius a Magni Alexandri ætate scribit: quæ circa urbis romæ quadringentesimum q̄drage-simum gesta sunt annum: magnum iam huic arbori honorem tribuit memoratas ex ea referens templorum ueterum cōtignationes: quandāq; immortalitatem materiæ ī tectis cōtra uitia omnia īcorruptæ. Radice nihil crispius. Nec aliūde preciosiora opa. Præcipuam autem esse eam arborem circa Hammonis delubrum. Nasci & ī inferiore cyrenaicæ parte. De mēsis tamen tacuit. & alias nullius ante ciceronianam uetustior memoria est: ex quo nouiciæ apparent. Alia est arbor eodem nomīe malum ferens ex-ecratum aliq̄bus odore & amaritudīe: aliis expetitum: domos etiam decorans: nec di-cēda uerbosius.

DE Arbore loto. Cap. xvii.

Eadem africa qua uergit ad nos: insignem arborem loton gignit: quam uocant celtin. Et ipsam italiæ familiarem: sed terra mutatam. Præcipua est circa syrtes atq; nasamonas. Magnitudo quæ piro: q̄q̄ Nepos Cornelius breuem tradat. Incisuræ ī folio crebriores: alioquin ilicis uiderent᷑. Differentiæ plures: eæq; maxime fructibus fiunt. Magnitudo huic fabæ: color croci: sed ante maturitatem alius atq; alius: sicut ī

uuis. Nascit densus ĩ ramis myrti modo: non ut ĩ italia cerasi. Tam dulcis ibi cibus: ut nomen etiam genti terræq; dederit nimis hospitali aduenarum obliuione patriæ. Ferunt uentris non sentire morbũ q eum mandant. Melior sine ĩteriore nucleo: qui in altero gñe osseus uidet. Vinũ quoque exprimit huic sile mulso: quod ultra denos dies negat durare idem Nepos: baccasq; contusas cũ siliqua ad cibos doliis condi. Quin & exercitus pastos eo accepimus: ultro citroq; cõmeantes p africam. Ligno colos niger. Ad tibiarum cãtus expetit. E radice cultellis capulos breuesq; alios usus excogitauit. Hæc ibi natã arboris. Est autẽ eodẽ nomĩe & herba: & ĩ ægypto caulis ĩ palustrium gñe. Recedẽtibus. n. aqs nili riguis: pueĩt silis fabæ caule foliisq; densa congerie stipatis: breuioribus tantum gracilioribusq;: cui fructus ĩ capite papaueri silis ĩcisuris: omnique alio modo. Intus grana ceu milium. Incolæ capita ĩ aceruis putrefaciunt. mox sepant lauando. & siccata tundunt. eoq; pane utũt. Mirum est quod præter hæc tradit. Sole occidente papauera ea comprimi & integi foliis. Ad ortum autem aperiri: dõec maturescant: flosq; qui est candidus decidat.

DE Scapo ipso: & radice loti. Cap. xviii.

HOc amplius ĩ ea pte tradũt: & scapum ipsum & florem uespa mergi usque in medias noctes. Totũq; abire ĩ lacũ: ut ne dimissa quidem manu possit ĩueniri. Verti deĩde paulatĩq; subrigi: & ad exortũ solis emergere extra aquã: ac florẽ patefacere: atq; etiãnũ exurgere: ut plãe ab aq̃ absit alte. Radicem lotos hæc habet mali cotonei magnitudĩe opertam nigro cortice: qualis & castaneas tegit. Interius candidum corpus: gratum cibis: sed crudum. Gratius decoctum siue aqua siue pruna. Nec aliũde magis q̃ purgamẽtis eius sues crassescũt.

DE Paliuro: & punico malo: & de flore punici mali. Cap. xix.

CYrenaica regio loton suæ postponit paliuro. Fruticosior hæc: fructuq; magis rubens: cuius nucleus nõ simul mandit. Iucũdus per se atq; suauior est uino: quin & uina succo suo cõmendãs. Interior africa ad garamantas usq; & deserta palmarum magnitudine & suauitate cõstat. Nobilis maxĩe circa delubrum Hammonis. Sed circa carthaginem punicum malum cognomen sibi uendicat. Aliq granatũ appellant. Diuisit & ĩ gñ a: apyrinon uocando cui lignosus nucleus abest. Sed cãdidior ei natura & blãdiores sũt acini minusq; amari: distincti mẽbranis. Alia structura eorum quædã ut ĩ fauis cõmunis nucleos habentium. Quinque species: dulcia: acria: mixta: acida: uinosa. Samia & ægyptia distĩguũt. Erythrocomis: & leucocomis. Corticis maior usus ex acerbis ad pficiẽda coria. Flos balustiũ uocat: & medicinis idoneus: & tingendis uestibus: quorum color ĩde nomen accepit.

DE Asiæ & græciæ fructibus. Cap. xx.

IN asia & græcia nascunt frutices. Epicactis: quem alii embolinen uocant: puis foliis: quæ potata contra uenena prosunt. Sicut herices contra serpentes. Et in quo nascit granum gnidium: quod aliqui linum uocant.

DE Timelea siue chamelea: & tragacãthe: & de trago siue scorpione & myrice: & brya: & galla. Cap. xxi.

FRuticẽ uero timeleã: alii chameleã: alii pyrosaché: alii nestorẽ: alii coenoron. Est silis oleastro: foliis angustioribus: gũmosis si mordeãt: myrti magnitudĩe: seĩe colore: & specie farris: ad medicĩæ tantũ usũ. Tragion fruticẽ sola creta insula gignit terebĩtho silẽ & semine. quod cõtra sagittarum ictus efficacissimũ tradũt. Eadẽ & tragacãthẽ spĩæ albæ radice: multũ prælatã apud medos aut ĩ caucaso nascenti. Preciũ eius in libras. xiii. Tragon & asia fert: siue scorpionẽ: ueprem sĩe foliis: ramis rubẽtibus: ad medicinæ usum. Myricen & italia: quam alii tamaricen uocant. Achaia autem bryan siluestrem: ĩsignem ĩ ea: q satiua tãtũ ferat gallæ silem fructum. In syria & ĩ ægypto copiosa hæc ẽ: cuius ĩfœlicia ligna appellamus: quæ tñ ĩfœliciora sũt græciæ. Gignit enĩ arborem ostrin: quam & ostream uocant solitariam circa saxa aquosa: similem

fraxino cortice & ramis & folio: pilis paulo tamen lōgioribus craſſioribuſq;: ac rugoſis īciſuris: quæ per totam diſcurrunt. Semīe ordeo ſīli: & colore & materia dura atque firma. qua ī domū illata: difficiles partus fieri produnt: morteſq; miſeras.

¶DE Enonymo: & andrachna congrygia & thapſia. ¶Cap. xxii.

NEc auſpicatior ī leſbo īſula arbor quæ uocat᷑ enonymos: nō abſīlis punicæ arbori: īterq; eam & lauꝝ folii magnitudīe: figura uero & mollicia punicæ: flore candidior ē: ſtatī peſtē denūciās. Fert ſiliqs ſeſami ſīles: intus granū q̄drāgula figura: ſpiſſū: lætale aīalibus: necnō & ī folio eadē uis. Succurrit aliquādo præceps alui exīanitio. Alexāder Cornelius arborē eonē appellauit: ex q̄ facta eſſet argo ſimilē robori uiſcū ferēti: quæ nec aq̄ nec igni poſſet corrumpi: ſicuti nec uiſcum: nulli alii cognitā quod eqdē ſciam. Adrachnen omnes fere græci portulacæ nomine interpretantur: cū illa ſit herba et andrachne uocet᷑ unius litteræ diuerſitate. Cæteꝝ adrachne ē ſiluestris arbor: neq; in planis naſcens: ſimilis unedoni folio tātum minore: et nūq̄ decidente. Cortice nec ſcabro quidem: ſed qui circungelatus uideri poſſit: tam triſtis aſpectu eſt. Sīlis & congrygia eſt folio: magnitudīe minor. Proprietatem habet fructuū amittēdi lanuginē: pappū uocant: quod nulli alii arbori euenit. Sīlis & aparache bifera æque q̄ adrachne. Priorem fructū īcipiente pubeſcere una peragit: alterum in initio hyemis. quales eos: non tradit᷑. Et ferulam īter externas dixiſſe conueniet: arborumq; generi adſcripſiſſe: quonīam quarūdam naturæ ſicut diſtinguimus: lignum omne corticis loco habēt: hoc eſt forinſecus: ligni autem loco fungoſam ītus medullam ut ſābuci. Quædam uero inanitatem ut arundīes. Ferula calidis naſcit᷑ locis: atq; trans maria geniculatis nodata ſcapis. Duo eius genera. Nartheca græci uocant aſſurgentē ī altitudīe. Narthecīam uero ſemper humilem a genibus exeuntia folia maxima ut quæq; terræ proxima. Cætero natura eadem quæ anetho: & fructui ſīlis. Nulli fruticū leuitas maior: ob id geſtata facilius baculorum uſum ſenectuti præbet. Semen ferulæ thapſiā quidam uocauere decepti eo: quoniam ferula ſīe dubio eſt thapſia: ſed ſui generis: foliis fœniculi: īani caule: nec excedēte baculi longitudine. Semen quale ferulæ: radix candida. Inciſa lac emanat: & contuſa ſucco abdicat. Omnia uenenata. Quippe etiā fodientibus nocet. ſi minima aſpiret aura: intumeſcunt corpora: facieq; īuadūt ignes ſacri: ob id cæroto prius illinunt. Quibuſdam tamē morbis auxiliari dicunt medici permixtam aliis. Item ī alopeciis ſugillatiſq; ac liuentibus. Ceu uera remedia deſint: ut ſcelera contractent. Sed iſta prætexuerunt noxio inſtrumento: tantumq; īpudētiæ eſt: ut uenenum artis eſſe perſuadeant. Thapſia ī africa uehementiſſima. Quidā caulem īcidunt per meſſes: & ī ipſa excauant radice: quo ſuccus confluat. arefactumque tollunt: alii folium. Radicem tondunt ī pila: & ſuccum in ſole coactum diuidunt in paſtillos. Nero Cæſar claritatem ei dedit: initio imperii: nocturnis graſſationibus conuerberatam faciem illinens ſibi cum thure cæraq;: & ſequenti die cōtra famā cutē ſīcerā circūferēs. ¶Ignē ferulis optīe ſeruari certū ē: eaſq; ī ægypto præcellere.

¶DE Cappari ſiue cynoſbato aut opheoſtaphyle: & de ſaripha. ¶Cap. xxiii.

IBi & cappari firmioris ligni frutex: ſeminiſq; & cibi uulgati: caule quoque una plerunq; decerpto. Cauenda eius genera peregrina. Siqdem arabicum peſtilēs. Africum gingiuis inimicum. Marmaricum uuluis: & omnium īflationibus. Apulum uomitus facit. Stomachum & aluum mouet. Quidam eum cynoſbaton uocāt: alii opheoſtaphylen: fruticoſi eſt generis. Et ſaripha circa nilum naſcens duorum cubitoꝝ altitudīe: pollicari craſſitudīe. Coma papyri: ſilique manditur modo. Radice ferrariis officinis præcipua carbonis uſu propter duriciam.

¶DE Spina babylonis regia: & de cytiſo. ¶Cap. xxiiii.

NOn omittendum eſt & quod babylone ſerit᷑ in ſpinis: quoniam nō alibi uiuit. Eſtq; ſicut uiſcum ī arboribus: ſed illud in ſpina tantum: quæ regia uocatur. Mirum ꝙ eadem die germinat quod iniectum eſt. Iniicitur autem ipſo canis ortu: et

celerrime arborem occupat. Condiunt eo uina:et ideo seritur. Spina illa nascitur et athenis ī longis muris. Frutex est et cytisus ab Antinomacho atheniēsi miris laudibus prædicatus:pabulo omnium. Aridus uero etiam suum. Spondetq; iugero eius ānuos perpluris uel mediocri solo redditus. Vtilitas herbosa : ergo et eo lætior satietas : ꝙ perq̄modico pīguescunt et quadrupedia:ita ut iumenta hordeum spernant. Non ex alio pabulo lactis maior copia aut melior. Super omnia pecorū medicīa a morbis ōni usu præstante. Quin et nutricibus ī defectu lactis aridum atque ī aqua decoctū potui cum uino dari iubet:et firmiores celsioresq; infātes fore. Viridem etiam gallinis:aut si aruerit:madefactum. Apes quoq; nunq̄ de flore cytisi pabulum contigentes:ꝓmūt Democritus et Aristomachus. Nec aliud mīoris īpendii est. Seritur cum hordeo:aut uere semīe ut porrum:uel caule autumno āte brumam. Si semīe:madidū. Et si desint hymbres:satum spargitur. Plātæ cubitales perferuntur scrobe pedali. Seritur post æq/noctia tenero frutice. Perficitur triennio. Demetit᷑ uerno æqnoctio cū florere desinit: uel pueri uel anus uilissīa opera. Canus aspectu breuiterq; siquis exprimere uelit sili/tudiēm:āgustioris trifolii frutex. Dat᷑ aīalibus post biduū semper. Hyeme uero quod īaruit:madidum. Satiant equos denæ libræ:& portione minora animalia. obiterque inter ordines hoc aīalium capestrium fertile est. Inuentus hic frutex ī cytno īsula:inde translatus est ī omnes cycladas:mox in urbes græcas magno casei prouentu. Propter quod maxime miror rarum esse in italia. Nō æstuū:nō frigorum:nō grandinum:aut niuis īiuriā expauescit. Adiicit Higinus ne hostium quidem:ꝓpter nullā grām ligni.

¶DE Fruticibus & arboribus nr̄i maris atq; rubri & īdici. ¶Cap.xxv.

NAscūt᷑ & in mari frutices arboresq;. Minores in nostro. Rubrum.n.& totus ori/entis oceanus refertus ē siluis. Non habet lingua alia nomen:quod græci uocāt phycos:quoniā alga herbarum magis uocabulum ītelligit᷑. hic autem est frutex. Folia lata colore uiridi gignit. quod quidam grason uocant : alii zostera. Alterum genus eiusdem:capillaceo folio:sīle fœniculo: in saxis nascit᷑. Superius inuadit haud ꝓcul littore. Verno utrūq;:& interit autūno. Circa cretam īsulam nato ī petris purpuras quoq; īficiūt. Laudatissimo a parte aquilonis:aut spongiis. Tertium est gramini sīle: radice geniculata & caule: q̄liter calami. Aliud genus fruticū bryon uocat᷑ folio lactu/cæ:rugosiore tātum. Iam hoc nascens. In alto uero abies & quercus cubitali altitudīe. Ramis earum adhærent cōchæ. Quercu etiam tingi lanas tradūt. Glandem etiā q̄sdā ferre ī alto. Naufragiis hæc deprehensa urinantibusq;. Et aliæ tradūt᷑ prægrādes circa sycionem. Vilis enim passim nascit᷑. Sed phycos sīe foliis rubro cortice. Fit & palma fruticū generis extra Herculis colūnas porri frōde. Nascit᷑ frutex & alius lauro & thy/mo silis:q ambo eiecti ī pumicem transfigurant᷑. At in oriēte mirꝝ est statim a copto per solitudīes nihil gigni præter spinam:quæ sitiens uocat᷑:& hanc raram admodum. In mari uero rubro siluas uiuere:maxime lauꝝ & oliuam ferentem baccas:& cū pluat fūgos:q sole tacti mutant᷑ in pumicē. Fruticū ipsoꝝ magnitudo ternoꝝ est cubitorū caniculis referta:uix ut respicere e naui tutū sit:remos plerūq; ipsos inuadentiū. Qui nauigauere in indos Alexandri milites frondem marinaꝝ arboꝝ tradidere ī aq̄ uiridē fuisse:exemptam sole protinus in salem arescentem. Iūcos quoq; lapideos perq̄siles ueris per littora:& in alto q̄sdam arbusculas:colore bubuli cornus ramosas:& in cacu/minibus rubētes:cū tractarent᷑:uitri modo fragiles. In igne autem ut ferrū exardescē/tes:restinctis colore suo redeūte. Eodem in tractu insularum siluas operit æstus : q̄q̄ altiores sint platanis populisq; altissimis: folia laurea:flos uiolæ: & odore & colore. Baccæ ut oleis:& ipsæ odoris iucūdi autūno nascentes:foliis nūq̄ deciduis. Haꝝ mīo/res totas integit mare. Maximaꝝ cacumina extant ad quæ naues religant᷑:& cū deces/serit æstus ad radices. Alias quoq; arbores in alto ab eisdem accepimus eodē in mari uisas:semper folia retinentes. Fructū eaꝝ lupino similem. Iuba tradit circa troglody/taꝝ īsulas fruticem in alto uocari īsidos plomachas corallio sīlem sine foliis:præcisū

mutato colore ĩ nigrũ durescere. Cũ cadat: frãgi. Item aliũ q̃ uocet̃ charitoblepharon efficacem ĩ amatoriis. Spatalia eo facere & monilia fœmĩas. Sẽtire eũ se capi: duraritq̃ cornus mõ: & hebetare aciẽ ferri. Quod si fefellerint ĩsidiæ: ĩ lapidẽ trãsfigurari.

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XIIII. IN QVO FRVCTIFERAE ARBORES TRADVNTVR. ¶ PROOEMIVM.

EXTERNAE ARBORES INDOCILES/ quę nasci alibi q̃ ubi cœpere: & quæ in alienas nõ cõmeant terras: hactenus fere sũt. Licetq̃ iam de communibus loq̃: q̃rũ omnium peculiaris parens uideri põt italia. Noscentes tantum meminerint naturas eaꝝ a nobis ĩterim dici: non culturas. q̃q̃ & colendi maxima ĩ natura portio est. Illud satis mirari nõ queo: ĩterisse q̃rũdam memoriam: atq̃ etiam nominum quæ auctores ꝑdidere: noticiã. Quis enim nõ communicato orbe terrarum ma/iestate romãi impii ꝑfecisse uitam putet cõmer/cio reꝝ? Ac societate festæ pacis? omniaque: etiã quæ occulta ante fuerant: in ꝑmiscuo usu facta? At hercule non repiunt̃: qui norint multa ab antiquis prodita: tantum priscorum cura fertilior aut ĩdustria fœlicior fuit: ante milia annorum: inter principia litterarum Hesiodo præcepta agricolis pandere orso: subsecutisq̃ non paucis hanc curã eius: unde nobis creuit labor. Quippe cũ requirenda sint non solum postea inuenta: uerum etiam ea quæ inuenerant prisci desidia rerum internitione memoriæ indicta. Cuius uitii causas/ quis alias q̃ publicas mundi inuenerit? nimirum alii subiere ritus. Circaq̃ alia mentes hominum detinẽt: & auariciæ tantum artes colunt̃: antea inclusis gentium imperiis intra ipsas. Ideoq̃ & ingeniis q̃dam sterilitate fortunæ necesse erat animi bona exercere. Reges ĩnumeri honore artium colebant̃: & in ostentatione has præferebant: opem & immortalitatẽ sibi p̃ illas prorogari arbitrantes. Quare abundabant & premia & opera uitæ. Poste/ris laxitas mundi & rerum amplitudo damno fuit: postq̃ senator censu legi cœptus: iudex fieri censu: magistratum ducemq̃ nil magis exornare q̃ census: postq̃ cœpere orbitas in auctoritate summa & potentia esse: captatio in quæstu fertilissimo: ac sola gaudia in possidendo: pessum iere uitæ precia: omnesq̃ a maximo bono liberales dic/tæ artes in contrarium cecidere: ac seruitute sola profici cœptum. Alius hanc alio mõ: & ĩ aliis adorare: eodem tñ habendi quæstu ad spes hominum tendente uoto. Passim uero etiam egregii aliena uitia q̃ bona sua colere malle. Ergo hercule uoluptas uiuere cœpit: uita ipsa desiit. Sed nos oblitterata quoq̃ scrutabimur. Nec deterrebit quarundam rerum humilitas: sicut nec ĩ aĩalibus fecit. Quãq̃ uidemus Virgilium præcellentissimum uatem eadem causa hortorum dotes fugisse: e tãtisq̃ quæ rettulit flores mõ rerum decerpsisse. Beatum fœlicemq̃ græciæ quindecim omnino generibus uuarum nominatis: tribus oleæ: totidem pirorum: malo uero tantum assyrio: cæteris õnibus neglectis. Vnde autem potius incipiemus q̃ a uitibus? q̃rum prĩcipatus ĩtã tũ peculiaris italiæ est: ut uel hoc uno omnia gentium uicisse: quanq̃ odorifera possit uideri bona: q̃q̃ ubicũq̃ pubescentium odori nulla suauitas præfert̃.

DE Vitiũ natã: & q̃bus modis ferant. ¶ Cap. i.

VItes iure apud priscos magnitudine quoq̃ inter arbores numerabant̃. Iouis si/mulacꝝ ĩ urbe populonio ex una conspicimus uite tot æuis incorruptum. Item massiliæ pateram. Metaponti templum Iunonis uitigineis columnis stetit. Etiamnũ scalis tectum ephesiæ Dianæ scãdit̃ uite una cypria (ut ferũt) quoniã ibi ad præcipuã

altitudinē execūt. Nec ē ligno ulli æternior natā. Veꝝ ista ex siluestribus facta cre/
diderim:quando hæ uites tōsura annua coercent̄.& uis eaꝝ omnis euocat̄ ī palmites:
aut deprimit̄ in propagines:succiq; tantū gr̄a ex iis pluribus mōis ad cæli mores soliq;
īgenia.Iam ī campano agro populis nubūt:maritasq; cōplexæ:atq; per ramos earum
ꝓcacibus brachiis geniculato cursu scandētes cacumīa æquant:ītantum sublimes: ut
uīdemiator autoratus rogum ac tumulum excipiat.Nullo fine crescūt. diuidiq; aut
potius auelli nequeūt.Villas & domos ambiri sīgularum palmitibus ac seq̄cibus loris
memoria quoq; dignum.Inter prima Valerianus quoq; Cornelius existimauit. Vna
uitis romæ in Liuiæ porticibus subdiuales deambulatiōes ūbrosis opculis opacat.
Eademq; duodenis musti amphoris fœcūda. Vlmos q̄dem ubiq; exupant. Miratūq;
altitudinem eaꝝ ariciæ ferūt legatum regis Pyrrhi. Quin eū facete lusisse ī austeriore
gustu uini:merito matrem eius pēdere ī tam alta cruce.Rontotinus uocat̄ & alio no/
mīe populus arbor italiæ pagum transgressis:cuius tabulata in orbem patula replent:
puroq; ꝓducto dracone ī palmam eius īde subrectos ramoꝝ digitos flagella disp̄gūt.
Eædem modici homīs altitudīe amminiculatæ sudibus horrent.uineamq; faciunt: &
aliæ improbo reptatu pampinoꝝq; supfluitate pitia domini amplo discursu atria me/
dia cōplentes.Tot differentias uel sola tantum italia recipit.Stat ꝓuīciaꝝ aliq̄ꝝ p se
uitis sīe ullo pedamento:artus suos ī se colligens:& breuitate crassitudinem pascens.
Vetant hoc alibi uenti:ut in africa & narbonensis ꝓuinciæ ptibus.Excrescereq; ultra
suos pollices prohibitæ:semperq; pastinatis sīles herbarum modo uagāt̄ per arua: ac
succum terræ passim uuis bibūt:quæ ob ib magnitudinem īfātium pueroꝝ ī īteriore
africæ parte exuperant uites.Vua non alibi gratior callo:ut īde possit īuenisse nomen
duracini durus acinus.Nāq; gn̄a magnitudīe:colore:saporibus acini: innumera etiā/
nū multiplicant̄ uino. hic purpureo lucēt colore:illic fulgēt roseo:nitētq; uiridi.Cā/
didæ enim nigræq; uulgares.Tument uero māmaꝝ modo bumasti : prælōgis dactyli
porrigūt̄ acinis. Est & illa naturæ lasciuia: ut prægrandibus adhæreant pergulis pui
mites & suauitate certantes:leptorogas has uocant. Durant aliæ per hyemem pensili
concameratæ nodo.Aliæ ī sua tantum continent̄ anima ollis fictilibus:& īsup doliis
inclusæ stipatæ uinaceis circūsudantibus.Aliis gratiam q & uinis fumus affert:fabri/
lisq; iis gloriam præcipuam ī fornacibus africæ Tiberii Cæsaris auctoritas fecit. Ante
eum reticis prior mēsa erat:& ullis ueronensium agro.Quī & a patientia nomē acinis
dat̄ passis.Cōdūt̄ & musto uuæ:ipsæq; uino suo iebriāt̄. Aliæ decoctæ in musto dul/
cescūt.Aliæ uero sobolem nouam ī matre ipsa expectant translucidæ uitro. affertque
acinis tādem:quam ī doliis amphorisue duratricem illam firmitatem austeritas picis
infusa pediculo.Iam īuenta uitis per se ī uino picē habens respiciensq; uiennēsē agꝝ.
Nobilitas aruerno secanoq;:& heluico generibus non pridem illustrata. Atque hæc
Virgilii uatis ætate īcognita.a cuius obitu nonaginta agūt̄ anni.Quid ꝙ īsertæ castris
summam rerum imperiūque cōtinent?Centurionum in manu uitis:& optio premio
tardos ordīes ad lentas perducit aq̄las.atq; etiā ī delictis pœnam ipsam honorat.Nec
non uineæ oppugnationum dedere rationem. Nam in medicaminibus adeo magnū
optinent locum:ut per sese uino ipso remedia sint.

¶DE Generibus uitium. ¶Cap.ii.

Genera uitium comprehendi numero unus existimauit Democritus cūcta sibi
græciæ cognita ꝓfessus.Cæteri īnumera atq; īfinita esse prodiderūt. Quod ue/
rius apparebit ex uinis. Nec omnia dicent̄:sed maxime insignia:q̄ppe quæ totidē sūt
pene:quot agri. Quamobrem celeberrimas uitium aut q̄bus ē aliq̄ proprietate mira/
culum ostendisse satis erit. Principatus dat̄ amineis propter firmitatem senio quoq;
proficientem utiq;:uiniq; uniuscuiusq; uitam. Quinq; eius genera. Ex iis germana
mīor acino melius deflorescit.hymbres tempestatesq; tolerat.Non item maior sed in
arbore q̄ in iugo minus obnoxia.Gemellarum q̄bus hoc nomen uuæ semper geminæ

dedere:asperrimus sapor:sed uires præcipuæ. Ex iis minor austro læditᷣ:cæteris uentis alitᷣ:ut in uesuuio monte surrentinisq; collibus. In reliqs italia partibus non nisi ar/bori accommodata. Quintum genus lanatæ:ne seres miremur aut indos:adeo lanugo eam uestit. Prima ex amineis maturescit ocissime : atq; putrescit. Proxima dignitas nomentanis rubente materia. Quapropter qdã rubellas appellauere uineas. Eæ mĩus fertiles uinaceis:& fæce nimiæ. Contra pruinas fortissimæ:siccitate magis q̃ hymbre: æstu q̃ algore uexantᷣ. Quamobrem in frigidis humidisq; principatum optinent. Fer/tilior quæ mĩor acino & folio scissa minus. Apianis apes dedere cognomẽ:præcipue earum auidæ. Ex iis duo genera:lanugine & ipsæ pubescũt. Distant q; altera celerius maturescit:quanq̃ & altera properante. Situs frigidos non respuũt : & tamen nullæ celerius hymbre putrescũt. Vina primo dulcia austeritatẽ annis accipiũt:& rubra fiũt. nulla magis uite gaudet. Et hactenus potissima nobilitas datᷣ peculiaribus atq; uer/naculis italiæ. Cæteræ aduenere chio thasoue. Græcula non inferior amineis bonitate prætenera acino:& uua tam pua:ut nisi pinguissimo solo colere non prosit. Eugeniã taurominitani colles cũ gñositatis cognomĩe misere albano tantum agro : quoniam translata statim mutatᷣ. Nanq; est aliqbus tantũ locoꝝ amor:ut omnem in iis gloriã suam relinquant:nec usq̃ transeant totæ. Quod & in retica allobrogicaque:quam su/pra picatam appellauimus:euenit: domi nobilibus nec agnoscendis alibi. fœcũdæ tñ bonitatis uice copiam præstant. Eugenia feruentibus locis:rhetica temperatis:allobro/gica frigidis:gelu maturescẽs:& colore nigra. Adhuc ex iis q̃s diximus:sed etiã e nigris uina uetustate ĩ album colorem transeũt. Reliquæ ignobiles. Aliq̃do tamen cæli aut soli opera nõ fallũt uetustatem:sicuti fecenia & cum ea florens biturica. Acino rarior nũq̃ floris obnoxii:quoniam antecedũt:uentisq; & hymbribus resistũt. Meliores tñ algentibus locis q̃ calidis:humidis q̃ sitientibus. Vix ulla magis tam denso uuarum partu impatiens uariantis cæli:sed contra tenorem unum algoris æstusue constans. Quæ minor est ex eo gñe mollior. in neglecto solo morosa. pingui putrescit. gracili omnino non prouenit. Mediam temperiem delicate quærit : ob hoc sabinis collibus familiaris. Vua eius indecora uisu:sapore iucũda:nisi matura protinus rapiatᷣ:etiam non putrescens cadit. Cõtra grandines eam tuetᷣ foliorum amplitudo:atque duricia. Insignes iam colore inter purpureas nigrasq; medio heluolæ sæpius uarianti: & ob id uarianæ a qbusdam appellatæ. Præfertᷣ in iis nigrior. utraq; alternis annis fertilis. Sed melior uino cũ parcior. Et preciæ duo gñа magnitudĩe acini discernũtᷣ. Quibus ma/teries plurima:uuaq; ollis utilissima:folio apio silis. Baliscã dirrhachini celebrant. Hispaniæ cocolobin uocant:rarior uua:æstus austrosq; tolerat. Capiti inimica. Copia larga. Hispani duo gñа eius faciũt:unũ oblongo acino:alterum rotũdo:nouissimas uindemiant. Quo dulcior cocolobis:hoc melior. Sed & austera transit in dulcem ue/tustate:& quæ dulcis fuit:ĩ austeritatem. Tuncq; albanum uinum æmulantᷣ. Tradũt uesicæ uitiis utilissimum ex iis potum. Albuelis summis arboribus est fertilior:uisula imis. Quamobrem circa easdem satæ diuersitate naturæ locupletant. Inerticulã e ni/gris appellauere iustius sobriam dicturi:inueterato præcipue commendabilem uino: sed uiribus ĩnoxiam. Siqdem temulentiam sola nõ facit. Fertilitas commendat cæte/ras: principemq; heluenacam. Duo eius genera. Maior quam quidam longam : mĩor quam arcam appellant:nõ tam fœcũdam:sed gratiorem haustu. Discernitᷣ folio circi/nato. Verum utraq; gracilis:furcas subdere iis necessarium: alioquin ubertatem suã nõ tolerant. Maritimo afflatu gaudent:roscido odore. Nulla uitium minus italiam amat:rara:pua:putrescens in ea. Vinum quoq;:quod genuit:æstatem non exuperãs. Nec alia macro solo familiarior. Græcinus qui alioquin Cornelium Celsũ trãscripsit arbitratᷣ nõ naturam eius repugnare italiæ:sed culturam:auide palmites euocantiũ. ob id fertilitatem suam absumi:si nõ præpinguis soli ubertas lassescentem sustĩeat. Carbunculari negatᷣ:magna dote : si uerum est:aliq̃ in uite e cælo non esse ius. Aestũ

fert spionia: quam qdam spineā uocāt. Autūnisq; & hymbribus pīguescit. Quīimmo nebulis una alit̃: ob id rauennati agro peculiaris. Veniculam īter optīe deflorescentes: & ollis aptissimam campani malūt scirculam uocare: alii staculam. Tarracina numisianam nullas uires ꝓprias habentem: sed totam perīde ac solum ualeat. Surrētinis tñ efficacissima testis uesubio tenus. Ibi enim murgentina e sicilia potissīa: quā pompeianam aliqui uocant. Latio demum feracē: sicut horconia in campania tantū uilitatis cibariæ: sed ubertate præcipua. Tolerat & ānos moerica contra omnes ictus firmissima: nigro acino uinis uetustate rubescentibus.

¶ Item de uitium gñibus. ¶ Cap. iii.

ET hactenus publica fūt gña. Cætera regionum locorumq;: aut ex iis īter se īsito mixta. Siqdem thuscis peculiaris est tudernis æque etiam eius nomīs florētia. Est opima arretio talpana & etesiaca & consemínia. Talpana nigra candidum facit mustum. Etesiaca fallax: quæ quo plus tulit: eo laudabilius fūdit. Mirūq; fœcūditate cessat. Cōseminia nigra uino minime durante. Vua maxīe post. xv. dies q̄ ulla alia. Minus fertilis: sed cibaria. Huius folia sicuti labruscæ priusq̄ decidant: sāguineo colore mutant̃. Euenit hoc etiam quibusdam aliis pessimi generis argumento. Irtiola umbriæ meuanatiq; & piceno agro peculiaris est. Amiternino pumula. Iisdē bānanica fallax est. amant tñ eam. Mutinam uuam Pompeii nomīe appellāt: q̄uis clusinis copiosiorem. Mutinam & tyburtes appellauere: quāuis oleaginam nuper inuenerint a sīlitudīe oliuæ. Nouissima hæc uuarum ad hoc tempus reperta est. Vinaciolam soli qdem nomīauerūt sabini ac laurenti. Nam gauranas scio a falerno agro trāslatas uocari falernas celerrime ubiq; degenerantes. Nec nō tarentinum genus aliqui fecere: prædulci uua. Capnias & bucuniates & tarrupia ī thurinis collibus nō ante demetūt̃ q̄ gelauerit. Pharia gaudēt pisæ. Mutina prusiniæ nigro acino ītra q̄driēniū albescēte uino. Mirum ubiq; cum sole circūagi uuam: quæ ob id streptus uocat̃. Et ī italia gallicam placere. Transalpes uero picenam. Dixit Virgilius thasias & mareotidas & lageas compluresq; externas: quæ nō reperiūt̃ ī italia: sed sūt etiam nūc īsignes uua nō uino ambrosiacā duracina sīe ullis uasis ī uite seruabilis: tāta est contra frigora æstus tempestatesq; firmitas. Nec orthāpelos īdiget arbore aut palis ipsa se sustinens. Non itē dactylides digitali gracilitate. Colūbinæ acinosissimæ. Et magis purpureæ cognomīe bimāmiæ: qñ nō racemos: sed uuas alias gerūt. Item crepidanea: cui nomē a mēsura ē. Itē scripula passo acino. Et retica ī maritimis alpibus appellata dissīlis laudatæ illi. Nāq; hæc breuis conferta acino: degener uino: sed cute omnium tenuissima. Nucleo quem chium uocāt: uno ac minimo. Acinum prægrandem unum alterumue habens. Est & nigra aminea: cui syriace nomen īponūt. Item hispana ignobilium probatissīa. In pergulis uero serūt̃ escariæ appellatæ eduræ acinis: albæ: nigræq;. Et bumasti totidem coloribus. Ac nondum dictæ ægia & rhodia & uncialis: ueluti a pondere acini. Itē pucina omnium nigerrima. Et coronario naturæ lusu stephanitis acinos foliis intercursātibus. Et quæ forenses uocāt̃ celeres prouentu: uendibiles aspectu: portatu faciles. Contra damnāt̃ etiam uisu cinerea & rhabucula: & asinisca. Minus tamen caudā uulpiū imitata alopecis. Alexādrina appellat̃ uitis circa palacraiam breuis: ramis cubitalibus: acino nigro: fabæ magnitudīe: nucleo molli: & minimo: obliqs racemis prædulcibus: folio paruo: & rotūdo sine diuisuris. Septimo ab hinc anno in narbonensis prouinciæ aruo olina inuenta est uitis uno die deflorescens: ob id tutissima carbonicā uocant: quam nunc tota prouincia conserit.

¶ Insignia culturæ uinearum. ¶ Cap. iiii.

CAtonum ille primus triumpho & cēsura super cætera insignis magis tñ etiānū claritate litterarum: præceptis omnium rerum expetēdarꝫ datis generi romano. Inter prima uero agrum colendi. Illius uero æui confessione optimus ac sine æmulo agricola pauca attigit uitium genera: quarundam ex iis iam etiam nomibus abolitis

toto separatim tractatu testatus sententiam. cuius excellentia indicanda est: ut in omni gñe noscamus quæ fuerint celeberrima. Anno. dc. urbis circa captas carthaginem ac corinthum cum supremum is diem obiit: & quantum postea. cc. xxx. annis uita ꝓfecerit. Ergo de uitibus uuisq; ita prodidit. Qui locus uino optimus dr̃ esse: & ostẽtus solibus. Amineũ minusculum & geminum eugenium heluinum minusculum cõserito. Qui locus crassior aut nebulosior amineum maius aut murgẽtinum apicium lucanum serito. Cæteræ uites miscellæ maxime in quẽuis agrum conueniũt. In lora recte cõdũt. Quas suspendas duracinas amineas maiores: uel ad fabrum ferrarium ꝓpassos: ne recte seruant. Nec sũt uetustiora de illa re latinæ linguæ præcepta: tã ꝓpe ab origĩe rerum sumus. Amineam proxime dictam Varro scantianam uocat. In nr̃a ætate pauca exempla consummatæ huius artis fuere. Verum eo minus omittenda: ut noscant etiam premia: quæ ĩ omni re maxime spectant. Summam ergo adeptus est gloriam Acilius Stenelius e plebe libertina. lx. iugerum nõ amplius uineis excultis in nomentano agro: atq; æque. cccc. nũmis uenundatis. Magna fama & Vetuleno Egilao perĩde libertino fuit in campaniæ rure ueliternino: maiorq; etiam fauore hominũ quoniam ipsũ Africani colebat exilium. Sed maxima eiusdẽ Stenelei opera Rhẽmiũ Palæmonem alias grammatica arte celebrem ĩ hisce. xx. ãnis mercatum. dc. nummũ ĩ eodem nomẽtano decimi lapidis ab urbe diuerticulo. Est autem usq; quaq; nobilitas mercis per omnia suburbana: ibi tñ maxima: quoniam & neglecta per indiligentiam prædia pauerat. Ac ne in pessimis qdem elegantioris soli hæc agressus excolere: non uirtute animi: sed uanitate. Quæ primo notata mira in illo fuit. Pastinatas enim de integro uineas cura Steneleum agricolam imitatus ad uix credibile miraculum perduxit. Intra octauum ãnum. cccc: nũmum emptori addicta pendente uĩdemia. Cucurritq; non nemo ad spectandas uuarum in iis uineis strues: litteris eius altioribus contra id pigra ĩ ciuitate sibi patrocinante. Nouissime Anneo Seneca principatu tra ditionis ac potentia: quæ postremo nimia fuit super ipsum. Minime utiq; miraturi Anneum tanto prædii eius amore captum: ut non puderet inuiso alias & ostẽto futo tradere palmam eam emptis q̃druplicato uineis illis intra decimum fere curæ ãnum: digna opera quæ in cecubis setinisq; proficeret: quãdo & postea sæpenumero septẽos culeos singula iugera: hoc est amphoras centenas q̃dragenas musti dedere. Ac ne quis uictam in hoc antiquitatem arbitraret: idem Cato denos culeos redire ex iugeribus scripsit. Efficacibus exemplis non maria plus temerata conferre mercatori: nõ ĩ rubrũ littus indicumue merces petitas q̃ sedulum ruris larem. Vino antiq̃ssima claritas maroneo in thraciæ maritima parte genito: ut auctor est Homerus. Neq; enim fabulosa aut de origine uarie prodita consectamur: præter q̃ Aristeum primum omniũ ĩ eadẽ gente mel miscuisse uino suauitate præcipua: utriusq; naturæ spõte prouenietis. Maroneum uities tantum addito aquæ miscẽdum Homerus prodidit. Durat etiam uis in eadem terra generi uigorq; indomitus. Quippe cum Mutianus ter consul ex iis: q̃ nuperrime prodidere: sextarios singulos octogenis aquæ misceri comperit præsens ĩ eo tractu. Esse autem colore nigrum: odoratũ: uetustate pĩguescere. Et pramno quod Homerus celebrauit: etiam nũc honos durat. Nascit smyrnæ religione iuxta delubꝝ matris deum. In reliquis generi claritas non fuit alicui. Anno fuit omnium generum bonitas. L. Opimo consule: cum. C. Gracchus tri. pl. seditionibus agitatis ĩteremptus ea cæli temperies fulsit: quam cocturam uocant solis opere: natali urbis. dc. xxxiiii. duratq; adhuc uinea ducentis fere annis iam in speciem redacta mellis asperi. Etenĩ hæc nata uinis in uetustate est: ne potari per se queant sine prouinciæ aqua: usque in amaritudinem carie indomita. Sed cæteris uinis cõmendandis minima aliq̃ mixtura medicamenta sunt: quo eius temporis æstimatione in singulas amphoras cẽteni nũmi statuant. Ex iis tñ usura multiplicata semissibus: quæ ciuilis ac modica est. In. C. Cæsaris Germanici filii prĩcipatu ãnis cẽtũ sexaginta singulas uncias uini constitisse

nobili exemplo docuimus: referentes uitã Põponii Secũdi uatis: cœnãq; quã principi illi dedit. Tãtũ pecuniarum detinẽt uini apothecæ. Nec alia res maius incrementũ fecit. Ad uicesimũ ãnũ maiusue ab eo dispẽdiũ: nõ proficiẽte precio. Rara quippe adhuc fuere: nec nisi ĩportatis: figulis testis milia nũmũ. Viẽnẽses soli picata sua: quorum gña plura dixĩus: pluris permutasse: sed ĩter sese amore patrio credũt. Idq; uinũ frigidius reliqs existĩat ĩ frigido potu. ¶DE Natura uini. ¶Cap. v.

VIno natura ẽ exhausto accẽdi calore uiscera intus: foris infuso refrigerandi. Nec alienum fuerit commemorare hoc in loco: quod Androcides sapientia clarus ad Alexandrum Magnum scripsit: intemperãtiam eius cohibens. Vinum potaturus rex: memento te bibere sanguinem terræ. Sicuti uenenum est homini cicuta: ita & uinũ. Quibus præceptis si ille optẽpauisset: profecto amicos in temulentia non ĩteremisset. Prorsus ut iure dici possit: neq; uiribus corporis utilius aliud: neq; aliud uoluptatibus perniciosius: si modus absit. ¶Vina gñosa. ¶Cap. vi.

GEnera autẽ uini alia aliis gratiora esse quis dubitet? Aut nõ ex eodem lacu aliud præstantius potu esse altero? Aliud alterum germanitate præcedere siue testa siue fortuito euẽtu? Quamobrem de principatu se quisq; iudicem statuat. Liuia Augusta .lxxxii. annos uitæ pucino uino rettulit acceptos nõ aquoso. Gignit̃ in sinu adriatici maris: non procul a timauo fõte: saxeo colle: maritimo afflatu: paucas coquente amphoras. Nec aliud aptius medicamẽtis iudicat̃. Hoc esse crediderim quod græci celebrãtes miris laudibus pyctanum appellauerunt ex adriatico sinu. Diuus Augustus setinum prætulit cunctis: & fere secuti principes propter confessa experimenta non timere cruditatibus noxiis. Ab eo saluia nascit̃ supra forum Apii. Antea cecubo erat gñositas celeberrima in palustribus populetis: sinu amiclano quod iam intercidit: & in curia coloni lociq; angustia. Magis tamen fossa Neronis: quam a baiano lacu ostiam usq; nauigabilem inchoauerat: secunda nobilitas falerno agro erat. & ex eo maxime faustiano cura culturaq; id collegerat. Exoleuit hoc quoq; nimietate copiæ potius q̃ bonitati studentium. Falernus ager a ponte campano leua petẽtibus urbanã coloniã syllanam nuper capuæ contributam incipit. Faustianus autem circiter quattuor miliaria a uico prope cedias: qui uicus a sinuessa sex milibus abest. Nec ulli ĩ uino maior auctoritas solo. Vinorum flãma accẽdit̃. Tria eius gña. Austerum: dulce: tenue. Quidã ita distinguũt. Summis collibus gauranũ gigni: mediis faustianum: imis falernum. Nõ omittendum autem nulli eorum quæ celebrent̃: iucũdum saporem uuæ esse. Ad tertiam palmam uariæ uenere. Albanæ urbi uicinæ prædulces: ac raræ in austero. Itẽ surrentina ĩ uineis tãtum nascentia cõualescẽtibus maxĩe probata: propter tenuitatẽ salubritatemq;. Tiberius Cæsar dicebat cõsẽsisse medicos: ut nobilitatem surrentino darent: alioqn esse gñosũ acetum. Caius Cæsar: qui successit illi nobilem uappam. Certant massica æque ex mõte gaurano puteolos baiasq; prospectantia. Nã falerno cõtermĩa statana ad principatus uenere nõ dubie: palamq; fecere. Sua qbusque terris tpa esse secũdum quod rerum prouẽtus occasusq; iũcti. Iis præponi solebãt calena: & quæ ĩ uineis arbustisq; nascũt̃ fũdana. Ex alia uicinia urbis ueliternina priuernatiaq;. Nã quod signiæ nascit̃ austeritate nimia cõtinendæ utile aluo: ĩter medicamẽta numerat̃. Quartum curriculũ publicis epulis optinuere a diuo Iulio (is enim prĩus auctoritatem iis tribuit: ut epistolis eius apparet) mamertina circa messanam ĩ sicilia genita. Ex iis potulana ab auctore dicta: in loco proxima italiæ laudant̃ præcipue. Est & in eadem sicilia & taurominitanis honos lagenis pro mamertino plerũq; subditis. Ex reliquis autem a supero mari pretutia: atq; a neone nascẽtia: & quæ a palma una forte enata palmesia appellant̃. In mediterraneo uero cesẽnatia mecenatiana. In ueronensi item retica falernis tantum posthabita a Virgilio. Mox optima ab ĩtimo sinu maris hadriana. Ab ĩfero autem latinensia: grauicana: stomẽsia. Etruriæ palmã luna habet: liguriæ genua. Inter pyreneum alpesq; massilia: gemino sapore: quando &

cōdiēdis aliis pīguius gignit:quod uocāt succosum. Ceterano īter gallias consistit auctoritas. De reliqs ī narbonēsi genitis asseuerare nō ē:quoniam officinam eius rei īfecere tingētes fumo:utināq; nō & herbis ac medicamētis noxiis. Quippe etiam aloe mercāt:quo saporem colorēq; adulterāt. Verꝝ & lōgīqora italiæ ab ausonio mari non carēt gloria: tarētina: & seruitiana:& cōsētiæ genita:& tēpsiæ ac balbiæ lucanaq; anꝰ cedētibus thurinis. Omnium uero eorum maxīe illustrata messalla pōtia: & salute lagaria nō procul grumēto nascētia. Cāpania nuper excitauit nouis nomībus aucto/ritatem:siue cura siue casu: ad quartū neapoli lapidē trebellicis: iuxta capuā caulinis: & ī suo agro trepulanis:alioquī semper īter plebeia & trifollinis gloriata. Nā pōpe/ianis sūmū decē ānoꝝ īcremētū ē nihil senectā conferente. Dolore etiā capitū ī sextā horā diei sequentis īfesta deprehēdūt. Quibus exēplis(nisi fallor)manifestū ē pꝛiam terrāq; referre:nō uuā. Et supuacuā generꝝ cōsectationē ī numeꝝ:cū eadē uitis aliud aliis locis pullulet. Hispaniaꝝ lusitana copia nobilitant. Elegātia uero tarraconēsia: atq; lauronensia:& balearica ex īsulis conferūt italiæ primis. Nec ignoro multa præ/termissa plerosq; existīaturos:qn̄ suū cuiq; placet:& quocūq; eat:fabula eadē repiat. Diui Augusti iudicioꝝ ac palati pitissimū e libertis censurā uini ī epulas eius faciētē dixisse hospiti de īdigena uino:nouū quidem sibi gustū esse eū atq; nō ex nobilibus: sed Cæsarē non aliud potatuꝝ. Nec negauerim & alia digna esse fama. Sed de qbus cōsēsus æui iudicauerūt hæc sūt. ¶Vina transmarina. ¶Cap.vii.

Vnc sili mō trāsmarina dicemus. In sūma gloria post homerica illa:de quibus supra diximus:fuere thasiū:chiūq;. Ex chio quod arusiū uocant. Iis addidit lesbiū Erasistrati maximi medici auctoritas:circiter.cccc.L.anno urbis romæ. Nunc grā an̄ ōnia ē clacomenio:postq̄ parcius mari cōdiūt. Lesbiū spōte naturæ suæ ma/re sapit. Nec tmolio p se grā ut uino:sed cuius dulci admixto reliquoꝝ duricia sua/uitatem accipiat simul & ætatē:quoniā uetustiora ꝓtinus uident. Ab iis dignatio est sicyonio:cyprio:telmesico:tripolitico:bertitio:tyrio: sebennitico. In ægypto hoc nascit tribus gn̄ibus uuaꝝ:ibi nobilius thasio & alopece. Post hæc auctoritas hippo/damātio:mystico:cantharitæ:protopo:cnidio:catacæ:caumenitæ: petritæ: miconio. Nā mesogiten capitis dolores facere cōptū est. Nec ephesiū salubre esse: quoniam mari & defruto cōdiat. Apamenū mulso præcipue cōuenire dr̄: sicut prætutium in italia. Est.n.& hæc ꝓprietas generꝝ:ut dulcia utiq; īter se non cōgruāt. Exoleuit & ꝓtagion:quod italicis proximū fecerant Asclepiadis scholæ. Apollodorus medicus ī uolumīe quo suasit Ptolemæo regi quæ uina biberet: italicis etiātū ignotis: lau/dauit in ponto naspcenitem:mox oroeticū:eneathē:leucadiū: ambracioté: & quod cūctis prætulit præparētiū. Sed mīoris famæ esse dixit:quoniā sex ānos nō placeret.

¶DE Vino quod uocat bion gn̄a septē. ¶Cap.viii.

Actenus bonitas uini nationibus debet. Apud græcos iure clarissimū nomen accepit:quod appellauerūt biō ad pluríos ualitudinū usus excogitatū:ut doce/bimus ī pte mediciæ. Fit autē hoc mō. Vuæ paulū an̄ maturitatē decerptæ siccāt acri sole ter die uersatæ p triduū. quarto exprimūt. dein cadis sole inueterāt. Cui ma/rinā aquā largiorē miscent:a serui furto origīe orta sic mensurā explētis. Idq; trāslatū in albū mustū leucochrun appellat. In aliis autē gētibus sili mō factū tethalassome/non uocāt. Thalassiten autem uasis musti deiectis ī mare. quo gn̄e præcox fit & ue/tustius. Nec nō apud nos quoq; coū uinū ex italico faciēdi rōnē Cato demōstrauit. Sup cætera ī sole q̄driēnio maturādū præcipiēs. Rhodiū coo sīle est:phorineū salsius coo. Omnia trāsmarina septē ī sex ānis ad uetustatē mediā pueire existīant.

¶DE Dulciū gn̄ibus.xiiii. ¶Cap.ix.

Inū ōne dulce mīus odoratū.quo tenuius:eo odoratius. Colores uinis q̄ttuor. Albus:fuluus:sāguīeus:niger. Psythiū & melāpsythiū passi gn̄a sūt suū sapo/rē nō uini referētia. Cisibilites uero mulsi ī galatia nascens & baliciū ī sicilia. Nam

syreũ quod alii hepsema:nri sapam appellãt:igenii nõ naturæ opus est:musto usque ad tertiã ptẽ mensuræ decocto.quod ubi factũ ad dimidiã est: defrutũ uocãus. omnia ĩ adulteriũ mellis excogitata. Sed priora uua terraq; cõstãt. Passũ a græco ciliciũ pbat & africum:& ĩ italia puĩciisq; finitimis. Fieri certũ est ex uua quã græci sticam uocãt:nos appianã. Item scirpulã diutius ĩ uite sole uuis adustis aut feruente oleo. Quidã e qcũq; dulci dũ præcocta alba faciũt siccãtes sole:dõec paulo ãplius dimidiũ põdus supsit. Tusasq; leniter uuas exprimũt. Deĩde quãtum expressere adiiciũt uinaceis aquæ puteanæ:ut & secũdariũ passũ faciant. Diligentiores eodem mõ siccatis acinos eximũt:ac sine sarmentis madefactos uino excellenti dõec intumescãt: exprimũt.& hoc genus ãte cætera laudãt.ac sili mõ aq̃ addita secundariũ faciunt. Mediũ ĩter dulcia uinũ est quod græci aigleuces uocãt: hoc est semp mustũ.Id euenit cura: quoniam feruere prohibet̃. Sic enĩ appellãt musti ĩ uina trãsitũ. Ergo mergũt e lacu ptinus ĩ aqua cados:dõec bruma transeat:& cõsuetudo fiat algendi. Est etiãnũ aliud genus eius p se:quod uocat dulce narbonensis puĩcia:& ĩ ea maxĩe uocõtia. Asseruat̃ eius gr̃a uua diutius ĩ uite:pediculo ĩtorto. Ab aliis ipse palmes ĩcidit̃ ĩ medullã. Ab aliis uua torret̃ ĩ tegulis:õnia ex heluennaca uite. Iis adiiciunt aliq quod uocãt diachyton:uuis in sole siccatis loco cluso p dies.vii.ĩ cratibus totidẽ pedibus a terra alte: noctibus a rore defensis:octauo die calcatis.ita fieri optimi odoris saporisq;. Dulci e gñe est & melitites. Distat a mulso quod fit e musto:cũ qnq; cõgiis austeri musti cõgio mellis & salis cyatho sufferuefactis austeꝝ. Sed ĩter hæc gña potuũ ponere debeo & ptropũ.Ita appellat̃ a qbusdã mustũ spõte defluens añq calcent̃ uuæ. Hoc ptĩus diffusũ lagen̄is suis deferuere passi. Postea ĩ sole.xl.diebus torrent æstatis secutæ ipso canis ortu.

De Deuteriis & secũdariis uini gña tria. Cap.x.

Non possunt iure dici uina quæ græci deuterias appellant:Cato & nos lorã:maceratis aq̃ uinaceis. Sed tamen inter uina operaria numerantur. Tria eorum genera. Decima parte aquæ addita q̃ musti expressa sit: & ita nocte & die madefactis uinaceis: rursusque prelo subiectis. Alteꝝ quod hoc modo græci factitauere:tertia pte eius quod expressũ sit addita aquæ:expressoq; decocto ad tertias ptes. Tertiũ est fæcibus uini expressũ:quod fæcatũ Cato appellat. Nulli ex iis plus q̃ ãno usus.

Quæ nup ĩ italia gñosa uina esse cœperũt. Cap.xi.

Veꝝ ĩter hæc subit mentẽ cũ sit gña nobilia quæ proprie uini ĩtelligi possĩt.lxxx. fere ĩ toto orbe duas ptes ex hoc numero italiæ esse. Longe præterea añ cunctas terras:& hic deĩde altius cura serpit nõ a primordio hanc grãm fuisse.

De Vini obseruatiõe Romulo rege posita. Cap.xii.

Hvctoritatem post sexcentesimũ forte urbis annũ cœpisse. Romulũ lacte non uino libasse ĩdicio sũt sacra ab eo ĩstituta:quæ hodie custodiũt morẽ. Numæ regis Postumi lex est. Vino rogũ ne respgito. Quod sãxisse illũ ppter ĩopiã rei nemo dubitet. Eadẽ lege ex ĩputata uite libari uina diis nefas statuit: ratione excogitata ut putare cogerẽt̃ alias aratores & pigri circa arbusti pericula. M.Varro auctor ẽ Mezẽtiũ etruriæ regẽ auxilium rutulis cõtra latinos tulisse uini mercede:quod tum in latino agro fuisset.

Qui uini usus ãtiqs:& de uinis antiquoꝝ. Cap.xiii.

Non licebat id fœmĩs romæ bibere. Inueniĩus ĩter exẽpla Egnati Metentini uxorẽ q uinũ bibisset e dolio:ĩterfectã fuste a marito.eũq; cædis a Romulo absolutũ. Fabius Pictor ĩ ãnalibus suis scripsit:matronã:q loculos ĩ qbus erant claues uinariæ cellæ resignauisset:a suis ĩedia mori coactam. Cato ideo ppĩquos fœmĩs osculum dare:ut scirẽt an temetũ olerent. Hoc tũ nomen uino erat:unde & temulẽtia appellata. Cn.Domitius iudex pnũciauit mulierẽ uideri plus uini bibisse: q̃ ualitudĩs cã uiro ĩsciẽte.ac dote mulctauit. Diuq; eius rei magna parsimonia fuit. L.Papyrius ĩperator aduersus sãnites dimicaturus uotũ fecit:si uicisset:Ioui pocillũ uini. Deniq; inter dona sextarios lactis datos inuenimus nusq̃ uini. Idem Cato cum ĩ hispaniã

nauigaret : ūde cū triūpho rediit:nō aliud īqt uinū bibi q̄ remiges:ītātū dissilis istis q etiā cōuiuis alia q̄ sibimetipsis mīstrant:aut ꝓcedēte mēsa subiiciūt. Laudatissima apud priscos uina erant myrrhæ odore cōdita:ut apparet ī Plauti fabula : quæ persa īscribit̄:q̄q̄ ī ea & calamū addi iubet. Ideo qdā aromaticis delectatos maxīe credunt. Sed Fabius Dosēnus his uersibus decreuit.

Mittebant uinum pulchrum murrinam. Et in Acharistione.

Panem & polentam uinum murrinam.

Scæuolam quoq; & Lælium & Atteium Capitonem in eadem sententia fuisse uideo: quoniam in Pseudulo sit.

Quod si opus ē ut dulce ꝓmant idem ecqd hēant roga.

Murrinam passum defrutum mella.

Quibus apparet nō inter uina modo murrinam:sed inter dulcia quoq; nominatum.

¶DE Apothecis & de uino opimiano. ¶Cap.xiiii.

APothecas fuisse:& diffūdi solita uina:āno.dc.xxxiii.urbis appet īdubitato opimiani uini argumēto: iā ītelligēte suū bonū italia. Nōdū tn̄ ista gn̄a ī claritate erāt. Itaq; ōnia tūc genita unū hn̄t cōsulis nomē. Sic quoq; diu trāsmarina fuerūt ī auctoritate ad attauos usq; nostros etiā falerno iā repto: sicut apparet ex illo comico uersu Anaxipolis thasii.

Quinq; thasii uini inde depromam falerni bina.

.P.Licinius Crassus &.L.Cæsar cēsores:āno urbis cōditæ.dc.lxv.edixerūt ne qs uinū græcū amineūq; octonis æris sigula q̄drātalia uēderet. Hæc.n.edicti uerba sūt. Tāta uero uino græco gr̄a erat:ut sigulæ potiones ī uno cōuictu darēt̄. Quibus uinis auctoritas fuerit sua ī mēsa.M.Varro his uerbis tradit. L.Lucullus puer apud prēm nūq̄ lautū cōuiuiū uidit:ī quo plus semel græcū uinū daret̄. Ipse cū rediit ex asia milia cadorū:cōgioꝝ diuisit āplius cētū. C.Cēsius:quē prætorē uidius:chiū uinū ī domū suā īllatū dicebat tū primū: cū sibi cardiaco medicus dedisset. Hortēsius sup.x.cados hæredi reliquit. Hactenus Varro.

¶DE Liberalitate Cæsaris ī uino:& qn̄ primum gn̄a uini ficticii. ¶Cap.xv.

QVid ni & Cæsar dictator triūphi sui cœna uini falerni āphoras cētū : chii cados cētū ī cōuiuia distribuit. Idē hispaniēsī triūpho chiū & falernū dedit. Epulo uero ī tertio cōsulatu suo falernū:chiū:lesbiū:mamertinū:quo primū tp̄e quattuor gn̄a uini apposita cōstat. Postea ergo alia ōnia ī nobilitatē uenerūt circiter septīgētesimū urbis ānū. ¶DE Vinis ficticiis. ¶Cap.xvi.

ITaq; nō mīora īnumerabilia pene gn̄a ficticii repta multis an̄ sæculis:quæ nūc dicēus ōnia ad medicīæ usū ptinētia. Omphaciū quomō fieret ꝓpter unguēta dixīus priore libro. Fit e labrusca:hoc ē uite siluestri:quod uocat̄ oenathinū. Flores eius libris duabus ī musti cado macerati post.xxx.dies mutāt̄. Præter hoc radix labruscæ & acini coria pficiūt. Ii paulo postq̄ defloruere:sigulare remediū hn̄t ad refrigerādū ī morbis corpoꝝ ardores gelidissīa(ut ferūt)nat̄a. Pars eoꝝ æstu morit̄:priusq̄ reliq q solstitiales dicūt̄. Vniuersi nūq̄ maturescūt. Et si prius q̄ tota uua maturescat: īcocta det̄ cibo gallinaceo gn̄i : fastidiū gignit uuas appetēdi. Ficticioꝝ primū fit ex ipso uino:quod uocāt assinamō hoc mō. Albi musti sextarii.xx.aquæ dimidiū.feruet dōec excoq̄t̄ aquæ mēsura. Alii marinæ sextarios decē:tātūdē pluuiæ:ī sole.xl.diebus torrēt. Dāt ægris:qbus uini noxā timent. Proximā fit e milii semīe mat̄o cū ipsa stipula librā & q̄drātē ī cōgios duos musti macerāt.Et post septimū mēsē trāssuso. Ex loto arbore frutice herba dictū ē uti quæq; fieret. Fit & e pomis quæ dicēus:īterpretationibus nō nisi necessariis additis. Primūq; ei e palmis:quo pthi & īdi utūt̄:& oriēs totus. Maritīaꝝ qs uocāt & cycleas modio ī aquæ cōgiis tribus macerato expressoq;. Sic fit & sycites e fico:quē alii palmiprunū: alii trocin uocāt. Aut si dulce esse nō libeat:pro aqua tātūdem uinaceoꝝ adiiciūt. Ex cypria fico & acetū fit præcellens: atq;

alexādrino quoq; melius uinū. Fit & ex siliqua syriaca:& e piris: maloꝝq; omnibus gñibus. Sed e punicis quod rhoiton uocāt. Et e cornis:mespilis:sorbis: moris siccis: nucleis pineis. Hi musto madidi exprimūt᷑. Supiora p se mitia. Myrtitē Cato quē admodū fecerit hoc paulo post īdicabīus. Græci uero & alio mō:ramis teneris cū suis foliis ī albo musto decoctis tusis libra ī tribus musti cōgiis deferuere faciūt: dōec duo supsit. Quod ita siluestris myrti baccis factū ē:myrtidanū uocat᷑.hoc manus tīgunt. Ex iis quæ ī hortis gignūt᷑ fit uinū e radice asparago:mello:origano:apii semīe: ābrotono:mētastro:ruta:nepeta:serpillo:marrubio. Manipulos bīos tūdūt ī cadū musti: & sapæ sextariū:& aquæ marinæ heminā. E napis fit.x.denarioꝝ pōdere ī sextarios binos musti addito. Itē e scylla radice. Inter flores & rosæ foliis tusis:ī līteoloq; ī mustū collatis cū pōdusculo ut sidat.xl.pōdere denarioꝝ. In sextarios uicenos musti: nec añ tres mēses uase apto. Itē ī agro caligo:& aliud e siluestri. Aromatiten quoque īuenio factitatū nō tātū ūguētoꝝ cōpositiōe. Prīo ex myrrha:ut dixīus:mox e nardo celtico:calamo:bitumīe:offis ī mustū:aut dulce uinū defectis. Alii de calamo:iunco: costo:nardo:syriaco:amomo:casia:cynnamo:croco palma : agaro : similiter & offa. Apud alios nardi: & malobathri sex libris ī musti cōgios duos additis. Qualia nunc quoq; fiūt pipere & melle addito:quæ alii cōdita:alii piperata appellāt. Inuenitur & nectarites ex herba:quā alii menaliō:alii medicā:alii symphytō:alii deamorestin: alii nectareā uocāt:radice pōderis.xl.denarioꝝ ī sextarios sex musti addita. Siliter ī līteo. Ex cæteris herbis collatis fit absīthites ī.xl.sextariis musti absinthii pōtici libra decocta ad tertias ptes:uel scopis absīthii ī uinū additis. Siliter hysopites e lycio hysopo ūciis tribus ī duos cōgios musti cōiectis aut tusis ī uinū. Fiūt utraq; & alio mō circa radices uitiū sato. Sic & helleboriten fieri ex ueratro nigro Cato docet. Sic fit & scamonites. Mira uitiū nata saporē alienū ī se trahēdi:qlē & salicū redolēt patauinoꝝ ī palustribus uidemiæ. Sic & helleboꝝ serit᷑ ī thaso:aut cucumis siluester:aut scamonea:quod uinū ectromatiū uocāt:quoniā abortus facit. Fit & ex herbis:qꝝ nata suo loco dicet᷑. Est & ocha de radice gētianæ:& tragoriano:& dictamo:assaro: dauco:elebi:panacea:spagora:corīthimo:mādragora:iūco. Vocarūt & sycinū:& ithacomelin: & lectispagiten:quoꝝ iā oblitterata rō ē. Ex fruticū uero gñe cædri utriusq; cupressi: laurus:iuniperi:pini:piri:terebīthi:callini:lētisci. Baccas aut lignū recēs ī musto decoquūt. Item chameleæ & chamepityos & chamedryos lignū. Eodē mō & ex flore in cōgiū musti decē denarioꝝ pōdere addito.

¶DE Hydromelle & oxymelle. ¶Ca.xvii.

Fit uinū ex aq̄ ac melle tātū. Quīquēnio ad hoc seruari cælestē iubēt aliq prudētiores. Alii statī ad tertias ptes decoquūt & tertiā mellis ueteris adiiciūt.Deinde xl.diebus canis ortu ī sole hn̄t. Alii diffusa ita decīo die obturāt. Hoc uocat᷑ hydromel:et uetustate saporē uini asseqt᷑:nusq̄ laudatius q̄ ī phrygia. Quin et acetū melle tēpabat᷑:adeo nihil ītēptatū ī uita fuit. Oxymel hoc uocarūt:mellis decē libris : aceti ueteris heminis qnq;:salis marini libra:aquæ pluuiæ sextarios qnq; sufferuefactis decies:mox elutriatis:atq; ita īueteratis. Omnia ab Themisione sūmo auctore dānata. Et hercule coactus eoꝝ usus uideri pōt:nisi siqs naturæ opus esse credit aromatiten: et ex ūguētis uina cōposita:aut ut biberēt᷑ genuisse ea frutices. Ista sūt cognitu iucūda solertia humani animi ōnia exqrēte. Nihil qdē ex iis āno durare:præterq̄ quæ uetustate ipsa fieri diximus. Et plura ne tricenis qdē diebus non erit dubium.

¶Prodigiosa gñā uini. ¶Cap.xviii.

Vnt et ī uino ꝑdigia. Dicit᷑ ī arcadia fieri quod fœcūditatē fœmīs īportet:uiris rabiē. At ī achaia maxīe circa chariniā abigi ptū uino: atq; etiā si uuā edāt grauidæ:cū differentia ī gustatu nō sit. Troeceniū uinū q bibūt : negāt᷑ gñare. Thasios duo gñā uini diuersa facere ꝑdit᷑. Vnum quo sōnus cōciliet᷑:alteꝝ uero quo fugetur. Apud eosdē uitis theriace uocat᷑ : cuius & uinū et uua cōtra serpētiū ictus medetur. Libadeos thuris odore:ex q̄ diis ꝑlibant. E diuerso aspēdios dānata a feris. Ferūt eā

necab alite ulla attigi. Thasiā uuā ægyptus uocat apud se prædulcē quæ soluit aluū.
Est cōtra ī lycia quæ solutā firmat. Aegyptus & ecbolinā hēt abortiuos facientē. Vina
ī apothecis canis ortu mutātˀ quædā: posteaq; restituūtˀ sibi. Sic et maris nauigio: cu/
ius iactatus iis quæ durauerīt: tātū uetustatis adiicere sentitˀ: ꝗtū habuerīt.

¶Quibus uinis ad sacra uti fas nō sit: et qbus gñibus musta cōdiātˀ. ¶Cap.xix.

ET quoniā religiōe uita cōstat: ꝓlibare diis nefastū hētˀ uino præter īputatæ uitis:
fulmīe tactæ: quāq; iuxta hoīs mors laqueo pependerit: aut uulneratis pedibus
calcata: et quod circūcisis uinaceis ꝓfluxerit: aut supne deciduo īmūdiore lapsu ali/
quo polluta. Itē græca: quoniā aquā hēat. Vitis ipsa quoq; mādītˀ decoctis caulibus
sūmis: q et cōdiūtˀ ī aceto ac muria. Veꝝ et de appatu uini dixisse cōuēiat: cum græci
priuatī ea præcepta tradiderint: artēq; fecerīt: sicut Euphronius et Aristomachus et
Cōiades et Hicesius. Africa gypso mitigat aspitatē: nec nō aliqbus sui ptibus calce.
Græcia argilla aut marmore aut sale aut mari lenitatē excitat. Italiæ ī pte aliꝗ rabu/
lana pice ac resīa cōdire musta: uulgare ē ei: ꝓuīciisq; finitimis. Anni prioris uina nō
nusꝗ fæce acetoue cōdiūt. Nec nō et ex ipso musto fiūt medicamīa. Decoqtˀ ut dul/
cescat portiōe uiriū. Nec durare ultra ānuū spatiū tale ꝑditˀ. Aliqbus ī locis decoquūt
ad sapas musta: īfusisq; iis ferociā frāgūt. Et ī hoc tñ gñe & ī ōni alio subministrāt
uasa ipsa condimentis picis. Cuius faciendæ ratio proximo dicetˀ uolumine.

¶DE Picis generibus: & resinis: & mustis cōdiēdis: & de aceto & fæce. ¶Cap.xx.

ARboꝝ succo manantiū picē resināq; aliæ ortæ ī oriēte: aliæ ī europa ferūtˀ. Quæ
ītere asia utrīq; ꝗsdā hēt. In oriente optimā tenuissimāq; terebinthi fundunt.
Deīde lētisci: quā & masticē uocāt. Postea cupressi acerrimā sapore. Liqdā ōnes & tā/
tū resinā. Crassiorē uero & ad pices faciēdas cædrus. Arabica resīa alba est: acri odore
difficilis coquenti. Iudaica callosior. Et terebīthi quoq; odoratior. Syriaca attici
mellis sīlitudinē hēt. Cypria añcedit ōnes. Est autē melleo colore carnosa. Colopho/
nia præter cæteras fulua: si teratˀ alba fit: grauior odore. & ob id nō utūtˀ ea ūguētarii.
In asia quæ fit e picea admodū cādida: spagos uocatˀ. Resīa ōnis dissoluitˀ oleo. Qui/
dā & creta figulinaꝝ hoc fieri arbitrātˀ. Pudetq; cōfiteri: maximū iā honorē eius esse ī
euellendis a uiroꝝ corporibus pilis. Rō autē cōdiēdi musta ī prīo feruore q nouē die/
bus cōplurimum pagitˀ: aspsu picis: ut odor uino cōtīgat: & saporis quædā acumina.
Vehemētius id fieri arbitrātˀ crudo flore resinæ. Excitariq; lenitatē. E diuerso crapulā
cōpesci: & feritatē nimiā: frāgiq; uirus. Aut ubi pigra lenitas torpeat: uirus addi. Li/
guriæ maxīe circūpadanisq; mustis utilitas discernitˀ hoc mō pugnacibus mustis cra/
pulæ plus īditˀ: lenibus parcius. Sunt q & ex utroq; condiri uelīt. Nec nō alia quæ est
multa pice nata. Vitiūq; musto qbusdā ī locis iteꝝ sponte feruere: ꝗ calamitate cum
deferbuit depit sapor. uappæq; accipit nomē. ꝓbrosū etiā hominū cū degñauit aīus.
Acetis. n. neqciæ īest uirtus magnos ad usus: & sīe qs uita mitior degi nō possit. Cæte/
ro uinoꝝ medicamīs tāta cura ē: ut cinere apud quosdā ceu gypso alibi qbus dixīus
mōis īstaurētˀ. Sed cinerē e uitis sarmētis aut quercu præferūt. Quin & marinā aquā
eiusdē rei gr̃a ex alto peti iubent: seruariq; ab æqnoctio uerno: aut certe nocte solstitio
& aqlone flāte hauriri: uel circa uīdemiā si hauriatˀ: decoq. Pix ī italia ad uasa uino
cōdēdo maxīe ꝓbatˀ brutia. Fit e picea resina. In hispania autē e piceastris minime
laudata. Est. n. resina haꝝ amara & arida & graui odore. Differētiā rōnēq; faciendi
ꝓxīo uolumīe demōstrabīus īter arbores feras. Vitia præter supradicta acor: aut fu/
midū uirus: aut picis adustio. Expimētū uero si fragmenta subluceāt: ac sub dente
lentescat acore iucūdo. Asia picē īdicā maxīe ꝓbat: græcia piericā: Virgilius nariciā.
Diligentiores admiscent nigrā masticē: quæ ī pōto bituminis sīlis gignitˀ: et iris radicē
oleūq;. Nā cærā accipientibus uasis cōptū ē uina acescere. Sed trāsferre ī ea uasa ī q/
bus acetū fuerit: utilius ꝗ ī ea ī qbus dulce: aut mulsū. Cato iubet uina cōcinnari: hoc
enim utitˀ uerbo: cineris lexiui cum defruto cocti pte quadrīgentesīa pulegii uel salis

ſeſqlibra. Interī et tuſo marmore. Facit et ſulphuris mētionē. Reſinæ uero ī nouiſſīs. Sup ōnia addi matureſcente iā uino iubet muſtū: quod ille tortinū appellat: nos in/telligīus nouiſſīe expreſſū: et adiici muſtis tīgendi grā coloris: ut pigmentū aliquod uini: atq; ita pīguius fieri. tot ueneficiis placere cogit᷑. et miramur noxia eſſe in uitiū inclinantes. Expimentū ē laminæ plūbeæ mutatus in eo colos. Propriū autem inter reliquos liquores uino mulceſcere: aut ī acetū uerti. Extātq; medicīæ uolumina. Et fæx uini ſiccata recipit ignes. ac ſine alimento p ſe flagrat. Cinis eius nitri natū habet: eaſdēq; hēt uires. hoc āplius quo pīguius ſētit᷑. ❡DE Cellis uinariis. ❡Cap. xxi.

MAgna et collecto iā uino differentia in cella. Circa alpes ligneis uaſis condunt: circuliſq; cingūt: atq; etiā hyeme gelida ignibus rigorem arcent. Miꝝ dictu: ſed aliqdo uiſū: ruptis uaſis: ſtetere glaciatæ moles ꝓdigii mō: quoniā uini natā nō gela/ſcit: alias ad frigus ſtupens tātū. Mitiores plagæ doliis condūt. Infodiūtq; terræ tota: aut ad portionē ſitus. Item cælū præbent. Alibi uero īpoſitis tectis arcent. Tradūtq; ad hæc præcepta. Latus cellæ uinariæ aut certe feneſtras obuerti in aqlonem oportere: uel uſq; in exortū æqnoctialem. Sterqlinia et arboꝝ radices ꝓcul abeſſe. omniaque odoris euitādi: facillimo ī uina trāſitu. Ficos utiq; et caprificos. Doliis etiā īterualla dari: ne īter ſeſe uitia ſerpāt: cōtagione uini ſemp ociſſīa. Quin et figuras referre. Ventroſa ac patula mīus utilia. Picari oportere ꝓtinus a canis ortu. poſtea pfundi marīa aq̄ aut ſalſa: ac leui cinere ſarmenti ea aſpgi: uel argilla aſpſa myrrha ſuffiri: ipſaſq; ſæpius cellas. Imbecilla uina demiſſis ī terrā doliis ſeruāda. Valida expoſitis: nūq̄ īplēda: & quod ſupſit: paſſo aut defruto pūgēdū: admixto croco: pice ueteri: cū ſapa. Sic coopcula dolioꝝ medicāda addita maſtice ac pice. Bruma apiri uetāt: niſi ſereno die. uetāt auſtro flāte: lunaue plena. Flos uini cādidus ꝓbat᷑. Rubens triſte ſi/gnū ē: ſi nō is uini colos ſit. Itē uaſis īcaleſcentibus: opculiſue ſudātibus. Quod cele/riter florere cœperit: odorēq; trahere: nō fore diutinū. Ipſa quoq; defruta ac ſapa: cū ſit cælū ſīe luna: hoc ē ī ſyderis eius coitu neq; alio die coq iubent. Præterea plumbeis uaſis: nō æreis: nucibus iuglādibus additis. Eas. n. fumū excipe. Cāpaniæ nobiliſſīa expoſita ſub diuo ī cadis uerberari ſole luna hymbre ac uētis aptiſſimū uidet᷑.

❡DE Vitanda ebrietate. ❡Cap. xxii.

HAC ſiqs diligētius reputet: ī nulla pte opoſior uita ē: ceu nō ſaluberrimū ad po/tū aquæ liquorē natā dederit: quo cætera oīa aīantia utūt᷑. At nos uinū bibere & iumēta cogimus: tātoq; ope: tāto labore: & īpēdio cōſtat: quod hoīs mentē mutet: ac furorem gignat: milibus ſceleꝝ huic deditis tāta dulcedīe: ut magna ps nō aliud uitæ premiū ītelligat. Quinīmo ut plus capiāus: ſucco frāgīus uires. & alia iritamenta ex/cogitāt᷑: ac bibendi cā etiā uenena cōficiūt᷑. Alii cicutā præſumentibus: ut bibere mors cogat. Aliis pumicis farinā: & quæ referendo pudet docere. Cautiſſīos ex iis balineis quoq; coq uidēus: exanimeſq; efferri. Iā uero alios lectū expectare nō poſſe: īmo uero nec tunicā. nudoſq; ibi ꝓtinus & anhelos īgentia uaſa corripere: uelut ad oſtētatiōem uiriū: ac plene īfūdere ut ſtatī euomāt: rurſuſq; hauriāt. idq; iteꝝ tertioq;: tāq̄ ad p/dēda uina geniti: & tāq̄ effūdi illa nō poſſīt: niſi p humanū corpus. Ad hæc ptinent pegrinæ exercitatiōes: & uolutatio ī ceno: ac pectoroſa ceruicis repādæ oſtētatio. Per ōnia hæc prædicat᷑ ſitis quæri. Iā uero quæ uaſa adulteriis celata᷑ tanq̄ p ſe paꝝ do/ceat libidīes temulētia. Ita uina ex libidīe hauriūt᷑: atq; etiā premio īuitat᷑ ebrietas. Et ſi diis placet: emit᷑ alius ut uel quātū biberit tātū edat. & preciū uinolētiæ lege acci/pit. Alius q̄tū alia quæſierit: tātū bibit. Tūc auidi matronā oculi licent᷑. Tūc graui ꝓdūt᷑ marito. Tūc animi ſecreta ꝓferūt᷑. Alii teſtamēta ſua nūcupāt. Alii mortifera loquūt᷑. rediturāſq; p iugulū uoces nō cōtinēt: q̄multis ita īteremptis. Vulgoq; ue/ritas iā attributa uino ē. Interea ut optīe cadat: ſolē oriētē nō uident: ac mīus diu ui/uūt. Hīc pallor: & genæ pendulæ: oculoꝝ ulcera: tremulæ manus effūdentes plena uaſa. & quæ ſit pœna præſēs: furiales ſōni: & īqes nocturna. Premiumq; ſummum

ebrietatis libido portentoſa : ac iucũdũ nefas. Poſtea die ex ore halitus fetidi.ac fere rerų oĩuũ obliuio:morſq; mẽoriæ. Rape ſe ita uitã prædicãt cũ priorẽ diẽ quotidie p/dãt. illi uero & ueniẽtẽ. Tiberio Claudio prĩcipe añ hos.xl.ãnos ĩſtitutũ ut ieiuni biberent:potuſq; uini añcederent cibos:externis & hoc artibus: ac medicorũ placitis nouitate aliq̃ ſeſe cõmẽdãtiũ. Gloriã hac uirtute parthi quærũt. Famã apud græcos Alcibiades meruit. Apud nos cognomẽ etiã Nouellius Tricõgius mediolanenſis : ad ꝓconſulatũ uſq; e prætura honoribus geſtis:tribus cõgiis(ũde & cognomen illi fuit) epotis uno ĩpetu:ſpectãte miraculi grã Tiberio prĩcipe in ſenecta iã ſeuero:atq; etiã alias ſæuo. Sed ipſa iuuẽta ad merų ꝓnior fuerat. Eadẽq; cõmendatiõe credidere.L. Piſonẽ urbis romæ curatorem ab eo delectũ:q; biduo duabuſq; noctibus ꝑpotationẽ cõtinuaſſet apud ipſũ iã prĩcipem. Nec alio magis Druſus Cæſar regnaſſe prẽm Tiberiũ ferebat̃. Tricõgia rara glĩa:qñ & hæc ars ſuis legibus cõſtat:nõ labaſſe ſermõe: nec leuatũ uomitiõe : nõ altera corporis pte. Dum biberet matutinas obiſſe uigilias: plurimũ hauſiſſe uno potu.plurimũ præterea aliis mĩoribus addidiſſe. optima fide: nõ reſpiraſſe ĩ hauriendo:neq; expuiſſe:nihilq; ad elidendũ ĩ pauimentis ſomnũ ex uino reliq̃ſſe:diligenti ſcito legũ cõtra bibendi fallacias. Tergilla Ciceronem.M.F. binos cõgios ſĩul haurire ſolitũ ipſi obiicit.M.q; Agrippæ a marcido ac temulẽto ſcy/phũ impactũ. Etenĩ hæc ſũt ebrietatis opera. Sed nimirų hanc gloriã auferre Cicero uoluit ĩterfectori patris ſui.M.Antonio. Is.n.añ eum auidiſſiẽ apprehenderat hanc palmã:edito etiã uoluĩe de ſua ebrietate: quo ṗ̃ocinari ſibi auſus approbauit plane (ut eqdẽ arbitror)q̃ta p temulẽtiã mala terrarų orbi ĩtuliſſet. Exiguo tp̃e añ prælium acciacũ illud uolumẽ euomuit. quo facile ĩtelligat̃ ebrius iã ſãguĩe ciuiũ:& tãto ma/gis eũ ſitiẽs. Nãq; & hæc neceſſitas uitiũ comitat̃:ut bibẽdi cõſuetudo augeat auidi/tatẽ. Scitũq; ẽ ſcytarų legati:q̃to plus biberĩt:tãto magis ſitire pthos. Eſt & occidẽtis populis ſua ebrietas:fruge madida. Pluribuſq; mõis p gallias hiſpaniaſq;:nomibus aliis:ſed rõne eadẽ. Hiſpani iã & uetuſtatem ferre ea gña docuerũt. Aegyptus quoq; e fruge ſibi potus ſiles excogitauit. Nullaq; ĩ pte mũdi ceſſat ebrietas. Meros qppe hauriũt tales ſuccos:nec diluẽdo ut uina mitigãt. At hercule illic tellus fruges parere uidebat̃. Heu mira uitiorų ſolertia ĩuẽtũ ẽ queãdmodũ aq̃ quoq; ĩebriaret. Duo ſũt liquores corporibus humanis gratiſſimi:ĩtus uini:foris olei. Arborų e gñe ãbo præci/pui. Sed olei neceſſarius. Nec ſegniter uita ĩ eo elaborauit. Quãto tñ ĩ potu ĩgenio/ſior appebit ad bibẽdũ gñibus cẽrũnonagĩtaqnq;. Si ſpecies uero æſtimet̃: pene du/plici numero excogitatis:tãtoq; paucioribus olei.de quo ĩ ſequenti uolumĩe dicẽus:

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER .XV.

Naturæ frugiferarų arborų. ¶ Cap.i.

OLEAM THEOPHRASTVS CELEBER/rimus e græcorų auctoribus urbis romæ ãno circi/ter q̃drĩgẽteſĩo q̃drageſĩo negauit : niſi ĩtra.xl. milia paſſus a mari naſci. Feneſtella uero õnino nõ fuiſſe ĩ italia hiſpania atq; africa Tarquinio Priſco regnãte:ab annis populi ro.clxxxiii. Quæ nũc pueĩt trãs alpes quoq; & ĩ gallias hiſpaniaſq; medias. Vrbis q̃dẽ anno qngẽteſĩoqnto: Appio Claudio Cæci nepote.L.Iunio cõſſ. olei libræ du/odenæ aſſibus ueniere. Et mox anno.dc.octoge/ſĩo . M . Seuius.T.F.ædilis currulis olei denas libras ſĩgulis aſſibus præſtitit populo ro.p totum

ānum. Minus eá miret̄:q̄ ſciat poſt annos.xxii.Cn.Pōpeii.iiii.cōſulatu oleū ꝓuīciis
italiā miſiſſe. Heſiodus quoq; ī primis cultū agroꝝ docēdā arbitratus uitā : negauit
oleæ ſatorē fructum ex ea ꝑcepiſſe quē q̄ tā tarda tūc res erat. At nūc etiā ī plantariis
ferūt.trāſlataꝝq; altero āno decerpūt̄ baccæ. Fabianus negat ꝓuēire ī frigidiſſīs oleā:
neq; ī calidiſſīs. Gn̄a eaꝝ tria dixit Virgilius:orchites:& radios:& poſias.Nec deſide-
rare raſtros aut falcē ullā:aut curā.Sīe dubio & ī iis ſolū maxīe cælūq; referre. Veꝝtn̄
attōdēt̄ ſicut & uites:atq; etiā īterradi gaudēt. Cōſequēs eaꝝ uindemia ē : arſque uel
maior oleo q̄ muſta tēpandi. Ex eadē qppe oliua differūt ſucci. Primū omniū cruda
atq; nōdū īchoatæ maturitatis:hæc ſapore præſtātiſſīo. Quin & ex ea prīa ūda præli
laudatiſſīa : ac deīde ꝑ diminutiōes:ſiue(ut nup īuētū ē)exilibus tegulis pede īcluſo.
Quāto maturior bacca:tāto pīguior ſuccus:minuſq; gratus. Optīa autē ætas ad de-
cerpēdū:īter copiā bonitatēq; īcipiēte bacca nigreſcere. Nr̄i uocāt drupas: græci uero
drypetas. Cætero diſtat an maturitas illa ī torcularibus fiat:an ramis. Rigua fuerit
arbor:an ſuo tātū bacca ſucco:nihilq; aliud q̄ rores cæli biberit. ¶DE Oleo. ¶Ca.ii.

Vetuſtas oleo tediū affert nō itē ut uino: plurimūq; ætatis annuo ē : prouida ſi
libeat ītelligere nat̄a. Quippe temulentiæ naſcētibus uinis uti neceſſe non eſt.
Quinīmo īuitat ad ſeruādū blāda īueterati caries. Oleo noluit parci.fecitq; ueteratū
ea neceſſitate ꝓmiſcuū. Et uulgo principatū ī hoc quoq; bono optinuit italia toto
orbe:maxīe agro uenafrano:eiuſque pte:quæ licinianū fūdit oleū:ūde & liciniæ glo-
ria præcipua oliuæ. Vnguēta hanc palmā dedere accōmodato ipſis odore. Dedit &
palatū delicatiore ſētētia. Cætero baccas liciniæ nulla auis appetit. Reliquū certamē
īter iſtriæ terrā & beticæ par ē. Vicina bonitas ꝓuīciis:excepto africæ frugifero ſolo.
Cæteris totū id nat̄a cōceſſit. Oleū ac uinū nō īuidit tātū:ſatiſque gloriæ ī meſſibus
fecit. Reliq̄ erroris plena:quē ī nulla parte uitæ numeroſiorem eſſe docebimus.

¶DE Natura oliuæ & oleæ īcipiētis. ¶Cap.iii.

Oliuæ cōſtāt nucleo:oleo:carne:amurca. Sanies ē hæc eius amara. Fit ex aq̄s. Ideo
ſiccitatibus minima:riguis copioſa. Suus qdē oliuæ ſuccus ē oleū. idq; præci-
pue ex īmaturis intelligīus:ſicut de ōphacio docuīus. Auget̄ oleū ab arcturi exortu
ad.xvi.kal.octob.poſtea nuclei īcreſcūt:& caro. Cū ſitiēti hymbres copioſi acceſſere:
uitiat̄ oleū ī amurcā. Huius color oliuā cogit nigreſcere. Ideoq; īcipiēte nigricia mini-
mū amurcæ : añ eā nihil. Et error hominū falſus exiſtīantiū maturitatis initiū:quod
ē uitio ꝓximū. Deīde ꝙ oleū creſcere oliuæ carne arbitrant̄:cū ſuccus ōnis in corpus
abeat:lignūq; ītus grandeſcat.ergo tū maxīe rigant̄. Quod ubi cura multa ſiue hym-
bribus accidit:oleū abſumit̄:niſi ſecuta ſerenitate:quæ corpus extenuet. Omnino.n.
ut Theophraſto placet: ē olei cā calor.q̄re & ī torcularibus & iā ī macellis multo igni
quærit̄. Tertia ē culpa ī parſimonia:quoniā ꝓpter īpēdiū decerpēdi expectat̄ ut deci-
dat oliua. Qui mediū tēpamētū ī hoc ſeruāt:ꝑticis decutiūt cū īiuria arboꝝ ſequētis
āni dāno. Quippe oliuātibus lex ātiq̄ſſīa fuit:Oleā ne ſtrīgito:neue uerberato. Qui
cautiſſime agunt:harūdīe leui ictu:nec aduerſos ꝑcutiūt ramos. Sic quoq; alternare
fructus cogit̄ decuſſis germinibus. Nec minus ſi expectat̄ ut cadat. Hærendo enim
ultra ſuum tēpus:abſumūt uenīētibus alimētū:& detinēt locū. Argumentū ē:ꝙ niſi
añ fauoniū collectæ:nouas uires nō reſumūt:& difficilius cadūt. Primū ergo ab autū-
ni colligit̄ initio ope nō nat̄a: poſia cui plurimū carnis:mox orchites:q̄bus olei:poſt
radios. Has.n.ociſſīe occupat æſtas:q̄a ſūt tenerrimæ:& amurca cogit decidere. Dif-
ferūt̄ uero etiā ī martiū menſē calloſæ contra humorē pugnaces:ob idq; minime:lici-
nia cominia. Cōtra ſergia:quā ſabini regiā uocant:nō añ fauonii flatū nigreſcētes:
hoc ē ad.vi.idus febr. Tūc arbitrant̄ eas matureſcere:& quoniā ꝓbatiſſimū fiat ex iis
oleū. Accedere etiā rō prauitati uidet̄. Ferūtq; frigore ſterilitatē fieri:ſicut copiā ma-
turitate:cū ſit illa bonitas nō tp̄is:ſed gn̄is tarde putreſcentis ī amurcā. Sīlis error
collectā ſeruandi in tabulatis:nec priuſq̄ ſudet premendi:cū ōni hora oleū decreſcat:

amurca augeatur. Itaq; uulgo nō amplius senas libras singulis modiis exprimi dicūt. Amurcæ mensurā nēo agit q̄to eo copiosior repiat̄ ī eodē gn̄e diebus adiectis. Omnino ī uita error publicus:tumore oliuæ crescere oleū existiātiū:præsertī cū magnitudīe copiā olei nō cōstare īdicio sit quæ regiæ uocant̄:ab aliis maiorinæ : & ab aliis bābiæ grādissīæ:alioqn minimo succo. Et ī ægypto carnosissīs olei exiguū. Decapoli uero syriæ pq̄paruæ:nec cappari maiores:carne tn̄ cōmēdāt̄. Quamobcausā italicis trāsmarinæ præferūt̄ ī cibis:cū oleo uincāt̄. Et ī ipsa italia cæteris picenæ:& sidicinæ. Sale illæ priuatī cōdiūt̄:& ut reliquæ amurca sapaue. Necnō aliquæ oleo suo & sine arte sua cōmēdatiōe puræ īnatāt. Colībades frāgūt̄.eædēq; herbaꝵ uiridiū sapore cōdiūt̄. Fiūt & præcoces feruenti aqua pfusæ : quālibet īmaturæ.mirūq; dulcē succum oliuas bibere:& alieno sapore īfici. Purpureæ sūt & ī iis & ī uuis ī nigrū colorē trāseūtibus. Posiæ sunt & supbæ præter iā dicta genera. Sūt & prædulces p se tātū siccatæ: uuisq; passis dulciores. Admodū raræ ī africa:& circa emeritā lusitaniæ. Oleū ipsum sale uīdicat̄ a pīguitudīs uitio. Cortice oleæ cōcisæ odorē accipit.medicatio alia ut uino. Palati gr̄a nulla ē. Nec tā numerosa differentia. Tribus ut plurimū bonitatibus distat. Odor ī tenui argutior:& is tn̄ etiā ī optīa breuis. ¶DE Natūa olei. ¶Cap.iiii.

OLeo natūa tepefacere corpus:& cōtra algores munire. Eidē feruores capitis refrigerare. Vsū eius ad luxuriā uertere græci uitioꝵ ōniū genitores in gymnasiis publicādo. Notū ē magr̄atus honori eius octogēis sestertiis strigmēta olei uēdidisse. Oleæ honorē romana maiestas magnū præbuit: t̄mas eq̄tū idibus iuliis ex ea coronādo. Item mīoribus triūphis ouantes. Athenæ quoq; uictores olea coronant : græci uero oleastro olympiæ. ¶DE Cultūa oliuaꝵ. ¶Cap.v.

NVnc dicent̄ Catonis placita de oliuis. In calido & pīgui solo radium maiorem: salentinam : orchitem:posiā:sergianā:cominianā:albicerā seri iubet. Adiicitq; sigulari prudentia quam eaꝵ īfimis locis optimā esse dicāt. In frigido autē & macro liciniā. Pīgui . n . aut feruēti uitiari eius oleū:arborēq; ipsā fertilitate cōsumi : musco præterea & robore īfestari. Spectare olieueta ī fauoniū loco exposita solibus cēset. ¶DE Seruādis oliuis:& quomō faciendū oleū. ¶Cap.vi.

NEc alio ullo mō laudat cōdi oliuas optime orchites & posias q̄ uel uirides ī muria:uel fractas in lētisco. Oleū q̄acerbissimū diu optimū fieri. Cætero q̄primū e terra colligendā. Si iq̄nata sit:lauandā.Siccari triduo satis esse. Si gelent frigora: quarto die premendā. Hāc & sale aspgi. Oleū ī tabulato minui:deteriusq; fieri. Itē ī amurcā:& flagibus.eæ sūt carnes:& īde fæces.q̄re sæpius die decapulādū. Præterea conchas & plūbeas cortinas aere uitiari. Feruentibus omnia ea fieri clausisq; torcularibus:& q̄minime uentilatis.ideo nec ligna ibi cædi oportere. Qua de cā e nucleis ipsaꝵ ignis aptissimus:& e cortinis ī labra fūdendū:ut fæces & amurca liquent̄. ob id crebrius uasa mūdāda. Fiscinas spōgia tergendas:ut q̄maxīe pura sinceritas constet. Postea īuentū ut lauarent̄:utiq; feruenti aq̄.ptinus prælo subiicerent̄ solidæ . ita.n. amurca exprimit̄. mox trapetis fractæ premerēt̄. Iteꝵ premi plus q̄ centenos modios nō pbāt. Fructus uocāt. Quod uero post molā primū ē:flos fructus. Tres germiniforos a q̄ternis hoībus nocte & die premi iustū ē. ¶DE Oleo factitio ¶Cap.vii.

NOn erat tū factitiū oleū.ideoq; arbitror nihil a Catone dictū. Nūc eius genera plura. Primūq; psequemur ea:quæ ex arboribus fiūt:& īter illas an̄ omnes ex oleastro. Tenue id:multoq; amarius q̄ oleæ:tātū ad medicamentū utile. Sillimum huic īest ex chamelea frutice saxoso nō altiore palmo: foliis oleastri : baccisq;. Proximū fit & e cyci arbore ī ægypto copiosæ. alii scrotonē:alii rhibī : alii sisamū siluestre appellāt. Ibiq; nō pridē. Et ī hispania repēte puenit:altitudīe oleæ:caule ferulaceo: folio uitiū:sēīe uuaꝵ graciliū:pallidaꝵq;. Nr̄i eā uocant ricinū a silitudīe seminis. Coq̄t̄ id ī aq̄:īnatansq; oleū tollit̄. At ī ægypto ubi abundat sine igni & aqua sale aspsū exprimit̄:cibis fedū: lucernis exile. Amygdalinū quod aliq neopum uocant:

ex amaris nucibus arefactis:& ĩ offã cõtuſis aſpſũ aqua & iteꝝ tuſis exprimit᷑. Fit &
lauro admixto drupaꝝ oleo. Quidã q; e baccis exprimũt tãtũ. Alii foliis mõ. Alii fo-
lio & cortice baccaꝝ. Nec nõ ſtiracẽ addunt:alioſq; odores. Optima laurus ad id lati-
folia:ſilueſtris:nigra baccis. Sĩle ẽ e myrto nigra. Et hæc latifolia melior. Tundunt᷑
baccæ aſpſæ calida aq̃:mox decoquũt᷑. Alii folioꝝ molliſſĩa decoquũt ĩ oleo:et expri-
mũt. Alii deiecta ea ĩ oleũ prius ſole maturãt. Eadẽ rõ et ĩ ſatiua myrto: ſed præfert᷑
ſilueſtris:mĩore ſemĩe:quã qdẽ oxymyrſinẽ uocãt:alii chamemyrſinẽ:qa coronæ hẽt
ſĩlitudinẽ. Hæc ẽ.n.breuis:fruticoſa. Fit et ex citro cupreſſo:nucibuſq; iuglandibus:
quod caryinõ uocãt. Malis cædri quod cædreleõ. Ex grano quoq; gnidio purgato ſeĩe
et tuſo. Itẽ lentiſco. Nã et cyprinũ:etiã e glãde ægyptia ut fieret odoꝝ cã dictum eſt.
Indi etiã ex caſtaneis et ſiſama atq; oriza facere dicũt᷑. Ichthyophagi e piſcibus. Ino-
pia cogit aliqñ luminũ cã et e platani baccis fieri aq̃ et ſale maceratis. Et oenãthinũ
fit de ipſa oenãthe:ut ẽ dictũ ĩ ũguentis. Gleucino muſtũ incoqt᷑ uapore lento. Ab
aliis ſĩe igne circundatis uinaceis diebus.xxii.bis ſĩgulis ꝑmixtis. Cõſumit᷑q; muſtũ
oleo. Aliq nõ ſãſucũ tãtũ admiſcẽt:ſed etiã precioſiora odoramẽta. Et in gymnaſiis
quoq; cõdit᷑ odoribus:ſed uiliſſĩs. Fit et de aſphalto : calamo:balſamo:iri:cardamo-
mo:meliloto:nardo:gallico:panace:ſanſuco:helenio : cinnami radice:õniũ ſuccis in
oleo maceratis expreſſiſq;. Sic et rhodinũ e roſis:iuncinũ e iunco:quod ẽ roſaceo ſĩl-
limũ. Itẽ hyoſcyamo:lupinis:& narciſſo. Plurimũ autẽ ĩ ægypto e raphani ſeĩe aut
gramine herbæ quod cortinõ uocãt. Itẽ e ſiſama:& urtica:quod agroſtinũ appellant.
E lilio & alibi fit ſub diuo ſole luna pruina maceratũ. Suis herbis cõponũt ĩter cap-
padociã & ſeleuciã quod ſeleuticũ appellãt:neruis admodũ utile. Sicut ĩ italia e gũ-
mi. E pice fit quod picinũ appellant:cũ cõcoqt᷑ uelleribus ſupra halitũ eius expanſis
atq; expreſſis. Probatũ maxĩe e brutia. eſt.n.pĩguiſſĩa & reſinoſiſſĩa. Color oleo ful-
uus. Spõte naſcit᷑ ĩ ſyriæ maritimis:quod eleomeli uocant. Manat ex arboribus pĩ-
gue:craſſius melle: reſina tenuius : ſapore dulci:& hoc medicis. Veteri quoq; oleo
uſus ẽ ad quædã gñ̃a morboꝝ. Exiſtĩat᷑ & ebori uĩdicando a carie utile eſſe. Certe ſi-
mulacꝝ Saturni romæ ĩtus oleo repletũ ẽ.

❡DE Amurca. ❡Cap.viii.

SVper õnia autẽ celebrauit amurcã laudibus Cato. Dolia olearia cadoſq; illa ĩ-
bui:ne bibãt oleũ. Amurca ſubigi areas terendis meſſibus ut formicæ rimæque
abſĩt. Quin & lutũ pietũ & tectoria & pauimẽta horreoꝝ frumẽti. Veſtiariũ etiã cõ-
tra teredĩes:ac noxia aĩalia amurca aſpgi. Seĩa frugũ pfundi. Morbis q̃drupedũ ar-
boꝝ quoq; mederi illa:efficaci ad ulcera ĩteriora humani quoq; oris. Lora etiã ac coria
õnia & calceamĩa:axeſq; decocta ũgi atq; æramẽta cõtra eruginẽ. Coloriſq; gr̃a elegã-
tioris & totã ſuppellectilẽ ligneã:ac uaſa fictilia ĩ qs ficũ aridã libeat aſſeruare. Aut ſi
folia baccaſq; & uirgas myrti aliudue id genus ſĩle. Poſtrẽo ligna macerata amurca
nullius fumi tedio ardere. Oleã ſi lãbendo capra lĩgua cõtigerit : depaueritq; primo
germinatu ſterileſcere auctor ẽ.M.Varro. Et hactenus de olea atq; oleo.

❡Pomorum omnium gñ̃a et naturæ. ❡Cap.ix.

REliq arboꝝ fructus uix ſpecie figuraue nõ mõ ſaporibus ſucciſq; totiẽs ꝑmixtis
atq; ĩſitis enumerari queũt.

❡Nucũ pineaꝝ gñ̃a quattuor. ❡Cap.x.

GRandiſſĩs pineis nucibus altiſſĩeq; a terra ſuſpẽſis:ĩtus exiles nucleos lacunatis
ĩcludi toris ueſtitos alia ferrugĩs tunica : mira naturæ cura molliter ſeĩa collo-
cãdi. Haꝝ genus alteꝝ tarentinũ digitis fragili putamĩe auiũq; expoſitũ furto ĩ arbo-
re. Et tertiũ apinũ picea ſatiua nucleoꝝ cute uerius q̃ putamĩe adeo molli ut ſimul
mãdant᷑. Quartũ pityia uocãt e pinaſtris: ſĩgularis remedii aduerſus tuſſĩ. In melle
decoctos nucleos taurini aqcelos uocãt. Pinea corona uictores apud iſthmũ coronãt᷑.

❡DE Malo cotoneo. ❡Cap.xi.

HIs ꝓxĩa amplitudĩe mala quæ uocãus cotonea:& græci cydonea ex creta inſula
aduecta. Incuruatos trahunt ramos:ꝓhibẽtq; creſcere parẽtẽ. Plura eorũ gñ̃a.

Chrysomela icisuris distĩcta colore ad aurꝝ iclĩato. Quæ cãdidiora nr̃atia cognomĩata odoris præstantissimi. Est & neapolitanis suus honor. Minora ex eodẽ gñe strutea odoratius uibrãt:serotino ꝓuẽtu. Præcocia uero mustea. Struteis autẽ cotonea ĩsita suũ genus fecere muluianũ:quæ sola ex iis uel cruda mandũt̃. Omnia iã & uirorum salutatoriis cubilibus ĩclusa simulacris noctiũ cõsciis ĩposita. Sũt præterea siluestria pua e struteis odoratissĩa in sepibus nascẽtia. Mala appellamus quãq̃ diuersĩ psica et granata:quæ in punicis arboribus nouẽ generꝝ dicta sũt. His acinus sub corticeĩtus. Lignũ illis ĩ corpore. Nec nõ et quædã e piris libralia appellata ãplitudinẽ sibi põderis noĩe asserunt.

¶DE Persico gña quattuor. ¶Cap.xii.

SEd persicorꝝ palma duracinis. Nationum hñt cognomem gallica et asiatica. Post autũnũ maturescũt. æstate præcocia:ĩtra.xxx.ãnos repta:et prĩo denariis singula uenũdata. Supnatia e sabinis ueniũt: popularia ũdiqꝫ. Pomũ innocuũ expetit̃ ægris. Preciũqꝫ sigulis iã triceni nũmi fuere:nullius maiorẽ. Quod miremur qa nõ aliud fugacius. Lõgissĩa nãqꝫ decerpto bidui mora est.cogitqꝫ se uenundari.

¶DE Pruno gña.xi. ¶Cap.xiii.

INgens postea t̃ba prunorꝝ uersicolor:nigra:cãdicãs. Hordearia appellata a comitatu frugis eius. Alia eodẽ colore seriora maioraqꝫ: asinina cognominata a uilitate. Sunt & nigra ac laudatiora cerina atqꝫ purpurea. Necnon ab externa gente armeniaca:quæ sola & odore cõmẽdãt̃. Peculiaris ĩpudẽtia nucibus ẽ ĩsitorꝝ quæ faciẽ parẽtis:succũqꝫ adoptiõis exhibẽt appellata ab utroqꝫ nucipruna. Et hæc autẽ & psica & cerina:ac siluestria ut uuæ autũno cadis cõdita usqꝫ ad alia nascẽtia ætatẽ sibi progãt. Reliquorꝝ uelocitas cito mitescentiũ trãsuolat. Nup ĩ betica malina appellari cœperũt̃ malis ĩsita & alia amygdalina amygdalis. His ĩtus ĩ ligno nucleus amygdalæ ẽ.nec aliud pomũ ĩgeniosius gemĩatũ ẽ. In pegrinis arboribus dicta sũt damascena a syriæ damasco cognomĩata: iã pridẽ ĩ italia nascẽtia grãdiore q̃q̃ ligno & exiliore carne:nec ũq̃ ĩ ruga siccata qñ soles sui desũt. Sĩul dici possunt populares eorꝝ mixtæ quæ & ipsæ nunc cœpe romæ nasci ĩsitæ sorbis. In totũ qdẽ psica pegrina etiã asiæ græciæque esse ex nomĩe ipso appet:atqꝫ ex pside aduecta. Sed pruna siluestria ubiqꝫ nasci certũ ẽ. Quo magis miror huius pomi mẽtiõem a Catone nõ hĩtã:præsertim cũ cõdenda demõstraret quædã etiã siluestria. Nã psicæ arbores sero & cũ difficultate trãsiere ut quæ ĩ rhodo nihil ferãt:quod primũ ab ægypto earꝝ fuerat hospitium. Falsum ẽ uenenata cũ cruciatu ĩ psis gigni:& pœnarꝝ cã a regibus translata:& in ægyptum terra mitigata. Id enĩ de psea diligentiores tradũt:quæ ĩ totũ alia ẽ: mixis rubescentibus siliis.nec extra oriẽtẽ nasci uoluit. Eã quoqꝫ eruditiores negauerunt ex pside ꝓpter supplicia trãslatã:sed a Perseo mẽphi satã.& ob id Alexãdrꝝ illa coronari uictores ibi ĩstituisse ĩ honorem attaui sui. Sẽp autẽ folia hẽt & poma subnascẽtibus aliis. Sed pruna quoqꝫ õnia post Catonẽ cœpisse manifestum est.

¶DE Diuersis gñibus malorꝝ gña.xxix. ¶Cap.xiiii.

MAlorꝝ plura sunt gña. De citreis cũ sua arbore dixĩus. Medicã autẽ græci uocãt patriæ nomĩe. Aeqꝫ pegrina sũt zinzipha & tuberes:quæ & ipsa nõ pridẽ uenere ĩ italiã. Hæc ex africa:illa ex syria. Sex.Papinius:quẽ cõsulẽ uidĩus:prĩus utraque attulit diui Augusti nouissĩs tpĩbus ĩ castrorꝝ aggeribus sata:baccis siliora q̃ malis: Sed aggeribus præcipue decora:quoniã & ĩtecta iã siluæ scãdunt. Tuberꝝ duo genera. Cãdidũ:& a colore sericũ dictũ pene pegrina. Sũt ĩ uno italiæ agro uetonensĩ nascẽtia quæ lanata appellant̃. lanugo ea obducit. Struteis qdẽ psicisqꝫ: plurimis tamen peculiare nomẽ dedit nulla alia cõmẽdatiõe ĩsignibus. Reliq̃ cur pigeat noĩatĩ ĩdicaturæ:cũ cõditoribus suis æternã ꝓpagauerint mẽoriã:tãq̃ ob egregiũ aliqd ĩ uita factũ. Ni fallor appebit ex eo ĩgeniũ ĩserendi:nihilqꝫ tã puũ esse quod nõ gloriã pere possit. Ergo hñt originem a Matio Gestioqꝫ & Mãlio: itẽ Claudio a qbus cotoneo ĩsito. Ab Appio e claudia gente appiana sũt cognomĩata. Odor ẽ his cotoneorꝝ:magnitudoqꝫ.

Sed claudiãis color rubeus. Ac ne qs id ãbitu ualuisse claritatis & fãiliæ putet sũt & sceptiana ab ĩuentore libertino ĩsignia rotũditate. Cato adiicit qriana:& quæ tradit ĩ doliis cõdi scãtiana. Oĩũ autẽ nuprime adoptata sũt pua gratissimi saporis quæ pe tisia nomĩãt. Pñas nobilitauere camerina & græcula. Cætera e causis traxere nomen. Germanitatis cohærẽtia & gemella nũq̃ singula ĩ fœtu. A colore serica : cognatione melappia: mustea a celeritate mitescendi. Quæ nũc melimela dicũt a sapore melleo. Orbiculata ex figura orbis ĩ rotũditatẽ circũacti. Hæc in epiro primũ puenisse argumẽto sũt græci:q epirotica uocãt. Mammarũ effigie ortomastica. A cõditiõe castrati seminis:quæ spadonia appellãt. Belgemella:a foliis. Foliũ.n.unũ aliqñ & geminum erũpit e latere medio. Celerrime ĩ rugas marcescũt pãnucea. Stolide tumẽt pulmonea. Sũt qbus sãguineus ẽ color:origine ex mori insitu tracta. Cũctis uero quæ fuerũt a sole ptes:rubẽt. Sũt & pua grati saporis:atq; etiã acutiora odore: siluestria. Id peculiare ĩprobitatis & acerbitatis cõuitiũ: & uis tãta ut aciem gladii pstrigat. Dacis ferme uilissimis nomen:q̃q̃ primis aduentu decerpiq; properantibus.

DE Pyris & insitorum uarietate. Cap.xv.

SAdẽ cã ĩ piris taxat:supba cognomĩe. Parua hæc:sed ocissĩa. Cũctis autem crustumina gratissĩa. Proxĩa iis falerna a potu:quoniã tãta uis succi abũdat. Lactea hæc uocãt ĩ his:quæ alii colore nigro donãt syriæ. Reliquorũ nomĩa aliter ĩ aliis atque aliis locis appellãt. Sed cõfessis urbis uocabulis auctores suos nobilitauere. Decumiana:& ex eo tractũ:quod pseudodecimianũ uocãt. Dolobelliana lõgissimi pediculi. Põponiana cognomĩe mãmosa:liceriana:seueriana:& quæ ex iis nata sũt tyranniana lõgitudĩe pediculi distãtia. Fauoniana rubra: paulo supbis maiora. Lateriana aniciana. Post autũnalia acidulo sapore iucũda. Tiberiana appellãt quæ maxime Tiberio prĩcipi placuere. Colorãt magis sole : grãdescuntq;: alioqn eadẽ essẽt quæ liceriana. Pñæ nomĩa hñt serissĩa oĩũ amerina:picẽtĩa:numãtina:alexãdrina:numidiana:græca:& in iis tarentina:signina : quæ alii a colore testacea appellãt:sicut onychina purpurea. Ab odore myrrhappia laurea:nardina. A tẽpore hordearia. A collo ãpullacea & coriolana. Brutæ gẽtilitatis cucurbitana. Acidula succi. Incerta nominũ cã ẽ barbaricis ueneriisq;:quæ colorata dicunt. Regiisq;: quæ minimo pediculo. Sessilia prĩciis uoconiis uiridibus oblõgisq;. Præterea dixit uolema Virgilius a Catone sũpta: qui & sementina & mustea noĩat. Pars hæc uitæ iã pridẽ puẽit ad columẽ:exptis cũcta hoĩbus. Quippe cũ Virgilius ĩsitã nucibus arbutũ:malis platanũ:cerasis ulmũ dicat. Nec qcq̃ ãplius excogitari põt:nullũ certe pomũ nouũ diu iã ĩuenit. Neq; oĩa ĩsita misceri fas est:sicut nec spinas ĩseri:qñ fulgura expiari nõ queũt. Facile quoque gña ĩsita fuerũt:tot fulgura uno ictu pnũciãt. Turbinatior piris figura. In iis serotia ad hyemẽ usq; ad matrẽ pendẽt gelu maturescẽtia. Græca:ãpullacea:laurea:sicut ĩ malis amerina:scãtiana. Cõdũt uero pira ut uuæ:ac totidẽ mõis nõ aliter q̃ ĩ cadis. Præterea quæ pomis pprietas piris quoq; uini. Siliter iis ægris medentes ĩ escã dãt:ac uino & aq̃ coquũt:atq; pulmẽtarii uicẽ ĩplent:quod nõ alia præter cotonea & strutea.

DE Pomis seruãdis & uuis. Cap.xvi.

IN uniuersum uero de pomis seruandis præcipit. Pomaria in loco frigido ac sicco cõtabulari. Septẽtrionalibus fenestris sereno die patere. Austros speculatibus arcere. Aqlonis quoq; afflatu poma despãte rugis. Colligi mala post æqnoctiũ autũnale:neq; añ.xvi.lunã:neq; añ primã horã. Cadiua separi stramentis:storeis:paleisue sustemi. Rara cõponi:ut limites perui spiritũ æqlẽ accipiãt. Amerina maxĩe durare: melimela minime.

DE Cotoneis piris & sorbis. Cap.xvii.

COtoneis ĩterclusis spiramẽtũ õne adimẽdũ. Aut ĩcoq melle ea:ĩmergiue oportere. Punica aq̃ marina feruẽte ĩdurari:mox triduo sole siccata:ita ne nocturno rore contigãt:suspẽdi. Cũ libeat uti:aq̃ dulci plui. M.Varro & ĩ doliis arenæ seruari iubet: & immatũra obrui terra ĩ ollis fũdo effracto. Sed spiritu excluso:ac surculo pice

Sic etiā crescere amplitudine maiore q̄ possint ī arbore. Cætera mala foliis ficulneis præterq̄ cadiuis singula conuolui. Cistisque uitilibus cōdi. Vel creta figulinarum illini. Pira ī uasis fictilibus picatis īuersis obrui īter scrobes. Tarētina serissime legi. Anitiana seruari & ī passo. Sorba uero & ī scrobibus gypsato opculo duū pedū terra supīducta ī loco aprico īuersis uasis. Et ī doliis ut uuas cū ramis suspēdi. E proximis auctoribus qdā altius curā petūt. Putariq; statī poma ac uites ad hūc usū præcipiūt decrescente luna: post horā diei tertiā cælo sereno aut siccis a uētis. Sīliter delegi & ex locis siccis: & añ pfectā maturitatē: addito ut luna īfra terrā sit: uuas cū malleolo sar-mētisue duro dēptis forcipe corruptionibus acinis ī dolio picato recēti suspēdi: exclu-sa ōni aura opculo & gypso. Sic & sorba & pira illitis ōniū surculis pice. Dolia ꝓcul ab aq̄ esse. Quidā sic cū palmite ī gypso cōdūt: capitibus eius scyllæ īfixis utrinque. Alii etiam uina hñtibus doliis: dū ne cōtingāt ea uuæ. Aliq mala ī patinis fictilibus fluitantia quo gñe & uino odorem acqri putāt. Aliq ōnia hæc ī milio seruare malūt. Pleriq; uero ī scrobe duum pedū altitudīs arena substrata: & fictili opculo: dein terra opto. Creta qdā etiā figulina uuas illinūt: siccatasq; sole suspendūt: ī usu diluentes cretā. Eandē pomis ī uino subigūt. Mala uero gñosissīa eadē rōne crustāt gypso uel cæra. Quæ nisi maturuerint: īcremēto calicē rūpūt. Sēp autē ī pediculos collocāt ea. Alii decerpunt cū surculis: eosq; ī medullā sābuci abditos obruūt: ut supra scriptū ē. Alii sīgulis malis pirisq; sīgula uasa fictilia assignant: & opcula eoꝝ picata dolio iteꝝ īcludūt. Nec nō aliq ī floccis capsisq; q̄s luto paleato illinūt. Alii hoc idē ī patinis fictilibus. Aliq & ī scrobe subiecta arena: ita sicca opiunt: mox terra. Sūt q cotonea cæra pōtica illita melle demergāt. Columella auctor ī puteos cisternasue ī fictilibus uasis pice diligenti cura illitis mergi. Liguria maritīa alpibus ꝓxīa: uuas sole siccatas iūci fasciis īuoluit: cadisq; cōditas gypso īcludit. Hoc idē græci platani foliis aut uitis ipsius: aut fici uno die ī ūbra siccatis: atq; ī cado uinaceis īterpositis. quo gñe coa uua & berritia seruāt᷑ nullius suauitati postferendæ. Quidā ut has faciāt ī cinere lexiuio tīgūt ꝓtinus q̄ detraxere uitibus. mox ī sole siccāt. tū foliis ut supra dictū ē īuolutas uinaceis stipant. Sūt q malūt uuas ī scobe ramētisue abietis: populi: fraxini seruare. Sūt q suspēdi ꝓcul malis: ꝓtinusq; ī granariis iubeāt: quoniā optīe sit opimēto pul-uis pēsilibus. Cōtra uespas remedio ē oleo aspgi ex ore: ut de palmis diximus.

¶DE Ficis gña. xxix. ¶Cap. xviii.

e Reliquo gñe pomoꝝ ficus āplissīa ē. Quædāq; & piris magnitudīe æmula. De ægyptiæ cypriæq; miraculis rettulīus īter externas. Iudæa rubet oliuæ magni-tudīe rotūdior tātū sapore mespili. Alexādrinā hāc ibi uocāt: crassitudine cubitali ramosā: materia ualidā: lentā: sīe lacte: cortice uiridi: folio tiliæ: sed molli. Onesicri-tus tradit ī hyrcania multū nr̃is esse dulciores: fertilioresq;: utq; modios. cclxx. sīgu-læ ferāt. Ad nos ex aliis trāsiere gētibus chalcidicæ: q̄ꝝ plura gña. Siqdē & lydiæ: quæ sūt purpureæ. & mamillanæ sīlitudinē māmaꝝ hñt. & callistrutiæ pti sapore præstā-tiores ficoꝝ ōiū frigidissīæ. Nā de africanis q̄s multi præferūt cūctis magna quæstio ē: cū id genus ī africā nuprime trāsierit: pr̃iæ nomē optinēt. Nā alexādrinæ enixiores. Cādicās terina cognomīe delicata. Nigra & rhodia ē: & tyburtina de præcocibus. Sūt & auctoꝝ nomīa iis. Liuiæ pōpeiæ siccatæ hæ solæ ī ānuos usus aptissīæ cū mariscis: & q̄s arūdinei folii macula uariat. Est & herculanea: & albicerata: & aratia alba: pedi-culo minimo latissīa. Prīo autē ꝓuēit porphyritis lōgissīo pediculo. Comitat᷑ eam e minimis & uilissīs popularis dicta. Contra nouissīa sub hyeme maturat᷑ chelidonia. Sūt præterea eædē serotinæ & præcoces biferæ alba ac nigra cū messe uīdemiaq; matu-rescētes. Serotinæ et a corio appellatæ duro. Ex chalcidicis q̄ꝝdā trifero ꝓuentu. Ta-renti tātū prædulces nascūt᷑ q̄s uocāt onas. Cato de ficis serēdis ita mēorat. Ficus ma-riscas ī loco cretoso aut apto serito. In loco autē crassiore aut stercorato africanas: sed et herculaneas: sagōtinas: hybernas: telianas atras pediculo lōgo. Postea tot subiere

nomīa atq; gnā:ut uel hoc solū æstīantibus appeat mutatā esse uitā. Sūt et hybernæ qbusdā ꝓuinciis:sicuti mesiæ:sed arte nō natā. Paruaꝝ genus arboꝝ post autūnum fimo cōtegūt: deprehēsasq; ī his hyeme grossos . quæ mitiore cælo refossæ cū arbore atq; in lucē remissæ nouos soles aliosq; q̄ qbus uixere:auidæ tāq̄ iteꝝ natæ accipiūt.et cū uenietiū flore maturescūt:alieō præcoces āno:ī tractu uel gelidissīo. Sed a Catone appellata iā tū africana ammonet et africe ad īgens documētū uso eo pomo. Nanq; pniciali odio carthaginis flagrās:nepotūq; securitatis āxius:cū clamaret ī omni sēatu carthagīē delēdā:attulit quodā die ī curia præcocē ex ea ꝓuīcia ficū. Ostēdēsq; pribus: Interrogo uos īqt qn̄ hoc pomū dēptū putatis ex arbore? Cū īter ōnes recens esse con/ staret. Atq tertiū īqt an̄ diē scitote decerptū carthagīe:tā ꝓpe a muris hēmus hostē. Statīq; sūptū ē punicū tertiū bellū:quo carthago deleta est. Quāq̄ Catone āno se/ quēte rapto. Quid primū ī eo miremur? Curā īgenii? an occasionē fortuitā? celerita/ tēq; cursus? an uehementiā uiri? Sup ōnia eqdē ē quo nihil eqdē duco mirabilius:tā/ tā illā urbē & de terraꝝ orbe p.cxx.ānos urbis æmulā unius pomi argumento euersā. Quod nō trebia aut thrasimenus: nō cānæ busto īsignes romāi noīs pficere potuere. Nō castra punica ad tertiū lapidē uallata.portæq; colinæ adeqtās ipse Annibal tanto ꝓpius carthaginē pomo Cato adiri monuit. Colit̄ ficus arbor ī foro ipso ac comitio romæ nata sacra fulguribus ibi cōditis. Magisq; ob mēoriā eius quæ nutrix fuit Ro/ muli ac Remi cōditoris appellata:quoniā sub ea īuēta ē lupa īfātibus præbēs rumen: ita.n.uocabāt mammā. Miraculo ex ære iuxta dicato tāq̄ in comitiū spōte trāsisset. Adacto nauigio ilico arescit. Rursusq; cura sacerdotū serit̄. Fuit & an̄ Saturni ædem urbis anno ducētesīosexagesīo sublata sacro a uestalibus facto cum Siluani & Isidis simulacꝝ subuerteret̄. Eadē autē fortuito sato adiuuit ī medio foro:q̄si sidētia īperii fundamēta ostēto fatali. Quæ Curtius maxīs bonis hoc ē uirtute ac pietate ac morte præclara expleuerat. Aeq; fortuita eodē loco ē uitis atq; olea ūbræ grā:sedulitate ple/ beia satæ. Ara inde sublata gladiatorio munere diui Iulii:quod nouissīe pugnauit in foro. Admirabilis ē pomi huiusce festinatio unius ī cūctis ad maturitatē ꝓperātis arte naturæ.

DE Caprifico & caprificatione. Cap.xix.

CAprificus e siluestri gn̄e ficus nūq̄ maturescēs:sed quod ipsa nō hēt aliis tribu/ ens: quoniam ē natālis cāꝝ trāsitus:atq; e putrescētibus idētidē gn̄atur aliqd. Ergo culices parti fraudati alimēto ī mr̄e : hoc ē putri eius tabe ex q̄ nati ad cognatam uolāt.morsuq; ficoꝝ crebro hoc ē auidiore pastu aperiētes ora eaꝝ:atq; ita penetrātes intus solē prīo secū īducūt.cerealesq; auras īmittūt foribus aptis.mox lacteū hūorē: hoc ē īfātiā pomi absumūt:quod fit & spōte. Ideoq; ficetis caprificus pmittit̄ ad rōē uēti:ut flatus euolātes ī ficos ferat. Inde reptū:ut illatæ quoq; aliunde:& īter se col/ ligatæ īiicerēt̄ fico.quod ī macroso & aqlonio situ nō desiderat̄: quoniam spōte are/ scūt:loci situ. rimisq; eadē quæ culicū opa cā pficit. nec nō ubi multus puluis: quod euēit maxīe frequenti uia apposita. Nāq; & pulueri uis siccādi:succūq; lactis absor/ bēdi:quæ rō puluere & caprificatiōe hoc quoq; præstat:ne decidāt absūpto humore tenero:& cū q̄dā fragilitate pōderoso. Ficis mollis ōnibus tactus: maturis frumēta ī/ tus. Succus maturescētibus lactis:pcoctis mellis. Senescūt ī arbore. Anusq; distillāt. Gūmi lachrymā siccāt. Honos laudatas seruat ī capsis. Ebuso īsula præstantissimas āplissīasq;:& mox in marrucinis. At ubi copia abūdat īplent̄ orcæ:ī asia cadi: aut in ruspina africæ urbe:panisq; simul & obsonii uicē siccatæ īplent. utpote cū Cato ciba/ ria ruris opariis iusta ceu lege sāciens minui iubet p fici maturitatē : cum & obsonii uicē hēāt recentes ficus. Salis siccatis & casei loco uesci nup excogitatū ē. Ex hoc gn̄e sūt ut diximus castaneæ & caricæ.quæq; cōscendenti nauī aduersus parthos omē fe/ cere.M.Crasso uenales prædicantis uoce cauneæ. Omnia hæc ī albēse rus e syria ītulit .L.Vitellius q postea censor fuit:cū legatus ī ea ꝓuīcia esset:nouissīs Tiberii Cæsaris temporibus.

DE Mespilis & eoꝝ gn̄ibus tribus. Cap.xx.

MAlorum piroꝝq; gñi adnumerent̃ iure mespila atq; sorba. Mespilis tria genera. Anthedõ: setania. Tertiũ degñat. Anthedõi tametsi silius ẽ quod gallicũ uocãt: setaniæ tñ maius pomũ: candidi usq; acini: molliore ligno. Anthedoni cæteris minus pomũ: sed odore præstãtius: & quod diutius seruet̃. Arbor ipsa de ãplissis. Folia añq̃ decidãt: rubescunt. Radices multæ atq; altæ: & ideo inextirpabiles. Nõ fuit hæc arbor in italia Catonis æuo. ❡DE Sorbis gña q̃ttuor. ❡Cap. xxi.

SOrbis q̃druplex differentia. Aliis enim eorum rotunditas mali. aliis t̃binatio piri. aliis ouata species: ceu maloꝝ aliqbus. Hæc obnoxia acri odore & suauitate iucũda. Cæteris uini sapor. Generosissima quibus circa pediculos folia. Quartum genus torminale appellãt: remedio tantũ probabile: assiduum prouentu: minimũq; pomo: arbore dissimili: foliis pene platani. Non ferunt ante trimatum. Ex ullo gñe. Cato & sorba sapa condi iubet. Ab iis locum amplitudine uindicauerunt quæ cessere auctoritati. ❡DE Nuce iuglande. ❡Cap. xxii.

NVces iuglandes q̃q̃ & ipsæ nuptialium fescenninorum comites: multum pineis minores uniuersitate. eædemq; portiõe ampliores nucleo. Nec nõ & honor his naturæ peculiaris: gemino protectis operimẽto: puluinati primum calicis: mox lignei putaminis. Quæ causa eas nuptiis fecit religiosas tot modis fœtu munito. quod est uerisimilius: q̃ quia cadendo tripudium sõnumue faciant. Et has e psíde a regibus translatas indicio sunt græca nomina. Optimum quippe earum genus persicũ atq; basilicon uocant. Et hæc fuere prima nomina. Carion a capitis grauedine propter odoris grauitatem cõuenit dictum. Tinguntur cortice earum lanæ: & ruffat̃ capillus primũ prodeuntibus nucleis. Id compertum infectis tractatu manibus. Pinguescũt uetustate. Sola differentia generum in putamine duro fragiliue & tenui: ac crasso lo/ culoso & simplici. Solum hoc pomum natura compactili operimento clausit. Nãq; sunt bifidæ putaminum carinæ. Nucleorumq; illis quadriptita distinctio lignea ĩter/ cursante membrana. Cæteris quicquid est solidum est: ut in auellanis & ipso nucum genere: quas antea abellinas patrio nomine uocabant. In asiam græciamq; e ponto uenere: & ideo ponticæ nuces uocãt̃. Has quoq; mollis protegit barba. Sed putamini nucleisq; solida rotunditas inest. Eæ & torrentur. ũbilicus illis intus in uẽtre medio. Tertia ab iis natura amygdalis: tenuiore sed simili iuglandium summo operimento. Item secundo putaminis. Nucleus dissimilis latitudine: & acriore callo. Hæc arbor an fuerit in italia Catonis ætate dubitatur: quoniam græcas nominat: quas quidam & in iuglandium genere seruant. Adiicit præterea auellanas: & galbas: prænestinas quas maxime laudat. & conditas ollis ĩ terra seruari uirides tradit. Nunc thasiæ & albenses celebrant̃: & tarentinaꝝ duo genera: fragili putamine: ac duro: quæ sunt amplissimæ: & minime rotundæ. Præterea molluscæ putamen rumpentes. Sunt qui honori nomen interpretentur: & Iouis glandem esse dicunt. Nuper consularem uiꝝ audiui biferas & iuglandes nuces se habere profitẽtem. De pistaciis & ipsi tettulius. Et hæc autem idem Vitellius in italiam primus intulit eodem tempore. Simulque ĩ hispaniam Flaccus Pompeius eques romanus: qui cum eo militabat.

❡DE Castaneis gña octo. ❡Cap. xxiii.

NVces uocamus & castaneas: q̃q̃ accommodatiores glandium generi. Armatum iis echinato calice uallum: quod inchoatum glandibus. Mirumq; uilissia esse quæ tanta occultauerit cura naturæ. Trini quibusdam partus ex uno calice: cortexq; lentus. Proxima uero corpori membrana: & in iis & in nucibus saporem ni detrahat̃ infestat. Torrere has in cibis gratius modulantũ: laturas præstanti ieiunio fœminarũ quandam imaginem panis. Sardibus eæ prouenere primum. Ideo apud græcos sar/ dianos balanos appellant. Nam diuus Tiberius postea balanum nomen imposuit excellentioribus satu factis. Nunc plura earum genera. Tarentinæ faciles: nec oposo sunt cibo: planæ figura. Rotundior quæ balanitis uocat̃: purgabilis maxime: & spõte

ꝓsiliens. Pura & plana est ex eis & salariana. Tarẽtina minus tractabilis. Laudatior corelliana & ex ea facta : quod dicemus ĩ insitis meterana quã rubens cortex præfert triãgulis & popularibus nigris:quæ coctiuæ uocant᷑. Pr̃ia laudatissĩs tarentũ: et ĩ cã/pania neapolis. Cæteræ suũ pabulo gignũt᷑:scrupulosæ corticis:ĩtra nucleos quoque rumĩatiõe. ¶DE Siliq̃s & carnosis põis et moris:et de acinis et baccis.¶Ca.xxiiii.

H Aud ꝓcul abesse uidẽt᷑ et prædulces siliquæ:nisi ꝙ ĩ his cortex ipse mãdit᷑. Di/gitoꝝ hoĩs lõgitudo illis:et interĩ falcata pollicari latitudĩe. Glãdes inter poma numerari nõ possũt. Quãobrẽ ĩ sua nat᷑a dicẽt᷑. Reliq̃ carnosi sũt gñis.eaq; baccis at/que carnibus distãt. Alia acinis caro: alia moris:alia unedonibus:et alia acinis inter cutem succumque : alia mixis:alia baccis : ut oliuis. Moris succus in carne uino/sus:trini colores:cãdidus prĩo:mox rubẽs:maturis niger. In nouissĩs florẽt. Inter pri/ma maturescũt. Tĩgũt manus succo. Maturæ ruũt : acerbæ minimũ. In hac arbore ingenia ꝓfecerũt:nec nomĩbus:nec ĩsitis:nec alio mõ q̃ Põpeii. Magnitudĩe differũt mora ostiensia:et thusculana. Romæ nascũt᷑ et ĩ rubis:multũ differẽte callo. Aliud corpus est et terrestribus fragis.aliud cõgeneri eoꝝ unedoni:quod solũ pomũ simile frutici terræq; gignit᷑. Arbor ipsa fruticosa. fructus ãno maturescit.piterq; floret sub/nascẽs.& prior coq̃t᷑. Mas sit an fœmĩa sterilis ĩter auctores nõ cõstat. Pomũ ĩhono/rũ:ut cui nomẽ ex argumento sit:unum tãtũ edẽdi. Duobus tñ hoc noĩbus appellãt græci comaron & memecylõ.ex quo apparet totidẽ esse gñ̃a & apud nos. Alio nomine arbutus uocat᷑. Iuba auctor ẽ:qnq̃genũ cubitoꝝ altitudĩe ĩ arabia esse eas. Acinorũ quoq; magna ẽ differentia. Primũ ĩter uuas ipsas callo:teneritate:crassitudĩe:ĩteriore ligno aliis puo:& aliis etiã gemĩo:q minime feraces musti. Pluriũ uero differũt hede/ræ sãbuciq; acini. ĩ figura etiã punici ãgulosi q̃ppe soli:nec cutis ulla sigulis : præter cõmunẽ quæ ẽ cãdida:totisq; succus & caro ẽ iis præcipue q̃bus puulũ ĩest ligni. Ma/gna & baccis differẽtia. aliæ nãq; sũt oliuis:lauris:& alio mõ loto:cornis:alia myrtis: lẽtisco. Aq̃folio.n.ac spinæ sine succo. Medioq; etiã nũc gñe ĩter baccas acinosq; ce/rasis. Pomũ iis prĩo cãdidũ:& fere õnibus baccis.mox aliis uirescit : ut oliuis lauris. Rubet uero moris:cerasis:cornis. Deĩde nigrescit moris:cerasis:oliuis.

¶DE Cerasis gñ̃a octo. ¶Cap.xxv.

C Erasi añ uictoriã mithridaticã.L.Luculli nõ fuere in italia. At urbis ãno sexcẽ/tesĩo octogesĩo is primũ uexit e põto.ãnisq;.cxx.trãs oceanũ ĩ britãniã usq; p/uenere. Eadẽ ut dixĩus ĩ ægypto nulla cura potuere gigni. Cerasoꝝ aproniana ma/xĩe rubẽt.Nigerrima sũt:ut actia. Cæciliana uero & rotũda. Iulianis gratus sapor: sed pene tãtũ sub arbore sua:adeo teneris:ut gestatũ nõ tolerẽt. Prĩcipatus duracinis: quæ cãpania plyniana appellat. In belgica uero lusitanis. In ripis etiã rheni. Tertius iis colos e nigro ac rubẽti uiridiq; silis maturescẽtibus sẽp. Minus q̃nquẽnio est : ꝙ ꝓdiere quæ uocãt laurea:nõ ĩgratæ amaritudĩs ĩsitæ ĩ lauro. Sũt & macedonica puæ arboris:raroq; tria cubita excedẽtis:& minore etiã nũc frutice chamecerasi. Inter prĩa hoc e pomis colono gratiã ãnuã refert. Septẽtriõe frigidisq; gaudet. Siccat᷑ etiã sole. Cõdit᷑q; ut oliua cadis. ¶DE Corno & lentisco. ¶Cap.xxvi.

Q Væ cura & cornis atq; lẽtisco adhibet᷑:ne q̃d nõ hoĩs uẽtri natũ esse uideat᷑. Mi/scẽt᷑ sapores:& alio aluis placere cogit᷑. Miscẽt᷑ uero & terræ cæliq; tractus. Inq; alio cibi gñe ĩdia aduocat᷑. In alio ægyptus:creta:cyrene: figulæq; terræ. Nec cessat in ueneficiis uita:dũ mõ õnia deuoret. Planius hoc fiet in herbarum nat᷑a.

¶DE Gñibus succoꝝ:& de odore. ¶Cap.xxvii.

I Nterĩ quæ sũt cõmunia et pomis:õnibusq; succis sapoꝝ gñ̃a tredecĩ reperiunt᷑. Dulcis:suauis: pinguis : amarus: austerus:acer:acutus:acerbus:acidus:salsus. Præter hæc tria gñ̃a sũt:mirabili maxĩe nat᷑a. Vnũ ĩ quo plures piter sẽtiũt᷑ sapores: ut uinis. nãq; ĩ iis et austerus et acutus et dulcis et suauis:õnes alieni. Alteꝝ ẽ genus ĩ quo sit et alienus q̃dẽ:sed et suus q̃dã et peculiaris:ut ĩ lacte. Siq̃dẽ ineſt ei quod tñ

iure dici nō pōt dulce et pīgue et suaue: optinēte lenitate:quæ ipsa succedit ī saporis uicē. Nullus hic aqs:ne succus qdē:ut tñ eo ipso fiat aliqs:ac suū genus faciat. Sētiri qdē aquæ saporē ullū : succūue uitiū ē. Magnū his oībus ī odore momētū & magna cognatio q & ipse nullus ē aqs:aut si sentit̄ omnino uitium est. Mirꝝ tria naturæ præcipua elemēta sine sapore esse sīe odore sine succo:aqua:aer:ignis.

¶DE Succis fructuū & arborꝝ:et coloribus & odoribus:& nata pomorꝝ:& de cōmēdatione fructuum. ¶Cap.xxviii.

ERgo succorꝝ uinosus piro moro myrto. Minime quod miremur uuis. At pinguis oliuæ:lauro:nuci iuglādi: amygdalis. Dulcis uuis:ficis:palmis. Aquosus prunis. Magna ē & in colore succi differentia. Sāguineus moris:cerasis: cornis:uuis nigris. Idē albis candidus. Lacteus ī capite ficis: in corpore nō itē. Spumeus malis. Nullus psicis:cū præsertī duracīa abūdēt succo.Sed qs eius ullū dixerit colorē? Sua & ī odore miracula. Malis acutus:psicis dilutus:dulcibus nullus. Nā & uinū tale sīe odore. Tenue odoratius. Multoq; celerius talia ad usū ueniūt:q̄ pīguia. Quæ odorata:nō eadē ī gustu tenera:qa nō sūt piter odor & sapor. Quāobrē citreis odor acerrimus:sapor asprimus: quadātenus & cotoneis. Nullusq; odor ficis. Et hactenus sit species ac gña pomorꝝ. Natas arctius colligi par ē. Alia siliqs gignūt̄:ipsis dulcibus: semēq; cōplexis amarꝝ. Cū ī pluribus seīa placeāt:ī siliq̄ dānēt̄. Alia baccis q̄ꝝ intus lignū & extra caro:ut oliuis:cerasis. Aliqꝝ ītus baccæ foris lignū:ut ī iis quæ ī ægypto dixīus gigni. Quæ baccis nata eadē & pomis. Aliorꝝ ītus corpus & foris lignū: ut nucū. Aliis foris corpus:ītus lignū ut psicis & prunis. uitiūq; cīctū fructu : cū fructus alibi muniat̄ uitio. Putamīe claudūt̄ nuces : corio castaneæ. Detrahitur hoc iis. At ī mespilis mādit̄. Crusta tegūt̄ glādes : cute uuæ : corio & mēbrana punica. Carne & succo mora cōstant : cute & succo cerasi. Quædā statī a ligno recedūt: ut nuces & palmæ. Quædā adhærēt:ut oliuæ:lauroq;. Quorꝝdā gñi utraq; ē nata:ut persicis. Etenī duracinis adhæret corpus.e lignoq; auelli neqt:cū in cæteris facile sepet̄. Quibusdā nec ītus nec extra lignū:ut ī palmarꝝ gñe. Aliquorꝝ lignū ipsū in usū & pomi uicē ut gña mixis:quā ī ægypto gigni dixīus. Quorūdā extra gemina gemināt̄ uitia: ut ī castaneis:amygdalis:nucibusq; iuglādibus. Quorūdā nata trigemina ē: corpus: deīde lignū:rursusq; semē ī ligno: ut psicis. Quædā īter se dēsa : ut uuæ:sorba quæ ramos circūdata ex ōni pte uuarꝝ mō degrauāt. Alia rara ut ī psicis. Quædā alio cōtinēt̄:ut granata. Dependēt alia pediculis ut pira:alia racemis ut uuæ palmæ : alia & pediculis & racemis ut hederæ sābuci. Alia ramo adhærent ut ī lauro: quædā utroq; mō ut oliuæ. Nā & breues pediculi & lōgi. Quædā uasculis cōstāt ut punica et mespila: lothosq; ī ægypto:et euphrate. Iā uero diuersa gña et cōmendatio. Carne palmæ placēt.Crusta thebaicæ. Succo uuæ & caricæ.Callo pira ac mala.Corpore melimela.Mora cartilagīe.Nuclei grano. Quædā ī ægypto cute caricæ. Detrahit̄ hæc ficis uirētibus ut putamē. Eadē ī siccis maxīe placet. In papyris & ferulis spīaq; alba : caulis ipse pomū ē. Sūt et ficulni caules. In fruticoso gñe cū caule capparis. In siliqs uero quod mādit̄:qd nisi lignū ē? Nō omittenda seīs earꝝ ꝓprietas. Nā neq; corpus neq; lignū nec cartilago dici pōt:neq; aliud nomē īuēit.

¶DE Myrto gña eius.xxix.¶Cap.xxix.

SVccorꝝ nata præcipuā admirationē ī myrto hēt:qñ ex una ōiū olei uiniq; bina gña fiūt.Itē myrtidanū ut dixīus. Et alius usus baccæ fuit apud ātiquos : anq̄ pip repiret̄:libæ optīēs uicē. Quodā etiā gñosi obsonii noīe īde tracto:quod etiā nūc myrtatū uocat̄. Eadēq; origine aprorꝝ sapor cōmendat̄:pleꝝq; ad ītictus additis myrtis. Arbor ipsa in europa tetriore cælo quod e cerauniis mōtibus īcipit: primū celcei: in Elpenoris tumulo uisa tradit̄. Græcūq; ei nomē remanet:quo pegrinā esse appet. Fuit ubi nūc roma ē:iā tū cū cōderet̄. Quippe ita tradit̄ myrtea uerbena romanos sabinosq; cū ꝓpter raptas uirgines dimicare uoluissēt:depositis armis pacificatos in eo

ſeruat ulmus:ob id cardinibus aſſamentiſq; portarum utiliſſima:quoniam minime torquetur:permutanda tantū ſic ut cacumen ab inferiore ſit cardine:radix ſuperior. Palma ē mollis. Et ſuberis materies ſpiſſa.& malus piruſq;: necnō acer:ſed fragiles: & quæcūq; criſpa. In ōnibus ſilueſtris & maſcula differentia cuiuſq; generis augent. Et infœcunda firmiora fertilibus. Niſi quo in genere mares ferunt:ſicut cupreſſus & cornus. Cariem uetuſtatemq; nō ſentiunt cupreſſus:cædrus:hebenus: lotos:buxus: taxus: iuniperus:oleaſter:& olea.& ex reliqs tardiſſimæ larix:robur:ſuber:caſtanea: iuglās. Rimā fiſſurāq; nō capit ſpōte cædrus:cupreſſus:olea. Buxum maxīe æternam putāt: hebenū:& cupreſſū: cædrūq;. Claro de ōnibus materiis īdicio ī tēplo epheſiæ Dianæ utpote tota aſia extruente:cū qdringentis annis pactū ſit. Cōuenit tectū eius eſſe e cædrinis trabibus. De ipſo ſimulacro deæ ābigit̄. Cæteri ex hebeno eſſe tradūt. Mutianus ter cōſul ex iis: q proxime uiſo eo ſcripſere:uitigineū:& nunquā mutatū ſepties reſtituto templo. Hanc materiam elegiſſe eandem Canetiam nomen artificis nūcupans. Quod equidē miror:cū ātiquiorem Mineruā nō quoq; mō Libero patri uetuſtatē attribuat. Adiicit multis foraminibus nardo rigari: ut medicatus humor alat:teneatq; iūcturas:qs & ipſas eſſe modicas admodū miror. Valuas eſſe e cupreſſo: & iam qdringentis prope annis durare materiā omnē nouæ ſimilē. Id quoq; notādū ualuas īglutinis cōpage qdriēnio fuiſſe. Cupreſſus ī eas electa: quoniā præter cætera uno in genere materiæ nitor maxime ualeat æternus. Nōne ſimulacrū Iouis in arce e cupreſſo durat a condita urbe ſexcēteſīo ſexageſimo primo āno dicatū? Mēorabile & uticæ tēplū Apollinis:ubi indicaꝝ cædroꝝ trabes durāt ita: ut poſitæ fuere prima urbis eius origine annis. M. clxxxviii. Et in hiſpaniis aiunt templum Dianæ a Zacyntho aduectæ cum conditoribus āno ducēteſimo ante excidium troiæ:ut auctor eſt Bocchus:infra oppidū ipſum id haberi. Cui pepcit religiōe inductus Annibal iunipi trabibus etiā nunc durātibus. Sup ōnia memorat̄ ædes in aulide eiuſdē deæ ſæculis ante troianū bellū exædificata. Cuius quoniā gnīs materiæ ſciētia oblitterata ī plenū dici nō poteſt: utiq; quæ odore præcellāt:ea æternitate præſtare. A prædictis morus ꝓxime laudatur:quæ uetuſtate etiā nigreſcit. Et quæda tñ in aliis diuturniora ſunt uſibus q alia. Vlmus ī præſiatu firma. Robur defoſſum. Et in aquis quercus obruta. Eadem ſuper terram rimoſa facit opera torquendo ſeſe. Larix in humore præcipua: & alnus nigra. Robur marina aqua corrumpitur. Non improbatur in aqua & fagus & iuglans. Hæ qdem in iis:quæ defodiunt̄:uel principales. Item iuniperus:eadem & ſubdialibus aptiſſima. Fagus & cerrus celeriter marceſcunt. Aeſculus quoq; humoris impatiens. Ecōtra adacta in terrā ī paluſtribus alnus æterna:onerifq; qtlibet patiēs. Ceraſus firma. Vlmus & fraxinus lentæ:ſed facile pādūt:flexibiles tamen ſtanteſq; a circūciſura:ſiccatæ fideliores. Laricē in maritimis nauibus obnoxiā teredini tradūt. Et ōia præterq oleaſtrū & oleā. Quædā.n.ī mari:quædā in terra uitiis opportuniora.

DE Teredinibus. Ca. Lxi.

INfeſtātiū qttuor genera. Teredines capite ad portionē grauiſſimo:rodūt dentibus. hæ tātū ī mari ſentiūt̄. nec aliā putāt teredinē ꝓprie dici. Terreſtres tineas uocāt. Culicibus uero ſimiles triphas. Quartū ē & e uermiculoꝝ genere:quoꝝ qdem alii putreſcente ſucco:ipſa materie alii pariunt̄:ſicut in arboribus. Ex eis qui ceraſtes uocat̄:cū tātū eroſerit:ut circūagat ſe:generat aliū. Hæc naſci ꝓhibent in aliis amaritudo:ut cupreſſo:in aliis duritia:ut buxo. Tradunt & abietem circa germinationes decorticatam q diximus luna:aquis non corrumpi. Alexādri Magni comites prodiderunt in tilo rubri maris inſula arbores eſſe:ex qbus naues fierent. quas.cc. annis durantes inuentas:& ſi mergerent̄ incorruptas. In eadem eſſe fruticem baculis tantū idoneæ craſſitudinis:uarium tigrium maculis:ponderoſum:& cum in ſpiſſiora decidit:uitri modo fragilem.

DE Materiis architecti. Et quæ materies ad qd utilis. & quæ firmior materia ī tectū. Ca. Lxii.

APud nos materiæ findũtᷣ aliquæ sponte:ob id architecti eas fimo illitas siccari iubent:ut afflatus non noceant. Pondus sustinere ualide abies larix etiam in transuersum positæ.robur olea incuruantᷣ:ceduntq; ponderi:illæ renitũtᷣ.nec temere rũpũtᷣ.priusq; carie q̃ uiribus deficiũt.Et palma arboꝝ ualida:in diuersũ .n.curuatᷣ. At populus cõtra õia ĩferiora panditᷣ.Palma e contrario fornicatᷣ.Pinus & cupressus aduersus cariẽ tineasq; firmissimæ. Facile pãditᷣ iuglãs.Fiũt.n.& ex ea trabes:frãgiq; se prænũtiat strepitu.Quod ĩ ãdro accidit:cũ e balneis territi sono ꝓfugerũt.Pinus: piceæ:alni ad aq̃rũ ductus in stobos cauantur. Obrutæ terra plurimis durant annis. Eædẽ si nõ integãtᷣ:cito senescunt:miro modo fortiores si humor extra quoq; supsit. Firmissima in tectũ abies.Eadẽ ualuarũ repagulis & ad quæq; libeat intestina opera aptissima siue græco siue cãpano siue siculo fabricæ artis genere spectabilis:ramẽtoꝝ crinibus pãpinato semp orbe se uoluens ad ĩcitatos rũcinaꝝ raptus.eadẽ & curribus maxime sotiabilis glutino in tantum:ut findatur ante q̃ solida est.

DE Glutinanda materia:& lignis sectilibus. Ca.Lxiii.

MAgna aũt & glutinatio:ꝓptereaq; sectilibus laminis:ac in alio genere operiũtᷣ. Stamineã hoc usu ꝓbãt uenã:& uocãt fertileã argumẽto similitudĩs: quoniã lacunose crispa.In õni genere & glutinũ abdicãt quædã:& inter se & cũ aliis ĩsotiabili glutĩo:sicut robur. Sed nec fere cohærẽt:nisi similia natᷣa:ut siq̃s lapidẽ lignũq; cõiũgat.Cornũ maxime audit sorbus: carpinus:buxus:postea tilia.Cuicũq; operi facilia flexilia õia:quæ lẽta diximus:præterq; morus & caprificus.Durabilia ac sectilia: quæ modice humida.Arida.n.latius q̃ uiridia ferris cedũt:præter robur & buxũ:quæ pertinacius resistunt:ferrarũq; dentes replent æqualitate inerti.qua de causa alterna inclinatione egerũt scobẽ.Obedientissima quocũq; in opere fraxinus.eadẽq; corylo hastis melior:cornu leuior:sorbo lentior.Gallica uero etiã ad currus flexibilis.Vitem æmularetᷣ ulmus:ni põdus esset in culpa.Facilis & fagus:q̃q̃ fragilis & tenore eodem fictilibus laminis in tenui flexilis. capsisq; ac scriniis sola utilis. Secatur in laminas ptenues & ilex:colore quoq; nõ ingrata:sed maxime fida iis:quæ teruntᷣ:ut rotarum axibus.Ad quos lẽtore fraxinus utilis:sicut duritia ilex:& utroq; legitᷣ ulmus.Sũt uero & pui usus fabriliũ ministerioꝝ ĩsignes.Ideoq; ꝓditũ terebris uaginas ex oleastro: buxo:ilice:ulmo:fraxino utilissimas fieri. Ex iisdẽ malleos. maiores quoq; e pinu & ilice.Et iis aũt maior ad firmitatẽ causa tempestiuæ cæsuræ q̃ ĩmaturæ. Quippe cũ ex olea durissimo ligno cardines in foribus diutius ĩmorati plãtæ mõ germinauerit. Cato uectes aquifolios: laureos: ulmeos fieri iubet. Higinus manubria rusticis carpinea:iligna:cerrea.Quæ in laminis secantᷣ: quorumq; operimento uestiatur alia materies:præcipua sunt citrus:terebinthus:aceris genera:buxum: palma: aquifoliũ: ilex:sambuci radix:populus.Dat & alnus (ut dictum est) tuber sectile: sicut cædrus acerq;.Nec aliarum tubera in precio.Mediaq; pars arborum crispior: & quo propior radici minoribus magisq; flexibilibus maculis. Hæc prima origo luxuriæ arborẽ alia ĩtegi:& uiliores ligno preciosiores cortice fieri:ut una arbor sæpius ueniret.Excogitatæ sũt & ligni bratteæ.Nec satis:cœpe tingi animaliũ cornua: dẽtes secari: lignumq; ebore distingui:mox operiri. Placuit deinde materiem & in mari quæri. Testudo in hoc secta.Nuperq; portentosis ingeniis principatu Neronis inuentum:ut pigmentis perderet se:plurisq; ueniret imitata lignum.sic lectis precia quærũtur. sic terebĩthũ uinci iubent.sic cædrum preciosius fieri.sic acer decipi.mõ luxuria non fuerat contenta ligno: iam lignum emi testudinem facit.

DE Arboꝝ ætate.& quæ genera arborum minime durant. Ca.xvii.

VIta arborum quarundã ĩmensa credi potest : siquis profunda mundi & saltus inaccessos cogitat. Verum ex iis:quas memoria hominum custodit:durãt in ueliterno Africani prioris manu satæ oliuæ. Item myrtus eodem loco conspicuæ magnitudinis.Subest specus:in quo manes eius custodire draco trahitur.Romæ uero

lotos in Lucinæ area āno:q fuit ſine magiſtratibus.ccclxix.urbis æde cōdita.Incertū qtū ipſa uetuſtior.eſſe qdem uetuſtiorem non eſt dubiū:cū ab eo luco Lucina nominet.hæc nūc circiter ānū.ccccl.habet.Antiqor enim illa eſt:ſed īcerta eius ætas: quæ capillata dicit:quoniā ueſtaliū uirginū capillus ad eam defert. Verum altera lotos in uulcanali:quod Romulus cōſtituit ex uictoria de decimis:æquæua urbi intelligitur: ut auctor eſt Maſſurius. Radices eius in forū uſq; Cæſaris per ſtationes municipiorum penetrāt. Fuit cum ea cupreſſus æqualis circa ſuprema Neronis pricipis plapſa:atq; neglecta. Vetuſtior aūt urbe in uaticano ilex: in q̄ titulus æreis litteris hetruſcis religiōe arborē iā tūc dignā fuiſſe ſignat. Tyburtes quoq; originē multo ante urbē romā habēt. Apud eos extant ilices tres etiā Tyburno conditore eorum uetuſtiores:apud quas inauguratus tradit. Fuiſſe aūt eum tradunt filiū Amphiarai: q apud thebas obierit una ætate ante iliacū bellū. Sūt auctores & delphicā platanū Agamemnonis manu ſatā. Et alterā in caphie arcadiæ luco. Sunt hodie ex aduerſo ilienſiū urbis iuxta helleſpōtū in Proteſilai ſepulchro arbores:quæ ōibus ephebiis eius cū in tātū accreuere: ut iliū aſpiciāt:inareſcūt: rurſuſq; adoleſcūt. Iuxta urbē aūt quærcus in Ili tumulo tūc ſatæ dicunt:cū cœpit iliū uocari. Argis olea etiā nūc durare dicit:ad quā Ionē in uaccā mutatā Argus alligauerit. In ponto circa heracleam aræ ſunt Iouis Statiui cognomīe:ibiq; quercus duæ ab Hercule ſatæ. In eodē tractu portus Amyci eſt Bebryce rege interfecto clarus. Eius tumulus a ſupremo die lauro tegit:quam inſanā uocant: quoniā ſiqd ex ea decerptū inferatur nauibus:iurgia fiant:donec abiiciat. Regionem aulocrenen diximus:p quā ab apamea in phrygiā itur. ibi platanus oſtendit: ex qua pepēdit Marſya uictus ab Apolline:quæ iā tū magnitudine electa eſt. Nec nō palma deli ab eiuſdē dei ætate conſpicitur. Olympiæ oleaſter:ex quo primus Hercules coronatus eſt:& nūc cuſtodit religioſe. Athenis quoq; olea durare tradit ī certamīe edito a Minerua. E diuerſo breuiſſima uita eſt punicis:fico:malis. Ex iis præcocibus breuior q̄ ſerotinis:dulcibus q̄ acutis:& dulcior in punicis. Item in uitibus: præcipueq; fertilioribus. Grecinus auctor eſt ſexagenis annis duraſſe uites. Vident & aquaticæ celerius interire. Seneſcunt quidem uelociter:ſed e radicibus repullulant laurus: & mali:& punicæ. Firmiſſimæ ergo ad niuēdū oleæ:ut q̄s durare annis.cc.īter auctores cōueniat. Et in ſuburbano thuſculani agri colle:qui corne appellat: lucus antiq religione Dianæ ſacratus a Latio:uelut arte tōſili coma faginei moris. In hoc arborem mori eximiā ætate noſtra adamauit Paſſienus Criſpus bis conſul orator Agrippinæ matrimonio:& Nerone priuigno clarior poſtea:oſculari complectiq; eam ſolitus:nō mō cubare ſub ea:uinūq; illi affūdere. Vicina luco eſt ilex & ipſa nobilis.xxxv.pedū ambitu caudicis.x.arbores metiens ſingulas magnitudinis uiſēdæ:ſiluāq; ſola facit. Hedera necari arbores certū eſt. Simile quiddā & in uiſco:tāetſi tardiorē eorum iniuriā arbitrātur. Nāq; & hoc præter fructus agnoſcitur nō in nouiſſimis mirabile. Quedā .n.in terra gigni nō poſſūt:& in arboribus naſcuntur.namq; cū ſuā ſedē nō habeāt: in aliena uiuunt:ſicut uiſcū. Eſt & in ſyria herba:quæ uocatur caſſitias:non tantum arboribus:ſed ipſis etiā ſpinis circūuoluens ſeſe. Item circa tēpla theſſalica quæ polypodion uocatur:& quæ dolichos:ac ſerpillū. Oleaſtro quoq; deputato quod gignit uocāt phaunos. Quod uero in hiſpiria fullonia hipophaɔ̄tō caliculis inanibus:foliis paruis:radice alba.cuius ſuccus ad detractiōes in comitiali morbo utiliſſimus habet. Viſci tria genera:nanq; eſt in abiete & larice caſſitias. Stelin dicit eubœa naſci. Hyphear arcadia. Viſcum aūt in quercu:robore:ilice:pruno ſilueſtri:terebītho:nec aliis arboribus adnaſci. Pleriq; copioſiſſimū in quercu: quod dryos hyphear uocant. In omni arbore:excepta ilice: & quercu differentiam facit odor uiruſq; & folium non iucūdi odoris. In utroq; uiſcum amarum & lētū. Hyphear ad ſaginanda pecora utilius. Vitia modo purgat primo.dein ea pinguefacit:quæ ſuffecere purgationi. Quibus ſit aliq̄ tabes intus:negāt durare ea. Edendi ratio ætatis q̄dragenis diebus. Adiciunt

discrimen ĩ iis:quæ folia mittãt:& ipsi decidere. Cõtra ĩhærere nato in æterna frõde. Omnino aũt satũ nullo modo nascit̃. nec nisi per aluũ auiũ redditũ:maxĩe palũbis & turdis. Hæc est nat̃a : ut nisi maturatũ in uentre auiũ nõ proueniat. Altitudo eius nõ excedit cubitalem semp fruticosi ac uiridis. Mas fertilis:fœmina sterilis.aliq̃ndo non fert. Viscum fit ex acinis:q colligũtur messiũ tempore immaturi. Nã si accessere hymbres: amplitudine qdem augent̃:uisco uero marcescũt. Siccãt̃ deĩde:& aridi tũdũt̃.ac cõditi in aq̃ putrescũt duodenis fere diebus. Vnũq; hoc rerꝝ putrescẽdo gratiã inuenit. Inde in ꝓfluẽte rursus malleo tusi amissis corticibus ĩteriore carne lẽtescũt. Hoc ẽ uiscũ pẽnis auiũ tactu ligãdis:iuglãdis oleo subactũ cũ libeat insidias moliri. Nõ est omittenda in ea re & galliarꝝ admiratio. Nihil habent druides(ita suos appellant magos)uisco & arbore in q̃ gignat̃(si mõ sit robur)sacratius. Iã p se roborꝝ eligũt lucos:nec ulla sacra sine ea fronde conficiũt:ut inde appellari quoq; interpretatione græca possint druides uideri. Enimuero qcqd adnascatur illis:e cælo missum putant: signũq; esse electæ ab ipso deo arboris. Est aũt id rarꝝ admodũ inuentu: & repertum magna religione petit̃. Et ante õnia sexta luna:quæ prĩcipia mẽsiũ annorũq; iis facit & sæculi post tricesimũ ãnũ:qa iam uiriũ abunde habeat. nec sit sui dimidia.omnia sanãtẽ appellãtes suo uocabulo. Sacrificio epulisq; rite sub arbore præparatis : duos admouẽt candidi coloris tauros:quorꝝ cornua tũc primũ uinciant̃. Sacerdos candida ueste cultus arborem scãdit. Falce aurea demetit. Candido id excipit̃ sago. Tũ demũ uictimas immolãt:precãtes ut suũ donũ deus ꝓsperũ faciat iis:qbus dederit. Fœcũditatem eo poto dari cuicunq; animaliũ sterili arbitrant̃. Contraq; uenena õnia esse remedio. Tanta gentium in rebus friuolis plerunq; religio est.

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER SEPTIMVSDECIMVS. ¶PROHOEMIVM. ¶Arborꝝ precia mirabilia. ¶Ca.i.

NATVRA ARBORVM TERRA MARIQVE sponte sua prouenientium dicta est. Restat earũ quæ arte & humanis ingeniis fiunt: ueriusq̃ nascuntur. Sed prius mirari succurrit quæ abstulimus penuria pro indiuiso possessa a feris: depugnãte cũ iis homine circa caducos fructus. Circa pẽdẽtes uero & cũ alitibus. In tãta delitiarꝝ precia uẽisse clarissĩo(ut eqdem arbitror) exẽplo .L. Crassi:atq; Cn. Domitii Aenobardi. Crassus orator fuit ĩ primis nominis romani. Domus ei magnifica:sed aliquãto præstantior in eodẽ palatio. Q. Catuli:q cimbros cum. C. Mario fudit. Multũ uero pulcherrima cõsensu omniũ ætate ea in colle uiminali. C. Aqlii equitis romani clarioris etiã tũ q̃ iuris ciuilis sciẽtia: cũ tñ obiecta Crasso sua est. Nobilissimarꝝ gẽtiũ ambo Crassus atq; Domitius censurã post consulatũ simul gessere ãno cõditæ urbis sexcentesĩo sexagesĩosecũdo frequentem iurgiis ꝓpter dissimilitudinẽ morꝝ. Tũc Cn. Domitius ut erat uehemens natura præterea accensus odio:quod ex æmulatiõe auidissimũ est:grauiter increpuit tanti censorem habitare pro domo eius milia nummorꝝ identidem ꝓmittens. Et Crassus ut præsens ingenio semp & faceto lepore sollers cõcedere se respondit:exceptis sex arboribus.ac ne uno qdem denario si adimerent̃:emptã uolente Domitio. Crassus utrũne igitur ego sum inquit quæso Domiti exemplo graui & ab ipsa mea censura notandus:qui in domo quæ mihi hæreditate obuenit comiter habitem:an tu qui sex arbores æstimes. Ex fuere loti patula ramorum opacitate lasciuæ. Cæcina Largo e ꝓceribus crebro in iuuenta nostra eas in

domo sua ostẽtãte. Durauerũtq; (quoniam & de lõgissimo æuo arboꝝ diximus) ad Neronis principis incendia: quibus cremauit urbem: ãnis . clxxx. postea cultu uirides iuuenesq;: ni princeps ille accelerasset etiã arboꝝ mortẽ. Ac neqs uilẽ de cætero Crassi domũ: nihilq; in ea iurgãte Domitio fuisse dicẽdũ præter arbores iudicet: iã colũnas q̃ttuor hymetii marmoris ædilitatis gratia ad scænam ornãdã aduectas in atrio eius domus statuerat: cũ in publico nõdũ essent ullæ marmoreæ. Tã recens ẽ opulẽtia tã⁄toq; tũc plus honoris arbores dõibus afferebãt: ut sine illis ne inimiciciaꝝ qdẽ preciũ seruauerit Domitius. Fuere ab iis & cognoĩa antiqs: Frõdicio militi illi: q̃ præclara facinora uulturnũ transnatans frõde capiti imposita aduersus Annibalẽ edidit. Sto⁄lonũ Liciniæ genti (ita. n. appellat̃ in ipsis arboribus fruticatio inutilis: unde & pam⁄pinatio ĩuenta) primo Stoloni dedit nomẽ. Fuit & arboꝝ cura legibus priscis. cautũq; est duodecim tabulis: ut q̃ iniuria cecidisset alienas: lueret in singulas siclos æris. xxv. Quid existimamus? futuras ne eas credidisse ad supradictam æstimationẽ illos: qui frugiferas tãti taxauerãt? Nec minus miraculũ in pomo est multaꝝ circa suburbana fructu ãnuo addito binis milibus nummũ maiore singularũ reditu: q̃ erat apud ãti⁄quos prædioꝝ. Ob hoc insita & arboꝝ quoq; adulteria excogitata sunt: ut nec poma pauperibus nascerentur. Nũc ergo dicemus quo maxime modo tãtum ex iis uectigal cõtingat: uerã colẽdi rationẽ absolutãq; ꝑdituri. Et ideo nõ uulgata tractabimus: nec quæ cõstare aĩaduertĩus: sed incerta atq; dubia: in quibus maxime fallit̃ uita. Nam diligentiã in supuacuis affectare nõ nostrũ est. Ante õia aũt in uniuersum & quæ ad cũcta arboꝝ genera ꝑtinẽt: in cõmune de cælo terraq; dicemus.

¶ DE Natura cæli ad arbores. & quã partẽ cæli spectare debeant. ¶ Ca. ii.

Aquilone maxime gaudent: densiores ab afflatu eius lætioresq; & materiæ fir⁄mioris. Qua in re pleriq; fallũt̃: cũ in uineis pedamẽta nõ sit a uento eo oppo⁄nenda: & id tãtũ a septentrione seruandũ. Quinimmo tempestiua frigora plurimũ arboꝝ firmitati cõferũt: & sic optime germinãt. alioquin si blandiant̃ austri defati⁄scentes: ac magis etiã ĩ florem. Nã si cum defloruere: ꝑtinus sequãt̃ hymbres: ĩ totũ poma depereũt. adeo ut amigdala & piri: etiã si õino nubilũ fiat austrinusue flatus: amittant fœtus. Circa uergilias qdem pluere: inimicissimũ uiti & oleæ: quoniã tunc coitus est eaꝝ. Hoc est illud q̃triduũ oleis decretorium. hic articulus austrinus nubili spurci quod diximus. Fruges quoq; peius maturescũt austrinis diebus: sed celerius. Illa sũt noxia frigora: quæ septentrionibus aut præposteris fiũt horis. Hyemẽ qdem aqloniam esse: õnibus satis utilissimũ. Hymbres uero tũc expetendi euidens causa ẽ: quoniã arbores fœtu exĩanitas: & folioꝝ quoq; amissione languidas natale est auide esurire. Cibus aũt eaꝝ hymber. quare tepidã esse hyemem: ut absumpto partu arborũ seq̃tur protinus conceptus: id est germinatio. ac deinde alia florescendi exinanitio: inutilissimũ experimentis credit̃. Quinimmo si plures ita cõtinent̃ anni: etiam ipse moriũt̃ arbores: quoniã nemini dubia pœna est in fame laborãtium. Ergo qui dixit heymes serenas optãdas: nõ pro arboribus uota fecit. Nec ꝑ solstitia hymbres uitibus cõducũt. hyberno qdem puluere fieri messes lætiores luxuriãtis ĩgenii fertilitate dictũ est. Alioquĩ uota arboꝝ cõmunia sũt frugũq;: niues diutinas sedere. Causa nõ solum qa animã terræ euanescentem exhalatione includũt: & comprimũt: retroq; agunt in uires frugũ atq; radices: ueꝝ ꝙ & liquorem sensĩ præbent: puꝝ præterea leuissimũq;: quãdo nix aq̃ꝝ cælestium spuma est. Ergo humor ex iis non uniuersus ingurgitans diluensq;: sed quomodo sitit̃ distillans uelut ex ubere alit omnia: quæ non inundat. Tellus quoq; illo mõ fermentescit: & succi plena: ac lactescentibus satis nõ effœta cũ tempus aperit: tepidis arridet horis. Ita maxime frumenta pinguescunt: præterq̃ ubi calidus semper aer est: ut in ægypto. Continuatio. n. & ipsa consuetudo idem quod modus aliubi efficit. Plurimũq; prodest: ubicũq; nõ esse quod noceat. In maiore ꝑte orbis cũ præcoces excurrere germinatiões euocatæ indulgentia cæli secutis frigoribs

exuruntur. Qua de causa serotinæ hyemes noxiæ siluestribus quoq;. quæ magis etiã dolent urgente umbra sua: nec adiuuante medicina: quoniã uestire teneras intorto stramento in siluestribus nõ est. Ergo tẽpestiuæ aquis hybernis primum hymbribus. Deĩde germĩatiõe antecedẽtibus. Tertiũ tẽpus est cũ educãt poma: nec ꝓtinus: sed iã ualido fœtu. Quæ fructus suos diutius cõtinẽt: lõgioresq; desiderãt cibos: iis & serotinæ aquæ utiles: ut uiti: oleæ: punicis. Hæ iã pluuiæ generis cuiusq; arboribus diuerso modo desiderant: aliis alio tẽpore maturãtibus. Quapropter iisdẽ hymbribus quædã lædi uideas: alia iuuari. Et in eodẽ gñe sicut in piris: alio die hyberna quærũt pluuias: alia uero præcocia. Vt pariter qdem õia desiderẽt. hybernũ tẽpus est ãte germĩationẽ quæ aqlonẽ austro utiliorẽ facit. Ratio eadẽ mediterranea maritimis præfert (sũt.n. plerunq; frigidiora)& montosa planis: & nocturnos hymbres diurnis. Magis fruunt aqs sata: nõ statim auferẽte eas sole. Conuexa & situs uineaꝝ arbustorũq; ratio ẽ: q̃s in horas debeãt spectare. Virgilius ad occasus seri damnauit. Aliqui sic maluere: q̃ in exortu. A pluribus meridiem probari aduerto. Nec arbitror perpetuum quicq̃ in hoc præcipi posse. Ad soli naturam: ad loci ingeniũ: ad cæli cuiusq; mores dirigenda sollertia est. In africa meridiẽ uineas spectare & si uiti ĩutile: colono salubre est: quoniã ipsa meridianæ subiacet plagæ. Quapropter ibi qui in occasum aut septentriones cõseret: optime miscebit solũ cælo: cũ Virgilius occasus improbet. Nec de septentrione relinqui dubitatio uidet. Atq in cisalpina italia magna ex parte uineis ita positis: cõpertũ est nullas esse fertiliores. Multũ rationis obtinent uenti. In narbonensi prouĩcia atq; liguria & parte etruriæ contra circium serere imperitia existimatur. Eũdẽq; obliquũ accipe prouidentia. Is.n. ibi æstatem temperat: sed tanta plerunq; uiolentia ut auferat tecta.

DE Societate cæli & terræ ad arbores. Ca. iii.

QVidam cælum terræ parere cogũt: ut quæ in siccis seruantur orientem ac septentriões spectent. Quæ ĩ hũidis meridiem. Nec nõ ex ipsis uitibus causas mutuãt. In frigidis præcoces serendo: ut maturitas ãtecedat algorem. Quæ poma uitesq; rores oderint cõtra ortus: ut statĩ auferat sol. Quæ ament ad occasus: uel etiã ad septentriones: ut diutius eo fruãt. Cæteri uero fere rationem naturæ secuti in aqlonem obseruare uites: & arbores poni suasere. Odoratiorem etiã fieri talem fructũ Democritus putat.

DE Qualitate regionũ. Ca. iiii.

AQuilonis situm uentorumq; reliquoꝝ diximus secũdo uolumine. Dicemusq; proxĩo plura cælestia. Interĩ manifestũ uidet salubritatis argumentũ: quoniã in meridiem etiã spectãtiũ semp ãte decidũt folia: similis & ĩ maritimis causa. Quibusdã locis afflatus maris noxii: in plurimis iidem utiles. Quibusdã satis e lõgiquo aspicere maria iucũdũ. Propius admouere salis halitũ ĩutile. Similis & fluminũ stagnoꝝq; rõ. Nebulis adurũt aut æstuãtia refrigerãt opacitate: atq; etiã rigore gaudẽt: quæ diximus. Quare experimentis optime creditur. A cælo proximum est terræ dixisse rationem haud faciliore tractatu. Quippe nõ eadem arboribus cõuenit & frugibus. plerũq; nec pulla qualẽ habet cãpania: ubiq; optima uitibus. Aut quæ tenues exhalat nebulas. Nec lubrica multis laudata. Cretã in albensiũ põpeianoꝝq; agro & argillã cũctis ad uineã generibus ãteponũt. q̃q̃ præpingues quod accipit ĩ eo genere inuicem sabulũ albũ. In ticiniensi: multisq; ĩn locis nigrũ. itemq; rubrũ etiã pingui terræ permixtũ infœcũdũ est. Argumenta quoq; iudicantiũ sæpe fallunt. Non utiq; solũ lætũ est: in quo ꝓceræ arbores nitent: præterq̃ illis arboribus. Quid enim abiete procerius? Aut quæ uixisse possit alia in loco eodem? Nec luxuriosa pabula pinguis soli semp iudiciũ habent. Nã qd laudatius germaniæ pabulis? & tamen statĩ subest harena: tenuissimo cespitũ corio. Nec semp aquosa est terra: cui ꝓceritas herbarum. nõ hercle magis q̃ pinguis adhærens digitis: quod in argillis arguitur. Scrobes qdem regesta in eos nulla complet: ut densa atque rara ad hunc modum deprehendi possit. ferroq; omnis rubiginem obducit. Nec grauis aut leuior iusto deprehenditur põdere.

Quod.n.terræ põdus iuſtũ ĩtelligi poteſt?Nec fluminibus aggeſta ſemp laudabilis:
quando ſeneſcant ſata quædam aqua.Sed neq; illa quæ laudatur:diu præterq̃ ſalici
utilis ſentit̃.Inter argumenta ſtipulæ craſſitudo eſt tanta alioquĩ in leborino cam/
paniæ nobili campo:ut ligni uice utant̃.Sed idem ſolũ ubicũq; arduũ opere:difficile
cultu:bõis ſuis acrius pene q̃ uitiis quem affligit agricolam.Et carbũculus quæ terra
ita uocat̃.Emẽdari uitẽ hac terra putat̃.Nã tofus ſcaber nat̃a fricabilis expetit̃ quoq;
ab auctoribus.Virgilius & quæ filicẽ ferat:nõ improbat uitibus.Salſæq; terræ multa
melius credũt̃:tutiora uitiis innaſcentiũ animaliũ.Nec colles opere nudãtur:ſiquis
perite fodiat.Nec cãpi ões minus ſoles atq; perflatus q̃ opus ſit:accipiunt. Et q̃ſdã
pruinis ac nebulis paſci diximus uites.Omniũ re℞ ſunt quædã in alto ſecreta:& ſuo
cuiq; corde præuidẽda.Quid quod mutatur ſæpe iudicata quoq; ac diu cõprehẽſa?In
theſſalia circa lariſſã emiſſo lacu frigidior facta ea regio eſt.oleæ deſierunt:quæ prius
fuerãt.Itẽ uites aduri:quod non ãtea thracia ſenſit amoto hebro. Et circa philippos
cultura ſiccata regio mutauit cæli habitũ.At in ſyracuſano agro aduena cultor: ela/
pidato luto:ſole prodidit fruges:donec regeſſit lapides.In ſyria leuẽ tenui ſulco ĩpri/
mũt uomerẽ:qa ſubeſt ſaxũ exurens æſtate ſemina.Iã in quibuſdã locis ſimiles æſtus
ĩmodici & frigo℞ effectus. Eſt fertilis thracia frugũ rigore & æſtibus africa & ægyp/
tus.In chalchia rhodio℞ inſula locus q̃dã ẽ in tãtũ fœcũdus: ut ſuo tempore ſatum
demetãt hordeũ:ſublatũq; ꝓtinus ſerãt: & cũ aliis frugibus metãt.Glareoſum oleis
ſolũ aptiſſimũ in uenafrano:pinguiſſimũ in betica. Punica uina in ſaxo coquũtur.
Cecubæ uites in pontinis paludibus madent.Tãta eſt argumẽtorũ & ſoli uarietas ac
differẽtia.Cæſar Vopiſcus cũ cauſã apud cẽſores ageret:cãpos roſiæ dixit italiæ ſemẽ
eſſe:in q̃bus perticas pridie relictas gramẽ operiret.Sed nõ niſi ad pabulũ probãtur.
Nõ tamen indociles nat̃a nos eſſe uoluit:& uita cõfeſſa fecit etiã ubi bona certa non
fecerat.Quamobrem prius dicamus crimina. ¶Genera Terra℞. ¶Ca.v.

Errã amarã ſiue macrã ſiq̃s ꝓbare uelit.Demõſtrãt eã atræ degenereſq; herbæ.
Frigidã aũt retorride nata.Itẽ uliginoſã triſtia.Rubricã oculi.Argilloſã quæ opi
difficillĩa:quæq; raſtros ac uomeres ĩgẽtibus glebis oneret. q̃q̃ aliq̃do nõ quod opi:
hoc & fructui ſit aduerſũ.Itẽ ecõtrario cineraceã:& ſabulũ albũ.Nã ſterilis dẽſa callo
facile deprehendit̃:uel uno ictu cuſpidis.Cato breuiter:atq; ex ſuo more uitia deter/
minat.Terrã carioſam caue:neue plauſtro neue pecore impellas.Quid putamus hac
appellatione ab eo tantopere reformidari: ut pene ueſtigiis quoq; ĩterdicat?Redeãus
ad ligni cariem.& inueniemus illa:quæ ĩ tantum abominantur uitia:aridæ fiſtuloſæ
ſcabræ caneſcentis exeſæ pumicoſæ.Plus dixit una ſignificatione:q̃ poſſit ulla copia
ſermonis enarrari.Eſt.n. interpretatione uitio℞ q̃dã nõ ætate:quæ nulla ĩ ea ĩtelligi
poteſt:ſed natura ſua anus terra.& ideo infœcunda ad omnia:atq; etiam imbecilla.
Idem agrũ optimũ iudicat ad radicẽ mõtiũ:planicie in meridiem excurrente:quæ eſt
totius italiæ ſitus.Terram uero teneram quæ uocet̃ pulla.Erit igit̃ hæc optima & opi
ſatiua.Intelligere mõ libeat dictam mira ſignificatione tenerã:& q̃cq̃d optari debet:
in eo uocabulo ĩuenief̃.Illa temperate ubertatis.Illa mollis:faciliſq; culturæ:nec ma/
dida:nec ſitiens.Illa poſt uomerẽ niteſcens: q̃lem fons ingenio℞ Homerus in armis
ab eo cælatã dixit.addiditq; miraculũ increſcentis:quanuis fieret in auro.Illa q̃m re/
centem exquirunt improbæ alites uomerem comitantes: coruique aratoris ueſtigia
ipſa rodentes.Reddatur hoc in loco luxuriæ quoq; ſententia & aliq̃ in ꝓpoſitũ.Certe
Cicero lux doctrina℞ altera: Meliora ĩq̃t ũguẽta ſũt quæ terrã:q̃ quæ crocũ ſapiunt.
Hoc.n.maluit dixiſſe:q̃ redolent.Ita eſt profecto. Illa.n.erit optima:quæ unguenta
ſapiet.Quod ſi admonendi ſumus:qualis ſit terræ odor ille:q̃ quæritur:cõtĩgit ſæpe
etiam quieſcẽte ea ſub occaſu ſolis: in quo loco arcus cæleſtis deiecerit capita ſua.
& cũ a ſiccitate cõtinua immaduerit hymbre:tũc emittit illũ ſuũ halitum diuinum
ex ſole conceptum:cui cõpari ſuauitas nulla poſſit.Is eſſe odor in cõmota debebit.

reptusq; neminẽ fallet.ac de terræ odore optĩe iudicabit. Talis fere ẽ ĩ noualibus cæsa uetere silua:quæ cõsẽsu laudat᷑. Et in frugibus qdẽ ferẽdis eadẽ terra utilior ĩtelligit᷑: quotiens ĩtermissa cultura qũieuit.quod in uineis nõ fit.Eoq; diligẽtius eligẽda est: nẽ uera existat opinio eorũ:q iã italiæ terrã existimauere lassã. Opis qdẽ facultas in aliis generibus cõstat e cælo:nec potest ãrari post hymbres, aliq ubertatis uitio lente- scens.Cõtra in byzantio africæ illũ cẽtena & quĩquagena fruge fertilẽ cãpum:nullis cũ siccus est arabilẽ tauris: post hymbres uili asello,& a parte altera iugi anu uomerẽ trahente uidimus scindi. Terrã.n.terra emendari: ut aliqui præcipiũt:super tenuem pingui iniecta aut gracili:bibulaq; sup humidã ac præpinguẽ:dementiæ operarii est. Quid enim potest sperare:qui talem colit?

DE Terra:quam Britãnia & Gallia amat. Ca.vi.

Lia est ratio:quã britãnia & gallia inuenere alendi eã:ipsa.quod genus uocant margã.Spissior ubertas in ea intelligit᷑.Est aũt qdã terræ adeps ac uelut glãdia in corporibus ibi dẽsãte se pĩguitudinis nucleo.Nõ omisere & hoc græci.

DE Græcorũ doctrina. Ca.vii.

Vid enĩ intentatũ illis?Laucargyllion uocãt candidam argyllã:qua ĩ megarico agro utũt᷑.sed tãtũ in humida frigidaq; terra.Illas gallias britãniasq; locuple- tãtis cũ cura dici cõueñt.Duo genera fuerãt.Plura nuper exerceri cœpta ꝓficiẽtibus ingeniis.Est.n.alba:ruffa:colũbina:argyllacea:tofacea:arenacea. Natũa duplex: aspa aut pĩguis.Experimenta utriusq; in manus:ususq; geminus:aut ut fruges tãtũ alant aut eædẽ & pabulũ.Fruges alit tofacea alba:quæ si sit inter fõtes reperta: est ad infi- nitũ fertilis:uerũ aspera tractat᷑.& si nimia iniecta est:exurit solũ.Proxima est ruffa: quæ uocat᷑ capnumargos intermixto lapide terræ minutæ harenosæ.Lapis cõtũditur in ipso cãpo:primisq; ãnis stipula difficulter cæditur propter lapides. Impendio tñ minimo leuitate dimidio minoris q̃ cæteræ inuehit᷑.Inspergit᷑ rara:sale eam misceri putãt. Vtrũq; hoc genus semel iniectũ in.l.ãnos ualet & frugũ & pabuli ubertate.

DE Terrarũ generibus. Ca.viii.

Væ pingues esse sentiũt᷑:ex iis præcipua alba.Plura eius genera.Mordacissimũ quod supra diximus.Alterũ genus albæ cretæ argẽtaria est.Petit᷑ ex alto in cen- tenos pedes actis plerunq; puteis ore angustatis intus ut in metallis spatiante uena. Hac maxĩe britãnia utit᷑.Durãt ãnis.lxxx.Neq; est exemplũ ullius:q bis in uita hanc eidem iniecerit.Tertiũ genus cãdidæ glischromargon uocãt.Est autem creta fullonia mixta pingui terra:pabuli q̃ frugũ fertilior:ita ut messe sublata ãte sementem alterã lætissimũ secet᷑.Dũ in fruge est:nullũ aliud gramen emittit.Durat.xxx.ãnis densior iusto.Cymini mõ strãgulat solũ.Colũbinã gallia suo nomine glaucopelon appellat: glebis excitat᷑ lapidũ modo.Sola gelatione ita soluit᷑:ut tenuissimas bratteas faciat. Hæc ex æquo fertilis.Harenacea utunt᷑ si alia nõ sit in uliginosis uerticibus:& si alia sit:ubi hos gentiũ solos nouimus:q fertilissimũ agrũ colentes:q̃cũq; terra ĩfra pedes tres effossa & pedali crassitudine iniecta lætificẽt.Sed ea nõ diutius ãnis decẽ ꝓdest. Hedui & pictones calce uberrimos fecere agros:quæ sane & oleis & uitibus utilissĩa reperitur.Omnis aũt marga arato iniicienda est: ut medicamentũ rapiatur: & fimi desiderat aliquantulũ.Quæ primo plus aspera & quæ in herbas nõ effũdit᷑.alioquin nouitate quæcũq; fuerit:solum lædet.Ne sic qdẽ primo anno fertilis. Interest & q̃li solo quæratur.Sicca enim humido melior.Arido pĩguius.Temperata alterutra creta uel columbina conuenit.

DE Cineris usu:& de fimo.Et quæ sata uberiorẽ terrã faciãt:& quæ urãt. Ca.ix.

TRansspadanis cineris usus adeo placet:ut anteponant fimo iumentorũ.quod qa leuissimũ est:ob id exurũt.Vtroq; tamen pariter non utuntur in eodem aruo: nec in arbustis cinere:nec quasdam ad fruges ut diximus.Sunt qui puluere quoque uuas ali iudicent: pubescentesq; puluerent:& uitiũ arborumq; radicibus aspgant.

Quod certū est narbonensi ꝓuinciæ & uindemias certius sic eo coqui: qa plus puluis ibi q̄ sol cōfert. Fimi plures differentiæ. Ipsa res ātiq̄. Iam apud Homeꝝ regius senex agrum ita suis manibus lætificans repitur. Argeus rex in græcia excogitasse traditur. Diuulgasse uero Hercules in italia. quæ regi suo Stercuto Fauni filio ob hoc īuentū īmortalitatē tribuit. M. Varro prīcipatū dat turdoꝝ fimo ex auiariis. quod etiam pa/bulo boum suūq; magnificat. neq; alio cibo celerius pīguescere asseuerat. De nostris moribus bene sperare ē: si tanta apud maiores fuere auiaria: ut ex iis agri stercorarēt. Proximū Columella colūbariis: mox gallinariis facit: natātiū alitū damnato. Cæteri auctores cōsensu humanas dapes ad hoc in primis aduocāt. Alii ex iis præferūt ho/minū potus in corioꝝ officinis pilo madefacto. Alii per sese aq̄ iterū largiusq; etiam q̄ cū bibitur admixta. Quippe plus iam ibi male domandū est: cū ad uirus illud uini homo accesserit. Hæc sūt certamina qbus īuicem ad tellurem quoq; alendam utūtur homines. Proxime spurcicias suū laudant. Columella solus damnat. Alii cuiuscunq; q̄drupedis exitiosū. Aliqui colūbaꝝ præfert. Proximū deīde capraꝝ est. Ab hoc ouiū. Deīde boū. Nouissimus iumentoꝝ. Hæ fuere apud priscos differentiæ. simulq; præ/cepta non inuenio re tali utendi: quando & hic uetustas utilior. Visumq; iā est apud quosdā prouīcialiū in tantū abūdāte geniali copia pecudū farinæ uice cribris super/inici: fetore aspectuq; temporis uiribus ī quādā etiā gratiā mutato. Nuper repertum oleas gaudere maxime cinere e calcariis fornacibus. Varro præceptis adiicit equino: ꝙ sit leuissimum segetes alēdas. Prata uero grauiore: & quod ex hordeo fiat. Mul/tasq; gignit herbas. Quidā etiā bubulo iumentoꝝ præferūt: ouillūq; caprino. Oībus uero asiniū: quoniā lentissime mādant. E cōtrario usus aduersus utrūq; pronunciat. Inter ōes aū cōstat: nihil esse utilius lupini segete: priusq̄ siliquet aratro uel bidētibus uersa: manipulisue circa radices arboꝝ uel uitiū obrutis. Etiam ubi non sit pecus cul/mo ipso uel etiā filice stercorare arbitrant. Cato: stercus unde fiat: stramenta: lupinū: paleas: fabalia: ac frondis iligneas: quernasq; ex segete euellito. Ebulum: cicutam: & circū salicta herbā auctā: uluāq; ea substernito ouibus: frondemq; putridam. Vinea si macruerit: sarmēta sua cōburito: & itidē inarato. Itemq; ubi saturus eris frumentū: oues ibi delectato. Nec non & satis qbusdā ipsis pasci terrā dicit. Segetem stercorant fruges lupinū faba uicia. Sicut e cōtrario cicer quia uellitur & quia salsū est: hordeū fœnugræcū: eruū. Hæc omnia segetē exurūt: & ōnia quæ uellūt. Nucleos ī segetē ne indideris. Virgilius & lino segetē exuri & auena & papauere arbitratur. Fimeta sub diuo cōcauo loco & qui humorē colligat: stramento intecta ne in sole arescant. Palo e robore depacto fieri iubet. Ita fore ne innascant iis serpentes. Fimum miscere terræ: plurimū refert: fauonio flante ac luna sitiente. id pleriq; praue intelligunt a fauonii ortu faciendū. ac februario mense tantū: cū id pleraq; sata aliis postulent mensibus. Quocunq; tempore fiat: curandum ut ab occasu æquinoctiali flante uento fiat: luna decrescente: ac sicca. Mirū in modū augetur ubertas affectusq; eius obseruatiōe tali.

¶ De Satione arboꝝ: & ꝙ auulsione nascūtur arbores. ¶ Ca. x.

Abūde prædicta ratione cæli ac terræ. Nunc de his arboribus dicemus: quæ cura hominū atq; arte ꝓueniūt. Nec pauciora ꝑpe sūt gn̄a: tā benigne natæ gratiā rettulimus. Aut. n. semine ꝓueniūt aut plantis radicis: aut ꝓpagine: aut auulsiōe: aut surculo: aut insito & consecto arboris trunco. Nam folia palmaꝝ apud babylonios seri atq; ita arborē ꝓuenire Trogū credidisse demiror. Quædam pluribus generibus serūtur: quædā ōnibus. Ac pleraq; ex iis natura ipsa docuit: & in primis semē serere: cū decidens exceptumq; terra uiuisceret. Sed quædā nō aliter ꝓueniunt: ut castaneæ: iuglandes: cæduis duntaxat exceptis. Ex semine aūt quanq̄ dissimili ea quoq; quæ & aliis modis seruntur: ut uites & mala atq; pira. nanq; iis pro semine nucleus: non ut supradictis fructus ipse. Et mespila semine nasci possūt. Omnia hæc tarda prouētu ac degenerantia: & īsito restituēda. Interdū etiā castaneæ. Quibusdam natura contra

omnino nõ degenerandi quoquomodo ferantur:ut cupressis:palmis:lauris. Năq; & laurus pluribus modis serit̃. Genera eius diximus. Ex iis augusta & bacalis: et pinus simili modo serũt̃. Bacæ mẽse ianuario aqlonis afflatu siccante legũt̃: expădũturq; raræ:ne calefiăt aceruo. Postea quidă fumo ad serendũ paratas urina madefaciunt. alii in qualo pedibus in ꝓfluẽte deculcăt:donec auferat̃ cutis. Alioquĩ uligo infestat: nec patit̃ nasci. In sulco repastinato palmi altitudĩe uicenæ fere aceruatĩ mẽse martio. Eædẽ & propagine serunt̃. Triumphalisq; talea tantũ. Myrti genera õnia ĩ căpăia baccis serunt̃: romæ ꝓpagine tarẽtina. Democritus & alio modo seri docet grădissis baccarꝫ tusis leuiter ne grana frăgăt̃: eaq; intrita reste circunligari: atq; ita seri: parietẽ fore dẽsitatis: ex quo uirgulæ differant̃. Sic & spinas sepis causa serũt uomice moris spinarꝫ circũlita. Pilas aũt laurus & myrti inopia a trimatu tempestiuũ est trăsferre. Inter ea: quæ semine serũt̃: Mago in nucibus operosus est. Amygdalæ in argilla molli meridiem spectanti seri iubẽtur. Gaudere eas in dura calidaq; terra. In pĩgui & hũida mori ac sterilescere. Serẽdas q̃maxime falcatas & e nouella: fimoq; diluto maceratas p triduũ: aut pridie q̃ serant̃ aqua mulsa. Mucrone defigi aciem lateris. In aquilonẽ spectare: ternas simul serendas: trianguli ratione: palmo inter se distantes: denis diebus adaq̃ri donec grădescăt. Iuglandes nuces porrecte seruntur cõmissuris iacẽtibus. Pineæ nucleis septenis fere in ollas pforatas additis: aut ut laurus quæ bacis seritur. Citrea grano & propagine. Sorba semine & a radice planta & auulsione proueniunt. sed illa in calidis: sorba & in frigidis: & humidis. Natura & plantaria demonstrauit: multarꝫ radicibus pullulăte sobole densa: & pariente matre quas enecet. eius quippe umbra turba indigesta premit̃: ut in lauris: punicis: platanis: cerasis: prunis. Paucorũ in hoc genere rami parcunt soboli: ut ulmorum palmarũq;. Nullis uero tales pulluli ꝓueniunt: nisi quarꝫ radices amore solis atq; hymbris in summa tellure spatiantur. Omnia ea non statim moris est in sua locari: sed prius nutrici dari: atq; in seminariis adolescere: iterũq; migrare. Qui transitus mirꝫ in modum mitigat etiă siluestres: siue arborꝫ quoq; ut hominũ natura nouitatis ac peregrinatiõis auida est: siue discedẽtes uirus reliquũt: măsuescũtq; tractatu ceu fere dũ radici auellit̃ planta. Et aliud genus simile natura præmõstrauit. Auulsiq; arboribus stolones uixere. Quo in genere & cũ parui sũt: auellũtur: partemq; aliquă e matris quoq; corpore auferũt secũ fimbriato corpore. Hoc modo plantant̃ punicæ: coryli: mali: sorbi: mespili: fraxini: fici. In primisq; uites. Cotoneũ ita satũ degenerat. Ex eodẽ inuentu est: surculos abscisos serere. hoc primo sepis causa factũ sambucis: cotoneo: & rubis depactis. Mox & culturæ: ut populis: alnis: salici: quæ uel inuerso surculo serit̃. Iă eæ ibi disponũt̃: ubi libeat esse eas. Quăobrẽ seminarii cură ante cõuenit dici q̃ trăseat̃ in alia genera. Nanq; & huic prĩcipio eligi solũ refert: quoniă nutricẽ indulgentiorem esse: q̃ matrẽ sæpe cõuenit. Sit ergo siccũ succosũq; bipalio subactũ: aduenis hospitale: & q̃ simillimum terræ in quă transferendũ sit. Ante omnia elapidatum munitumq; ad incursũ etiă gallinacei generis. Quamminime rimosũ: ne penetrăs sol exurat fibras. Interuallo sesq̃pedum seri ne se inter se contingant: & noceant. Præter alia uitia etiam uermiosa fiũt. Ideo sarriri cõuenit sæpius: herbasq; auelli. Præterea semina ipsa fruticantia supputare: ac falcẽ pati cõsuescere. Cato & furcis crates imponi iubet altitudine hominis ad solem recipiendũ. atq; integi culmo ad frigora arcenda. Sic pirorꝫ malorꝫq; semina nutriri. sic pineas nuces. sic cupressos semine satas & ipsas. Minimis id granis cõstat: ut uix perspici quædă possint. Nõ omittendũ naturæ miraculũ: ex tă paruo gigni arbores: tanto maiore tritici & hordei grano: ne quis fabă reputet. Quid simile originis suæ habẽt malorꝫ pirorꝫq; semina? His prĩcipiis respuẽte secures materiẽ nasci indomită: ponderibus immensis prela: arboris uelis turribus murisq; impellẽdis arietibus. Hæc est natura eius. hæc potentia. Sup õnia erit e lachryma nasci aliquid: ut suo loco dicemus. Ergo e cupresso fœmina (mas enim ut diximus: nõ gignit) pilulæ collectæ: q̃bus

docui mẽsibus siccãť sole:ruptæq; emittũt semẽ formicis mire expetitũ : ãpliato etiã
miraculo tãtuli animalis cibo absumi natalem tantaꝝ arboꝝ.Seriť mense aprili area
æqta cylindris:aut uolgiolis dẽsũ.terraq; cribris supcerniť pollicis crassitudĩe. Cõtra
ĩmane põdus attollere se nõ ualet.retorqueťq; sub terra.ob hoc parciť uestigiis.Leni-
ter rigatur a solis occasu in trinis diebus:ut æq̃liter bibat donec erũpãt.Differũť post
ãnũ dodrãtali filo.custodita tẽperie:ut uiridi calo ferãtur ac sine aura.Mirũq; dictu
periculũ tãtũ eo die ẽ:si rorauerit quantulũcũq; hymbrẽ:aut si afflauerit.De reliquo
tutæ sũt perpetua securitate.Aquasq; postea odere.Et zizifa grano serũť mẽse aprili.
Tuberes melius inserũť ĩ pruno siluestri & malo cotoneo.Et ĩ calabrya ea est. Spina
siluestris:quæcunq; optime & mixas recipit:utiliter & sorbos.

¶DE Transferendis seminariis:& Vlmis serendis & scrobibus. ¶Ca.xi.

PLantas ex seminario transferre ĩ aliud priusq̃ suo loco ponãť:operosæ præcipi
arbitror:licet translatione folia latiora fieri spondeat. Vlmoꝝ priusq̃ folio uestiãť.
Samara colligenda est circa martias kalen.cũ flauescere incipit:deĩde biduo ĩ umbra
siccata serenda densa in refracto terra super minutatim cribrata crassitudine quæ in
cupressis.Pluuiæ si non adiuuent:riganda. Deferendæ ex areaꝝ uenis post annũ in
ulmaria interuallo pedali in unanquãq; partẽ. Maritas ulmos autumno serere uti-
lius:quia carent semine.Nã eæ e plantis seruntur.In arbustũ quinquennes sub urbe
transferũť:aut(ut qdusdã placet)quæ uicenũ pedũ esse cœperũt.Sulco q nouenarius
dicitur:altitudine pedũ trium:pari altitudine.& eo amplius circa positas pedes terni
undiq; e solido adaggerantur.Arulas id uocant in cãpania. Interualla ex loci natura
sumuntur.Aridiores serendas in cãpestribus cõuenit.Populos & fraxinos qa festinã-
tius germinant:disponi quoq; maturius cõuenit.Hoc est ab idibus febru.plantis &
ipsas nascentes.In disponendis arboribus arbustisq; ac uineis qncuncialis ordinũ rõ
uulgata & necessaria:nõ perflatu modo utilis:ueꝝ & aspectu grata quocunq; mõ in-
tueare in ordinẽ se porrigente uersu. Populis eadẽ ratio semine qua ulmos serendi:
transferendi quoq; e seminariis eadem & siluis.Ante omnia igitur in similẽ trãsferri
terrã aut meliorẽ oportet.nec e tepidis aut præcocibus in frigidos aut serotinos situs:
ut neq; ex iis ĩ illos.Præfodere scrobes ante(si fieri posset)tanto:donec pingui cespite
obducantur. Mago ante annũ fieri iubet:ut solẽ pluuiasq; cõbibant:aut si conditio
largita non sit:ignes ĩ medios fieri ãte menses duos:nec nisi post hymbres in iis seri.
Altitudinẽ eaꝝ in argilloso aut duro solo triũ cubitoꝝ esse in q̃q; partem. In prunis
palmo amplius.& ubique caminata fossura ore compressiore sint. Nigra uero terra
duo cubita & palmum q̃dratis angulis.Eadẽ mensura græci auctores cõsentiunt:non
altiores qno semipede esse debere:nec latiores duobus pedibus. Nusq̃ uero serqpede
minus altos : quoniã ĩ humido solo ad uicina aquæ perueniat.Cato si locus aquosus
sit inquit : latas pedes ternos.In faucibus imisq; palmũ & pedem:altitudĩe quattuor
pedũ:eas lapide cõsterni:aut si non sit perticis salignis uiridibus.Si neq; eæ sint: sar-
mentis:ita ut in altitudinem semipedem trahantur. Nobis adiiciendum uidetur ex
prædicta arboꝝ natura : ut altius dimittantur eæ:quæ summa tellure gaudent:tanq̃
fraxinus:olea.Hæc & similia quaternos pedes oportet demitti. Cæteris sat est: si
altitudinis pedes ternos effecerint.Excide inquit radicẽ istam Papyrius Cursor impe-
rator ad terrorem prenestinoꝝ prætoris.Destringi securius se teste: innoxium abradi
partes:quæ se nudauerit terra.Aliqui lapides rotũdos subiici malunt:q & cõtineant
humorẽ:& trãsmittant.Nõ item planos facere:& a terreno arcere radicẽ existimãtes.
Glarea substrata inter utranq; sẽtentiã fuerit.Arborem nec minorẽ bima nec maiorẽ
trima transferri quidã præcipiũt. Alii cum annũ impleat.Cato crassiorem quinque
digitis non omisit.Idem si abstineret:meridianam cæli partem signare in cortice : ut
translata iisdem & assuetis statuereť oris:ne aquiloniæ meridianis oppositæ solibus
finderẽtur:& algerẽt meridianæ aquilonibus. Quod e diuerso affectãt etiam qdã in

uite ficoq; ꝑmutantes in cõtrariũ. Densiora. n. folia ita fieri magisq; protegere fructũ & minus amittere. ficũq; sic etiã scansilẽ fieri. Pleriq; id demũ cauẽt: ut plaga deputati cacuminis meridiẽ spectet: ignari fissuris nimii uaporis opponi. Id qdẽ in horã diei quĩtã uel octauã spectare maluerim. Aeq; latet non negligendũ: ne radices mora inarescãt: neue a septẽtriõibus: aut ab ea parte cæli usq; ad exortũ brumalem uento flante effodiãt arbores: aut certe non aduersæ iis uentis radices præbeantur. Propter quod emoriũt ignaris causæ agricolis. Cato omnes uentos & hymbrem quoq; in tota translatione dãnat. & hoc ꝓderit q̃plurimũ terræ in q̃ uixerint radicibus cohærere: ac totas cespite circũligari. Cũ ob id Cato in cordibus transferri iubeat. Proculdubio utilissime qdẽ sũmã terrã cõtentus est subdi. Quidã punicis malis substrato lapide nõ rũpi pomũ in arboribus tradũt. Radices inflexas poni melius. Arborem ita locari: ut media sit totius scrobis necessariũ. Ficus si in sicilia: bulborum hoc genus est: seritur: ocissime ferre traditur pomũ: neq; uermiculationi obnoxium. Quo uitio non carent reliq̃ poma similiter sata. Radicũ eius magnã adhibendã curã ut exemptas appareat: nõ auulsas: quis dubitet: q̃ tatiõe & reliqua cõfessa omittimus. sicuti terram circa radices festucato spissandã. Quod Cato primũ in ea re esse censet. Plagam quoque a trunco oblini fimo & foliis præligari præcipiẽs. ¶DE Interuallis plãtandaꝝ arboꝝ. Et ũbris: & stillicidiis. Et ubi plãtari debeãt. ¶Ca. xii.

HVius loci pars est ad interualla pertinẽs. Quidam punicas: & myrtos: & lauros dẽsiores seri iusserunt. In pedibus tñ nouenis. Malos amplius paulo. uel magis etiã piros. magisq; amygdalas: & ficus. quod optime diiudicabit ramoꝝ amplitudinis rõ: locoꝝq;: & umbræ cuiusq; arboris: quoniã has quoq; obseruari oportet. Breues sunt q̃uis magnaꝝ arboꝝ: q̃ in orbẽ ramos circinent: ut in malis pirisq;. Eædem enormes cerasis: lauris. Iam quædã umbraꝝ proprietas. Iuglãdiũ grauis & noxia: etiam capiti humano: omnibusq; iuxta satis. Negat germina & pinus. Sed uentis utraque resistit: quoniã & ꝓtecta uineaꝝ ratione egent. Stillicidia pinus: quercus: ilicis põderosissiã. Nullũ cupressi. umbra minima: & in se circũuoluta. Ficorũ leuis: q̃uis sparsa. ideoq; inter uineas seri non uetantur. Vlmoꝝ leuis: etiã nutriẽs quæcũq; opacat. Sed attico hæc quoq; uidet e grauissimis. nec dubito si emittãt in ramos. Constrictæ qdẽ ulmi noxiã esse non arbitror. Iucunda & platani q̃q̃ crassa. Licet gramini credere non soli: haud alia lætius operiente toros. Populo nulla ludentibus foliis. Pinguis alno: sed pascens sata. Vitis sibi sufficit mobili folio: iactatuq; crebro solẽ ũbra tẽperãs. Eodẽ graui protegens in hymbre. Omniũ fere leuis umbra: quoꝝ pediculi longi. Non fastidienda hæc quoq; scientia: atq; non in ultimis ponenda. qñ quibusq; satis ũbra: aut nutrix aut nouerca est. Iuglandiũ qdẽ pinoꝝq; & piceaꝝ & abietis q̃cũq; attigere: nõ dubie uenenũ est. Stillicidii breuis diffinitio ẽ. Omniũ: quæ ꝓiectu frõdis ita diffũdunt: ut p ipsas non defluat hymbres: stilla sæua est. Ergo plurimum intererit hac in quæstione terra in q̃ seremus: in q̃tũ arbores q̃sq; alat. Iã p se colles minora quærunt ĩterualla. Ventosis locis crebriores seri cõducit. Olea tñ maxĩo interuallo: de qua Catonis italica sententia est. In. xxv. pedibus minimũ: plurimũ. xxx. seri. Sed hoc uariat locoꝝ natura. Non alia maior in betica arbor. In africa uero fides penes auctores erit. Maliarias uocari multas narrat a põdere olei: quod ferãt ãnuo prouentu. Ideo. lxxv. pedes Mago interuallo dedit undiq; etiã in macro solo ac duro atq; uentoso. Cũ minimũ. xlv. Betica qdem uberrimas messes inter oleas metit. Illam inscitiam pudendã esse cõueniet: & adultas inter sese luctari iusto plus. & in senectã præcipitare: aut plerunq; ipsis: qui posuere coarguentibus imperitiã suã totas excidere. Nihil est fœdius agricolis: q̃ gestæ rei pœnitentia. multo iam ut præstet laxitate delinquere.

¶Quæ Arbores tarde crescãt: & quæ celeriter: & de sabina. ¶Ca. xiii.

QVædã aut natura tarde crescũt. & in primis semine tãtũ nascẽtia: & longo æuo durãtia. At quæ cito occidũt: uelocia sũt: ut ficus: punica: prunus: malus: pirus:

myrtus:ſalix:& tamē ātecedūt diuitiis. In trimatu.n.fere incipiūt oſtēdentes & ante. Ex iis lētiſſia pirus. Ociſſima ōiū cypirus & pſeudocapirius frutex. ꝓtinus.n.floret: ſemēq; profert. Omnia uero celerius adoleſcūt ſtolonibus ablatis:unamq; in ſtirpem redactis alimētis. Eadē nata & ꝓpagines docuit. Rubi nāq; curuati gracilitate & ſimul ꝓceritate nimia defigūt rurſus in terrā capita. Iteꝝq; naſcūt:ex ſeſe repleturi omnia: ni reſiſtat cultura:ꝓrſus ut poſſit uideri homines terræ cauſa geniti. Ita peſſima atq; execranda res ꝓpaginē tamē docuit:atq; radicē acqri uiridem. Eadem autem natura ē hederis. Cato ꝓpagari præter uitem tradit ficū oleam punica maloꝝ genera omnia. Laurum:prunos:myrtus:nuces:auellanas:& preneſtinas: platanū. Propagationum duo genera:ramo ab arbore depreſſo in ſcrobē quattuor pedū quoq;.& poſt bienniū amputato flexu:plantaq; tranſlata poſt trimatū: q̄s ſi longius ferre libeat: in qualis ſtatim aut uaſis fictilibus defodere ꝓpagines aptiſſimū:ut in iis transferant. Alterū genus luxurioſius. radices in ipſa arbore ſollicitando traiectis ꝑ uaſa fictilia uel q̄los ramis terraq; circūpactis:atq; hoc blādimento īpetratis radicibus:inter poma ipſa & cacumina (in ſūma.n. cacumina hoc modo petunt audaci ingenio) arborē aliā longe a tellure faciēdi. Eodē quo ſupra biennii ſpatio abſciſa propagine:& cū q̄lis illis ſata. Sabina herba ꝓpagine ſerit:& auulſiōe. Tradūt fæce uini aut e parietibus latere tuſo mire ali. Iiſdē modis roſmarinū ſerunt:& ramo:quoniā neutri ſemen. Rododendron propagine & ſemine.

DE Satione arborum:& inſitione. Et quomō inuenta ſit tenera inſerendi implaſtratio. Ca. xiiii.

SEmine quoq; inſerere natura docuit raptim auium fame deuorato:ſolidoq; & alui tepore madido cū fœcundo fimi medicamine abiecto in mollibus arborū lecticis: & uentis ſæpe tranſlato in aliquas corticū rimas:unde uidimus ceraſum in ſalice: platanū in lauro:laurū ī ceraſo:& baccas ſimul diſcolores. Tradūt & monedulā cōdentē ſemina in theſauros cauernaꝝ eiuſdē rei præbere cauſas. Hinc nata inoculatio ſutoriæ ſimili fiſtula aperiēdi in arbore oculū cortice exciſo:ſemēq; īcludēdi eadē fiſtula ſublatū ex alia. In ficis aūt & malis hæc fuit inoculatio antiq̄. Virgiliana quærit ſinū in nodo germine expulſi corticis:gemmāq; ex alia arbore īcludit. Et hactenus natura ipſa docuit. Inſitionem aūt caſus magiſter alius:& pene numeroſior: ad hunc modū. Agricola ſedulus caſā ſepis munimento cingens: quo minus putreſcerent ſudes:limē ſubdidit ex hedera. At illæ uinaci morſu apprehenſæ ſuā ex alieno fecere uitam:apparuitq; truncū eſſe pro terra. Aufert ergo ſerra æqualiter ſuperficies: leuigat falce truncus. Ratio poſtea duplex. Et prima inter corticem lignūq; inſerēdi. Timebāt priſci truncū fīdere. Mox inforare auſi medio. Ipſiq; medullæ calamū īprimebāt unū inſerētes. neq;.n. plures capiebat medulla ſubtilior. Poſtea ratio uel ſenos adiecit mortalitati eoꝝ ex numero ſuccurrere perſuaſa per media trūco leniter fiſſo: cuneoq; tenui fiſſuram cuſtodiente: donec cuſpidatim deciſus deſcendat in rimam calamus. Multa in hoc ſeruanda. Primū omniū quæ patiat coitū talē arbor:& cuius arboris calamus. Varie quoq; & nō iiſdem partibus. Subeſt omnibus ſuccus. Vitibus ficiſq; media ſicciora:& e ſumma parte conceptus:ideo illinc ſurculi petuntur. Oleis circa medias ſuccus:inde & ſurculi. Cacumina ſitiunt. Facillime coaleſcunt. Quibus eadem corticis nata: quæq; pariter florentia eiuſdem horæ gignationem ſuccorumq; ſotietatem habent. Lenta.n. res quotiens humidis repugnant ſicca:mollibus corticū duri. Reliqua obſeruatio ne fiſſura in nodo fiat:repudiat quippe aduenā īhoſpitalis duritia:ut in ꝑte nitidiſſīa:ne longior multo tribus digitis:ne obliqua:ne trāſlucens. Virgilius ex cacumine inſeri uetat. Certumq; eſt ab humeris arboꝝ orientem æſtiuū ſpectātibus ſurculos petendos:& e feracibus & e germine nouello:niſi uetuſtæ arbori inſerant. ii enī robuſtiores eſſe debent. Præterea ut prægnantes:hoc eſt germinatione turgentes:& q̄ parere illo ſperauerint āno. Bimi utiq; nec tenuiores digito minimo. inſerunt aūt & inuerſi cū id agit:ut minor altitudo in latitudinem ſe fūdat. Ante ōia

gemmātes nitere cōueniet:nihil usq̄ ulcerosū esse aut retorridū. Spei fauet medulla calami cōmissuræ:si in matre ligni corticisq; iungat͛.Id.n.satius q̄ foris cortici æq̄ri. Calami exacutio medullam ne nudet. Tenui tn̄ fistula detegat: ut fastigatio leui de/scendat cuneo tribus nō āplior digitis.Quod facillime cōtingit tinctū:aq̄ radētibus ne excuciat͛ in uento:ne cortex a ligno decidat alterutri.Calamus ad corticē usq; suū deprimat͛.Ne laxet͛ dū deprimit͛:neue cortex replicet͛ in rugas.ideo lachrymātes cala/mos inseri nō oportet. Non hercule magis q̄ aridos:qa illo mō labat humore nimio cortex. Hoc uitali defectu nō humescit neq; cōcorporat. Id etiā religionis seruāt:ut luna crescente calamus utraq; deprimat͛ manu.Et alioquī in hoc ope duæ simul ma/nus minus nitūt͛ necessario tēperamento.Validius.n.demissi tardius ferunt:fortius durāt.Cōtrariū ex diuerso:ne hiscat nimiū rima:laxæq; capiat:aut ne paꝝ exprimat: aut cōpressū necet.Hoc maxīe præcauēdū:ut prævalidæ accipiētis trūco ī media fis/sura reliq̄t͛.Quidā uestigio fissuræ falce in trūcis facto salice præligāt marginē ipsū. postea cuneos figūt cōtinente uículo libertatē dehiscendi. Quædā in plātario insita eodē die trāsferūt͛.Si crassior trūcus inserat͛:inter corticē & lignū inseri melius cuneo optime osseo:ne cortice rūpatur laxato.Cerasi libro dempto findūt͛.Hæ solæ & post brumā inserūtur:dempto libro habent ueluti lanuginē:quæ si cōprehendit insitum: putrefacit. Incolumi cuneo adactū utilissime astringit͛.Inserere aptissimū q̄ ꝓximū terræ patiat͛ nodoꝝ trūciq; ratio.Eminere calami sex digitoꝝ longitudine nō āplius debēt.Cato argyllæ uel cretæ harenā fimūq; bubulū admisceri:atq; ita usq; ad lento/rem subigi iubet.idq; interponi & circūlini.Ex iis quæ cōmentatus est:facile apparet illa ætate inter lignū & corticē:nec alio mō inserere solitos:aut ultra latitudinē duū digitoꝝ calamos dimittere.Inseri aūt præcepit pira ac mala p uer:& post solstitiū die/bus.L.post uidemiā.Oleas aūt & ficos p uer tātū luna sitiente:hoc est sicca.Præterea post meridiē:ac sine uento austro.Mirū q̄ nō cōtentus insitū munisse:ut dictū est:& cespite ab hymbre frigoribusq; ꝓtexisse ac mollibus bifidorū uiminū fascibus:ligua bubula(herbæ id genus est)insup obtegi iubet:eāq; illigari opertā stramētis. Nūc aūt abūde arbitret͛ paleato luto libro farcire duos digitos insito extante. Verno inserētes tēpus urget:incitantibus se gēmis:præter q̄ in olea:cuius diutissime oculi parturiūt: minimumq; succi habēt sub cortice:q nimius insitis nocet. Punica uero & ficū:q̄q̄ alias sicca sint:recrastinare minime utile. Pirū uel florentē inserere licet:& in maiū quoq; mensē ꝓtendere insitionē.Quod si longius afferat͛ pomoꝝ calami rapo īfixos optime custodire succū arbitrant͛:seruariq; inter duos hymbrices iuxta riuos uel pi/scinas utrinq; terra obstructos.

DE Vite inserenda. Ca.xv.

Vitiū uero in scrobibus siccis stramento opertos ac deīde terra obrutos:ut cacu/mine existāt.Cato uitē tribus modis inserit. Præfectam findi iubet p medullā. In eā surculos exacutos:ut dictū est:addi.medullas iūgi.Altero ri sese uites cōtigāt: utriusq; in obliquū latere cōtrario adraso iūctis medullis colligari.Tertiū genus est: terebrare uitem in obliquū ad medullā:calamosq; addere lōgos pedes binos:atq; ita ligatū insitū intritaq; illitum operire terra calamis subrectis.Nostra ætas correxit:ut gallica uteret͛ terebra:quæ excauat nec urit:quoniā adustio omnis hebetat.atq; ut gē/mascere incipiens ligetur calamus. Nec plus q̄ binis ab insito emineat oculis ulmeo uimine alligatus:binaq; circundaretur acie a duabus partibus:ut inde potius distillet humor:q maxime uites infestat.Deīde cū eualuissent flagella pedes binos:uinculum insiti incideret͛ ubertati crassitudine permissa. Vitibus inserendis tempus dedere ab æqnoctio autumno ad germinationis initia.Satiuæ plantæ siluestriū radicibus inse/rūt͛ natura siccioribus.Si.n.satiuæ siluestribus inserantur: degenerant in feritatem. reliq̄ cælo constāt.Aptissima insitis siccitas.Huius.n.remedium appositis fictilibus uasis modicus humor per cinerem distillat.Inoculatio rores amat leues.

DE Emplastratione. Capitulum sextumdecimum.

EMplastri ratio & ipsa ex ĩoculatiõe nata uideri potest. Crasso aũt maxĩe cortici cõuenit sicut est ficis. Ergo ãputatis õibus ramis ne succũ auocet: nitidissima in parte qq; præcipua cernatur hylaritas: exempta scutula ita ne descendat ultra ferrum cortici imprimitur. ex alia cortex par cum sui germinis mãma: sic cõpage densata ut cicatrici locus non sit. & statim unitas fiat: non humorem non afflatum recipiens. nihilominus tñ & luto munire & uinculo melius. Hoc genus nõ pridẽ reptũ uolunt: q nouis moribus fauẽt. Sed id etiã apud ueteres græcos inuenitur: et apud Catonem: q oleã ficũq; sic inseri iussit mensura etiã præfinita secũdũ reliquã diligentiã suam. cortices scalpro excidi quattuor digitoꝝ longitudĩe: & triũ latitudĩe: atq; ita coagmẽtari & illa sua intrita oblini. Eadẽ ratione & in malo. Quidam huic generi miscuere fissurã in uitibus exempta cortice tessella surculo a latere plano adigendo. Tot mõis insitã arborẽ. Vidimus iuxta tyburtes tiliã õni genere pomoꝝ onustã alio ramo nucibus: alio baccis: aliũde uite: ficis: piris: punicis: malorumq; generibus. Sed huic fuit breuis uita. Nec tñ omnẽ experimẽtis assequi naturã possumus. Quædã. n. nasci nisi sponte nullo modo queunt. Eaq; immitibus & desertis tantũ locis proueniũt. Capacissima insitoꝝ omniũ dicit᷑ platanus: postea robur: ueꝝ utraq; sapores corrumpunt. Quædã õni genere inserunt᷑: ut ficus & punicæ. Vitis nõ recipit emplastra: nec qbus tenuis ac caducus rimosusq; cortex. Neq; inoculationem siccæ aut humoris exigui. Fertilissima omniũ inoculatio: postea emplastratio. Sed utraq; infirmissima. Et quæ cortice nitunt᷑ tãtũ: uel leui aura ocissĩe deplantant᷑. Inserere firmissimũ & fœcũdius q̃ serere.

Exemplũ huius rei. Capitulũ septimũdecimũ.

NOn est omittẽda raritas unius exempli. Corellius eques romanus Aceste gẽitus inseruit castaneã suomet ipsã surculo in neapolitano agro. Sic facta ẽ castanea quæ ab ipso nomẽ accepit inter laudatas. Postea hæres eiusdẽ libertus: corellianã iteꝝ inseuit. Hæc est inter eas differentia illa copiosior. Hæc corelliana melior. Reliq̃ gñ̃a casus ingenio suo excogitauit: ac defractos serere ramos docuit: cũ pali defixi radices cepissẽt. Multa sic serũt᷑. In primisq; ficus: omnibus quidẽ aliis modis nascens: præterq̃ talea. Optime qdẽ si uastiore ramo pali modo exacuto adigat᷑ alte exiguo super terrã relicto capite: eoq; ipso harena coopto. Ramo serũt᷑ & punica palis laxato prius meatu: itẽ myrtus. Oĩũ hoꝝ lõgitudine triũ pedũ: crassitudine minus brachiali. Cortice diligenter seruato: trũco exacuto. Myrtus & taleis serit᷑. Morus talea tãtũ: quoniã in ulmo eã inseri: religio fulgurũ ꝓhibet. Quapropter de taleaꝝ satu nũc dicẽdũ est. Seruandũ in eo ante õnia: ut taleæ ex feracibus fiant arboribus: ne curuæ: neue scabræ aut bifurcæ: ne tenuiores q̃ ut manũ ĩpleat: ne minores pedalibus: ut illibato cortice. atq; ut sectura ĩferior ponatur sẽp: & quod erit ab radice. accumuleturq; germinatio terra: donec robur planta capiat.

DE Cultura taleaꝝ. Et qbus temporibus insitio fiat. Ca. xviii.

HVæ custodiẽda ĩ taleaꝝ cultu Cato iudicauerit: ipsius uerbis optĩe præcipiẽus. Taleas oleaginas: qs ĩ scrobe saturus eris: tripedaneas facito. Diligenterq; tractato: ne liber laboret: cũ dolabis aut secabis. Quas in seminario saturus eris: pedales facito. Eas sic inserito. locus bipalio subactus sit beneq; glutitus. Cũ taleã demittis: pede taleã opprimito. Si parũ descendat: malleo aut mateola adiicito: cauetoq; ne librũ scĩdas. Cũ adiicis: palo prius locũ ne feceris quo taleã demittas. Ita melius uiuet talea. Et ubi trimæ sũt: tum deniq; curæ sint: ubi liber se uertet. Si in scrobibus aut in sulcis feras: ternas taleas ponito. Eas diuaricato sup terram: nec plus q̃ttuor digitis. Transuerso semine uel oculis serito. Diligenter eximere oleam oportet: & radices q̃ plurimas cum terra ferre. Vbi radices bene operueris: calcare bene: ne quid noceat. Si quis quærat quod tempus oleæ serendæ sit: agro sicco per sementem: agro læto per uer. Oliuetum diebus. xv. ante æquinoctium uernum incipito putare. Ex eo die dies. xl. recte putabis. Id hoc modo putato. Qua locus recte ferax erit: quæ arida erunt: &

si qd uetus interfregerit in ea ōnia eximito. Qua locus ferax nō erit: id plus cōcidito: aratoq; bene: enodatoq;. Stirpes leues facito. circū oleas autūno ablaqueato: & stercus adiicito. Qui oliuetū sæpissime & altissime miscebit: is tenuissimas radices exarabit. Radices si sursū abibūt: crassiores fiēt: & eo in radices uires oleæ abibūt. Quæ genera olearū uel in quo genere terræ uiuere & seri debeāt: spectariq; olīueta: dixius ī ratione olei. Mago in colle & siccis & argilla & inter autumnū & brumā seri iussit. In crasso aut humido aut subriguo a messe ad brumā. Quod præcepisse eū africæ ītelligitur. Italia quidē nūc uere maxime serit. Sed & autumno si libeat. Post æquinoctium. xl. diebus ad uergiliarū occasū. xiiii. soli dies sūt: qbus seri noceat. Africæ peculiare qdē in oleastro est inserere. Quadā æternitate consenescūt ꝓxime adoptiōe uirga emissa: atq; ita alia arbore ex eadem iuuenescente. Iterūq; & quotiens opus sit: ut eius eadem oliueta cōstent. Inserit͛ aūt oleaster calamo & inoculatione. Olea ubi quercus effossa sit: male ponit͛: quoniā uermes: q raucæ uocāt͛: in radice quercus nascūt͛: & transeūt. Nō inhumare taleas aut siccare: priusq̄ serant͛: utilius cōptū. Vetus oliuetū ab æquinoctio uerno intra uergiliaꝝ exortū interradi alternis annis melius inuentum. Item muscū circūdare radici. Circūfodi aūt ōnibus annis a solstitio duū cubitorum scrobe pedali altitudine. Stercorari tertio āno. Mago idem amygdalas ab occasu arcturi ad brumā seri iubet. Pira nō eodē tēpore ōnia quoniā neq; floreāt. Eadem oblonga aut rotūda ab occasu uergiliarū ad brumā. Reliq̄ genera media hyeme ab occasu sagittæ subsolanū aut septentriones spectātia. Laurum ab occasu aqlæ ad occasum sagittæ. Confessa. n. de tempore serendi quæ ratio est uere & autumno. Id ex magna pte fieri decreuere. Est & alia hora circa canis ortus paucioribus nota: quoniam non omnibus locis utilis pariter intelligitur. Sed haud omittenda nobis nō tractus alicuius rōnem: uerum naturæ potius indagantibus. In cirenayca regione sub etesiarū flatu cōserūt. Nec nō & in græcia oleā: maxīe in laconia. Co insula & uites tunc serit. Cæteri apud græcos inoculare & inserere nō dubitāt. Sed arborē nō serūt. Plurimūq; in eo locorū natura pollet. Nanq; in ægypto omni serūt mēse. & ubicūq; hymbres æstiui non sūt: ut in india & æthiopia. necessario post hæc autūno serūtur arbores. Ergo tria tēpora eadem germinationis uer & canis arcturiq; ortus. Neq; enī animaliū tantum est ad coitū auiditas: sed multo maior est terræ ac satorum omniū libido. Qua tēpestiue uti plurimū interest conceptus. Peculiare utiq; in insitis: cū sit mutua cupiditas utrinq; coeundi. Qui uer probāt: ab æqnoctio stati admittūt: prædicātes germina parturire: ideo faciles corticū esse amplexus. Qui præferūt autūnū: ab arcturi exortu: quoniam statim radicem quandā capiant: & ad uer parata ueniant: atq; nō protinus germinatio auferat uires. Quædā tamē statutum tempus āni habent ubiq;: ut cerasi & amygdalæ circa brumā serēdi uel īserēdi. De pluribus locoꝝ situs optime iudicabit. Frigida & aquosa uerno conseri oportet. Sicca & calida autumno. Communis quidem italiæ ratio tempora ad hūc modū distribuit. Mora ab idibus februariis in æquinoctium. Pira in autumnū: ita ut brumā. xv. ne minus diebus antecedāt. Malis æstiuis & cotoneis: item sorbis prunis post mediam hyemen in idus februarias. Siliquæ græcæ & persici ante brumā per autumnū. Nucibus iuglandi & pineæ & auellanæ græcæ atq; castaneæ a kalen. martiis ad idus easdē. Salici & genistæ circa martias kalen. Hanc in siccis semine: illā in humidis uirga seri diximus.

¶Quæ arbores societate gaudeant. Et de disciplīa ablaqueādi: & aculeādi. ¶Ca. xix.

Est etiā nūc noua inserendi rō: ne quid sciēs quidē prætereā: quod usq̄ īuenerī a Columella excogitata: ut affirmat ipse. qua uel diuersæ insotiabilesq; naturæ arborum copulentur: ut fici: atq; oleæ. Iuxta hāc seri ficū iubet: nō āpliore interuallo q̄ ut contingi large possit: ramo oleæ q̄ maxime sequaci: atq; obedituro. Eumq; omni īterim tempore edomari meditatione curuādi. postea fico adepta uires: quod euenire trimæ: atq; utiq; quinquenni solet: detruncata superficie ipsaq; deputata: ut dictū

est adraso cacumine defigi ĩ cruce fici custoditũ uĩculis: ne curuata fugiat. Ita quodã propaginũ insitorũq; temperamento triennio cõmuni inter duas matres coalescere. quarto anno abscisũ totũ adoptãtis esse: nodũ uulgata ratione haud mihi certe satis cõperta. Cæterũ eadẽ illa de calidis frigidisq; & humidis & siccis supradicta ratio: & scrobes fodere mõstrauit. In aquosis .n. neq; altos neq; amplos facere cõuenit. Altos æstiuoso solo & sicco: ut q̃maxĩe accipiant aquã: contineantq;. Hæc & apud ueteres arbores colendi ratio est. Feruentibus enĩ locis accumulãt æstate radices. operiuntq;: ne solis ardor adurat. Alibi ablaqueant: perflatusq; admittũt. Iidẽ hyeme cumulis a gelu uindicant. Contra illi hyeme aperiunt. humoremq; sitientibus quærũt. Vbicunq; circũfodiendi arbores ratio in circuitu pedes in orbẽ ternos: neq; id in pratis: quãdo amore solis humorisq; in summa tellure oberrant. Et de arboribus hæc quidẽ fructus gratia serendis inserendisq; in uniuersũ sint dicta.

¶DE Salicto & harũdineto: & cæteris cæduis ad perticas: palos. ¶Ca. xx.

HInc restat earum ratio: quæ propter alias serũtur: uineas maxime: cæduo ligno: Principatũ in iis optinent salices: quarũ satio fit loco madido tamen refosso duos pedes & semipedẽ. talea sesquipedali: uel pertica: quæ utilior quo plenior. Interuallo esse debent pedes senos trimæ. pedibus binis a terra putatione coercentur: ut sic se in latitudinem fundant: ac sine scalis tõdeant. Salix. n. fœcundior est quo terræ ꝓpior. has quoq; omnibus annis confodi iubent mense aprili. Hæc est uiminalium cultura. Perticalis & uirga & talea seritur fossura eadem. Perticas ex ea iustũ est cædi quarto fere anno. Et hæ autẽ senescentiũ propagine sarciũt locũ. pertica ĩmersa ac post ãnũ recisa. Salicis uiminalis iugera sĩgula sufficiũt. xxv. uineæ iugeribus. Eiusdẽ rei causa populus alba seritur bipedaneo pastinatu: talea sesq̃pedali biduo siccata palmipede interuallo: terra superiniecta duorũ cubitorũ crassitudine. Harundo etiamnũ dulciore q̃ hæc solo gaudet. Seritur bulbo radicis: quem alii oculum appellãt dodrãtali scrobe: ĩteruallo duũ pedũ & semipedis. reficiturq; ex sese uetere harũdineto extirpato: quod utilius reptũ q̃ castrare sicut antea. Nanq; inter se radices serpunt. mutuoq; discursu necant̃. Tempus inserendi priusq̃ oculi arũdinũ intumescãt: ante kalendas martias. Crescit ad brumã usq;: desinitq; cum durescere incipit. Hoc signum quod tẽpestiuã habet cæsurã. Et hanc autem quotiens & uineã fodiẽdũ putant. Seritur & transuersa nõ alte terra condita. Erũpuntq; singulis oculis totidem plantæ. Serit̃ & deplantata pedali sulco binis obrutis gemmis: ut tertius nodus terram attĩgat prono cacumine: ne rores concipiat. Cæditur decrescente luna. Vineis anno siccata utilior q̃ uiridis. Castanea pedamentis omnibus præfertur facilitate tractatus: perdurandi peruicacia: regerminatione cædua uel salice lætior. Quærit solũ facile: necnõ harenosũ: maxĩeq; sabulũ humidũ aut carbũculũ: uel tofi etiã farinã quãlibet opaco septentrionalique & præfrigido situ: uel etiã decliui. Recusat eadem galliã rubricã cretã: omnemq; terræ fœcunditatem: seri nuce diximus: sed nisi ex maximis non prouenit. nec nisi quinis aceruatĩ satis. Perfrigi solum debet supra ex nouembri mẽse in februariũ: quo solutæ sponte cadũt ex arbore: atq; subnascũt̃. Interualla sint pedalia ũdiq; sulco dodrãtali. Ex hoc seminario trãsferũt̃ in aliud bipedali interuallo plus biennio. Sũt & ꝓpagĩes nulli quidẽ faciliores. Nudata enim radice: tota in sulco prosternit̃. Tũc ex cacumine super terrã relicto renascitur & alia ab radice. Sed translata nescit hospitari. pauetq; nouitatem. Biennio fere postea prosilit. Ideo nucibus potiusquã radice plantaria cædua implent̃. Cultura non alia q̃ supradictis fodiendis supputandisq; per biennium sequens. De cætero ipsa se colit umbra stolones superuacuos enecãte. Cæditur intra septimum ãnum. Sufficiunt pedamẽta iugeri unius uicenis uinearum iugeribus: qñ etiã ea bifida stirpe fiunt. Durantq; ultra alterã siluæ suæ cæsurã. Aesculus similiter prouenit cæsura: triennio senior. minus morosa nasci. In quacunq; terra serit̃: nascit̃ e balano sed nõ nisi æsculi: scrobe dodrantali: interuallis duorum pedũ serit̃ leuiter

quater anno. Hoc pedamentũ minime putrescit. Læsũq; maxĩe fruticat. Præter hæc sũt cædua quæ diximus: fraxinus: laurus: persica: corylus: malus: sed tardius nascunt. terramq; defixa uix tolerãt: non modo humorẽ. Sambucus cõtra firmissima ad palũ. taleis serit ut populus. Nã de cupresso satis diximus. Et prædictis uelut armamentis uineaꝝ.

DE Culturis & disciplina excolendaꝝ uinearũ. Ca: xxi.

REstat ipsarum natura præcipua tradenda cura. Vitium surculis & quarundam arboꝝ: quibus fungosior intus natura est: geniculatis ramoꝝ nodis intersepiũt medullã. Ferulæ ipsæ breues: & ad summa breuiores articulis utiq; duobus ĩternodia includũt. Medulla siue illa uitalis anima est ante se tendit longitudinẽ impellẽs q̃diu nodi peruia patet fistula. Cum uero concreti ademere transitum: repercussa erumpit ab ima sui parte: iuxta priorem nodũ alternis laterum semper inguinibus: ut dictum est in arundine ac ferula: quoꝝ dextrũ ab imo intelligit articulo: leuũ in ꝓximo: atq; ita per uices. Hæc uocat in uite gemma: cũ ibi cespitẽ facit. Ante uero q̃ faciat in cõcauo oculos: & in cacumine ipso germen: Sic palmites nepotes uuæ folia pampini gignunt. Mirumq; firmiora esse in dextra parte genita. Hos ergo: in surculis nodos cũ seruntur: medios secare oportet: ita ne profluat medulla: & in fico qdẽ dodrãtales paxilli solo patefacto seruntur: sic ut descendant: quæ proxima arbori fuerint. Duo oculi extra terrã emineãt. Oculi aũt in arboꝝ surculis proprie uocant: ũde germinãt. Hac de causa & in plantariis aliquando eodem anno ferũt quos fuere laturi fructus in arbore: cum tempestiue sati prægnantes inchoatos conceptus aliubi pariũt. Ita satas ficos tertio anno transferre facile. Hoc pro senescendi celeritate attributum huic arbori: ut citissime proueniat. Vitium numerosior satus. Primum omniũ nihil serit ex iis nisi inutile & deputatum in sarmento. Opputatur autem quicquid proximo tulit fructũ. Solebat capitulatus utrinq; e duro surculus seri: eoq; argumẽto malleolus etiam uocat nunc. Postea auelli cum sua calce cœptus est: ut in fico: neq; aliud est uiuacius. Tertiũ genus adiectũ etiã nũ expeditius sine calce: quod sagittæ uocãt: cũ intorti pangũtur. Id enim cum decisi nec intorti trigemmes. Plures aũt ex eodem surculo hoc modo fiunt. Serere e pampinariis sagittas sterile est non nisi fœcundas oportet. Quæ raros habent nodos: infœcundæ iudicantur. At densitas gemmarum fertilitatis indiciũ est. Quidã seri uetant nisi eos qui floruerint surculos. Sagittas serere minus utile: quoniã in trãsferẽdo facile rumpitur quod ĩtortũ fuit. ferũt pedali non breuiores longitudine quinq; sexue nodoꝝ. Pauciores tribus gemmis ĩ hac mẽsura esse nõ poterũt. Inseri eodẽ die quo putant: utilissimũ. Si multo postea necesse sit serere custoditos uti præcipimus oportet caueri utiq; ne extra terram positi sole inarescant: uentoue aut frigore hebetentur. Quid diutius in sicco fuerint prius q̃ serantur: in aqua pluribus diebus reuiuiscant. Solum apricum: & q̃ amplissimum in seminario siue in uinea bidente pastinari debet ternos pedes bipalio altæ ĩ area reiici quaternoꝝ pedũ fermento. ita ut in pedes binos fossa procedat. fossatum purgari & extendi ne crudum relinquatur. Verum & exigi mensura. Male pastinatum deprehẽdunt scãna inæqualia. Metienda est & ea pars quæ interiacet puluinis. Surculi ferũt & in scrobe: & in sulco longiore: super quos tenerrima ingeritur terra. Sed in gracili solo frustra: nisi substrato pinguiore. Nec minus q̃ duos integi oportet: & proximam attingi terram: & eodem paxillo deprimi & spissari. Interesse in plantario sesqpedes inter bina semina in latitudinem: in lõgitudinem semisses. Ita satos malleolos. xxiiii. mense recidere ad imum articulum: nisi ipsi parcatur. Oculorum inde materia emicat cum aqua. xxxvi. mẽse uiuæ radix transfertur. Est & luxuriosa ratio uites serendi: ut quattuor malleoli uehemẽti uinculo colligẽt in parte luxuriosa: atq; ita uel ꝑ ossa bubuli cruris uel ꝑ colla fictilia traiecti obruantur: binis eminentibus gemmis. Humescunt hoc modo recisiq; palmitẽ emittũt. Postea fistula fracta radix libere capit uires. uuãq; fert; & omniũ corporum suorum acinos in alio genere inuentu nouicio

loco:q nunc signa Veneris cluacinæ hēt. Cluere enī ātiq pugnare dicebant. Et in ea quoq; arbore suffimenti genus hēt. Ideo tñ electa:quoniam cōiūctioni et huic arbori præest Venus. Haud scio an primæua etiā ōniū ī locis publicis romæ sata sit:fatidico qdē et mēorabili augurio. Iuter ātiqssīa nāq; delubra hēt Quirini hoc ē ipsius Romuli.ī eo sacræ myrti fuere duæ añ ædē ipsā p longū tēpus. Altera pricia appellata:altera plebeia. Pricia multis ānis præualuit. Flaccescēte plebeia exuberās ac læta:q̄diu senatus quoq; floruit: illa uigens. Plebeia torrida ac sq̄lida. Quæ postq̄ eualuit flaccescēte pricia marsico bello:lāguida auctoritas patꝝ facta ē:ac paulatī ī sterilitatē emarcuit maiestas. Quī & ara uetus fuit Vēeri myrteæ:quā nūc myrtiā uocāt. Cato tria gña myrti ꝓdidit. Cādidā nigrā:cōiugalē:fortassis a cōiugis ex illo cluacīæ gñe. Nūc & alia distīctio satiuæ aut siluestris:& ī utraq; latifoliæ. In siluestri ꝓpria oxymyrsine. Satiuaꝝ gña topiarii faciūt. Tarētiā folio minuto:nr̄atē patulo:exoticā dēsissīo:senis folioꝝ uersibus. hæc nō ē ī usu. ramosa utraq; alia. Cōiugalē existīo nūc nr̄atē dici. Myrtus odoratissīa ē ī ægypto. Cato docuit uinū fieri e nigra:siccata usq; ī ariditatē ī umbra:atq; ita mulso īdita. Si nō siccēt baccæ oleū gigni. Postea cōptū & ex alba uinū fieri albū:duobus sextariis myrti tusæ ī uini tribus heminis maceratæ:expressæq;. Folia & p se siccant ī farina ad ulceꝝ remedia ī corpore humano leniter mordaci pulue re:ac refrigerādis sudoribus. Quinīmo oleo quoq; miꝝ dictu inest qdam uini sapor: simulq; pīguis liquor præcipua ui ad corrigenda uina:faccis añ pfusis. Retinet qppe fæcē:nec præter puꝝ liquorē trāsire patit. datq; se comitē præcipua cōmēdatiōe liq to. Virgæ quoq; eius gestatæ mō uiatori ꝓsūt in lōgo itinere pediti. Quin & uirgæ ānuli exptes ferri īguinū tumori medēt. Bellicis quoq; se rebus inseruit: triūphansq; de sabinis Postumius libertus ī cōsulatu: q prius ōniū ouās īgressus urbē ē : quoniā rē leuiter sīe cruore gesserat:myrto Veneris uictricis coronatus īcessit . optabilēq; arborē etiā hostibus fecit. Hæc postea ouantiū fuit corona:excepto. M. Crasso q de fugitiuis & spartaco laurea coronatus īcessit. Massurius auctor ē:curru quoq; triūphātes myrtea corona usos. L. Piso tradit Papyriū Masonē:q prius ī mōte albano triūphauit de corsis myrto coronatū ludos cyrcēses spectare solitū. Auus maternus africani sequētis hic fuit. M. Valerius duabus coronis utebat laurea & myrtea: q & hoc uouerat.

¶DE Lauro gña.xiii. ¶Cap.xxx.

LAurus triūphis proprie dicat uel gratissīa domibus:ianitrix Cæsaꝝ pōtificūq;. Quæ sola & domos exornat : & ante limina excubat. Duo eius genrea tradit Cato : delphicam & cypriam . Pompeius leneus adiecit : quam mustacem appellauit : quoniam mustaceiis subiiceretur . Hanc esse folio maximo flaccidoque & albicante. Delphicam æq̄li colore uiridiorem : maximis baccis : atque e uiridi rubētibus. Hac uictores delphis coronari & triūphātes romæ. Cypriā esse folio breui nigro p margines ībricato crispā. Et postea accessere gña cuius hāc siluestrē laurū aliq ītelligūt: nōnulli sui gn̄is arborē. Differt color.ē.n.cærulea bacca. Accessit & regia:quæ cœpit augusta appellari āplissīa & arbore & folio:baccis gustatu quoq; non aspo. Aliq negāt eādē esse:& suū genus regiæ faciūt lōgioribus foliis latioribusque. Iidē ī alio gñe bacaliā appellāt hāc quæ uulgatissīa ē:baccaꝝq; fertilissīa. Sterilē uero eaꝝ(quod maxīe miror)triūphalē.eaq; dicūt triūphātes uti:nisi id a diuo Augusto cœperit:ut docebīus:ex ea lauru quæ ei missa e cælo minima ē altitudīe : folio crispo ac breui:quæ īuenit rara. Accedit ī topiario opere taxa excrescente ī medio folio:paruulo ueluti lacinia folii:& sīe ea spadonia mira opacitatis patiētia. Itaque q̄ta libeat sub ūbra solū īplet. Est & chamedaphne siluestris frutex:& alexandrina:quā aliqui idæā:alii hippoglotthiō:alii daphnē:alii carpophyllō:alii hypelatē uocāt. Rāos spgit a radice dodrātales topiarii:ac coronarii opis:folio acutiore q̄ myrti: molliore et candidiore. Maiore sēīe īter folia rubro. Pluria ī ida et circa heracleam ponti:nec nisi in mōtosis. Id quoq; quod danaides uocat genus ī nominū ābitu est. Alii enī pelasgū

L

alii euptalō:alii cephalō Alexādri uocāt. Et hic frutex ē ramosus:crassiore ac molliore q̄ laurus folio. ex cuius gustatu accēdat' os : thuris baccis e nigro ruffis. Notatū ātiqs nullū genus lauri in corsica fuisse. quod nūc satū & ibi ꝓuenit. Ipsa pacifera: ut quā prætēdi etiā īter armatos hostes: qetis sit īdiciū. Romanis præcipue lætiticiæ uictoriarūq; nūcia. Addit' līis:& militū lāceis: pilisq;. fasces īpatoꝝ decorat. Ex iis in gremio Iouis optimi maximi deponit': quotiens lætitiā uictoria nouā attulit. Idq; nō qa ꝑpetuo uiret: nec qa pacifera ē: præferenda utiq; myrto & oleæ ē : sed qa spectatissima ī mōte parnaso. Ideoq; etiā grata Apollini: assuetis eo dona mittere iā & regibus romanis: teste. L. Bruto. Fortassis etiā ī argumētū: quoniā ibi libertatē publicā is meruisset : lauriferā tellurē illā osculatus ex respōso. Et qa manu sataꝝ receptaꝝq; ī domos fulmine sola nō icit'. Ob has cās eqdē crediderī honorē eis hītū in triūphis potius: q̄ qa suffimētū sit cædis hostiū & purgatio: ut tradit Massurius. Adeoq; ī ꝓfanis usibus pollui laurū & oleā fas non ē: ut ne ꝓpitiādis qdē numinibus accēdi ex iis altaria aræue debeāt. Laurus qdē manifesto abdicat ignes crepitu:& q̄dā detestatione: interaneoꝝ etiā uitia & neruoꝝ ligno torquente. Tiberiū pricipē tonante cælo coronari ea solitū ferūt cōtra fulminū metus. Sed & circa diuū Augustum euenta eius digna memoratu. Nāq; Liuiæ Drusillæ: quæ postea Augusta mr̄imonii nomē accepit: cum pacta esset illi Cæsari: gallinā conspicui cādoris sedenti aqla ex alto abiecit in gremiū illæsā. Intrepideq; mirāti accessit miraculū: quoniā tenētē rostro laureū ramū honustū suis baccis. Cōseruari alitē & sobolē iussere aruspices: ramūq; eū seri ac rite custodiri. Quodq; factū ē ī uilla Cæsaꝝ fluuio Tiberii īposita: iuxta nonū lapidē flaminia uia : quæ ob id uocat' ad gallinas . mireq; silua ꝓuenit. Ex ea triūphās postea Cæsar lauꝝ ī manu tenuit: coronāq; ī capite gessit. Ac deīde īpatores Cæsares cūcti. Traditusq; mos ē ramos quos tenuerunt: serēdi. Et durāt siluæ noībus suis discretæ. Fortassis ideo mutatis triūphalibus. Vnius arborū latīa līgua nomē īponit' uiris. Vnius folia distīguūt' appellatiōe. laureā. n. uocaūs. Durat & ī urbe īpositū loco: q̄do lauretū ī auētino uocat': ubi silua lauri fuit. Eadē purificationibus adhibet'. Testatūq; sit obiter & ramo eam seri: quoniam dubitauere Democritus & Theophrastus. Nunc dicemus siluestrium naturas.

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER SEXTVS DECIMVS. ❡PROOEMIVM.

Siluestriū arboꝝ naturæ. ❡Cap. i.

POMIFERAE ARBORES: QVAEQVE MItioribus succis uoluptatē primæ cibis attulerunt: & necessario alimēto delicias īmiscere docuerūt. Siue illæ ultro siue ab hoīe didicere blādos sapores adoptiōe & cōnubio: idq; munus etiā feris uolucribusq; dedīus ītra prædictas cōstāt. Priū erat narrare glādiferas quoq;: quæ prīo uictū mortaliū alueꝛt nutrices īopis ac feræ sortis: ni præuerti cogeret admiratio usu cōpta : quænā q̄lisq; esset uita sīe arbore ulla sīe frutice uiuētiū.

❡Gētes sine arbore:& miracula ī septētrionalis regionis arboribus. ❡Cap. ii.

DIxīus & ī oriēte qdē iuxta oceanū cōplures ea necessitate gentes. Sūt uero & in septētriōe uisæ nobis caucoꝝ : q maiores mīoresq; appellant'. Vasto ibi meatu ꝓpetuis bis dierum noctiūq; singulaꝝ interuallis effusus ī immensum agit' oceanus

æternã opiens reꝝ naturæ cõtrouerſiã. dubiũq; terræ ſit:an ps maris. Illic miſera gẽs tumulos optinet altos: aut tribunalia ſtructa manibus ad expiméta altiſſimi æſtus: caſis ita ĩpoſitis. nauigantibus ſiles:cũ ĩtegãt aquæ circũdatæ naufragiis. Cũ uero re/ ceſſerĩt:fugiẽtes cũ mari piſces circa tuguria uenãt. Nõ pecudes hos hñt:nõ lacte ali: ut finitios. Ne cũ feris qdẽ dimicare cõtigit õni ꝓcul abacto frutice. Vlua & paluſtri iũco funes nectũt ad prætexẽda piſcibus retia. Captũq; manibus lutũ uẽtis magis q̃ ſole ſiccantes. Terra cibos & rigẽtia ſeptẽtriõe uiſcera ſua urũt. Potus nõ niſi ex hym/ bre ſeruato ſcrobibus ĩ ueſtibulo dõus. Et e gẽtes certe ſi uincãt hodie a populo ro. ſeruire ſe dicũt. Ita ẽ ꝑfecto:multis fortũa pcit ĩ pœnã. Aliud ĩ ſiluis miraculũ ĩ to/ tã reliquã germaniã referũt. Addũtq; frigori ũbras:altiſſĩe tñ. Haud ꝓcul ſupradic/ tis caucis circa duos præcipue lacus. Littora ipſa optinẽt quercus maxĩa auiditate naſcẽdi. ſuffoſſæq; fluctibus aut ꝓpulſæ flatibus uaſtas cõplexu radicũ ĩſulas ſecũ aſ/ ferũt. Atq; ita libratæ ſtãtes nauigãt ĩgẽtiũ ramoꝝ armamẽtis. Sæpe territis claſſibus nr̃is:cũ uelut de ĩduſtria fluctibus agerẽt:ut ĩ ꝓſpectu ſtãtes noctu:ĩopeſq; remedii illæ prælĩũ nauale aduerſus arbores inirẽt. ¶DE Hyrciniæ ſiluæ magnitudĩe. ¶Ca. iii.

IN eadẽ ſeptẽtriõali plaga hyrciniæ ſiluæ roboꝝ uaſtitas ĩtacta & cõgenita mũ/ do:ꝓpe ĩmortali ſorte:miracula excedit. Vt alia omittãt:fide caritura. Cõſtat attolli colles occurſãtiũ ĩter ſe radicũ repcuſſu. Aut ubi ſecuta tellus nõ ſit:arcus ad ramos uſq;. & ipſos ĩter ſe rixãtes curuari portaꝝ patẽtiũ mõ:ut t̃mas eqtũ trãſmittãt.

¶DE Glandiferis. ¶Cap. iiii.

GLandiferi maxĩe gñis õnes:quibus honos apud romanos perpetuus.

¶DE Ciuica corona:& q frõdea corona donati. ¶Cap. v.

HInc ciuicæ corõæ militũ uirtutis ĩſigne clariſſĩũ. Iã pridẽ uero & clæmẽtiæ ĩpa/ toꝝ:poſtq̃ ciuiliũ belloꝝ ꝓfanatiõe meritũ cœpit uideri:ciuẽ nõ occidere. Ce/ dũt iis murales:uallareſq;:& aureæ:q̃q̃ precio ãñcedẽtes. Cedũt & roſtratæ:q̃uis ĩ duo/ bus maxĩe ad hoc æui celebres. M. Varrone e piraticis bellis dãte Magno Põpeio. Itẽq; .M. Agrippa tribuẽte Cæſare e ſiculis:quæ et ipſa piratica fuere. Antea roſtra nauiũ tribunali præfixa foro decus erant:ueluti populo ro. ipſa corona ĩpoſita. Poſtq̃ uero tribunitiis ſeditionibus calcari ac pollui cœpe:poſtq̃ uires ex publico ĩ priuatũ magis ſiguliſq; ciuiũ quæri:& ſacroſãcta õnia ꝓfana fecere:tũ a pedibus eoꝝ ſubiere ĩ capi/ ta ciuiũ roſtra. Dedit hãc Auguſtus coronã Agrippæ. Sed ciuicã a gñe hũano accepit ipſe. Antiqtus qdẽ nulla niſi deo dabat. Ob id Homerus cælo tãtũ eas & prælio uni/ uerſo tribuit. Viritĩ uero ne ĩ certamĩe qdẽ ulli. Ferũtq; primũ õniũ Liberũ prẽm ĩpo/ ſuiſſe capiti ſuo ex hedera. Poſtea deoꝝ honori ſacrificãtes ſũpſere uictimis ſĩul co/ ronatis. Nouiſſĩe & ĩ ſacris certamibus uſurpatæ:ĩ qbus hodieq; nõ uictori dãt: ſed pr̃iã ab eo coronari ꝓnũciat. Inde natũ:ut etiã triũphaturis cõferrẽt ĩ tẽplis dicãdæ. mox ut & ludis darẽt. Lõgũ ẽ:nec ex ĩſtitutiõe opis differere:qs quã romãoꝝ primus acceperit. neq;.n. alias nouerãt q̃ bellicas. Quod certũ ẽ:uni gẽtiũ huic plura ſũt gñã q̃ cũctis. Romulus frõdea coronauit Hoſtũ Hoſtiliũ:q̃ fidenã prius irrupiſſet. Auus hic Tullii Hoſtilii regis fuit. P. Detiũ prẽm tribunũ militũ frõdea donauit exercitus ab eo ſeruatus:ĩpatore Cornelio Coſſo cõſule ſãnitiũ bello. Ciuica iligna prĩo fuit: poſtea magis placuit ex eſculo Ioui ſacra. Variatũq;:& hoc cũ quercu ẽ:ac data ubiq; quæ fuerat:cuſtodito tñ honore glãdis. Additæ leges arctæ:& ideo ſupbæ:q̃ſq; cõfer/ re libeat cũ illa græcoꝝ ſũma:quæ ſub ipſo Ioue dat. Quiq; pr̃iæ muros prius ſcan/ dẽs audẽtẽ irrũpe occidit. Quiq; ciuẽ maluit ſeruare:q̃ hoſtẽ occidere. Vtq; eũ locũ ĩ quo ſit actũ:optĩeret hoſtis eo die. Vtq; ſeruatus fateat:alias teſtes nil ꝓſũt. Vt ciuis fuerit. Auxiliis q̃uis rege ſeruato decus id nõ dãt. Nec creſcit honos idẽ ĩpatore con/ ſeruato:quoniã cõditores ĩ quocũq; ciuẽ ſũmũ eſſe uoluerũt. Accepta licet uti ppe/ tuo ludis. Inducti ſẽper aſſurgi etiã ab ſenatu ĩ more ẽ. Sedendi ius ĩ ꝓxĩo ſenatui. Vacatio munerum õniũ ipſi:pr̃iq; & auo pr̃no. Xiiii. eas accepit Sicius Dẽtatus ut

rettulimus suo loco. Sex. Capitolinus. Is qdē & de duce Seruilio. Africanus de pre accipe noluit apud trebiā. O mores æternos:q tāta opa honore solo donauerunt. Et cū reliqs corōas auro cōmēdarēt:salutē ciuis iis ī precio esse noluerūt: clara ꝓfessiōe: seruari qdē hoīem nefas esse lucri cā. ℭDE Glāde gnā tredeci. ℭCap.vi.

G Lādes opes esse nūc quoq; multaꝶ gentiū etiā pace gaudētiū cōstat. Nec nō & īopia frugū arefactis molit̄ farina:spissatq; ī panis usū. Quin & hodieq; per hispanias secūdis mēsis glans īserit̄. Dulcior eadē ī cinere tosta. Cautū ē præterea lege.xii.tabularū:ut glandem ī alienū fūdū ꝓcidentē liceret colligere. Gnā eaꝶ multa. Distāt fructu:situ:sexu:sapore. Nāq; alia fageæ glādi figura:alia quernæ:& alia iliginæ. Atq; īter se quoq; geneꝶ sigulorꝶ differētiæ. Præterea sūt aliæ siluestres:aliæ placidiores:quæ culta optinēt. Iā etiam ī mōtosis planisq; distāt. Sicut & sexu mares ac fœmīæ: itē sapore. Dulcissīa ōniū fagi:ut q̄ obsessos etiā hoīes durasse ī oppido chio tradit Cornelius Alexāder. Gnā distīguere nō dat̄ nomībus:quæ sūt alia alibi. qppe cū robur quercūq; uulgo nasci uideāus:sed æsculū nō ubiq;. Quartā uero gnis eiusdē quæ cerrus uocat̄:ne italiæ qdē maiori ex pte notam esse. Distīguēus ergo ꝓprietate naturaq;. & ubi res coget:etiā græcis nomībus utēdū.

ℭDE Fagina glande:& reliquis glandibus:& carbone:& pastu porcoꝶ. ℭCap.vii.

F Agi glās nucleis sīlis:triāgula cute īcludit̄. Foliū tenue ac leuissimū:populo sīmile:celerrīe flauescēs:& media pte pleꝶq;. Gignēs supnæ puulā baccā uiridē: cacumīe aculeatā. Fagi glās muribus gratissīa est.& ideo aīalis eius una ꝓuētus. Glires quoq; saginat. Expetit̄ & t̄dis. Arboꝶ fertilitas ōniū fere alternat:sed maxīe fagi. Glādē quæ ꝓprie ītelligit̄:ferūt robur:quercus:æsculus:cerrus: ilex:suber. Cōtinent̄ hispido calice p gnā plus minus. Itē cōplectente folia præter ilicē:grauia:carnosa: ꝓcera:sinuosa lateribus.nec cū cadūt flauescētia:ut fagi. Pro differētia geneꝶ breuiora uel lōgiora. Ilicis duo gnā. Ex iis ī italia folio nō multū ab oleis distāt. Milaces a qbusdā græcis dictæ: in ꝓuīciis aqfoliæ. Ilicis glans utriusq; breuior & gracilior:quam Homerus aculon appellat:eoq; noīe a glande distīguit. Masculas ilices negant ferre. Glās optīa ī quercu:atq; grādissīa:mox æsculo. Nā roboris pua. Cerro tristis: horrida:echinato calice ceu castaneæ. Sed ī querna alia dulcior:molliorq; fœminæ: maris spissior. Maxīe autē ꝓbat̄ latifoliæ ex argumento dictæ. Distāt autē īter se magnitudīe:& cutis tenuitate. Itē ꝙ aliis subest tunica rubigīe scabra : aliis ꝓtinus candidum corpus. Probat̄ & ea:cuius ī balano utriq; ex lōgitudīe extrēa lapidescit in duriciam. Melior cui ī cortice:q̄ cui ī corpore. Vtrūq; nō nisi mari. Præterea aliis ouata:aliis rotūda:aliis acutior figura. Sicut & colos nigrior:cādidiorue q̄ præfert̄. Amaritudo in extremitatibus:mediæ dulces. Quin & pediculi breuitas ꝓceritasq; differētiā hēt. In ipsis uero arboribus quæ maximā fert:hemeris uocat̄:breuior:& ī orbē comosa:alasq; ramoꝶ crebro cauata. Fortius lignū quercus hēt & īcorruptius:ramosa & ipsa. Procerior tn̄ & crassior caudice. Excelsissīa autē egilops:īcultis amica. Ab hac ꝓxīe latifoliæ proceritas:sed minus utilis ædificiis. Atq; carbone dotata uitiis obnoxia ē:quāobrē solido utūt̄ carbone:ærarioꝶ tātū officinis cōpēdio:quoniā desinente flatu protius emoriēs sæpius recoqt̄. Cætero pluris scītillis. Idē e nouellis melior. Aceruī cōfertis paleis recentibus luto camināt̄:accensaq; strue contis pūgit̄ durescens calx : atq; ita sudorē emittit. Pessīa & carbōi & materiæ haliphleos dicta:cui crassissīus cortex atq; caudex:& plerūq; cauus fūgosusq;. Nec alia putrescit ex hoc gnē:etiā cū uiuit. Quin & fulmine sæpissime icit̄:q̄uis altitudine nō excellat. Ideo ligno eius nec ad sacrificia uti fas hēt̄. Eidē raro glās:& cū tulerit amara : quā præter sues nullū attigit animal. Ac ne ex qdem si aliud pabulū hēant. Hoc quoq; inter reliq̄ neglectæ religionis ē: ꝙ emortuo carbone sacrificat̄. Glās fagea suē hylarē facit:carnē coctibilē:ac leuē:& utilē stomacho. Iligna suē angustā:nitidā:strigosā: pōderosā. Querna diffusā ac grauissimā:& ipsa glandiū equæ dulcissīa. Proxīam huic cerreā tradit Nigidius:nec ex alia

solidiorē carnē:sed durā. Iligna tentari sues:nisi paulatī detʳ. Hāc nouissimā cadere. Fūgosā carnē fieri æsculo:robore : subere. Quæ glādē ferūt ōnes & gallā. Alternisq; annis glādē. Sed gallā hemeris optimā:& coriis pficiēdis aptissimā. Similem huic latifoliā:sed leuiorē:multoq; minus probatā. Fert & nigrā. Duo.n.gña sūt. Hæc ti/gēdis utilior.

¶DE Glāde:& q̄ multa præter glādē eædē ferāt arbores. ¶Cap.viii.

NAscitʳ autem galla sole de geminis exeūte erūpens noctu semp uniuersa. Crescit uno die cādidior. Et si excepta est æstu arescit protinus:neq; ad iustū icremētū pueīt:hoc ē:ut nucleū fabæ magnitudīē hēat. Nigra diutius uiret:crescitq; ut īterdū mali compleat magnitudinem. Optima cōmagena. Deterrima ex robore. Signū eius ꝙ cauernæ translucent. Robur præter fructū plurima alia gignit. Nanq; fert & gallæ utrunq; genus:& quædam ueluti mora ni distarent arida duricia plerūq; tauri caput imitantia:quibus fructus inest nucleis oliuæ similis. Nascūtʳ ī eo & pilulæ : nucibus non absimiles. Intus hn̄tes flocculos molles:lucernarum luminibus aptos. Nā & siē oleo flagrant:sicuti galla nigra. Fert & aliam utilem pilulam cum capillo uerno tp̄e tn̄ melligeni succi. Gignunt & alii ramorum eius pilulas corpori nō pediculo adhæ/rentes:candicantes umbilicis. Cætera nigra uarietate dispersa. Media cocci colorem hn̄t. Aptis amara inanitas ē. Aliquādo & culices gignit. Nec nō & e foliis cōuolutas pilulas: & in folio rubētes. Aquosos nucleos candicantes ac trāslucidos: q̄diu molles sint:ī quibus & culices nascūtʳ:maturescunt ī modum.

¶DE Canchrye:& cocco grano:& agarico:& subere. ¶Cap.ix.

FErunt robora & canchryn:ita uocatʳ pilula in medicina urendi uim hn̄s. Gignitʳ & in abiete:larice:picea:tilia:nuce:platano:postq̄ folia cecidere hyeme durans. Cōtinet nucleum pineis similem. Is crescit hyeme. Aperitʳ uere pilula tota. Cadit cū folia cœperint crescere. Tam multifera sūt:et tot res præter glandem pariūt robora. Sed et boletos:suillosq; gulæ nouissima iritamenta:quæ circa radices gignūtʳ. Quer/cus probatissimos. Robur autem et cypressus et pinus noxios. Robora ferūt et uiscū et mella:ut auctor est Hesiodus. Constatq; rores melleos e cælo ut diximus cadentes non aliis magis insidere frōdibus. Cremati quoq; roboris cinerem nitrosum esse ma/nifestum est. Omnes tamē has eius dotes ilex solo prouocat cocco. Granū hoc. Pri/moq; ceu spectes frutices paruos aquifoliæ ilicis: quisquilium uocāt:pensionē alterā tributi pauperibus hispaniæ donati. Vsū eius gratiorē in conchylii mentione tradi/dimus. Gignitʳ et ī gallacia africa pisidia cilicia : pessimū in sardinia. Galliaꝝ glādi/feræ maximæ arbores agaricum ferūt. Est autem fungus candidus odoratus: ātidotis efficax: in summis arboribus nascens:nocte relucens. Signum hoc eius:quod ī tene/bris decerpitur. E glandiferis sola:quæ uocatʳ egylops:fert pannos arentes : mustoso uillo:canos:non in cortice modo:ueꝝ et e ramis dependentes cubitali magnitudine: odoratos ut diximus inter unguēta. Suber minima arbor:glans pessima:rara: cortex tantum in fructu:præcrassus ac renascens:atq; etiam in denos pedes undiq; explana/tus. Vsus eius anchoralibus maxime nauium:piscantiumq; tragulis:et cadoꝝ obtu/ramentis. Præterea in hyberno fœminarum calceatu:quamobrem non infacete græci cortices arborum appellant. Sunt qui fœminam ilicem uocent:atq; ubi non nascitur ilex:pro ea subere utuntʳ. In carpētariis præcipue fabricis ut circa elin et lacedæmonē. Nunc in italia tota nascitʳ:aut in gallia omnino.

¶Quarum sint ī usu cortices. ¶Cap.x.

COrtex e fago:tilia:abiete:picea:in magno usu agrestium. Vasa corbesq;:ac pa/tentiora quædam messibus conuehendis uidemusq; faciunt:atq; prætexta tu/gurioꝝ. Scribit in recēti ad duces explorator incidens litteras a succo.nec nō ī quodā usu sacrorum religiosus est fagi cortex. Sed non durat arbor ipsa.

¶DE Scandulis et pinu pinastro abiete piceaq; larice tæda taxo. ¶Cap.xi.

SCandulæ e robore aptissimæ:mox e glādiferis aliis : fagoq;:facillime ex ōnibus

quæ resinam ferunt:sed minime durant:præterq̄ e pino. Scandula contectam fuisse romā usq; ad bellū Pyrrhi:annis q̄dringētis.lxx.Cornelius Nepos auctor ē. Siluarū certe distinguebant̄ insignibus. Fagus italo Ioui etiam nunc ē ubi lucus fageus fuit: portaq; querculana:colle in quem uimina petebant̄:totq; lucis q̄busdam & geminis; .Q .Hortēsius dictator cum plebs secessisset in ianiculum:legem in esculeto tulit:ut ea quod iussisset:omnes q̄rites tenerent. Peregrinæ tunc uidebant̄: quoniā nō erant suburbanæ:pinus atq; abies. Omnesq; quæ picē gignunt:de q̄bus nunc dicēus. Simul ut tota condiendi uina origo cognoscat̄. Quæ ferunt in asia aut in oriente prædictis picem. In europa sex gn̄a cognataꝝ arboꝝ resinā ferunt. Ex iis pinus: atq; pinaster folium hn̄t capillamenti mō prætenue:lōgūq;:& mucrone aculeatū. Pinus fert minimū resinæ:īterdū ex nucibus ipsis de q̄bus dictū ē. Vixq; ut ascribat̄ gn̄i. Pinaster nihil aliud ē q̄ pinus siluestris:mira altitudine:& a medio ramosa sicut pinus ī uertice. Copiosiorem dat hæc resinā quo dicemus mō. Gignit̄ & in planis. Easdē arbores alio noīe esse p oram italiæ quas stibulas uocant:ut pleriq; arbitrant̄:sed graciles:succinctioresq;:& enodes liburnicaꝝ ad usus:pene sine resina. Picea montes amat atque frigora:feralis arbor:& funebri indicio ad fores posita:ac rogis uirens. Iā tn̄ & ī domo recepta:tonsili facilitate. Hæc plurimā resinā fundit:interueniente candida gemma tam simili thuri:ut mixta uisu discerni nō queat : & īde fraus sæpissīe asiæ. Omnibus iis gn̄ibus folia breui seta:& crassiore:duraq; ceu cupressis. Piceæ rami pene statī ab radice modici uelut brachia lateribus inhærent. Siliter abieti expetitæ nauigiis. Situs ī excelso mōtiū ceu maria fugerit:nec forma alia. Materies uero præcipua trabibus:& pluris uitæ opibus. Resina ei uitium. Vn̄ fructus unus piceæ:exiguūq; sudat:aliq̄do contactu solis. E diuerso materies quæ abieti pulcherrima:piceæ ad fissiles scādulas: cupasq;:& pauca alia secamēta. Quīto gn̄i situs idē:eadē facies:larix uocat̄: materia præstantior longe:incorrupta uis humori contumax:rubens præterea:& odore acrior. Plusculū huic erūpit liquoris:melleo colore:atq; lētiore:nūq̄ durascētis. Sextū genus genus e tæda ꝓprie dicta:abundantior succo q̄ reliq̄:pcior liq̄diorq; q̄ picea:flammis ac lumini sacroꝝ etiā grata. Hāc mares duntaxat ferūt:& eā quā græci stacten uocāt odoris grauissimi. Laricis morbus ē ut tæda fiat. Omnia aūt hæc gn̄a accensa fuligīe īmodica carbonē repente expuūt:cū eruptionis crepitu. eiaculant̄q; longe:excepta larice:quæ nec ardet:nec carbonē facit:nec alio mō ignis ui cōsumit̄:q̄ lapides. Omnia uero ea ppetuo uirēt:nec facile discernunt̄ in fronde etiā a peritis:tāta nataliū mixta ē. Sed picea minus alta q̄ larix. Illa crassior leuiorq; cortice:folio uillosior: pīguior: & dēsior:molliorq; flexu. At piceæ rariora sicciora q; folia & tēuiora ac magis algētia. Totaq; horridior ē:& pfusa resina. Lignū uero abieti similius. Larix ustis radicibus nō repullulat:ut in lesbo accidit incenso nemore pyrrheo. Alia etiamnum generibus ipsis in sexu differētia. Mas breuior & durior:fœmina procerior:pinguioribus foliis: & simplicibus:atq; non rigentibus. Lignum maribus durum:& in fabrili opere contortum. Fœminæ mollius : publico discrimine in securibus. Ex in quocunq; genere deprehendunt marem quippe respuuntur:& fragosius fidunt : ægrius reuelluntur. ipsaq; materies retorrida:& nigrior maribus radix. Circa idam in troade et alia differentia est montanæ maritimæq;. Nanque in macedonia & arcadia circa elin permutant nomina. Nec constat auctoribus quod cuiq; generi attribuant:nos ista romano discernimus iudicio. Abies e cūctis amplissima est.Et fœmina etiam prolixior. Materia mollior:utiliorq;:arbore rotūdior:folio pinnato dēsa ut hymbres nō trāsmittat. at hilarior intuitu. E ramis generum horum pannicularum modo nucamenta squāmatim cōpacta dependent:præterq̄ larici. Hæ quoq; abietes masculæ prima in parte nucleos habent: non item fœminæ. Piceæ uero totis panniculis minoribus gracilioribusq; minimos ac nigros:propter quod græci phthirophoron eam appellant. In eadē nucamenta compressiora maribus sunt:ac minus resina roscida. Similis his etiā nūc

aspectu e: nec qd praetereat taxus: minus uirens: gracilisq; & tristis: ac dira: nullo succo: ex omnibus sola baccifera. Mas noxio fructu. Letale quippe baccis in hispania praecipue uenenum inest. Vasa etiam uiatoria ex ea uinis in gallia facta: mortifera fuisse comptum est. Hanc Sestius similacem a graecis uocari dixit. Et esse in arcadia tam praesentis ueneni: ut siqui dormiant sub ea cibumue capiant: moriant. Sunt qui & taxica hinc appellata dicant uenena: quae nunc toxica dicimus: quibus sagittae tigat. Repertum innoxiam fieri: si in ipsam arborem clauus aereus addicat.

¶Quibus modis fiant gna picis: & quomodo fiat caedrum: & de spissa pice quomo fiat: & quibus modis resina coquatur. ¶Capitulum. xii.

Pix liquida in europa e taeda coqt naualibus muniendis: multosq; alios ad usus. Lignum eius concisum furnis udiq; igni extra circundato ferro ut prius sudor aquae mo fluat in canali. Hoc in syria caedrum uocat: cui tanta uis est: ut in aegypto corpora hominum defunctorum eo perfusa seruentur. Sequens liquor crassior iam: picem fudit. Haec rursus in cortinas aereas coniecta: aceto spissat: & coagulata brutiae cognomen accipit: doliis duntaxat: uasisq; caeteris utilis: lentore ab alia pice differes. Item colore rutilante: & q pinguior est. E taeda omnia illa fiunt. E picea resina feruentibus coacta lapidibus in alueis ualidi roboris: aut si aluei no sint struis cogerie uelut in carbonis usu. Hec in uinum addit: farinae modo tusa: nigrior colore. Eadem resina si cum aqua leuius decoquat coletq;: ruffo colore letescit: ac stillaticia uocat. Seponunt autem in id fere uitia resinae corticisq;. Alia temperies ad crapulam. naq; flos crudus resinae cum multa hastula tenui breuiq; auulsus concidit ad cribrum minuta: deinde feruenti aqua donec coquat: perfudit. Huius expressu pigue praecipua resina fit: atq; rara: nec nisi paucis in locis subalpinae italiae: conueniens medicis. Resinae albae congiu i duobus aquae pluuiae coquut. Alii utilius putant sine aq coquere lento igne tota die. utriq; uase aeris albi. Item terebinthinam in sartagine referuenti: hanc caeteris praeferentes. Proxima ex lentisco.

¶DE Zosippa & sapio: & quarum arborum materia in precio. ¶Cap. xiii.

Non omittendum apud eosdem zosippam uocari derasam nauibus maritimis picem cum caetera: nihil non experiente uita: multoq; efficaciorem ad omnia qbus pices: resinaeq; prosunt uidelicet adiecto salis callo. Aperit picea e parte solari no plaga: sed uulnere ablati corticis: cum plurimum bipedali hiatu: ut a terra cubito cu minimum absit. Nec corpori ipsi parcit: ut in caeteris: quonia hastula in fructu est. Verum haec terrae proxima laudat. Altior amaritudinem affert. Postea humor omnis e tota confluit in ulcus. Item in taeda. Cum id manare desiit: simili modo ex alia pte aperit: ac deinde alia. postea tota arbor succidit: & medulla eius urit. Sic & in syria terebintho detrahunt cortices: ibi quidem & e ramis ac radicibus cum resina damnet ex iis partibus. In macedonia larice masculam urunt: foeminae radices tantu. Theopompus scripsit in apolloniatarum agro picem fossilem non deteriorem macedonica iueniri. Pix optima ubiq; ex apricis aquilonis situ. Ex opacis horridior: uirusq; praeferens. Frigida hyeme deterior: ac minus copiosa & decolor. Quidam arbitrant i montosis copia praestantiorem fieri ac coloratiorem: & dulciorem quoq; & gratiorem du resina sit. Decoctam autem minus picis reddere: quonia in infe abeat: tenuioresque esse ipsas arbores q i planis. Sed has & illas serenitate steriliores. Fructu quaeda pximo anno ab incisu largiunt: aliae secundo: quaeda tertio. Explet autem plaga resina non cortice nec cicatrice: quae i hac arbore no coit. Inter haec gna ppriu qda fecere satiuu: quoniam ex cognatione ea serit: qlis dicta e nucleis. Eiusq; arboris imas ptes taedas uocat: cu sit illa arbor nil aliud q picea feritatis paulu mitigatae satu. Satiui aut materies caesa e gne fit: sicuti docebius. ¶DE Fraxino gna eius qttuor. ¶Cap. xiiii.

Materiae. n. ca reliquas arbores natra genuit. Copiosissimaq; fraxinum. Procera haec ac teres: pennata & ipsa folio. Multumque Homeri preconio & Achillis

hasta nobilitata. Materies est ad plurima utilis. Ea qdē quæ fit in ida troadis ītantū cædro sīlis: ut ementes fallat cortice ablato. Græci duo gña eius fecere. Longā enodē: alterā breuē duriorē fusciorēmq; laureis foliis. Bumeliā uocāt ī macedonia āplissimā lentissimāq;. Alii situ diuisere. Campestrē.n.esse crispam: mōtanā spissā. Folia eaꝝ iumentis mortifera: cæteris ruminantiū innocua græci ꝑdidere. In italia nec iumētis nocet. Contra serpētes uero succo expresso ad potum: & īposita ulceribus opifera: ac nihil æque reperit. Tantaq; est uis: ut ne matutinas qdem occidentesue umbras q̄uis sint longissimæ: serpens arboris eius attingat: adeo ipsam ꝑcul fugat. Expta ꝑdius: si fronde ea gyro claudat ignis & serpens: in ignes potius q̄ in fraxinū fugere serpētē. Mira natæ benignitas: priusq̄ hæ ꝑdeāt florere fraxinū: nec añ cōditas folia dittere.

¶DE Tilia gña duo. ¶Cap.xv.

IN tilia mas & fœmina differūt omni mō. Nanq; & materies maris dura ruffiorq; ac nodosa & odoratior. Cortex quoq; crassior: ac detractus īflexibilis. Nec semen fert aut florē ut fœmina. quæ crassior arbore: materia candida: præcellēsq; est. Miꝝ in hac arbore fructum a nullo aīalium attingi: foliorum corticisq; succum dulcē esse. Inter corticem & lignum tenues tunicas multiplici membrana: e qbus uicula tiliæ euocant. Tenuissimum eorum phillyræ coronaꝝ lēnicis celebres antiquorumque honore. Materies teredinem non sentit: ꝑceritate p̄q̄modica: ueꝝ utilis.

¶DE Aceris gñibus.x. ¶Cap.xvi.

ACer eiusdem fere āplitudis: opeꝝ elegantia ac subtilitate cædro secundū. Plura eius gña. Album quod præcipui candoris uocat gallicum in transpadana italia transq; alpes nascens. Alterum genus crispo maculaꝝ discursu: qui cū excellētior fuit: a sīlitudine caudæ pauonum nomen accepit. In istria retiaq; præcipuum. E uiliori gñe crassiuenium uocat. Græci situ discernunt. Campestre.n.cādidum esse: nec crispum: quod glinon uocant. Montanum uero crispius duriusq;: etiam nunc e mascula crispius ad lautiora opera. Tertium genus zygiam rubētem fissili ligno: cortice liuido & scabro. Hoc alii proprii gñis esse malunt: & latine carpinū appellant.

¶DE Brusco mollusco: & staphilodēdro & buxo gña tria. Cap.xvii.

PVlcherrimum uero est bruscum: multoq; excellentius etiamnum molluscum. Tuber utrūq; arboris eius: sed bruscum intortius crispum. Mollușcum simplicius sparsum. Et si magnitudinem mensarum capet: haud dubie præferret cædro. Nunc intra pugillares lectorumq; silicios aut laminas: raro usu spectat. E brusco fiūt & mensæ nigrescentes. Reperit & in alno tuber: tāto deterius q̄to ab acere alnus ipsa distat. Aceris mares prius florent. Etiamnum in siccis natæ præferunt aq̄ticis: sicut & fraxini. Est & trans alpes arbor simillima aceri albo in materia: quæ uocat staphylodendron. Fert siliquas: & in iis nucleos sapore nucis auellanæ. In primis uero materies honorata buxo est raro crispanti: nec nisi radice: cætero lenis: quies materia silēti: & q̄dam duricia ac pallore commēdabilis. In ipsa uero arbore topiario opere. Tria eius gña. Gallicum quod in metas emittit: amplitudineq; procerior est. Oleastrum in omni usu damnatum grauem fert odorem. Tertium genus nostratis uocant. Siluestre ut credo: mitigatum satu: diffusius: & densitate parietum uirens semper ac tōsile. Buxus pyreneis ac cythero mōtibus plurima: ac berecynthio tractu. Crassissima ī corsica florem non ferendo. Quæ cā amaritudinis mellis. Semen illius cūctis aīantibus īuisum. Hæc in olympo macedoniæ gracilior: sed breuis. Amat frigida: aprica. In igne quoq; duricia quæ ferro: nec flamma nec carbone utilis.

¶DE Vlmo gña quattuor. ¶Cap.xviii.

INter has atq; frugiferas materiæ uitiumq; amicitia accipit ulmus. Græci duo eius genera nouere. Montosam: quæ fit amplior: campestrem quæ fruticosa. Italia attinias uocat excelsissimas: & ex iis siccanas illis præfert: quæ non sunt riguæ. Alteꝝ genus gallicas: tertiū nostrates: dēsiore folio: & ab eodē pediculo numerosiore.

At quartum silvestre. Inter quas attiniæ non ferunt. Samariamita uero uocat᷑ ulmi semen. Omnesq; e radicum plantis proueniunt. Reliquæ semine.

¶DE Arboꝝ natura per situs. ¶Cap.xix.

NVnc celeberrimis arborum dictis:quædam in uniuersum de cunctis indicanda sunt. Montes amant cædrus larix tæda:& cæteræ e quibus resina gignit᷑. Item aqfolia buxus ilex iuniperus terebinthus populus ornus cornus carpinus. Est & in apennino frutex q uocat᷑ cotinus:ad liniamenta mõ conchylii colore ĩsignis. Mõtes & ualles diligit abies robur castaneæ tilia ilex cornus. Aquosis montibus gaudẽt acer fraxinus sorbus tilia cerasus. Nõ temere in montibus uisæ sunt prunus punicæ oleastri iuglans morus sambuci. Descendunt etiam in plana cornus corylus quercus ornus acer fraxinus fagus carpinus. Subeunt & in montosa ulmus malus pirus laurus myrtus. Sanguinei frutices ilex:tingendisq; uestibus nascentes genistæ. Gaudet frigidis sorbus:& magis etiam betulla. Gallica hæc arbor mirabili candore atq; tenuitate terribilis magistratuum uirgis. Eadem circulis flexibilis. Item corbium sportis. Bitumen ex ea galliæ excoquunt. In eosdẽ situs comitat᷑ & spina nuptiarum facibus auspicatissima:quoniam inde fecerint pastores qui rapuerunt sabinas:ut auctor est Massurius. Nunc facibus carpinus & corylus familiarissimæ. Aquas odere cupressi iuglandes castaneæ laburnum. Alpina & hæc arbor:nec uulgo nota. Dura ac cãdida materie: cuius florẽ cubitalem longitudine apes non attingunt. Odit & quæ appellat᷑ Iouis barba in opere topiario tonsilis:& [illegible] rotunditatẽ spissa argenteo folio. Nõ nisi in aquosis proueniunt salices alni populi siler. Ligustra tesseris utilissima. Item uaccinia italiæ in aucupiis sata. Galliæ uero etiam purpurea tingendi cã ad seruorum uestes. Quæcũq; cõmunia sunt mõtibus planisq; maiora fiũt:aspectuq; pulchriora. Quæ ĩ cãpestribus:meliora materie. Crispiora quæ ĩ mõtibus exceptis malis pirisq;.

¶Diuisio generum. ¶Cap.xx.

PRæterea arborum aliis decidunt folia. aliæ sempiterna coma uirent. Quã differentiã necesse est ãtecedat prior. Sũt.n.arborum quædam omnino siluestres: quædam urbaniores:q̃s his placet nomĩbus distinguere. Ergo mites: quæ fructu aut aliq̃ dote ũbrarũue officio humanius iuuant: non improbe dicant᷑ urbanæ.

¶Quibus folia non decidant:& de rhododendro. ¶Cap.xxi.

NAꝝ generi nõ decidunt oleæ lauro palmæ myrto cupresso pinis hederæ rhododendro. Et quamuis herba dicat᷑ sabina rhododendron: ut nomine apparet:a græcis uenit. Alii neruim uocarunt:alii rhodophanen:sempiternum fronde rosæ similitudine:caulibus fruticosum. Iumentis caprisq; & ouibus uenenũ ẽ. Idẽ homini cõtra serpẽtiũ uenena remedio. ¶Item quibus folia non decidunt:& quibus nõ õnia folia cadant:& quibus locis nullæ arborum. ¶Capitulum.xxii.

SIluestrium generis folia non decidunt abieti larici pinastro iunipero cædro terebintho buxo ilici aqfolio suberi taxo tamarici. Inter utraq; gña sũt ãdrachne in græcia:& ubiq; unedo. Reliq̃.n. folia decidunt his præterq̃ in cacuminibus. Non decidunt autem & in fruticum genere quibusdam rubo & calamo. In thurino agro ubi urbs sybaris fuit:ex ipsa urbe prospiciebat᷑ quercus una nunq̃ folia dimittens:nec ãte mediam æstatem germinans. Idq; mirum est græcis auctoribus proditum. Apud nos postea sileri. Nam locorum tanta uis est:ut circa memphin ægypti:& in elephãtine thebaidis nulli arbori decidant:ne uitibus quidem.

¶DE Natura foliorum cadentium:& quibus foliorum uarii colores. ¶Cap.xxiii.

CAeteræ omnes extra prædictas(etenim numerare longum est) folia deperdunt. Obseruatumq; non arescere:nisi tenuia & lata & mollia. Quæ uero nõ decidãt callo crassa & angusta esse. Falsa definitio ẽ non decidere iis quarum succus piguior sit. Quis.n.potest in ilice ĩtelligere? Decidere Timæus mathematicus sole scorpionẽ transeũte syderis ui:ut quodã ueneno aeris putat. Cur ergo non eadẽ causa aduersũ

omnes polleat:iure miremur. Cadunt plurimis autũno. Quædam tardius amittunt: atq; in hyemes prorogãt moras. Nec intereſt maturius germinaſſe:utpote cũ quædã primæ germinent:& inter nouiſſimas nudent̃:ut amygdala fraxini ſambuci. Morus auté nouiſſime germinat:& cũ primis folia dimittit. Magna & in hoc uis ſoli. Prius decidunt in ſiccis macriſq;:& uetuſtæ prius arbori. Multis etiã añq matureſcat fructus. In ſerotina ficu:& hyberna piro:& malo granato:ẽ pomũ tantũ aſpici in matre. Neq; iis auté quæ ſemper retinent comas:eadẽ folia durant:ſed ſubnaſcentibus aliis tũc areſcunt uetera.quod euenit circa ſolſtitium. Maxĩe foliorum unitas ĩ ſuo cuiq; gñe pmanet:præterq populo hederæ crotoni:quam & cinũ dixĩus uocari.

¶DE Populo tria gña:& quorum foliorum figura mutet̃. ¶Cap.xxiiii.

Populi tria gña:alba:& nigra:& quæ libyca appellat̃ minima folio ac nigerrima: fungiſq; enaſcentibus laudatiſſima. Alba folio bicolor:ſupne cãdicans ĩferiore pte uiridi. Huic nigræ quæ & crotoni folia in iuuenta circinnatæ rotunditatis ſunt. Vetuſtiora in angulos exeũt. E contrario hederæ anguloſa rotũdãt̃. Populorũ foliis grandiſſĩa lanugo.euolat cãdidæ.tradita folio numeroſiore candida:& ut uilli:folia: granatis & amygdalis rubentia. Mirꝫ in primis id quod ulmo tiliæq; & oleæ: populo albo & ſalici euenit. Circũagũt̃.n.folia eaꝫ poſt ſolſtitiũ. Nec alio argumẽto certius intelligit̃ ſydus confectũ.

¶Quæ folia uerſentur omnibus annis: quæ foliorũ eius palmis cura & uſus:& foliorum mirabilia. ¶Cap.xxv.

Est & publica omnium folioꝫ differentia. In ipſis nanq; ps ĩferior a terra herbido uiret colore. Ab eadẽ leuiora. Neruos callũq; & articulos ĩ ſupiore hñt pte. Inciſuras uero ſubter:ut manus humana. Oleæ ſupnæ cãdidiora:& minus leuia. Itẽ hederæ. Sed õniũ folia quotidie ad ſolẽ oſcitant:interiores partes tepefieri uolẽtia. Superior pars omnium lanuginem quantulancunq; habet. Quæ in aliis gentium lana eſt. In oriente funes ualidos e palmæ foliis fieri dictum eſt:eoſq; in humore utiliores eſſe. Et apud nos uere palmæ a matre integræ decerpunt̃. Meliores enim ſunt quæ non diuiſæ fuerint. Siccantur ſub tecto quaternis diebus. Mox ĩ ſole expãdũt̃. Et noctibus relictæ donec cãdore inareſcant:poſtea in opera diuidunt̃. Latiſſĩa folia ſunt fico uiti platano. Anguſta myrto punicæ oleæ. Capillata pino cædro. Aculeata aquifolio:& ilicum generi. Nam iunipero ſpina pro folio eſt. Carnoſa cupreſſo tamarici. Craſſiſſima alno. Lõga arũdini ſalici. Palmæ etiã duplicia. Circinata piro. Mucronata malo. Anguloſa hederæ. Diuiſa platano. Inſecta pectinũ modo piceæ abieti. Sinuoſa toto ambitu robori. Spinoſa cute rubo. Mordacia ſunt quibuſdam: ut urticis. Pungentia pino piceæ abieti larici cædro aquifoliis. Pediculo breui oleæ & ilici:longo uitibus: tremulo populis. Et hiſdem ſolis inter ſe crepitantia. Iam & ĩ pomo ipſo mali quodam in genere parua mediis emicant folia. Interim & gemina. Præterea aliis circa ramos:aliis in cacumine ramorum. Robori et in ipſo caudice. Iã denſa ac rara:ſempq; lata rariora. Diſpoſita myrto. Concaua buxo. Inordinata põis. Plura eodem pediculo exeũtia malis piriſq;. Ramuloſa ulmo:et cytiſo. Quibus adiicit Cato decidua a populo quernaq; animalibus iubens dari non perarida. Bubus q̃dẽ et ficulnea ilignaq; et hederacia. Dãt̃ et ex arũdine ac lauro. Decidũt ſorbo uniuerſa. Cæteri paulati. Et de foliis hactẽus.

¶DE Ordine naturæ in ſatis : et de flore arboꝫ:et cõceptu: et germinatione:et partu:et quo ordine floreãt. ¶Cap.xxvi.

Ordo autem naturæ annuus ita ſe habet. Primus eſt conceptus flare incipiente uento fauonio. Exinde fere.vi.idus febru. Hoc.n.maritant̃ uiueſcentia e terra. Cum etiam equæ in hiſpania ut diximus. Hic eſt genitalis ſpiritus mundi a fouẽdo dictus:ut quidam exiſtimauere. Flat ab occaſu æquinoctiali uer ĩchoans: cathlitionẽ ruſtici uocant geſtiente natura ſemina accipere:eaq; anima inferente omnibus ſatis. Concipiunt uariis diebus:et pro ſua quæq; natura. Alia protinus ut animalia. Tardius aliqua et diutius grauida partus gerunt.quod germinatio ideo uocatur. Pariũt

uero cum florent: flosque ille ruptis constat utriculis. Sed educatio in pomo ẽ. Hoc et germinatio arborum. Flos est pleni ueris indicium: et anni renascentis. Flos gaudiũ arborum. Tunc se nouas aliasq; q̃ sunt: ostendunt. Tunc uariis colorꝝ picturis in certamẽ usque luxuriant. Sed hoc negatum plerisq;. Nam nec omnes florẽt: sed sunt tristes quædam: quæque non sentiant gaudia ãnorum. Nam neque ilex picea larix pinus ullo flore exhylarãtur: natalesue pomorum recursus ãnuos uersicolori nũtio promittunt. Nec fici atq; caprifici. Protinus enim fructũ flores gignunt. In ficis mirabiles sunt et abortus: qui nunq̃ maturescunt. Nec iuniperi florent. Quidã earũ duo genera tradunt. Alteram florere: nec ferre. Quæ uero non floreat: ferre protinus baccis subnascẽtibus quæ biennio hæreant. Sed id falsum: omnibusq; iis dura facies semper. Sic et hominum multis fortuna sine flore est. Omnes autem germinãt etiã quæ non florent. Magna et locorum differentia. Quippe cum ex eodem genere quæ sunt ĩ palustribus priora germinent: mox campestria: nouissima in siluis. Per se autẽ tardius piri siluestres q̃ cætera. Primo fauonio germĩat cornus. Proxĩe laurus. Pauloq; ante æquinoctium tilia acer. Inter prĩas uero populus ulmus salix alnus nuces. Festinat et platanus. Cæteræ uere concepto aquifoliũ terebinthus paliurus castanea glandes. Serotino autem germine malus: tardissimus suber. Quibusdam geminatur germinatio: nimia soli ubertate: aut inuitantis cæli uoluptate: quod magis in herbis segetum euenit. In arboribus tamen nimia germinatio elassescit. Sũt aliæ naturales quidem quibusdam germinationes: piterque uernæ: quæ suis constant syderibus: qꝝ rõ aptius reddet̃ ab hoc tertio uolumĩe. Hyberna aquilæ exortu. Aestiua canis ortu. Tertia arcturi. Has duas quidem omnibus arboribus communes putãt. Sentiri autẽ maxime in fico uite punicis causam afferentes: quoniam in thessalia macedoniaque plurima tunc ficus exeat. Maxime tamen in ægypto apparet hæc rõ. Et reliquæ qdẽ arbores ut primum cœpere continuant germinationem. Robur & abies & larix ĩtermittunt triptito: ac terna germina edunt. Ideo & inter squammas corticem spargũt. Quod omnibus arboribus in germinatiõe euenit: quoniam prægnantium rumpitur cortex. Est autem prima earum incipiente uere circiter. xv. diebus. Iterum germinant transeunte geminos sole. Sic fit ut dum prima cacumina impellunt̃: se cutis aperiat geniculato incremento. Tertia est earundem ad solstitium breuissima: nec diutius septenis diebus. Clareq; & tunc cernit̃ excrescentium cacuminum articulatio. Vitis sola bis parturit: cum primum emittit uuam: iterum cum digerit. Eorum quæ non florẽt: ptus tantum est: & maturitas. Quædam statim in germinatione florent: ꝑperantq; in eo: sed maturescũt tarde: ut uites. Serotino quædam germinatu florẽt: maturantq; celeriter: ut morus quæ nouissima urbanarum germinat: nec nisi exacto frigore: ob id dicta sapientissĩa arborum. Sed cum cœperit in tãtum uniuersa germĩatio erumpit ut una nocte peragat etiam cum strepitu. Ex iis quæ hyeme: aq̄la exoriente (ut dixĩus) concipiunt: floret prima omnium amygdala: mense ianuario. Martio uero poma matura. Ab ea proxime florent armeniaca: dein tuberes: & præcoces. Illæ peregrinæ: hæ coactæ. Ordine autem naturæ siluestrium primæ sambucus: cui medulla plurima. Et cui nulla cornus mascula. Vrbanarum malus: puoq; post ut sĩul possit uideri: pirus & cerasus & prunus. Sequitur laurus: illãq; cupressus. Deinde punica fici. At uites & oleæ florentibus iam his germinant. Concipiunt uergiliarum exortu. Hoc sydus illarum est. Floret aũt solstitio uitis: & quæ paulo serius incipit olea. Deflorescunt omnia septenis diebus: nõ celerius. Quædam tardius. Sed nulla pluribus bis septenis. Omnia & intra. viii. iulii idus etesiaꝝ præcursu. Nec statĩ fructus seq̃t ĩ aliqbus. ¶ DE Corno & quo tp̃e quæq; ferãt: & quæ fructũ nõ ferãt: & quæ ĩfœlices existiãt̃: & quæ facillĩe fructũ pdũt: & qbus fructus anq̃ foliũ nascãt̃. ¶ Ca. xxvii.

Cornus. n. circa solstitia reddit primo cãdidum: postea sanguineum. Ex eo gñe fœmina post autumnum fert baccas acerbas & ĩgustabiles cũctis animantibus.

Ligno quoq; fũgosa & inutilis. Sumas e fortissimis quæ sit tanta differentia ab eodẽ gñe. Et terebinthus messibus reddit semen:& acer:& fraxinus:nuces:& mala:& pira: prætereq̃ hyberna aut præcocia. Autumno glandiferæ. Serius etiamnum uergiliarum occasu. Aesculus tantum autumno. Incipiente autem hyeme quædam gña mali pi-riq; & suber. Abies flores croci colore circa solstitium. Semen uero reddit post uer-giliaꝝ occasũ. Pinus autem & picea præueniunt germinatione.xv.fere diebus. Semẽ uero post uergilias & ipsæ reddunt. Cædri & iuniperus & ilex annuæ fere habentur. nouusq; fructus in iis cum autumno pendet. In maxima tñ admiratione pinus est. Habet fructum maturescentem.Habet proximo anno ad maturitatem uenturum:ac deinde tertio.Nec ulla arbor auidius se promittit. Quo mense ex ea nux decerpitur: eodem maturescit alia.& sic dispensatᷣ:ut nullo non mense maturescant. Quæ se in arbore ipsa diuisere uocantᷣ zamiæ. lædunt q; cæteras:nisi detrahantᷣ. Fructum arboꝝ solæ nullum ferunt:hoc est ne semen quidem tamarix. Scopis tantum nascẽs popu-lus alnus ulmus attinia alaternus cui folia inter ilicẽ & oliuam. Infœlices aũt existi-mantᷣ:damnatæq; religione quæ neq; seruntᷣ unq̃:neq; fructum ferunt. Cremutius auctor est:nunq̃ uirere arborem:ex qua Phyllis se suspenderit. Quæ gummi gignũt: post germinationem aperiũtᷣ. Gummi uero non nisi fructu detracto spissatᷣ. Nouel-læ arbores carent fructu: quandiu crescunt. Perdunt autem facillime añ maturitatẽ palma ficus amygdala malus pirus. Itẽ punica:quæ etiam roribus nimiis & pruinis florem amittit. Qua de cã inflectũt ramos eius:ne subrecti humorem infestũ excipi-ant:atq; contineant. Pirus & amygdala etiam si non pluat : sed fiat austrinum cælũ atq; nubilum amittunt florem: & primos fructus si cum defloruere tales dies fuerit. Ocissime autem salix amittit semen anq̃ omnino maturitatem sentiat : ob id dicta ab Homero frugipda. Secutaq; ætas scelere suo interpretata est hanc sententiam: qñ semen salicis mulieri sterilitatis medicamentum esse constat. Sed hoc quoq; ꝓuidẽs natᷣa facile nascenti & depacto surculo incuriosius semen dedit. Vna tantum ꝓditur ad maturitatem proferre solita in creta insula ipso descensu Iouis speluncæ toruum ligneumq; magnitudine ciceris. Fiunt uero quædam loci uitio infructuosa:sicut in pharo siluacenda:quæ nil fert. Persicæ arbores in rhodo florent tantum. Fit hæc dif-ferentia & ex sexu. In iis esse mares quæ non ferunt. Aliqui hoc permutantes mares esse:quæ ferant:tradunᷣt. Facit & densitas sterilitatem. Gignentium autem quædam ex lateribus ramorum & cacumĩbus ferũt:ut pirus punica ficus myrtus. Cætero eadẽ natura quæ frugibus. nãq; & in eis spica in cacumen nascitᷣ. legumina in lateribus. Palma sola ut dictum est:in spatulis hẽt fructum racemis propendentem. Reliquis sub folio pomum:ut protegatᷣ:excepta fico:cui folium maximum umbrosissimũq;: & ideo supra id pomũ.ei demũ serius foliũ nascitᷣ q̃ pomũ. Insigne proditᷣ ĩ quodã gñe ciliciæ cypriæ helladis:ficos sub folio:grossos uero supra foliũ nasci. Ficus & præ-coces hẽt:quas athenis prodromos uocant. In laconico gñe maximæ sũt.

¶DE Biferis & triferis:& quæ celerrĩe senescãt:& de ætatibus eaꝝ. ¶ Cap.xxviii.

SVnt & biferæ in eisdẽ. In cea insula caprifici triferæ sũt. Primo fœtu sequens euocatᷣ:sequenti tertius. Hoc fici caprificantᷣ. Et caprifici aũt ab aduersis foliis nascuntᷣ. Biferæ & in malis ac piris quædã sicut & præcoces. Malus siluestris bifera. Sequens eius fructus post arctuꝝ : in apricis maxime. Vites qdẽ & triferæ sunt : q̃s ob id insanas uocant:quoniã in iis alia maturescunt:alia turgescũt:alia florent. M. Varro auctor ẽ:uitẽ fuisse zmyrnæ apud matreã triferã: & malũ in agro consentino. Hoc autẽ euenit perpetuo in frauẽnesi africæ agro:de quo plura alias:ea ẽ soli fertili-tas. Trifera est & cupressus. Nãq; baccæ eius colliguntᷣ mense ianuario : et maio: et septẽbri:ternasq; eaꝝ gerũt magnitudĩes. Est uero et in ipsis arboribus:etiã honustis peculiaris differẽtia. Summa sui pte fertilior ẽ arbutus. Quercus inferiore:iuglãdes: fici:mariscæ. Omnes quo magis senescunt:eo maturius ferunt:et ĩ apricis locis nec

pingui terra. Siluestriora omnia tardiora. Quædã ex iis õnino nõ maturescũt. Item quæ subarãt̃:aut quæ ablaqueãt̃:celeriora neglectis.hæc & fertiliora. Est etiãnũ ætatis differẽtia. Amygdala.n.et pirus in senecta fertilissĩæ:ut glandiferæ:et quoddã genus ficoꝝ. Cætera eius in iuuẽta tardiusq; maturantes.quod notat̃ in uitibus maxĩe. Vetustioribus.n.uinũ melius:nouellis copiosius. Celerrĩe uero senescit:et ĩ senecta deteriorẽ fructũ gignit:malus. Nãq; et minora poma ꝓueniũt:et uermiculis obnoxia. Quin et ĩ ipsa arbore nascunt̃. Ficus sola ex õniũ arboꝝ fœtu maturitatis cã medicat̃. Iã qdẽ ex portentis:quoniã maiora sũt præcocia præposteris. Omnia autẽ celerius senescunt prafœcunda. Quin et protinus moriũt̃ aliq̃ cælo fœcũditatẽ omnẽ eblãdito. quod maxĩe uitibus euenit.

¶DE Moro. ¶Cap.xxix.

C Ontra morus tardissĩe senescit:fructibus minime laborans. Tarde et ea quorũ crispa materies:ut acer palma populus. Et subarata ocius senescunt.

¶DB Siluestribus. ¶Cap.xxx.

S Iluestria autẽ tardissime. Atq; ĩ totũ omnis cura fertilitatem adiicit. Fertilitas senectã. Ideoq; & præflorẽt alia & prægerminant:atq; in totum præcocia fiũt: quoniã omnis infirmitas cælo magis accidit. Multæ uero plura gignunt: ut diximus in glãdiferis. Inter quæ laurus uuas suas. maximeq; sterilis quæ nõ gignit aliud:obq; id a qbusdã mas existimat̃. Ferũt & auellanæ iulos cõpactili callo ad nihil utiles.

¶DE Buxõ:& faba græca siue loto. ¶Cap.xxxi.

P Luria uero buxus. Nã & semẽ suũ:& granũ quod cartegon uocant:& a septẽtrione uiscum:a meridie hyphear:e qs plura mox paulo. Interdũq; ꝑiter res q̃ternas hñt. Arboꝝ quædam simplices:qbus a radice caudex unus & rami frequentes: ut oliuæ:fico:uiti. Quædam fruticosi gñis:ut paliurus:myrtus. Item nux auellana. Quinĩmo melior est & copiosior fructu in plures dispsa ramos. In qbusdã omnino nullus:ut in suo gñe buxo loto transmarinæ. Quædam bifurcæ:atq; etiã ĩ qnas ptes diffusæ. Quædã ĩdiuiduæ: nec ramosæ:ut sãbuci. Quædã indiuiduæ ramosæ ut piceæ. Quibusdã ramoꝝ ordo sicut piceæ:abieti. Aliis inconditus ut robori malo piro. Et abieti qdem subrecta diuisura:ramiq; in cælum tendentes:non in latera ꝓni.Miꝝ cacuminibus eoꝝ decisis morit̃. Totis uero detrũcatis durat. Et si infra q̃ rami fuere præcidat̃:quod supest uiuit. Si uero cacumẽ tantum auferat̃:tota morit̃. Alia ab radice brachiata ut ulmus. Alia in cacumĩe ramosa ut pinus lotos siue fabagræca:quã romæ a suauitate fructus siluestris qdẽ:sed cerasorum pene nat̃a lotõ appellãt. Præcipueq; domibus expetit̃:ramoꝝ petulantia:breui caudice latissima expatiãtiũ ũbra: & in uicinas domos sæpe trãsilientium. Nulli opacitas breuior:nec aufert solẽ hyeme decidentibus foliis. Nulli cortex iucundior aut oculos excipiẽs blãdius. Nulli rami lõgiores ualidioresq; aut plures:ut dixisse totidẽ arbores liceat. Cortice pelles tingũt:radice lanas. Malis ꝓpriũ genus. Feraꝝ.n.rostra reddũt:adhærẽtibus uni maxĩo minoribus. Ramoꝝ aliq cæci q nõ germinant.quod nat̃a fit si nõ eualuere: aut pœna cũ ãputatos cicatrix hebetauit. Quæ diuiduis in ramo natura est:hæc uiti in oculo: haꝝdini in geniculo. Omniũ terræ ꝓxĩa crassiora. In longitudinẽ excrescunt abies: larix:palma:cupressus:ulmus:& siq̃ unistirpia. Ramosaꝝ cerasus etiã in.xl.cubitoꝝ trabes æq̃li per totum duum cubitorum crassitudine reperit̃.

¶DE Ramis & cortice & radicibus arboꝝ. ¶Cap.xxxii.

Q Vædam statĩ in ramos spgunt̃:ut mali. Cortex aliis tenuis:ut lauro,tiliæ. Aliis crassus ut robori. Aliis lenis:ut malo fico. Idẽ scaber robori,palmæ. Omnibus ĩ senecta rugosior. Quibusdam rumpit̃ sponte:ut uiti. Quibusdam etiam cadit:ut malo unedoni. Carnosus suberi,populo. Mẽbranaceus,ut uiti,harundini. Libris silis ceraso. Multiplex tunicis:ut uitibus,tiliæ,abieti. Quibusdam simplex:ut fico,haꝝdini. Magna & radicum differentia. Copiosæ fico,robori,platano. Breues & angustæ malo. Sĩgulares abieti,larici. Sĩgulis.n.ĩnitũt̃:q̃q̃ minimis ĩ latera dispsis. Crassiores

lauro:& īæq̄les. Itē oleæ:cui & ramosæ. At robori carnosæ. Robora suas ī ꝓfundum agūt. Si Virgilio qdē credīus æsculus q̄tū corpore eminet:tātū radice descēdit. Oleæ malisq; & cupressis p sūma cespitū. Aliis recto meatu:ut lauro oleæ. Aliis flexuoso: ut fico. Minutis hæc capillamētis hirsuta:ut abies:multæq; siluestriū. E qbus mōta/ni prætenuia fila decerpētes spectabiles lagenas & alia uasa nectūt. Quidā nō altius descēdere radices q̄ solis calor tepefaciat. Idq; natā loci tenuiores siue grauissīas dixe/re:quod falsū arbitror. Apud auctores certe īuenit abietis plātā cum trāsferret: octo cubitoꝝ ī altitudīe:nec totā refossā:sed abruptā. Maxīa spatio atq; plenitudīe & cæ/dri ē.ab ea platani:roboris:& glādiferaꝝ. Quarūdā radix uiuacior supficie:ut lauri. Itaq; cū trūco inaruit recisa etiā lætius fruticat. Quidā breuitate radicū celerius se/nescere arbores putāt. Quod coarguūt fici:quaꝝ radices lōgissīæ:& senectus ocissima. Falsū arbitror & quod aliq ꝓdidere:radices arboꝝ uetustate minui. Visa &enī ē āno/sa quercus euersa ui tēpestatis:& iugeꝝ soli āplexa. Prostratas restitui pleꝝq;:& qdā terræ cicatrice reuiuiscere:uulgare ē. Et fāiliarissimū hoc platanis:quæ pluriū uētoꝝ cōcipiūt ꝓpter densitatē ramoꝝ. Quibus amputatis leuatæ onere in sua scrobe repo/nuntur. Factumq; iam est hoc & in iuglandibus:oleisq;:ac multis aliis.

¶DE Prodigiosis arboribus:& quibus modis sponte nascunt:& ꝙ nō omnia ubiq; nascantur:& quæ non alibi nascantur arbores. ¶Capitulum.xxxiii.

ESt ī exēplis & sīe tēpestate ullaue cā alia q̄ ꝓdigii cecidisse multas:ac sua spōte resurrexisse. Factū hoc populi ro.qritibus ostentū cībricis bellis nuceriæ ī luco Iunonis ulmo postq̄ etiā cacumē āputatū erat:quoniā in arā ipsā ꝓcūbebat:restituta spōte:ita ut ꝓtinus floreret. A quo deīde tpre maiestas poppli ro.resurrexit: quæ an̄ uastata cladibus fuerat. Memorat hoc idē factū & in philippis salice ꝓcidua atq; de/trūcata. Et stagiris ī musæo populo alba. Oīa fausti ominis. Sed maxīe miꝝ ātādri platanus etiā circūdolatis lateribus restibilis sponte facta: uitæq; reddita. Lōgitudīe .xv.cubitoꝝ:crassitudīe q̄ttuor ulnaꝝ. Arbores q̄s natæ debeāus tribus mōis nascūt. Sponte:aut seīe:aut ab radice. Cura nūerosior existit:de q̄ suo dicēus uolumīe. Nūc enim totus sermo de nata ē:multis mōis mirisq; mēorabili. Nāq; nō oīa ī oībus locis nasci docuimus:nec trāslata uiuere. Hocq; alias fastidio:alias contumacia: sæpius ī/becillitate eoꝝ quæ trāsferūt:euenit. Alias cælo īuidente:alias solo repugnāte. Fasti/dio balsamū alibi nasci nata q̄ in syria noluit fere. Necnō & palmā nasci ubiq;: aut natā pere:uel cū ꝓmisit etiā ostēditq; ea educare quæ tāq̄ ī uita peperit. Nō hēt uires frutex cīnami ī syriæ uicina pueīēdi. Nō ferūt amomi nardiq; deliciæ: ne ī arabia q/dē ex india naue pegrinari. Tētauit.n. Seleucus rex. Illud maxīe miꝝ ipsas arbores pleꝝq; exorari ut uiuant atq; trāmigrēt. Aliqdo & a solo īpetrari ut alienas alat: ad/uenasq; nutriat.cælū nullo mō qt flecti. Viuit in italia pipis arbor. Casiæ uero etiā ī septētrionali plaga. Vixit & in lydia thuris. Sed ūde sorbētes succū ōnē ex iis soles coquētesq; lachrymā? Illud ꝓxīe miꝝ mutari natā ī iisdē locis atq; īprouiso ualere. Cædrū æstuosis ptibus dederat.& ī lyciis frigidisq; mōtibus nascit. Frigus inimicum lauro fecerat.sed ī olympo copiosior nulla ē. Circa bosphoꝝ cīmeriū ī pāticapeo urbe ōni mō laborauit Mithridates rex & cæteri īcolæ:sacroꝝ certe cā lauꝝ myrtūq; hre:& nō cōtigit:cum abūdēt arbores ibi punicæ ficiq;. Iā mali & piri laudatissīæ. Frigidas nata eodē tractu nō genuit arbores pinū abietē piceā. Et qd attiet ad pōtū abire? Iux/ta romam ipsā castaneæ:cerasiq; ægre ꝓueniūt. Persica ī thusculano. Nec nō nuces græcæ cum tedio inseruntur. Terracina siluis scatet eaꝝ.

¶DE Cupresso:& ꝙ ex terra noua aliq̄ sæpe nascāt quæ ī ea an̄ nō fueꝝt. ¶Ca.xxxiiii.

CVpressus aduena & difficillīe nascētiū fuit:ut de q̄ uerbosius sæpiusq; q̄ de om/nibus aliis prodiderit Cato. Natu morosa:fructu supuacua:baccis torua:folio amara:odore uiolenta. Ac ne ūbra qdē gratiosa:materie rara:ut pene fruticosi gnīs. Diti sacra: & ideo funebri signo ad domos posita. Fœmīa sterilis diu. Mete demum

aſpectu non repudiata diſtinguẽdis tantũ pinoꝝ ordinibus. Nunc uero tõſilis facta in denſitate parietũ: coercitaq; gracilitate perpetuo tenera. Trahitq; etiã in picturas ope hiſtoriali uenatus claſſeſue & imagĩes reꝝ tenui folio breuiq; & uirẽte ſupueſtiẽs. Duo gña eaꝝ. Meta in faſtidiũ conuoluta quæ & fœmĩa appellat. Mas ſpgit extra ſe ramos: deputatq;: & accipit uitẽ. Vtraq; autẽ ĩmittit in pticas aſſereſue ãputatione ramoꝝ: q. xiii. ãno denariis ſingulis ueneũt. Quæſtuoſiſſĩa in ſatus rõne ſilua. Vulgoq; dotẽ filiaꝝ ãtiq plantaria appellabant. Huic pria inſula creta: q̃q̃ Cato tarẽtinã eam appellat. Credo ꝙ primum eo uenerit. Et ĩ enaria ſucciſa regermĩat. Sed ĩ creta quocũq; loco terram mouerit qſpiam niſi ſerat alia: hæc gignit: ꝓtinuſq; emigrat. Illa uero etiam non appellato ſolo ac ſponte: maximeq; in idæis montibus: & quos albos uocant: ſummiſq; iugis ubi niues nunq̃ abſunt plurima. Quod miremur: alibi non niſi in tepore ꝓueniens: & nutricem magnopere faſtidiens. Nec terræ tãtũ nata circa has refert aut perpetua cæli: ueꝝ & quædam tpraria uis hymbriũ. Aliquæ pleꝝq; ſemina afferunt: & certo fluunt gñe. Aliquæ etiam incognito. quod accidit cyrenaicæ regioni cum primum ibi laſſerpitiũ natum eſt: ut ĩ herbaꝝ natura dicemus. Nata ẽ & ſilua urbi ei ꝓxĩa hymbre piceo craſſoq; circiter urbis romæ ãno q̃drĩgẽteſĩo triceſĩo.

¶DE Hedera. ¶Cap. xxxv.

HEdera iam dr̃ in aſia naſci. Negauerat Theophraſtus: nec in india niſi ĩ monte mero. Quin & Harpalum õni modo laboraſſe: ut ſereret eam in medis fruſtra. Alexandꝝ uero ob raritatem ita coronato exercitu uictorem ex india rediſſe exẽplo Liberi pr̃is: cuius dei & nunc adornant thyrſos galeaſq; etiã ac ſcuta in thraciæ populis ĩ ſolẽnibus ſacris. Inimica arbor ſatis õnibus ſepulchraq; ac muros rũpẽs. Serpẽtiũ frigori gratiſſĩa: ut miꝝ ſit illam in honore ullo hĩtam. Duo gña eius. Pr̃a ut reliq̃ꝝ mas & fœmĩa. Maior tradit mas corpore: & folio duriore ac pĩguiore: & flore ad purpuram accedente. Vtriuſque autem flos ſimilis eſt roſæ ſilueſtri: niſi ꝙ caret odore. Species hoꝝ generꝝ tres. Eſt. n. candida: & nigra hedera: tertiaq; quæ uocat helix. Etiãnum hæ ſpecies diuidunt in alias: quoniam eſt alia fructu tantum candida: alia & folio. Fructumq; candidum ferentium: aliis denſus acinus & grandior racemis in orbẽ circũactis q uocãt corymbi. Itẽ ſileniciũ cuius ẽ minor acinus ſpſior racẽus. Simili modo in nigra. Alicui & ſemen nigrum: alii crocatum: cuius coronis poetæ utuntur: foliis minus nigris: quam qdam nyſiam: alii bacchicam uocant: maximis inter nigras corymbis. Quidam apud græcos etiamnum duo gña huius faciunt a colore acinorũ erythranum & chryſocarpum. Plurimas aũt hẽt differẽtias helix: quoniã folio maxĩe diſtat. Parua ſunt et anguloſa concinnioraq;: cum reliquoꝝ gña ſimplicia ſit. Diſtat et longitudine internodiorum: præcipue tñ ſterilitate: quoniam fructum non gignit. Quidam hoc ætatis eſſe non generis exiſtimant. primoq; eſſe helicem putant fieri hederam ueſtuſtate. Hoꝝ error manifeſtus intelligit: quoniam helicis plura genera reperiuntur: ſed tria maxime inſignia. Herbacea ac uirens quæ plurima eſt. Altera cãdido folio. Tertia uerſicolor quæ thracia uocat. Etiamnum herbaceæ tenuiora folia: in ordinem digeſta: denſioraq;. In alio genere diuerſa omnia. Et in uerſicolori alia tenuioribus foliis ac ſimiliter ordinatis denſioribuſq;. In altera neglecta omnia hæc. Maiora quoq; ac minora ſunt folia. maculaꝝq; hĩtu diſtant. Et in candidis alia ſũt candidiora. Adoleſcit in longitudinem maxime herbacea. Arbores autem necat candida: omnemq; ſuccum auferendo tanta craſſitudine auget: ut ipſa arbor fiat. Signa eius folia maxima atque latiſſima mammas erigentis quæ ſunt cæteris inflexæ. Racemi ſtantes ac ſubrecti. Et q̃q̃ omnium generi radicoſa brachia huic tamen maxime ramoſa ac robuſta. Ab ea nigræ. Sed proprium albæ ꝙ inter media folia emittit brachia: utrũque ſemper amplectens. Hæc eſt & in muris quanuis ambire non poſſit. Itaq; etiam pluribus locis interciſa uiuit tamen: duratq;: & totidem initia radicũ hẽt: quot brachia. Quibus incolumes et ſolidas arbores ſuggit: ac ſtrangulat. Eſt et in

fructu differentia. Albæ nigræq; hederæ: quoniam aliis tãta amaritudo acini: ut aues non attingant. Est & rigens hedera: quæ sine ãminiculo stat. Sola omnium generũ ob id uocata cissos. E diuerso nunq̃ nisi humi repens chamecissos.

¶DE Hedera quæ uocatˀ similax. ¶Cap. xxxvi.

SImilis est hederæ e cilicia qdem primum ꝑfecta: sed in græcia frequẽtior: quam uocant similacẽ densis geniculata caulibus: spinosa: fruticosa ramis: folio hederaceo: paruo: non anguloso: a pediculo emittente pampinos: flore cãdido: olẽte liliũ. Fert racemos labruscæ mõ nõ hederæ: colore rubro: cõplexa acinis maioribus nucleos undenos: minoribus singulos: nigros durosq; ĩfausta omnibus sacris & coronis: quoniam sit lugubris: uirgĩe eius nominis propter amorem iuuenis Croci mutata ĩ hũc fruticem. Id uulgus ignorans: pleꝝq; festa sua polluit hederam existimãdo. Sicut in poetis aut Libero pr̃e aut Sileno: qui omnino nescit quibus coronetˀ. E similace fiũt codicilli. Propriumq; materiæ est: ut admota auribus leuem sonum reddat. Hederæ mira ꝑditˀ natã ad expiẽda uina. Si uas fiat ex ligno eius: uina trãsfluere: ac remanere aquã siq̃ mixta fuerit.

¶DE Aq̃ticis calamis & fruticibus. ¶Cap. xxxvii.

INterea q frigidis gaudent aquaticos frutices dicere conuenit. Principatum in iis tenebũt harundines belli pacisq; experimentis necessariæ: atq; etiam in deliciis gratæ. Tegulo. n. eaꝝ domus suas septentrionales populi operiunt: durantq; eius alta tecta. In reliquo uero orbe & cameras leuissĩe suspẽdũt. Chartisq; seruiũt calami: ægyptii maxime cognatione quadam papyri. Probatiores tñ gnidii: et q ĩ asia circa anaeticum lacum nascuntur. Nr̃atibus fungosior subest natura: cartilagine bibula. quæ cauo corpore intus superne tenui inarescit ligno. Fissilis præacuta semper acie: geniculata. Cætero gracilitas nodis distincta leui fastidio tenuatˀ in cacumĩa. Crassiore peniculo coma: neq; hac superuacua. Aut. n. pro pluma strata cauponaꝝ replet. aut ubi limosiore callo induruit: sicut in belgis cõtusa & interiecta nauiũ cõmissuris ferruminat textus: glutino tenacior: rimisq; explendis fidelior pice. Calamis orientis populi bella conficiunt. Calamis spicula addunt irreuocabili hamo noxia. Mortem accelerãt pinna addita calamis. Fitq; & ex ipso telum aliud fracto in uulneribus. His armis solẽ ipsum obumbrant. Propter hoc maxime serenos dies optant. Odere uẽtos & hymbres q inter illos pacem esse cogunt. Ac siquis æthiopas ægyptum arabas ĩdos scytas bactras sarmatarum tot gẽtes & orientis: omniaq; parthorum regna diligẽtius cõputet: æqua ferme ps hominum in toto mũdo calamis superata degit. Præcipuus hic usus in creta bellatores suos præcipitauit. Sed in hoc quoq; ut in cæteris rebus uicit italia: quoniã nullus sagittis aptior calamus q̃ in rheno bononiensi amne: cui plurima ĩest medulla: pondusq; uolucre. Contra flatus quoq; peruicax libra. Quippe non eadem gratia belgicis. Hæc & creticis commendationibus: quanq̃ præferãt indi: quorum alia quibusdam uidetur natura quando & hastarum uicem præbent additis cuspidibus. Harundini quidem indicæ arborea amplitudo qualem uulgo in templis uidemus. Differre mares ac fœminas ĩ his quoq; indi tradunt. Spissius mari corpus: fœminæ capacius. Nauigiorum etiam uicem præstãt (si credimus) singula internodia. Circa acesinẽ amnem maxime nascuntˀ. Arundo omnis ex una stirpe numerosa. Atq; etiam recisa fœcundius resurgit. Radicis natura uiuax: geniculata & ipsa. Folia ĩdicis tantum breuia. Oĩbus uero a nodo orsa complexu tenues per ambitum inducunt tunicas. atq; a medio internodio cum plurimum desinunt uestire: procumbuntque. Latera arundini calamoq; in rotunditatem bina super nodos alterno semper ĩguine: ut alterum ad dextram fiat: alterum superiore geniculo ab leua per uices. Inde exeũt aliquando rami qui sunt calami tenues. Plura autem genera. Alia spissior densiorq; geniculis: breuibus internodiis. Alia rarior maioribus tenuior & ipsa. Calamus uero alius totus concauus: quem syringiam uocant: utilissimus fistulis: quoniam nihil est ei chartilaginis atq; carnis. Orchomenius est cõtinuo foramine puius: quẽ auleticon

uocant. hic tibiis utilior: fistulis ille. Est alius crassiore ligno & tenui foramine. hunc
totum fungosa replet medulla. Alius breuior: alius procerior: exilior: crassiorq;. Fru-
ticosissimus qui uocatur donax: nõ nisi in aquaticis natus: quoniam & hæc differẽtia
est multum prælata arũdine quæ in siccis proueniat. Suum genus sagittario calamo
ut diximus. Sed cretico longissimis internodiis obsequiumq; quo libeat flecti cale-
facto. Differentias faciunt & folia non multitudine: uerum robore & colore. Valida
laconicis & ab una parte densiora: quales in totũ circa stagna gigni putant. Dissiles
amnicis: longisq; uestiri foliis: spatiosius a nodo scandente complexu. Est & obliqua
arundo non in excelsitatem nascens: sed iuxta terram fruticis modo se spargens: sua-
uissima in teneritate animalibus. Vocat̃ a quibusdam elegia. Est & in italia nascens
adarcha nomine palustris ex cortice tãtum. Sub ipsa coma utilissima dentibus: quo-
niam uis eadem est quæ sinapi. De orchomenii lacus arũdinetis accuratius dici cogit
ammiratio ãtiqua. Characian uocabant crassiorem firmioremq;. Plociam uero sub-
tiliorem. Hanc in insulis fluitantibus natare: illam in ripis expatiantis lacus. Tertia
arundo est tibialis calami: quem auleticon uocant. nono hic anno nascebatur.
Nam & lacus incrementa hoc temporis spatio seruabat. Prodigiosus siquando am-
plitudinem biennio extendisset: quod notatum apud cheroniam infausto athe-
niensium prælio: & apud lebaida sæpe notatur influente cephiso. Cum igitur
anno permanserit inundatio proficiunt: in aucupatoriam quoq; amplitudinem.
Vocantur zeugitæ. Contra bombyciæ maturius reciproco graciles. Fœminarum
latiore folio atq; candidiore: modica lanugine aut omnino nulla spadonum nomine
insignibus. Hinc erant armamenta ad inclusos cantus non silendos ex reliquo curæ
miraculo: ut uenia sit argento iam potius cani. Cædi solebãt tempestiue usq; ad An-
tigenem tibicinem cum adhuc simplici musica uterentur: sub arcturo. Sic præpara-
tæ aliquot post annos utiles esse incipiebant. Tunc quoq; multa domandæ exercita-
tione: & canore tibiæ ipsæ educendæ: cõprimẽtibus se lingulis: quod erat illis theatroꝝ
moribus utilius. Postq̃ uarietas accessit & cãtus quoq; luxuriantes. Cædi añ solstitia
cœptæ & fieri utiles in trimatu apertioribus earum ungulis ad flectẽdos sonos. Quæ
inde sunt & hodie. Sed tũc ex sua quaq; tantum arundine congruere persuasũ erat:
et ea quæ radicem antecesserat: leuæ tibiæ conuenire: quæ cacumen dexteræ. Immẽsũ
quantum iis prælatis quas ipse cephisus abluisset. nunc sacrificæ thuscorum e buxo.
Ludicræ uero loto ossibusq; asininis & argento fiunt. Aucupatoria arundo a panhor-
mo laudatissĩa. Piscatoria ab aritana ex africa. Arũdinis italiæ usus ad uineas maxĩe.
Cato seri eam iubet in humidis agris bipalio subacto prius solo: oculis dispositis in-
teruallo ternorum pedum. Simul & corrudam unde asparagi fiant: concordare ami-
citiam. Salicis uero qua nulla aquaticarum utilior licet populi uitibus placeant: &
cecubum ducant. Licet alni sæpes muniant contraq; erumpentium amnium ĩpetus
ripaꝝ muro ĩ tutelis ruris excubẽt: ĩ aq̃ satæ: cæsæq; densius innumero hærede ꝓsint.

¶DE Salice genera eius octo: & quæ præter salicem sit utilia ligaturis: & de rubis.
¶Capitulum. xxxviii.

SAlicis statim plura genera. Nam quædam & ĩ proceritatem magnam emittũt
iugis uinearum perticas. Pariuntq; balteo cortice uincula. Et aliæ uirgas seq̃cis
ad iuncturas lenticiæ. Aliæ prætenues uiminibus texendis spectabili subtilitate. Rur-
sus aliæ firmiores corbibus ac plurĩæ agricolarum supellectili cãdidiores ablato corti-
ce: leuiq; tractatu mollioribus uasis q̃ ut e corio fiant: atq; etiã supinaꝝ ĩ delicias ca-
thedrarũ aptissima. Decidua salici fertilitas densiorq; tonsura ex breui pugno uerius
q̃ ramo: non ut remur in nouissimis curanda arbore. Nullius quippe tutior redditus
minorisue impendii aut tempestatum securior. Tertiũ locum ei in æstimatione ruris
Cato attribuit: prioremq; q̃ oliuetis: q̃q; frumento: aut pratis: nec quia desint alia uĩ-
cula. Siquidem & genistæ: ithaceæ: & populi: & ulmi: & sanguinei frutices: & betullæ

& arundo fissa & arundinum folia : ut in liguria. & uitis ipsa:recisisque aculeis rubi alligãt:& intorta corylus. Mirũq; contuso ligno alicui:maiores ad uincula esse uires. Salici autem præcipua dos. Finditur enim græca rubens . candidiorque amerina : sed paulo fragilior . ideoque solido ligat nexu. In asia tria genera obseruant. Nigram utiliorem uiminibus. Candidam agricolarum usibus. Tertiam quæ breuissia est helicem uocant. Apud nos quoque multi totidem nomina imponunt. Vimineam uocant eandem purpuream. Alteram nicelinam a colore:quæ sit tenuior. Tertiam gallicam quæ tenuissima. Nec in fruticum nec in ueprium cauliumue : neque in herbarum aut alio ullo q̃ suo genere numerentur iure scirpi fragiles palustresque ad tegulum tegetesque. E quibus detracto cortice candelæ luminibus & funeribus seruiunt. Firmior quibusdam in locis earum rigor. Nanq; iis uelificant non in pado tantum nautici : uerum & in mari piscator africus præpostero more uela intra malos suspendens. Et mapalia sua mauri tegunt. Proximeq; æstimanti hoc uideatur esse: q̃ in interiore mundi parte pari sunt papyri usui : sed fruticosi generis sunt. Inter aquaticas arbores sunt & rubi atq; sambuci fungosi generis:aliter tñ q̃ ferulæ. Quippe plus ligni ac succi utiq; sambuco . ex q̃ magis canoram buccinam tubamq; credit pastor ibi cæsæ ubi gallorũ cantum frutex ille non exaudiat. Rubi mora ferunt & alio genere silitudinem rosæ:qui uocatur cynosbatos. Tertium genus idæum uocant græci a loco.tenuior est q̃ cætera:minoribusq; spinis & minus aduncis. Flos eius contra lippitudinem illinitur ex melle:& ignem sacrum. Contra stomachi quoq; uitia bibit̃ ex aqua. Sambuci acinos habent nigros atq; paruos:humoris lenti inficiendo maxĩe capillo:qui & ipsi aqua decocti:manduntur.

¶DE Succis arborum & natura materiarũ:& de cæđẽdis arboribus. ¶Cap.xxxix.

HVmor & cortici arborum est qui sanguis earũ ĩtelligi debet:nõ idẽ õibus. Ficis lacteus. Huic ad caseos figurãdos coaguli uis. Cerasis gũmosus. Vlmis saliuosus. Lentus ac pĩguis malis. Vitibus & piris aquosus. Viuaciora qbus lẽtior. Atq; ĩ totũ corpore arborũ:ut reliquorũ aĩaliũ: cutis:sãguis:caro:nerui:uenæ:ossa:medullæ. Pro cute cortex. Mirum in moro medicis succum quærentibus fere hora diei secunda lapide incisus manat:altius fractus siccus uidet̃. Proximi plerisq; adipes. Ii uocant̃ a colore alburnum. Mollis ac pessima pars ligni etiam in robore facile putrescens:teredini obnoxia:q̃re semper ãputabit̃. Subest huic caro:cui ossa:id ẽ materiæ optimũ. Alternãt fructus quibus siccius lignum ut olea:magis q̃ qbus carnosum:ut cerasus. Nec omnibus adeps carnesue largæ:sicuti nec animalium acerrimis. Neutrum habẽt buxus:cornus:olea:nec medullam:minimumque etiam sanguinis. Sicuti ossa non habent sorba:carnem sambuci : & plurimam ambæ medullam. Nec arundines maiore ex parte. In quarũdam arborum carnibus pulpæ uenæq; sunt. Discrimen earum facile. Venæ latiores cãdidioresq;. Pulpæ fissilibus insunt. Ideo fit:ut aure ad caput trabis quãlibet prælõgæ admota ictus ab altero capite uel grauis sentiatur: penetrãte rectis meatibus sono. Vnde deprehendit̃ an torta sit materies nodisq; cõcisa. Quibusdam sunt tubera:sicut sunt in carne glandia. In iis nec uena nec pulpa : quodam callo carnis in se conuoluto. Hoc preciosissimum in cædro & acere. Cætera mensarũ genera fissis arboribus circinãtur in pulpã. Alioquin fragilis esset uena ĩ orbẽ arboris cæsa. Fagis pectĩes transuersi in pulpa apud antiquos. Inde & uasis honos. Manius Curius iurauit se ex præda nihil attigisse:præter guttũ faginũ:quo sacrificaret. Lignũ in longitudinẽ ita fluctuat:ut quæ pars fuit ab radice:ualidius sidat. Quibusdã pulpa sine uenis: mero stamine & tenui constat. Hæcq; maxĩe fissilia. Alia frangi celeriora q̃ findi:qbus pulpa non est:ut oleæ uites. At e contrario totum a carne corpus fico. Tota ossea est ilex:cornus : robur:cytisus : morus : hebenos : lotos:& quæ sine medulla esse diximus. Cæteris nigricans color. Fulua cornus in uenabulis nitet incisuris nodata propter decorem. Cædrus & larix & iuniperus rubent.

DE Teredinibus larice. Ca. Lviiii.

Larix fœminam habet:quã græci uocant ægida mellei coloris.Inuentũ ẽ pictoꝶ tabellis ĩmortale:nulliſq; fiſſile rimis. Hoc lignũ proximũ medullæ ẽ:ĩ abiete leucon græci uocauere.Cædrus quoq; duriſſima:quæ medullæ ꝓxima ut in corpore oſſa deraſo modo limo.Et ſãbuci interiora mire firma tradũt.Nanq; q uenabula ex ea faciũt:præferũt oĩbus.Cõſtat.n.ex cute & oſſibus.Cædi tẽpeſtiuũ quæ decorticẽt. Vt teretes ad tẽpla cæteraq; uſus rotũdi cũ germinãt:alias cortice ĩextricabili & carie ſubnaſcẽte ei:materiaq; nigreſcente. Tigna & qbus aufert ſecuris corticẽ a bruma ad fauoniũ:aut ſi præuenire cogamur arcturi occaſu:& ãte eũ fidiculæ.Nouiſſĩa ratiõe ſolſtitio.Dies ſydeꝶ hoꝶ reddẽt ſuo loco.Vulgo ſatis putãt obſeruare:ne quæ dedolãdæ arbores ſternant̃ ãte editos ſuos fructus.Robur uere cæſũ teredinẽ ſẽtit.Bruma aũt neq; uitiat̃:neq; findit̃:alias obnoxiũ etiã ut torqueat ſeſe:findatq;.quod ĩ ſubere tempeſtiue quoq; cæſo euenit. Infinitũ refert lunaris ratio:nec niſi a uiceſima in triceſimã cædi uolũt.Inter oẽs cõuenit utiliſſĩe in coitu eius ſterni: quẽ diem alii interluniũ:alii ſilentis lunæ appellãt. Sic certe Tiberius Cæſar cõcremato ponte naumachiario larices ad reſtituendũ cædi ex retia præfiniuit. Quidã dicunt: ut in coitu & ſub terra ſit luna.quod fieri non põt niſi noctu.Ac ſi cõpetãt coitus in nouiſſimũ diẽ brumæ:illa æterna ſit materies:proxĩe cũ ſupradictis ſyderibus.Quidã & canis ortum addũt:& ſic cæſas materies in foꝶ auguſtũ.Nec nouellæ autem ad materiem nec ueteres utiliſſimæ.Circuncĩſas quoq; ad medullã alii nõ inutiliter relinquũt: ut omnis humor ſtantibus defluat.Mirum apud antiquos primo punico bello claſſem Duillii ĩpatoris ab arbore exciſa ſexageſimo die nauigaſſe. Contra uero Hieronem regem ducentas.xx.naues effectas diebus.xlv.tradit.L.Piſo.Secundo quoq; punico bello Scipionis claſſis.xl.die a ſecuri nauigauit:tantũ tempeſtiuitas etiam in rapida celeritate pollet.Cato hominum ſummus in omni uſu:de materiis hæc adiicit.Prælũ e ſappino atra potiſſimũ facito.Vlmeã pineã nuceã:hanc atq; aliã materiem õnem cum effodies: luna decreſcente eximito poſt meridiem ſine uento auſtro. Tunc erit tempeſtiua:cũ ſemen ſuũ maturũ erit.Caueto ne ꝑ rorem trahas:aut dõles. Idemq; mox: niſi in trimẽſtri lunaq; dimidiata ne tangas materiem. Tunc ne effodias aut præcidas abs terra.Diebus q̃ttuor ꝓximis:quibus luna plena fuerit: optime eximit̃. Omnino caueto nigrã materiã ne doles:ne cædas:neue tãgas niſi ſiccã: neue gelidã: neue rorulentam. Tiberius idem & in capitolio condendo ſeruauit interlunia.M. Varro aduerſus defluuia præcepit obſeruandum idem a pleniluniis.Larici & magis abieti ſucciſis humor diu defluit.hæ oĩũ arboꝶ altiſſimæ ac rectiſſimæ.Nauiũ malis antẽniſq; ꝓpter leuitatẽ præfert̃ abies.cõmuni ab iis pino:quæ aut q̃driptitos uenaꝶ curſus bifidoſq; habeat:uel õnino ſimplices. Fabrorum inteſtina operaria medulla ſectilis optima q̃dripartitis materiis & mollior q̃ cæteræ. Intellectus ĩ cortice ꝑtinus peritis.Abietis quæ pars a terra fuit enodis eſt. Hacq;:quã diximus:ratione fluuiata decorticatur:atq; ita ſappinus uocatur:ſuperior pars nodoſa duriorq; fuſterna. Et in ipſis aũt arboribus robuſtiores aquiloniæ partes. Et in totũ deteriores ex humidis opaciſque. Spiſſiores ex apricis: & diuturnæ. Ideo romæ inferna abies ſupernati præfert̃. Eſt per gentiũ quoq; regiones in iis differentia.Alpibus apenninoq; laudatiſſimæ:in gallia ciuribus ac monte uoſego: in corſica:bithynia: ponto:macedonia. Deteriores eneatica & arcadica. Peſſimæ parnaſia & eubœa :quoniam ramoſæ ibi & contortæ putreſcenteſque facile.At cædrus in creta africa ſyria laudatiſſima.Cædri oleo perũcta materies nec tineã:nec cariem ſẽtit.Iunipero eadem uirtus: quæ cædro. Vaſta hæc ĩ hiſpania:maxĩeq; bacæ eis.Medulla eius ubicũq; ſolidior etiã q̃ cædrus. Publicũ omniũ uitiũ uocãt ſpiras ubi ſeſe cõuoluere uenæ atq; nodi. Inueniunt̃ in qbuſdã ſicut in marmore centra:id eſt duritia clauo ſimilis inimica ferris.Et quædã forte accidunt in lapide cõprehenſo aut recepto in corpus:aut alterius arboris ramo.

Megaris diu ſtetit oleaſter in foro: cui uiri fortes affixerãt arma : quæ cortice ãbiente ætas lõga occultauerat. Fuitq; arbor illa fatalis excidio urbis præmonitæ oraculo : cũ arbor arma peperiſſet. quod ſucciſæ accidit ocreis galeiſq; ĩtus repertis. Ferũt lapides ita inuentos ad cõtinendos partus eſſe remedio.

¶DE Materiis. ¶Ca. Lx.

DE Magnitudĩe arboꝝ: & quæ cariẽ & ruinã nõ ſẽtiũt. & de ꝑpetuitate materiaꝝ.

HAmpliſſĩa arboꝝ ad hoc æui exiſtimat᷑ romæ uiſa: quã ꝓpter miraculũ Tiberius Cæſar in eodẽ põte naumachiario expoſuerat aduectã cũ reliq̃ materie. Durauitq; ad Neronis principis ãphiteatrꝝ. Fuit aũt trabs e larice lõga pedes. cxx. bipedali craſſitudine æq̃lis. quo intelligebat᷑ uix credibilis reliq̃ altitudo faſtigiũ ad cacumen æſtimãtibus. Fuit & memoria noſtra in porticibus ſeptoꝝ a. M. Agrippa relicta æque miraculi cauſa: quæ delibatorio ſupfuerat. xx . pedibus breuior: ſeſq̃pedali craſſitudine . Abies admirationis præcipuæ uiſa in naui: quæ ex ægypto Caii principis iuſſu obeliſcũ in uaticano circo ſtatutum: quattuorq; trũcos lapidis eiuſdẽ ad ſuſtinendũ eũ adduxit. Qua naue nil admirabilius uiſũ in mari certũ eſt . Cxx. modii tũc lentis pro ſaburra ei fuere. Lõgitudo ſpatiũ obtinuit magna ex parte oſtienſis portus latere leuo. ibi nãq; demerſa eſt a Claudio prĩcipe cũ tribus molibus turriũ altitudine in ea exædificatis obiter puteolano puluere aduectis. Quæ arboris craſſitudo q̃ttuor hoĩũ ulnas complectẽtiũ implebat. Vulgoq; audit᷑. lxxx. nummoꝝ & pluris malos ad eos uenundari uſus. Rates uero cõnecti . xl. ſeſtertiis pleraſq;. At in ægypto ac ſyria reges inopia abietis cædro ad claſſes feruntur uſi. Maxima ea in cypro tradit᷑ ad ũdeciremẽ Demetrii ſucciſa. cxxx. pedũ lõgitudinis: craſſitudinis uero ad triũ hominũ cõplexũ. Germaniæ prædones ſingulis arboribus cauatis nauigãt: q̃rũ quædã & triginta hoĩes ferunt. Spiſſiſſima ex omni materie ideo & grauiſſima iudicatur hebenus & buxus: graciles nat᷑a: neutra in aquis fluitat nec ſuber ſi demat᷑ cortex : nec larix. Ex reliq̃s ſicciſſima lotos: quæ romæ ita appellatur. Deinde robur exalbunatum : et huic nigricans color: magiſq; etiam cythiſo: quæ proxime accedere hebenum uidetur. Quanq̃ non deſint q̃ ſyriacas terebinthos nigriores affirment. Celebratur & Tericles nomine calices ex terebintho ſolitus facere torno. Per quã probatur materies: õniũ hæc ſola ungi uult: meliorq; olea fit. Colos mire adulteratur iuglande ac piro ſilueſtri tinctis atq; in medicamine decoctis. Omnibus quæ diximus ſpiſſa firmitas. Ab his proxima eſt cornus: q̃q̃ non poteſt uideri materies ꝓpter exilitatem. ſed lignum nõ alio pene q̃ ad radios rotarum utile: aut ſiq̃d cuneãdũ ſit in ligno clauiſue figendũ ceu ferreis. Ilex item: & oleaſter: & olea: atq; caſtanea: carpinus : populus . Hæc omnia & criſpa aceris mõ: ſi ulla materies idonea eſſet. Ramis ſæpe deputatis caſtraceo illis eſt: adimitq; uires. De cætero plæriſq; eoꝝ. ſed utiq; robori tanta duritia eſt: ut terebrari niſi madefactũ nõ queat: & ne ſic q̃dẽ adactus auelli clauus . E diuerſo clauũ non tenet cædrus . Molliſſima tilia : eadem uidetur & calidiſſima. argumentum afferunt: ꝙ citiſſime aſcias retundat. Calidæ morus laurus hedera: & omnes quibus igniaria fiũt. Exploratoꝝ hoc uſus in caſtris paſtorumq; repperit: quoniam ad excuciendum ignẽ non ſemper lapidis occaſio eſt. Teritur igit᷑ lignum ligno. ignemq; concipit attritu : excipiente materia aridi fomitis fungi uel foliorum facillime conceptum . Sed nihil hedera præſtantius : quæ teratur lauro: laurumq; terat. Probat᷑ & uitis ſilueſtris alia q̃ labruſca: & ipſa hederæ modo arborem ſcandens. Frigidiſſima quæcunq; aquatica. Lentiſſima autẽ: & ideo ſcutis faciẽdis aptiſſima: quoꝝ plaga contrahit ſe protinus: clauditq; ſuũ uulnus: & ob id contumacius tranſmittit ferrum : in quo ſunt genere fici: ut ſalix: tilia: betulla: ſambucus: populus utraq;. Leuiſſimæ ex his: ſicut & ſalix: ideoq; utiliſſimæ. Omnes aũt etiam ad ciſtas quæcũq; flexibili crate conſtãt. Habẽt & candorẽ rigoremq;: & ĩ ſculpturis facilitatẽ. Eſt lenticia platano: ſed madida ſicut alno. Siccior eadem ulmo: fraxino: moro: ceraſo: ſed põderoſior. Rigorem fortiſſime

fiditur malleolus:medullaq; erasa ĩ se colligãť ipsi caules:ita ut gemmis parcať omni modo. Tũ malleolo in terrã fixo:mixta seritur. & cũ spargere cœperit caules:deciditᷣ: foditurq; sæpius. Talis uuæ acinos nihil intus ligni habituros Columella promittit: cũ uiuere semina ipsa p q̃mirũ sit & medulla adépta nasci. Surculis etiã q̃busnã sit articulatio arboris:nõ omittẽdũ uideť. Nãq; buxi tenuissĩs quinis senisue colligatis depacti proueniunt. Quõdã in obseruatione erat:ut defringereť ex imputata buxo: aliter uiuere nõ crediti. Detraxere hæc experimẽta seminarii curaq;. Sequiť uinearũ ratio. quiq; gene℞ hæ. Sparsis per terram palmitibus:aut p se uite subrecta. Vel cũ ãminiculo sine iugo. Aut pedatæ simplici iugo. Aut cõpluuiatæ quadruplici. Quæ pedatæ ratio erit:eadem intelligitur eius quoq;:in qua sine amminiculo uitis per se stabit. id enĩ non fit nisi pedamenti inopia. Sĩplici iugo constat porrecto ordine: quẽ canterium appellant. Meliorq; ea uino:quando sibi ipsa nõ obumbrat. assiduoque sole coquitur:& afflatum magis sentit & celerius rorẽ dimittit. Pãpinatiõi quoq; & occatiõi omniq; operi facilior. Super cætera deflorescit utilius. Iugum fit pertica aut arundine aut crine funiculoue:ut in hispania brundusioq;. Compluuiata copiosior uino est:dicta a cauis ædium cõpluuiis. Diuiditur in quaternas partes totidẽ iugis. Huius serendi ratio dicetur. eadem ualitura in omni genere: in hoc uero numerosior tantum. His uero tribus seritur modis. Optime in pastinato: proxime in sulco: nouissime in scrobe. De pastinatione dictum est.

¶DE Sulco & uinearũ putatione. ¶Ca. xxii.

SVlco latitudo palæ satis est. Scrobibus ternorum pedum in q̃cũq; partem. Altitudo ĩ quocũq; genere tripedalis:ideo nec uitis minor trãsferri debet. Extatura etiam num duabus gemmis. Emolliri terram minutis in scrobe ima sulcis fimoque misceri necessariũ. Cliuosa altiores poscunt scrobes. Præterea puluinatis a deuexitate labris. Quæ ex iis longiores fient:ut uites binas accipiant. e diuerso aliæ locabuntur. Esse uitis radicem in media scrobe oportet. Sed ipsam innixã solido in orientẽ æquinoctialem spectare. Adminicula prima e calamo accipere. uineas limitari decumano. xviii. pedũ latitudĩs ad contrarios uehiculo℞ trãsitus:aliisq; cõuersis limitibus. denũ pedũ distĩgui p media iugera. Aut si maior modus sit:totidẽ pedũ cardĩe quot decumano limitari. Sẽp uero q̃ntanis semitari:hoc ẽ ĩ q̃nto quoq; palo sigulæ iugo pagĩæ ĩcludãť. Solo spisso nõ nisi repastinato:nec nisi uiuæ radicẽ seri. Tenero & soluto uel malleolũ sulco uel scrobe. In colles sulcos agere trãsuersos:melius q̃ pastĩare ut defluuia palis eo℞ contineanť. Aquoso cælo uel sicco solo malleolos serere autũno:nisi si tractus ratio mutauerit. Siccus. n. & calidus autũno poscit seri. Humidus frigidusq; etiam ueris exitu. In arido solo uiuæ radix quoq; frustra seritur. Male & in siccis malleolus:nisi post hymbrem. Aut in riguis:uel frondens uitis:& usq; ad solstitiũ recte. usq; uer ut in hispania. Quiescere uentos sationis die utilissimũ. pleriq; austros optant. Cato abdicat. Interesse medio tẽperamento inter binas uites oportet pedes q̃nos. Minimũ aũt læto solo pedes quaternos. Tenui plurimũ octonos. Vmbri & marsi ad uicenos intermittunt arationis gratia in iis: quæ uocant proculeta. Pluuio & caliginoso tractu rariores poni:sicco densiores congruit. Subtilitas parsimoniæ cõpendia inuenit. cũ uinea in pastinato feratur:obiter seminarium faciendi ut uiuæ radix loco suo:& malleolus qui transferatur inter uites ordine serať. Quæ ratio ĩ iugero circiter .xvi. uiuæ radicem donat. Intra biennium autem fructus:quo tardius in sato ꝑuenit q̃ in translato. Viuæ radix posita in uinea post annum resecatur usq; ad terram:ut unus tantũ emineat oculus amminiculo iuxta affixo: & fimo addito. Simili modo & secundo anno reciditur: uiresque concipit:& intra se pascit suffecturas oneri:alias festinatione pariendi gracilescat:ac e mucida (ni cohibeatur) castigatione tali: in fœtũ exeat tota. Nihil auidius nascitur:ac nisi ad pariẽdum uires seruẽtur:tota fit fœtus. Pedamẽta optima quæ diximus:aut radice:robur:oleaq;:aut si nõ sint:pali iuniperi:

cupresso:alburno:sambuco. Reliquorum generum sudes omnibus annis reciduntur. Saluberrima in iugo harundo connexa fasciculis durat qnis annis. Cũ breuiores palmites sarmento iũgũtur inter se funiũ modo: ex hoc arcus funeta dicũtur. Tertius uineæ annus palmitem uelocem robustũq; emittit: in quem faciat ætas uitem. Hic in iugũ insilit. Quidã tunc excæcãt eum supina falce auferẽdo oculos: ut noxia ĩiuria lõgius euocent. Vtilior. n. consuetudo pariendi. satiusq; pãpinos adiudicate detergere: usq; quo placeat roborari eã. Sũt qui uetant tãgi proxĩo anno: quo translata sit: neq; ante quadragesimũ mensẽ falce curari. Tũc aũt ad tres gemmas recidi. Alii proximo qdẽ ãno recidũt. Sed ut ternos quaternosue sĩgulis ãnis adiiciũt articulos. Quarto demũ perducãt ad iugũ: ideo utriusq; fructũ tardũ. Præterea retorridũ & nodosũ puluinosũq; reddit incremento. Optimũ aũt matrẽ esse firmã: postea foetũ audacẽ. Nec tutũ est: quod cicatricosum: magno imperitiæ errore. Quicquid est tale: plagis nascitur: non e matre. totas. n. habet illa uires dũ roboratur: & ãnuos accipit tota foetus: cũ permissũ fuerit nasci. Nil natura portionibus parit. Quæ cũ excreuerit: satis firma protinus in iugo collocari debebit. Si etiãnũ ĩfirmior erit sub ipso iugo hospitari: recisa uiribus nõ ætate decernitur. Temerariũ est ãte crassitudinem pollicarẽ uiti imperare. Sequenti anno palmites salutentur pro uiribus matris: singuli aut gemini. Iidem & secundo si cogit infirmitas: nutriantur. Tertioq; demum anno duo adiiciantur. Nec sũt plures q̃ ternis unq̃ permittendi. Breuiterq; nõ indulgendũ est: & semp inhibenda foecũditas. In ea est. n. natura ut parere malit q̃ uiuere. Quicqd materiæ adimitur: fructui accedit. Illa seĩa mauult q̃ fructũ gigni: quoniã fructus caduca res est. Sic pniciose luxuriat: nec ampliat se: sed egerit. Dabit cõsiliũ & soli natura. In macro etiã si uires habebit: recisa ĩtra iugum moretur ne omnis foetura sub eo exeat. Minimũ id esse debebit interuallũ: ut attingat iugũ: supetq; non teneat: adeo non recũbat in eo: nec delicate se spargat. Ita tẽperetur hic modus: ut crescere etiã malit: q̃ parere. Palmes duas tresue gemmas sub iugo habere debet ex materiis quibus materia nascatur. tunc per iugum mergi alligariq; ut sustineatur iugo: non pendeat. Vinculo mox astrictius a tertia gẽma alligari: quoniã & sic coercetur impetus materiæ. Dẽsioresq; citra pãpini exultãt. cacumen religari uetãt. Natura hæc est: deiecta pars aut præligata fructum dat: plurimumq; ipsa curuatura. Quod citra est: materiem mittit: offẽsante credo spiritu & illa quã diximus: medulla. Quæ ita emicuerit materia: fructũ dabit anno sequente. Sic duo genera palmitũ. Quod e duro exit materiãq; in proximũ annũ ꝑmittit: pãpinariũ uocatur. aut ubi supra cicatricẽ est: fructuariũ. Alterũ ex amminiculo palmite: semperq; fructuariũ relinquitur sub iugo. Et qui uocatur custos. Hic est nouellus palmes non longior tribus gemmis: proximo anno materiam daturus: si uitis luxuria se consumpserit. Et alius iuxta eum uerucæ magnitudine: qui furũculus appellatur. Si forte custos fallat. Vitis anteq̃ septimũ ãnũ compleat a surculo euocata ad fructum eiuuenescit: ac moritur. Nec ueterem placet palmitem in longũ & ad quartũ usque pedamentũ emitti: quod alii dracones: alii iuniculos: ut faciãt quæ masculeta appellant. cum induruit uitis pessimũ in uinea traducere. Quinto anno & ipsi palmites intorquentur. singulæq; e singulis materiæ emittuntur: ac deinde e proximis. prioresque amputantur. Semper custodem relinqui melius. Sed is proximus uiti esse debet: nec lõgior q̃ dictũ est. & si luxuriauerint: palmites intorqueri: ut q̃ttuor materias uel duas: si uniiuga erit uinea: emittat. Si per se uitis ordinabitur sine pedamẽto: qualecũq; tñ initio ãminiculũ desiderabit: dum stare cõdiscat & recta surgere. Cætera primordia eadẽ. Diuidi aũt putatione pollicis inæquali examine ũdiq; ne prægrauet fructus pte aliq: obiter idẽ deprimẽs ꝓhibebit in excelsũ emicare. Huic uineæ triũ pedũ altitudo excelsior nutat: cæteris a quinto: dũ ne excedat hominis longitudinẽ iustã. Iis quoq; quæ sparguntur in terra: breuis ad ĩnitendũ caueas circũdant: scrobibus per ambitũ factis: ne uagi palmites inter se pugnent occursantes. Maiorq; pars terrarũ ita supinã

in tellure uindemiā metit. Siquidem & in africa & in ægypto syriaq; ac tota asia & multis locis europæ hīc mos prævalet. Ibi ergo iuxta terram cōprimi debet uitis. Eodē modo & tēpore nutrita radice: quo iniugata uinea: ut semp tantū pollices relīquant fertili solo cū tribus gēmis: graciliore quinis. Præstatq; multos esse q̄ longos. Quæ de natura soli diximus: tanto potentiora sentientur: q̄to propior fuerit uua terræ. Genera separari ac singulis cōseri tractibus: utilissimū. Mixtura.n.generū etiā in uino: nō modo in musto discors. Aut si misceantur non alia q̄ pariter maturescentia iugi necessariū. Iuga altiora quo lætior ager: & quo planior. Itē roscido: nebuloso: minusq; uētoso cōueniūt. Cōtra humiliora gracili: & arido: æstuoso: uētisq; exposito. Iuga ad pedamentū q̄ arctissimo nodo uicíri oportet: uitem leui contineri. Quæ genera uitiū & in quali solo cæloq; essent conserenda: cum enumeraremus naturas eaꝝ & uinoꝝ: notauimus. De reliquo cultu uehementer ambigitur. Pleriq; æstate tota post sigulos rores confodi iubent uineā. Alii uetant gemmantem: decuti enim oculos tactuq; intrantium deteri: & ob id arcendū procul omne quidem pecus: sed maxime lanatum: quoniā facillime auferat gemmas. Inimicos & pubescēte uua rastros. Satisq; esse uineā ter anno confodi: ab æquinoctio uerno ad uergiliarum exortum: & canis ortum: & nigrescente acino. Quidā ita determinant: ueterem semel a uindemia ante brumā: cum alii ablaqueare & stercorare satis putent. Iterum ab idibus aprilis āteq̄ cōcipiat. hoc est in.vi. idus maii. Deinde priusq̄ florere incipiat: & cum defloruerit: & uariāte se uua. Peritiores affirmant si iusto sæpius fodiatur: intantum tenerescere acinos: ut rumpantur. quæ fodiuntur: ante feruentes horas diei fodiendas conuenit. Sicuti lutum neq; arare neq; fodere. Fossione puluerē excitatum cōtra soles nebulasq; ꝓdesse. Pampinatio uerna in confesso est ab idibus maiis intra dies.x. utique anteq̄ florere incipiat: & eam infra iugū debere fieri. De sequēte uariant sententiæ. Cū defloruerit: aliqui pāpinandū putant. Alii sub ipsa maturitate. Sed de his Catonis præcepta decernent. Nanq; & putationum tradenda ratio est. Protinus hanc a uindemia ubi cæli tepor indulget: adoriuntur. Sed hoc fieri nūq̄ debet ratione naturæ ante aq̄lę exortū: ut in syderum causis docebimus proximo uolumine. Immo uero fauonio: quoniam āceps culpa sit præproperæ festinatiōis. Si saucias recēti medicina mordeat quædam hyemis ruminatio: certū est gēmas earū frigore hebetari. Plagasq; findi. Et cæli uitio exuri oculos lachryma distillante. Nā gelu fragiles fieri quis nesciat? Operarū ista cō putatio est. In latifundis non legitima naturæ festinatio quo maturius putātur aptis diebus: eo plus materiæ fundunt: quo serius: eo fructū uberiorē. Quare macras prius conuenit putare: ualidas nouissime. Plagā omnē obliquā fieri: ut facile decidāt hymbres: & ad terram uerti q̄ leuissima cicatrice acie falce exacta: plagaq; cōuelata. Recidi autem semper inter duas gemmas: ne sit uulnus oculis in recisa parte. Nigrā esse eā existimant: & donec ad synceram ueniatur recidendā: quoniā e uitiosa materie utilis non exeat. Si macra uitis idoneos palmites nō habeat: ad terram recidi eam: nouosq; elici utilissimū. In pampinatione non hos detrahere pāpinos q cū uua sint.id.n.uuas supplantat: præterq̄ in nouella uinea. Inutiles iudicantur in latere nati non ab oculo. Quippe etiā uua quæ nascatur e duro rigescēte: ut nisi ferro detrahi nō possit. Pedamentum quidam inter duas uites utilius putant statui: & facilius ablaqueantur ita: meliusq; est uniiugæ uineæ: si tamen & ipsi iugo sint uires: nec flatui infesta regio. In quadripartita q̄ proximū oneri āminiculū esse debet: ne tamen impedimentū fēciat ablaqueatio cubito abesse non amplius. Ablaqueari autem priusq̄ putari iubet. Cato de omni cultura uitium ita præcipit. Quā altissimā uineam facito. Alligatoq; recte: dū ne nimiū cōstringas. hocq; modo eam curato. Capita uitium putata circūfodito. Arare īcipito. Vltra citraq; sulcos perpetuos ducito. Vites teneras q̄ primū ꝓpagato. Veteres q̄ minimū castrato. Potius si opus fuerit deiicito: biēnioq; post præcidito. Vitē nouellā resecari tum erit tēpus: ubi ualebit. Si uinea ab uite caluata erit: sulcos

inter ponito. Ibiq; uiuam radicem serito. Vmbram a sulcis remoueto: crebroq; fodito. In uinea ueteri serito ocimũ. Si macra erit: quod granum capit: ne serito. Et circũ capita addito stercus: paleas uinaceas: aliquid horunce. Vbi uinea frondere cœperit: pampinato. Vineas nouellas alligato crebro: ne caulis præfringatur. Et quæ iam in perticam ibit: eius pampinos teneros alligato leuiter: porrigitoq;. Quæ ubi recte steterint: ubi uua uallaria fieri cœperit: uites subligato. Vitis insitio una est per uer. Altera cum uua floret. ea optima est. Vineam ueterẽ si in aliũ locũ transferre uoles: duntaxat brachiũ crassũ primum deputato. Binas gemmas nec amplius relinquito. ex radicibus bene effodito. Et caue radices ne saucies. Ita uti fuerit: ponito ĩ scrobe: aut in sulco: operitoq;: & bene occultato. eodẽq; mõ uineam statuito: alligato: flexatoq; uti fuerit: crebroq; fodito. Ocimum quod in uinea seri iubet: antiq appellabant pabulũ umbræ patiens quod celerrime proueniat. ¶Ratio arbustorũ. Ca. xxiii.

SEquitur arbusti ratio mirum in modum damnata a Saserna patre filioq;: celebrata Scrofæ: uetustissimis post Catonem peritissimisq;: ac ne a Scrofa quidẽ nisi uni italiæ concessa: cum tam longo iudicetur æuo. Nobilia uina non nisi in arbustis gigni: & in iis quoque laudatiora sũmis: sicut uberiora imis: adeo excelsitate proficitur. Hac ratione & arbores eliguntᷣ. Prima omniũ ulmus: excepta ꝓpter nimeã frondem atinia. deinde populus nigra eadẽ de causa minus densa folio. Nõ spernũt pleriq; & fraxinum ficumq; & etiam oleam si non sit umbrosa ramis. Harum satus cultusq; abunde tractatus est. Ante tricesimumsextum mensẽ attingi falce uetãtur. alterna seruantur brachia. Alternis putantᷣ annis. Sexto anno maritantᷣ. Trãspadana italia præter supradicta: cornu: populo: tilia: acere: orno: carpino: quercu arbustat agros. Venetia salice ꝓpter uliginem soli. Et ulmus detruncata a media inter ramoꝝ scamna digeritur: nulla fere. xx. pedũ altiore arbore. Tabulata earum ab octauo pede altitudinis dilatantᷣ in collibus siccisq; agris. A duodecimo in cãpestribus & humidis. Meridianum solem spectare palmites debẽt. Rami a proiectu digitorum mõ subrigi tonsili in iis tenuium quoq; uirgultorum barba ne obumbrent. Interuallum iustum arborum si aretur solum: quadrageni pedes in terga: frontemq;: in latera uiceni. Si nõ aretᷣ: hoc in õnes partes. Singulis denas sæpe adnutriunt uites: damnato agricola minus ternis. Maritare nisi ualidas inimicũ: enecante ueloci uitiũ incremẽto. Serere tripedaneo scrobe necessarium: distantes inter sese: arboremq; sigulis pedibus. Nihil ibi malleolis atq; pastinationi. Nulla fodiẽdi impendia: utpote cum arbusti ratio hoc peculiari dote præstet: ꝗ in eodem solo seri fruges & uitibus prodest. Superq; ꝗ uindicans se altitudo: non ut in uinea ad arcendas animaliũ iniurias pariete uel sepe: uel fossarum utiq; impendio muniri se cogat in arbusto. Et prædicta est sola uiuæ radicis ratio. Item propaginum: & hæc gemina ut diximus. Qualorũ in ipso tabulato maxĩe probata: quoniam a pecore tutissima est. Altera deflexa uite uel palmite iuxta suam arborem: aut citra proximam cælibem. Quod supra terrã est e matre radi iubetur: ne fruticet. In terra non pauciores gemmæ quattuor obruuntur ad radicem capiendam. extra in capite binæ relinquũtᷣ. Vitis in arbusto quattuor pedes in longo constat: õni sulco tres lato: alto duos cum semipede. Post annum propago inciditur ad medullã. ut paulatĩ radicibus assuescat suis. Caulis a capite ad duas gemmas reciditur. Tertio totus mergus abscidítᷣ: reponiturq; altius in terram: ne ex reciso frondeat. Tolli uiua radix a uĩdemia protinus debet. Nuper repertum draconem serere iuxta arborem: ita palmitem appellamus emeritum pluribusq; induratũ annis. Hunc præcisũ ꝗ maxĩa amplitudine tribus partibus longitudinis deraso cortice quatinus obruatur: unde & rasilem uocant: deprimere sulco: reliqua parte ad arborẽ erecta: ocissimum in uite. Si gracilis sit uitis aut terra usitatum est ꝗ proxime solum decidi: donec firmetur radix: sicut neq; roscidam seri: neq; septentrionis flatu. Vites aquilonem spectare debent ipsæ. Palmites autem earundẽ ad meridiẽ. Non est festinandũ ad putationẽ nouellæ:

sed primo in circulos materies colligenda. nec nisi ualidæ putatio admouēda. Seriora fere āno ad fructū arbusta: q̄ uitis iugata. Sūt qui ōnino putari uetant: priusq̄ arborꝝ longitudinē æquauerit. Prima falce sex pedes a terra recidatur: flagello infra relicto & nasci coacto in curuationem materiæ. Tres ei gemmæ non amplius deputato supsint. Exq; iis emissi palmites proximo anno imis inferantur scamnis: ac per singulos annos ad superiora scandant: relicto sēper duramento in singulis tabulatis & emissario uno: qui subeat usquequo placuerit. De cætero putatione ōni: flagella quæ proxīe tulerint: recidant᷑. Noua circūcisis ūdiq; capreolis aspergant᷑ in tabulatis. Vernacula putatio deiectis per ramos uitiū crinibus circunuestit arborem: crinesq; ipsos uuis. gallica in traduces porrigitur. Emiliæ uiæ in radices atiniarum ambitu frondē earū fugiens. Est quorundā imperitia sub ramo uitem uinculo suspendendi suffocātium iniuria: quando contineri debet uimine non arctari. Quinimmo etiā quibus salices supersunt: molliore hoc uīculo facere malūt: herbaq; quā siculi uocāt āpelodesmen. Græcia uero uniuersa iūco cypero ulua. Liberā quoq; uinculo p aliquot dies uagari: & īconditā spargi: atq; in terra quam per totū annū spectauerit: recumbere. Nāq; ut ueterina a iugo & canes a cursu uolutatio iuuat: ita tum & uitium porrigi lumbos. Arbor quoq; ipsa gaudet assiduo leuata onere similis respiranti. Nihil est in opere naturæ: quod non exemplo dierum noctiumq; aliquas uices feriarum uelit: ob id ꝓtinus a uindemia putari: & lassas etiānū fructu edito improbatur: ut putatæ rursus alligentur alio loco. Nanq; orbita uinculi sentitur uexatione non dubia. Traducis gallicæ cultura binis utrīq; lateribus᷑ si pars q̄drageno distet spatio: quaternis. Viceno inter se obuii miscentur alligunturq; uno conciliati uirgultorū comitatu obiter ligati qua deficiant: Aut si breuitas nō patiatur ipsoꝝ: adalligato ꝓtēdūt᷑ in uiduā arborē iunco. Traducem bimū præcidere solebant. Oneratis enim uetustate melius donare tempus ut transilē faciāt: si largiat᷑ crassitudo. Alias utile toros futuri draconis pasci. Vnū etiānum genus est mediū inter hæc & propaginem. Totas supplantandi ī terrā uites cuneisq; findendi: & in sulcos plures simul ex una propagandi gracilitate singularum firmata circūligatis hastilibus: nec recisis qui a lateribus excurrūt: pāpinis. Nouariensis agricola traducū turba non cōtentus: nec copia ramoꝝ: impositis etiānū patibulis palmites circūuoluit. Itaq; præter soli uitia cultura quoq; torua fiūt uina. Alia culpa iuxta urbem uaracinis quæ alternis putantur annis: nō quia id uiti cōducat: sed quia uilitate reddituum impendia exuperent. Medium temperamentum in carsulano sequūt᷑: cariosasq; tātū uitis partes incipiētes marcescere deputādo: cæteris ad uuā relictis detracto onere superuacuo pro nutrimento omni est raritas uulneris. sed nisi pingui solo talis cultura degenerat in labruscam. Arbusta arari q̄ altissime desiderant: & si tantam frumenti ratio non exigit. Pampinari ea non est moris: & hoc compendiū operæ. Deputantur cum uite pariter interlocata᷑ densitate ramorum q sit superuacui: & absumant alimēta. Plagas ad septentrionem aut ad meridiē spectare uetuimus. Melius si neq; in occasus solis: diu. n. dolent talia quoq; ulcera & difficile sanescunt algendo minus æstuandoue. Non eadem in uite quæ in arbustis libertas: quoniam certa latera & facilius abscondere: & detorquere quo uelis. plagas in arborū tonsura supinare uelut calices faciendi: ne consistat humor. Viti adminicula addēda quæ scandat apprehensa si maiores sint.

¶DE Seruandis uuis: & morbis arborum. ¶Ca. xxiiii.

Vitiū generosarū pergulas quinquatribus putandas: & quarū seruare uuas libeat decrescente luna: tradūt. Quæ uero interlunio sint putatæ: nullis animaliū obnoxias esse. Alia ratione plena luna noctu tondendas: cum sit ea in leone scorpiōe sagittario tauro: atq; in totum serendas plena aut crescente utiq; censent. Sufficiunt in italia cultores deni in centena iugera uinearum. At abunde de satu cultuq; arborū tractato: quoniā de palmis ac cytiso in peregrinis arboribus affatim diximus: ne quid

desit: indicanda reliqua natura sit: magnopere pertinens ad omnia ea. Infestant̃ nāq;
& arbores morbis. Quid.n. gentiū caret iis malis? Et siluestriū quidem perniciosos
negāt esse. Vexariq; tātū grandine in germinatione aut flore. Aduri quoq; feruore
aut flatu fragiliore præpostero die q̃ suo. frigora etiā obsunt: ut diximus. Quid ergo?
non ne & uites algore intereunt? hoc quidem est quo deprehendat̃ soli uitiū: quoniā
non euenit nisi in frigido. Itaq; per hyemes cæli rigorem probamus. Non enī solum
infirmissimæ arbores gelu periclitantur: sed maximæ. uexatisq; ita prima cacumina
inarescunt: quoniam præstrictus gelu non potuit eo peruenire humor. Arboꝝ quidā
communes morbi: quidā priuati generū. Communis uermiculatio est. Sideratio: &
dolor membrorū: unde partiū adhibita sotietate nominū quoq; cū hominū miseriis
trunca dicimus certe corpora: & oculos germinū exustos: ac multa simili sorte. Itaq;
laborant & fame & cruditate: quæ fiunt humoris q̃titate. Aliquæ uero & obesitate: ut
omnia quæ ferunt resinam: nimia pinguedine in tædam mutant̃. Et cū radices quoq;
pinguescere cœpere: intereunt. ut animalia nimio adipe q̃to & pestilentia per genera:
sicut inter homines: nunc seruitia nunc plebes urbana uel rustica. Vermiculantur
magis minusue quædam: omnes tamē fere. Idq; aues caui corticis sono experiunt̃. Iā
q̃dem & in hoc luxuria esse cœpit: prægrandesq; roboꝝ delicatiores uti in cibo. cosses
uocāt. Atq; etiā farina saginati. Ii quoq; altiles fiūt. Maxime aūt arborū hæc sētiūt:
piri: mali: fici. minusq; quæ amaræ sunt & odoratæ. Eoꝝ qui in ficis existūt: alii na-
scūtur ex illis: alios parit qui uocatur cerastes. Omnes tamē in cerastē figurāt̃: sonūq;
edunt paruuli stridoris. Et sorbus arbor infestatur uermiculis ruffis pilosis: atq; ita
emorit̃. Mespila quoq; in senecta obnoxia ei morbo est. Sideratio tota e cælo cōstat:
q̃propter & grādo in iis causis intelligi debet. & carbūculatio: quod pruinarū īiuria
euenit. hæc.n. uerno tempore inuitatis & erūpere audentibus satis mollibus īsidens
adurit lactescentes germinū oculos: quod in flore carbunculū uocāt. Pruinæ p̄nicio-
sior natura: quoniā lapsa persidet: gelatq;: ac ne aura quidē ulla depellitur: quia non
fit nisi immoto aere & sereno. Propriū tamen siderationis est sub ortu canis siccitatū
uapor: cū insitæ ac nouellæ arbores moriuntur: præcipue ficus & uites. Olea præter
uermiculationem: q̃m æque ac ficus sentit: clauū etiā patitur: siue fungū placet dici
uel patellā. hæc est solis exustio. Nocere tradit Cato & rubrū muscū. Nocet plerūq;
uitibus atq; oleis & nimia fertilitas. Scabies cōmunis omnium est. Impetigo & quæ
adnasci solēt cochleæ peculiaria ficorum uitia: Nec ubiq;. Sunt.n. quædā ægritudīes
& locoꝝ. Veꝝ ut homini neruorū cruciatus: sic & arbori. ac duobus æque modis. Aut
enī in pedes hoc est radices erūpit uis morbi: aut in articulos: hoc est cacuminū digi-
tos: qui lōgissime a toto corpore exeūt. inarescūt ergo & sūt apud græcos sua nomina
utriq; uitio. Vndiq; primo dolor: mox & macies earū partiū fragilis: postremo tabes
morbusq; nō intrāte succo: aut non perueniente: maximeq; id fici sentiūt. Caprificus
omnibus immunis est: quæ adhuc diximus. Scabies gignit̃ roribus lentis post uergi-
lias. nam si rariores fuere perfundunt arborem: non scalpunt scabie. Cæterū si cadūt.
Siue hymbres nimii fuere. Alio mō ficus laborat radicibus madidis. Vitibus præter
nermiculationē & siderationem morbus peculiaris articulatio tribus de causis. Vna
ui tempestatū germinibus ablatis. Altera ut notauit Theophrastus in supinū exci-
sis. Tertia culturæ īperitia læsis. Omnes.n. eaꝝ iniuriæ ī articulis sentiūt̃. Sideratiōis
genus est in his deflorescētibus roratio. Aut cū acini priusq̃ crescant: decoquuntur in
callum. Aegrotant & cum alsere: læsis uredine attonsarū oculis. Ex calore hoc euenit
intempestiuo: quoniā omnia modo constant: certoq; temperamento fiunt. Et culpa
uinitorum colentiū: cū præstringuntur ut dictum est. Aut circunfossor īiurioso ictu
uerberauit. Vel etiam subarator imprudens luxauit radices: corpusue desquāmauit.
Est & quædā contusio falcis hebetioris. Quibus omnibus causis difficilius tolerant
frigora aut æstus: quoniam in ulcus penetrat omnis a foris iniuria. Infirmissima uero

malus:maximeq; quæ dulcis est.Quibusdam debilitas sterilitatē nō necem affert: ut siquis pino cacumen auferat uel palmæ.Sterilescunt.n.nec moriunť.Aegrotāt aliqñ & poma ipsa per se sine arbore:si necessariis temporibus hymbres aut tepores uel afflatus defuere:aut contrario abundauere.Decidūt.n. aut deteriora fiunt.Pessimū est inter omnia cū deflorescentem uitem & oleā percutit hymber:quoniā simul defluit fructus.Sunt eadem causa nascentes & erucæ dirū animal:erodūtq; frōdē:aliæ florē. Oliuaꝝ quoq; ut ī mileto:ac depastam arborem turpi facie relinquūt. Nascitur hoc malū tempore humido & lento. Fit aliud ex eodem si sol acrior insecutus inusserit ipsum uitium:ideoq; mutauit.Est etiānum peculiare oliuis ac uitibus:quod araneū uocant:cum ueluti telæ inuoluunt fructum & absumunt.Adurunt & flatus quidam eas maxime: sed & alios fructus.Nam uermiculationem & poma ipsa per se qbusdā annis sentiunt:mala:pira:mespila:punica.In oliua ancipiti euentu:quando subeunt nati fructum adimunt.Augent si in ipso nucleo fuere erodentes eum.Gigni illos ꝑhibent pluuiæ quæ fiunt post arcturum. Eædem si austrinæ fuere:generāt.In druppis quoq; quæ maturescētes tūc sūt præcipue caducæ:id riguis magis euēit:etiā si nō ceciderint:fastidiendis.Sunt & culicum genera aliquibus molesta:ut glandibus fico q uideť ex humore nasci tūc dulci subdito corticibus.Et ægrotatio qdē fere in iis est. Quædā tēpoꝝ causæ aut locoꝝ nō ꝓprie dicūť morbi: quoniā ꝓtinus necant: sicut tabes cum inuaserit arborem:aut uredo. Vel flatus alicuius regionis proprius: ut est in apulia atabulus:in euboea olympias.hic enim si flauerit circa brumam: exurit frigore arefaciens:ut nullis solibus postea recreari possint.Hoc genere cōualles & apposita fluminibus laborāt:præcipueq; uitis:olea:ficus. Quod cū euenerit:detegiť statī in germinatione. In oliuis tardius. Sed in omnibus signum est reuiuiscendi:si folia amisere.alioqn q̄s putes præualuisse:moriunť.Nonnūq̄ inarescūt folia:eadēq; reuiuiscūt.Aliæ in septentrionalibus:ut in ponto phrygia frigore aut gelu laborāt:si post brumā cōtinuauere.xl.diebus.Ibi aūt & ī reliq̄s partibus:si protinus editis fructibus gelatio magna consecuta est:etiā paucis diebus necat.Quæ iniuria hominū cōstant: secūdas habent causas. Pix:oleū:adeps inimica præcipue nouellis.Cortice in orbe detracto necanť:excepto subere:quod sic etiā iuuať:crassescēs enī præstrīgit & strangulat.Nec andrachne offendiť:si nō simul incidať & corpus.Alioquin & cerasus & tilia & uitis corticē mittūt:sed nō uitalē:nec proximū corpori:uerū eū q subnascente alio expelliť.Quaꝝdā naťa rimosus cortex:ut platanis.Tiliæ renasciť paulomīusq̄ totus. Ergo iis quaꝝ cicatricē trahit:medenť luto fimoq;:& aliqñ profuit:si nō uehementior frigoꝝ uel caloꝝ uis secuta ē.Quædā tardius ita moriūť:ut robora & quercus. Refert & tēpus āni.Abieti enī & pino siq̄s detraxerit sole taurū uel geminos transeūte cum germināt:statī moriūť.Eandē iniuriā hyeme passæ diutius tolerant.Similiter ilex & robur & quercus.Quod si angusta decorticatio fuerit: nil nocet supradictis. Infirmiores quidem & in solo gracili uel ab una tantū parte detractus interemit.Similem & decacuminatio rationē habet cupressi:piceæ:cædri. Eæ enī detractio cacumine aut ignibus adusto:intereunt. Similē & depastio animaliū. Oleam qdem etiā si lambat capra sterilescere auctor est Varro:ut diximus.Quædam hac iniuria moriūť.Aliqua deteriora fiūt:ut amygdalæ.ex dulcibus enim transfiguranť in amaras.Aliq̄ uero etiā utiliora: ut apud chios pirus quā phocida appellāt.Nam detrūcatio diximus quibus prodesset.Intereūt pleraq; & fissa stirpe:exceptis uite malo fico punica. Quædā uel ab ulcere.Ficus hanc iniuriam spernit:& omnia quæ resinā gignunt. Radicibus amputatis mori:minime mirū est.Pleræq; tamen non ōnibus:sed maximis:aut quæ sūt inter illas uitales:abscisis moriūť.Necat inuicē inter sese ūbra. Vel dēsitate atq; alimenti rapina.Necat & hedera uinciens.Nec uiscū prodest:& cytisus:nec aureo quod alimon græci uocant.Quorundā natura non necat quidem:sed lædit odore aut succi mixtura:ut rhaphanus & laurus uitem.Olfractrix enim ītelligitur.et tangi eā odore

mirum in modũ. ideoq; cũ iuxta sit: auerti & recedere: saporeq; inimicũ fugere. Hinc sumpsit Androcides medicinã contra ebrietates rhaphanũ mãdi præcipiens. Odit & caulem: & omne olus. Odit & corylum: nisi procul absint tristis atq; ægra. Nitrũ q̃dẽ & alumen marina aq̃ calida & fabæ putamina uel erui ultima uenena sunt inter uitia arborum. ¶DE Prodigiis ex mutatione: & de remediis ex arboribus: & quæ irrigatione proficiant: & qualiter rigandũ: & mirabilia de riguis. ¶Ca. xxv.

EST & prodigiis locus. Inuenimus enim sub foliis natas uitem ficũ & malũ punicum stirpe fructum tulisse: non palmite aut ramis: uitẽ uuas sine foliis: oleas quoq; amisisse folia baccis hærentibus. Sũt & miracula fortuita. Nam & oliua ĩ totũ ambusta reuixit. Et in boetia derosæ a locustis ficus iterum germinauere. Mutantur arbores & colore. Fiuntq; ex nigris cãdidæ: non semper prodigiosæ: & maxime quæ ex semine nascũt: ut populus alba in nigram transit. Quidam & sorbum si in calidiora loca uenerit: sterilescere putant. Prodigio aũt fiunt ex dulcibus acerba poma: aut dulcia ex acerbis. E caprifico fici: et contra. Graui ostento cum in deteriora mutantur: ex olea in oleastrũ: ex cãdida uua & fico in nigras: ut laodiceæ Xerxis aduẽtu platano in oleam mutata. Qualibus ostentis Aristandri apud græcos uolumen scatet: ne in infinitũ abeamus. Apud nos uero. C. Epidii commentarii: in quibus arbores locutæ reperiant. Subsedit in cumano arbor graui ostento: paulo ãte Pompeii Magni bella ciuilia: paucis ramis eminentibus. inuentũ sybillinis libris internicionem hominum fore: tantoq; eam maiorem q̃to propius ab urbe postea facta esset. Sũt prodigia & cũ alienis locis nascunt: ut in capitibus statuarũ: uel aris. & cũ in arboribus ipsis alienæ. Ficus in lauro nata est cyzici ante obsidionem. Simili modo trallibus palma in basi Cæsaris dictatoris circa bella ciuilia eius. Nec non & romæ in capitolio in capite bis bello persei enata palma uictoriã triũphosq; portendit: ac tẽpestatibus ꝓstrata. eodẽ loco ficus enata est. M. Messallæ. C. Cassii censorũ lustro. a quo tempore pudiciciam subuersã Piso grauis auctor ꝓdidit. Super omnia quæ unq̃ audita sunt: etiã ꝓdigiũ in nostro æuo Neronis principis ruina factũ in agro marrucino Vectii Marcelli e primis equestris ordinis oliueto uniuerso uiã publicã trãsgresso: aruisq; inde e cõtrario in locũ oliueti profectis. ¶DE Remediis morborũ arborũ. ¶Ca. xxvi.

NVnc expositis arborũ morbis: consentaneũ ẽ dicere & remedia. Ex iis quædam sũt cõmunia õniũ: quædã propria quarũdã. Cõmunia: ablaqueatio: accumulatio: afflari radices: aut cooperiri: riguis dato potu uel ablato fimi succo refectis. Putatione leuatis onere. Item succo emisso quibusdã ueluti detractio sãguinis circũrasi corticis. uitiũ extenuatio: & domitura palmitũ. Gemmarũ (si frigus retorridas hirtasq; fecerit) repumicatio & quædã politura. Arborum iis aliæ magis: aliæ minus gaudẽt. ueluti cupressus & aquã aspernatur et fimũ et circũfossurã amputationemq; et õia remedia odit. Quinetiam necatur. Riguis et uites et punicæ præcipue aluntur. Ficus ipsa arbor riguis alitur. Pomũ uero eius inarescit: amygdalæ si colant: fossione florẽ amittũt. Nec insitas circunfodere oportet: priusq̃ ualidæ ferre cœperint poma. Pluriæ aũt amputari sibi uolũt onerosa ac superuacua: sicut nos unguẽ et capillũ. Recidũt ueteres totæ. Ac rursus a stolone aliquo resurgunt: sed non omnes: nec nisi quarum naturam pati diximus. Rigua æstiuis uaporibus utilia: hyeme inimica: autũno uaria. et hoc est ex natura soli. Quippe cũ uindemiator hispaniarum stagnante solo uuas demetat. Cæterum maiore in parte orbis etiam pluuia aut omni aqua seri et arari nõ conuenit. Circa canis ortum rigua maxime prosũt: ac ne tũc quidem nimia: quoniã inebriatis radicibus nocent. Et ætas modũ temperat. Nouellæ enĩ minus sitiũt. Desiderant autem maxime rigari: quæ assueuere. Contra siccis locis genita non expetunt humorem: nisi necessarium. Asperiora uina rigari utiq; cupiunt. In sulmonensi italiæ agro pago fabiano: ubi et arua rigant: mirum ꝙ herbæ aqua illa necãtur: fruges alũt. et riguis pro sarculo est. In eodem agro bruma: tanto magis si niues scateant geletue.

ne frigus uites adurat:circũfũdũt riguis:quod ibi tepidare uocant:memorabili nat̃a in amne solo. Sed eædem in æstate uix tolerandi rigoris.

¶DE Caprificatione & stercoratione. ¶Ca.xxvii.

QArbunculi ac rubiginum remedia demonstrabimus uolumine proximo. Interĩ est & caprificatio quædã ĩ remediis. Cum macie corticis ex ægritudine astrĩgẽte se:iustoq; plus uitalia arborũ cõprimente exactã falcis aciem utraq; manu ĩprimẽtes perpetuis incisuris deducunt:ac ueluti cutem laxant. Salutare id fuisse argumẽto sũt dilatatæ cicatrices:& internato corpore expletæ. Magnaq; ex parte similis hominum medicina & arborum est : quando earũ quoq; terebrãtur ossa . Amygdalæ ex amaris dulces fiunt:si circunfosso stipite:& ab ima parte circunforato deflueẽs pituita abster-gatur. Et ulmis detrahitur succus ĩutilis supra terrã foratis usq; ad medullã ĩ senecta: aut cum alimento nimio abundare sentiunt̃. Idem & ficorum turgido cortice ĩcisuris in obliquũ leuibus emittit̃. Ita fit ne decidant fructus. Pomiferis : quæ germinãt:nec ferunt fructũ:fissa radice indit̃ lapis:fertilesq; fiunt. Hoc idem & amygdalis e robore cuneo adacto. In piris sorbisq; e tæda ac cinere & terra cooperto etiam radices circun-cidisse prodest. Vitium luxuriantium:ficorumq; & circuncisis cinerem addidisse. Fici serotinæ fiunt:si primæ grossi cũ fabæ magnitudinem excessere:detrahãt̃. Subnascũt̃ enĩ quæ serius maturescunt. Eædẽ cum frondere incipiunt : si cacumina rami cuiusq; detrahãtur : firmiores fertilioresq; fiunt . nam caprificatione maturata in ea culices nasci e grossis manifestũ est:quoniam cum euolauere:non inueniũt̃ intus grana quæ ĩ eos uersa apparet. Exeũdi tãta ẽ auiditas:ut pleriq; aut pede relicto:aut pẽna pariter erumpant. Est & aliud genus culicũ quos uocant centrinas fucis apum similes igna-uia maliciaq; cum pernicie uerorum & utilium . Interimũt.n.illos atq; ipsi moriũt̃. Vexant & tineæ semina ficorũ. Cõtra quas remediũ in eadem scrobe defodere italicã lentiscũ inuersa parte:quæ fuerit a cacumine. Vberrimas autem ficus lubrica amurca diluta & cum fimo infusa radicibus frondere incipientiũ facit . Caprificorꝝ laudant̃ maxime nigræ : & in petrosis:quoniã frumẽta plurima habeat caprificatio ipsa post hymbrem. In primis autem cauendum:ne ex remediis uitia fiant. quod euenit nimia aut ĩtempestiua medicina. Interlucatio arboribus prodest:sed õniũ annorꝝ trucidatio inutilissima. Vitis tantũ tonsurã annuam quærit. Alternã myrtus:punicæ:oleæ:quia celeriter fruticescunt. Cæteræ rarius tondentur. Nulla autumno. Ac ne radunt̃ quidẽ nisi uere putatione. Plagæ ad uitalia sunt omnia quæcunq; non superuacua. Similis stercoratio. Gaudent ea:sed cauendũ est:ne in feruore solis admoueatur:ne immatu-rius:ne ualidius q̃ opus sit. Vrit uineas suillũ:nisi quĩquennio interposito:præterq̃ si riguis diluatur. Et e coriariorum sordibus:nisi admixta aqua. item largius. Iustum existimãt:ĩ denos pedes q̃dratos tres medios. Id quidẽ soli natura decernit. Colũbino ac suillo plagis quoq; arborum medentur. Si mala punica acida nascãt̃ : ablaqueatis radicibus fimũ suillũ adhibent:eo anno uinolenta:proximo dulcia futura. Alii urina hominis aqua mixta riganda censent quater anno:singulis amphoris:aut cacumina spargi uino lasere diluto. Si findãt̃ in arbore:pediculũ intorqueri. Ficis utiq; amurcã adfũdi. Cæteris arboribus ægris fecẽ uini:aut lupinũ circũ radices earꝝ seri. Aq̃ quoq; lupini decocti circũfusa pomis prodest. Fici:cũ uulcanalibus tonuerit: cadẽt. Reme-diũ est:ut ante stipula ordeacea areæ stringant̃. Cerasos præcoces facit:cogitq; matu-rescere calx admota radicibus. Et hæc ante omnia poma interuelli melius est: ut quæ relicta sunt grandescant.

¶DE Diuersis medicamẽtis arborꝝ cõtra uenenata aĩalia:& cõtra formicas:& cõtra noxia animalia. ¶Ca.xxviii.

QVædam pœna emendãtur:aut morsu excitant̃:ut palmæ & lentisci. Salis enim aquis alunt̃. Salis uĩ & cinis sed leniorem habet:ideo ficis aspergũtur rutaq; ne fiãt uermiosæ:neue radices putrescãt. Quin & uitium radicibus aquã salsam iubent affundi:si sint lachrymosæ . Si uero fructus earum decidant : cinerem aceto aspergi:

ipſaſq; inlini: aut ſádaraca ſi putreſcat uua. Si uero fertiles nõ ſũt: aceto acri ſubacto cinere rigari atq; oblini. Quod ſi fructũ non maturét: prius inareſcenté: præciſarũ ad radices plagam fibraſq; aceto acri & urina uetuſta madefacere: atq; eo luto obruere. ſæpe fodere. Olearum: ſi parũ promiſere fructus: nudatas radices hyberno frigori opponunt. eaq; caſtigatione ꝓficiunt. Omnia hæc annua cæli ratiõe conſtant. Et aliqñ ſerius poſcunt: aliquádo celerius. Nec non ignis aliquid prodeſt: ut arundini. ãbuſta nanq; denſior mitiorq; ſurgit. Cato & medicaméta quædã cõponit: menſuræ quoq; diſtinctione ad maiorũ arborũ radices amphorã ad minorũ urnam amurcæ & aquæ portionem æquam: ablaqueatis prius radicibus: paulatim affũdi iubens. In olea hoc amplius: ſtramentis ãtea circũpoſitis: item fico. Huius præcipue ueterem terram aggerari radicibus. Ita futurũ ut non decidant groſſi: maiorq; fœcunditas: nec ſcabra proueniat. Simili modo ne conuoluolus fiat in uinea: amurcæ cõgios duos decoctos in craſſitudinem mellis: rurſuſq; cum bituminis tertia parte in ſulphuris quarta ſub diuo uſquequo exardeſcat ſub tecto. Hoc uites circa capita ſub brachiis ungui. ita nõ fore conuoluolũ. Quidam contenti ſunt fumo huius mixturæ ſuffire uineas ſecũdo flatu continuo triduo. Plerique non minus auxilii & alimenti arbitrantur in urina: q̃ Cato in amurca addita modo aquæ pari portione: quoniam per ſe noceat. Alii uoluocem appellant animal prærodés pubeſcentes uuas. Quod ne accidat falces cũ ſint exacutæ fibrina pelle detergunt: atq; ita putant. aut ſanguine urſino liniri uolũt poſt putationem eaſdem. Sunt arborũ peſtes & formicæ. has abigunt rubrica ac pice liqda perunctis caudicibus. Necnon & piſce ſuſpenſo iuxta in unũ locũ congregant. Aut lupino trito cũ oleo radices linunt. Multi & talpas amurca necãt. Contraq; erucas & mala: ne putreſcant: lacertæ uiridis felle tangi cacumina iubét. Priuatim autem cõtra erucas ambiri arbores ſingulas a muliere incitati menſis nudis pedibus recincta. Ité ne quod animal paſtu malefico decerpat frondem: fimo boum diluto aſpergi folia: quotiens hymber interueniat: quoniã abluatur ita uirus medicaminis: mira quædã excogitante ſollertia humana. Quippe cũ auerti carmine grandines credant pleriq;. cuius uerba inſerere nõ equidem ſerio auſim: quanq̃ a Catone prodita. Contra luxata membra inunguenda harundinũ fiſſuræ: Idem arbores religioſas lucoſq; ſuccidi permiſit ſacrificio prius facto. cuius rei rationé notionemq; eodé uolumine tradit.

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER OCTAVVSDECIMVS. PROHOEMIVM.

Quod ãtiqs maximũ ſtudiũ agriculturæ fuit. Et de hortorum ſingulari diligétia. Ca. i.

SEQVITVR NATVRA FRVGVM: HORtorumq; ac florũ. Quæq; alia: præter arbores: aut frutices benigna tellure ꝓueniũt: uel per ſe tãtũ herbarũ immenſa contẽplatione: ſiquis æſtimet uarietaté: numeꝝ: flores: odores: coloreſq;: & ſuccos: ac uires earum: quas ſalutis: aut uoluptatis hominum gratia gignit. Qua in parte primum õniũ patrocinari terræ: & adeſſe cunctoꝝ parenti iuuat: quãq̃ inter initia operis defẽſæ: quoniã tñ ipſa materia intus accedit: ad reputationé eiuſdé patiétis & noxia. Noſtris eã criminibus urgẽus. culpãq; noſtrã illi ĩputãus. Genuit uenena: ſed qs ſneuit illa præter hominé? Cauere ac refugere alitibus: feriſq; ſatis eſt. Atq; cum

in arbores exacuãt: limẽtq; cornua elephanti: & duro saxo rinocerotes: & utroq; apri dentiũ siccas: sciãtq; ad nocendum se præparare animalia. quod tamen eorũ tela sua: excepto homine: uenenis tingit. Nos & sagittas ũgimus: & ferro ipsi nocẽtius aliqd damus. Nos & flumina inficimus: & rerũ naturæ elementa. Ipsũ quoq;: quo uiuitur: aerẽ in perniciem uertimus. Neq; est ut putemus ignorari ea ab animalibus: quæ qdẽ quæ præpararent contra serpentiũ dimicationẽ: quæ post præliũ ad medẽdũ excogitarẽt indicauimus. Nec ab ullo præter hominem: ueneno pugnatur alieno. Fateamur ergo culpã: ne iis quidẽ: quæ nascunt: contenti. etenĩ quãdo plura eorũ genera hũana manu fiũt. Quid? nõ & homines quidã ad uenena nascũt? Atra hominũ ceu serpẽtiũ lingua uibrat: tabesq; animi: contrectata adurit culpantiũ omnia. Ac dirarũ alitum modo: tenebris quoq;: & ipsarum noctium quieti inuidentiũ gemitu: quæ sola uox eorũ est: ut inauspicatarũ animãtiũ uice: obuii quoq; uetent agere: aut prodesse uitæ. nec ullum aliud abominati spiritus premiũ nouere: q̃ odisse omnia. Verũ & in hoc eadem naturæ maiestas: tanto plures bonos genuit ac fruges: q̃nto fertilior in iis: quæ iuuãt: aluntq;. Quorũ æstimatione & gaudio: nos quoq; relictis: exustioni suæ istis hominum turbis: pergamus excolere uitã: eoq; constantius: quo opere nobis maior: q̃ famæ gratia expetitur. Quippe sermo circa rura est: agrestesq; usus. Sed quibus uita: honosq; apud priscos maximus fuerit.

¶Quæ corona primo romæ. ¶Cap. secundum.

Aruorum sacerdotes Romulus in primis instituit: seq; duodecimũ fratrẽ appellauit. inter illos ab Acca Laurentia nutrice sua: spicea corona: quæ uitta alba colligaretur: in sacerdotio ei pro religiosissio insigni data. Quæ prima apud romãos fuit corona. honosq; is non nisi uita finitur: & exules etiam: captosq; comitat. Bina tunc iugera populo ro. satis erant: nullique maiorem modum attribuit: quo seruos pauloante principis Neronis cõtempto: huius spatii uiridia: & piscinas iuuat habere maiores. gratumque: si non aliquem & culinas. Numa instituit deos fruge colere: & mola salsa supplicare. atq; (ut auctor est) hemina. far torrere: quoniam tostum cibo salubrius esset. Id uno modo consecutum: statuendo non esse purum ad rẽ diuinam: nisi tostũ. Is & Fortunæ caluæ ĩstituit farris torrendi ferias: et æque religiosas terminis agrorũ. hos enĩ deos tunc maxime nouerant. Seiamq; a serendo: Segestã a segetibus appellabãt. quarũ simulacra ĩ cyrco uidemus. Tertiã ex his nominare sub tecto: est religio. Ac ne degustabant qdẽ nouas fruges aut uina: anteq̃ sacerdotes primitias libassent.

¶De Iugere & actu: & legibus circa pecora: & quotiens & quibus tẽporibus fiunt sũma utilitas annonæ: & qui agri cultura illustres. ¶Ca. iii.

Iugerũ uocabatur: quod uno iugo boum in die exarari potuisset. Actus in quo boues agerentur: cũ aratur uno impetu iusto. hic erat. c. xx. pedũ. duplicatusq; in longitudinem: iugerum faciebat. Dona amplissima imperatorũ: ac fortium ciuiũ quantũ quis uno die plurimum circũarauisset. Item quartarii farris: aut heminæ cõferente populo. Cognomina etiã prima inde: Pilũni: qui pilum pistrinis inuenerũt. Pisones a pisendo. Iam Fabiorũ: Lentinorũ: Ciceronum: ut quisquis aliquod optime genus sereret. Iuniorum familiæ bubulcũ nominarunt: qui bubus optime utebatur. Quin & in sacris nihil religiosius confarrationis uinculo erat. Nouæq; nuptæ farreũ præferebãt. Agrum male colere: censorium probrum iudicabatur. Atq; (ut refert Cato) quem uirum bonum colonum dixissent: amplissime laudasse existimabant. Hinc & locupletes dicebant: loci hoc est agri plenos. Pecunia ipsa a pecore appellabat. Etiam nunc in tabulis censoriis pascua dicunt omnia: ex quibus populus redditus habet: quia diu hoc solum uectigal fuerat. Multatio quoque non nisi ouium: boumque impendio dicebatur. Non omittenda priscarum legum beniuolentia. Cautũ quippe est: ne bouẽ priusq̃ ouẽ nominaret: qui indiceret multã. Ludos boũ causa celebrãtes: bupetios uocabant. Seruius rex ouiũ boumq; effigie primum aras signauit. Frugem

quidem aratro quæsitam furtim nocte pauisse: ac secuisse puberi duodecim tabulis capitale erat. suspensũq; Cereri necari iubebant grauius: q̃ homicidio cõuictũ. ĩpubẽ prætoris arbitratu uerberari: noxamue: duplionemue decerni. Iam distinctio honosq; ciuitatis ipsius non aliunde erat. Rusticæ tribus laudatissimæ eorũ: q rura haberent. Vrbanæ uero in quas transferri ignominia esset desidiæ probro. Itaq; quattuor solæ erant: a partibus urbis: in quas habitabant: suburbana: pallatina: collina: esquilina. Nundinis urbem reuisitabant: & ideo comitia nundinis haberi non licebat: ne plebs rustica auocaretur. Quies somnusq; in stramentis erat. Gloriam deniq; ipsã a farris honore: adoriam appellabant. Equidẽ etiam uerba priscæ significationis admiror. Ita eni eit in cõmentariis pontificum. Augurio coronario augendo dies constituantur: priusq̃ frumenta uaginis exeant: & anteq̃ in uaginas perueniant. Ergo iis moribus nõ modo sufficiebant fruges nulla prouinciarũ pascente italiã: uerum etiã annonæ uilitas incredibilis erat. Mannius Martius ædilis plebis primũ frumentũ populo in modios assibus donauit. Minutius Augurinus: qui. Sp. Helium coarguerat: farris precium in trinis nũdinis ad assẽ redegit: undecimus plebei tribunus: qua de causa statua ei extra portam trigeminã a populo stipe collata statuta est. Trebius in ædilitate assibus populo frumentũ præstitit. quã ob causã & ei statuæ in capitolio & palatio dicatæ sũt. Ipse supremo die populi humeris portatus in rogum est. Verũ quo ãno mater deum aduecta romã est: maiorem ea æstate factã esse: q̃ antecedentibus annis decem facta esset: tradunt. M. Varro auctor est: cũ. L. Metellus in triumpho plurimos duxit elephantos: assibus singulis farris modios fuisse. item uini congios. ficiq; siccæ pondo .xxx. olei pondo. x. carnis pondo. xii. Nec e latifundiis singulorum contingebat arcẽtiũ uicinos. Quippe etiam lege Stolonis Licini incluso modo quingentorũ iugerum: & ipso sua lege damnato: cum substituta filii persona amplius possideret. luxuriantis iam reipublicæ fuit ista mensura. Manii quidem Curii post triumphos: immẽsumq; terrarũ adiectũ imperio: nota concio est: perniciosũ intelligi ciuem: cui septẽ iugera non essent satis. Hæc autẽ mensura plebi post exactos reges assignata est. Quænam ergo tantæ ubertatis causa erat? Ipsorũ tunc manibus imperatorũ colebãtur aggri (ut fas est credere) gaudente terra uomere laureato: & triũphali aratore. Siue illi eadẽ cura semina tractabant: q̃ bella: eademq; diligentia arua disponebant: q̃ castra: siue honestis manibus: omnia lætius proueniũt: quoniã & curiosius fiunt. Serentem inuenerunt dati honores Serranũ: ũde cognomẽ. Aranti q̃ttuor sua iugera in uaticano: quæ prata quĩtia appellantur: Cincĩnato uiator attulit dictaturam: & quidẽ (ut tradit Norbanus) nudo plenoq; pulueris etiã nũ ore. cui uiator: uela corpus inqt: ut pferã senatus populiq; romani mandata. Tales tum etiã uiatores erant: quibus id ipsum nomen inditũ est: subinde ex agris senatũ ducesq; accersentibus. At nũc eadam illa uĩcti pedes: damnatæ manus: inscripti uultus exercẽt. Non tamẽ surda tellure: quæ parens appellatur: coliq; dicit & ipsa: honore hinc assumpto: ut nunc inuitata ea: & indigne ferente credat id fieri. Sed nos miramur ergastulorum nõ eadẽ emolumẽta esse: quæ fuerũt ĩperatorũ. Igitur de cultura agri præcipere prĩcipale fuit: & apud exteros. Siquidẽ & reges fecere Hiero: Philometer: Attalus: Archelaus. et duces Xenophon: & pœnus etiã Mago. Cui quidem tantum honorẽ senatus noster attribuit carthagine capta: ut cũ regulis africæ bibliothecas donaret: unius eius duode. xxx. uolumina censeret in latinã linguã transferenda: cum. M. Cato præcepta cõdidisset: peritisq; lĩguæ punicæ dãdũ negociũ. In quo præcessit omnis uir tũ clarissimæ familiæ. D. Syllanus sapientiæ cõpositissĩæ. quos sequeremur prætexuimus in hoc uolumine non ingrate nominãdo. M. Varronem: qui octogesimũ primum uitæ annũ agens de ea re pdẽdũ putauit.

¶ Ratio de agricultura ¶ Ca. iiii.

APud romanos multo serior uitium cultura esse cœpit. Primoq;: ut necesse erat: arua tãtũ coluere. Quorum nobis ratio nũc tractabitur nõ uulgari modo: uerum

ut adhuc fecius:& uetustis:& postea inuẽtis õni cura perquisitis:causasq; rex & ratiõe simul eruta. Dicemus & sydera. Syderũq; ipsox terrestria signa dabimus indubitata: quãdoqdẽ qui adhuc ea diligẽtius tractauere: qbusuis oratoribus potius: q̃ agricolis scripsisse possũt uideri. Ac primũ õniũ oraculis maiore ex parte agemus: quæ non in alio uitæ genere plura: certioraue sunt. Cur enĩ nõ uideãtur oracula a certissimo die: maximeq; ueridico usu profecta? Principiũ aũt a Catone sumemus.

¶Laus agricolarũ: & quæ obseruãda in agro parando ¶Ca.v.

Fortissimi uiri & milites strenuissimi ex agricolis gignũt: minimeq; malecogitantes. Prædium ne cupide emas. In re rustica: operi ne parcas. In agro emẽdo: minime. Quod male emptũ est semper pœnitet. Agrũ paraturos ante omnia ĩtueri oportet aquarum ui: aut uicinũ. Singula magnas interpretatiões habẽt: nec dubias. Cato in cõterminis hoc amplius æstimari iubet: quo pacto uiuãt. In bono est inqt religione bene utenti. Attilius Regulus ille: punico bello bis cõsul: aiebat: neq; fœcũdissimis locis insalubrem agrũ parandũ: neq; effœtis saluberrimum. Salubritas loci non semper incolarũ colore detegiť: quoniã assueti in pestilentibus durant. Præterea sunt quædam partibus anni salubria. Nihil autem salutare est: nisi quod toto anno salubre. Malus est ager: cũ quo dominus luctatur. Cato inter prima spectari iubet: nũ solũ sua uirtute ualeat: qua dictũ est positione. Vt operariorũ copia prope sit. Oppidumq; ualidum. Vt nauigiorum euectus: uel itinerum. Vt bene ædificatus: & cultus. in quo falli plerosq; uideo. Segnitiem. n. prioris domini: pro emptore esse arbitranť. Nihil est dãnosius deserto agro. Itaq; Cato: de bono domino melius emi: nec temere contemnendam alienam disciplinã: agroq; ut homini: q̃uis quæstuosus sit: si tamen & sumptuosus: non multum superesse. Ille in agro quæstuosissimam iudicat uitem: non frustra: quoniã ãte õnia de ĩpensæ ratione cauit. Proxime hortos irriguos: nec id falso: si sub oppido sint. Et prata: quæ ãtiq parata dixere. Ideq; Cato interrogatus: qs esset certissimus quæstus? respõdit: si bene pascas. Qui proximus sit. At bene summa omniũ in hac spectanda fuit: ut fructus is maxime probaretur: q q̃ minimo ĩpendio cõstaturus esset. Hoc ex locorũ occasione: aliter alibi decernitur. Eodemq; pertinet: q agricolã uendacẽ oportere esse dixit. Fũdũ in adolescentia conserendũ sine cõtatiõe: ædificãdũ nõ nisi cõsito agro. Tunc quoq; contanter: optimũq; est: ut uulgo dixere: aliena insania frui: sed ita: ut uillax tutela nõ sit oneri. eũ tñ: q bene habitet: sæpius uentitare in agrũ. Frontemq; domini plus ꝓdesse: q̃ occipitiũ: nõ mentiunť.

DE Villarũ positione: & præcepta antiquox de agro colendo ¶Ca.vi.

Modus hic probať: ut neq; fundus uillã quærat: neq; uilla fũdũ. Nõ ut fecerint iuxta diuersum: eadẽ ætate exemplis. L. Lucullus. Q. Scæuola. Cum uilla Scæuolæ fundus careret: uilla Luculli agro. Quo in genere cẽsoria castigatio erat: minus arare: q̃ uerrere. Nec hoc sine arte quadã est. Nouissimus uillam in misinensi posuit C. Marius. vii. consul: sed peritia castra metandi. sicut comparatus ei in cæteris etiã Sylla fœlix. Quos cæcos fuisse: dicere conuenit. Neq; iuxta paludes ponendam esse: neq; aduerso amne. Quãq̃ Homerus omnino e flumine sẽper ãtelucanas auras insalubres: uerissime tradit. Spectare in æstuosis locis septẽtrionẽ debet: meridiẽ ĩ frigidis. In tẽperatis: exortũ æquinoctialẽ. Agri ipsius bonitas: quibus argumẽtis iudicãda sit: q̃q̃ de terræ optimo genere disserentes: abunde dixisse possumus uideri: etiam nũ tñ traditas notas subsignabimus Catonis maxime uerbis. Ebulũ: uel prunus siluestris: uel rubus: bulbus minutus: trifoliũ: herba pratensis: quercus siluestris: pirus: malusq; frumẽtarii soli notæ. Item nigra terra & cinerei coloris. Omnis creta coquit: nisi permacra. Sabulũ etiã: nisi id ptenue ẽ. & multo cãpestribus magis: q̃ cliuosis respõdẽt eadem. Modũ agri in primis seruandũ antiq putauere. Quippe ita censebant: Satius esse minus serere: & melius arare. Qua in sententia & Virgiliũ fuisse uideo. Verumq; confitentibus: latifundia prodidere italiam. Iam uero & prouincias sex: & semissem

domini africæ possidebant:cū īterfecit eos Nero princeps.Nō fraudabo magnitudīe hac quoq; sua Cn.Pompeiū : qui nūq̄ agrum mercatus est cōterminū.Agro empto: domū uendendam īclæmenter:atq; nō ex utilitate publici status Mago censuit.Hoc exordio præcepta pandere ingressus:ut tamē appareat assiduitatem desideratā ab eo. De hinc peritia uillicoꝝ in cura habēda est.Multaq; de iis Cato præcepit.Nobis satis sit dixisse:q̄proximū domino corde esse debere:& tamē sibimetipsi non uideri. Coli rura ergastulis:pessimū est:ut quicq̄d agit̃ a desperantibus.Temerariū uideatur unā uocē antiquorū posuisse:& fortassis incredibile penitus æstimēt: Nihil minus expe/dire:q̄ agrum optime colere.L.Tarius Ruffus infima nataliū humilitate: consulatū militari industria meritus antiquæ alias parsimoniæ circiter mille siclos liberalitate diui Augusti cōgestū usq; ad detractionē hæredis exhausit agros in piceno coemēdo: colendoq; in gloriā.Internetionē ergo:famēq; cēsemus.ʼ Immo hercule iudico modū rerū omniū utilissimū.Bene colere necessariū est.Optime damnosū.Præterq̄ sobole sua colono:aut pascendis.Alioquin domino aliquas messes colligere non expedit:si computet̃ impēdiū operæ.Nec temere oliuā:nec quasdā terras diligenter colere:sicut in sicilia tradūt:itaq; decipi aduenas. Quonā igitur modo utilissime colunt̃ agri:ʼ ex oraculo scilicet:malis:ac bonis.Sed defendi æquū est abauos:qui præceptis suis pro/spexere uitæ.Nāq; cū dicerēt malis:intelligere uoluere uilissimos. Summū ꝓuidētiæ illorū fuit: ut q̄minimum esset impendii.Præcipiebant enī ista:q triumphali denas argenti libras in supellectile crimini dabant.q mortuo uillico relinquere uictorias:& reuerti in sua rura postulabant:quoꝝ prædia colenda suscipiebat respub.exercitusq; ducebāt : senatu illis uillicante.Inde illa reliqua oracula.Neq̄ agricolā esse:quisquis emeret:quod præstare ei fundus posset.Malum patrēfamilias: quisquis interdiu fa/ceret:quod noctu posset:nisi in tēpestate cæli.Peiorē:q profestis diebus ageret:quod feriatis deberet.Pessimū:q sereno die sub tecto potius operaretur:q̄ in agro.Nequeo mihi temperare:quo minus unū exemplū antiquitatis afferā.ex quo intelligi possit: apud populū etiā de culturis agendi morē fuisse.qualiter defendi soliti sint illi uiri: C.Furius Cresinus e seruitute liberatus:cū in paruo admodū agello largiores multo fructus perciperet:q̄ ex amplissimis uicinitas. In inuidia magna erat:ceu fruges alie/nas pelliceret ueneficiis.Quāobrē ā Sp. Albino curruli die dicta metuēs dānationē: cū in suffragiū tribus oporteret ire:instrumentū rusticum omne in forum attulit:& adduxit filiā ualidā:atq;(ut ait Piso)bene curatā:ac uestitā:ferramenta egregie facta: graues ligones:uomeres pōderosos:boues saturos.Postea dixit: Veneficia mea q̄rites hæc sūt.Nec possū uobis ostēdere:aut in forum adducere lucubrationes:uigiliasq;:& sudores.Omniū sententiis absolutus itaq; est. Profecto opera:non impensa cultura constat. Et ideo maiores fertilissimū in agro oculum domini esse dixerunt. Reliqua præcepta reddentur suis locis:quæ propria singulorū generū erunt.Interim cōmunia quæ succurrūt:nō omittemus.Et in primis Catonis humanissimū:& utilissimum.Id agendū:ut diligāt uicini.Causas reddit ille:quas existimamus nulli esse dubias.Inter prima idem cauet:ne familiæ malæ sint. Nihil sero faciendū in agricultura omnes censent.Iterūq; suo quæq; tēpore facienda.Et tertio præcepto prætermissa frustra re/uocari.De terra cariosa execratio Catonis abunde indicata est. Quāq̄ prædicere non cessat is.Quicq̄d per asellum fieri potest utilissime constat.Filix biennio moritur: si frondē agere nō patiaris.Id efficacissime contingit germinātis ramis baculo decussis. succus enī ex ipsa defluēs necat radices.Aiūt & circa solstitiū auulsas nō renasci.Nec harundine sectas.Aut exaratas uomeri harūdine imposita.Similiter & harundinem exarari:filice uomeri īposita præcipiunt.Iuncosus ager uerti pala debet.At in saxoso bidētibus.Fruteta igni optime tollūt̃. Humidiorē agrum fossione cōcidi:atq; siccari utilissimū est.Fossas aūt retusis locis apertas reliq̄.In solutiore terra sepibus firmari. In reprocibus:ac supinis lateribus procumbere quasdam obserari : & in alias dirigi.

maiores patētioresq́;: si sit occasio: silice uel glarea sterni: ora utrinq́; lapidibus statu-
minari: & alio superītegi. Siluæ extirpandæ ratione Democritus ꝓdidit. Lupini flore
in succo cicutæ uno die macerato: sparsisq́; radicibus.

DE Frugū generibus & natura. Ca. vii.

ET quoniā præparatus est ager: natura nunc indicabit̃ frugū. Sūt aūt duo prima
earū genera. Frumenta: ut triticū hordeū. Et legumina: ut faba & cicer. Differē-
tia uero notior: q̃ ut indicari deceat. Frumenti ipsius totidem genera: p tempora satu
diuisa. Hyberna: quæ circa uergiliarū occasū terra per hyemem nutriūtur: ut triticū:
far: hordeū. Aestiua: quæ æstate ante uergiliarū exortū serūtur: ut milium: panicum:
sisama: horminum: irio italiæ duntaxat ritu. Alioquī in græcia & asia ōnia uergiliaꝝ
occasu serūt̃. Quædā aūt utroq́; tempore ī italia. Ex his quædā & tertio: ueris scilicet.
Aliqui uerna: milium: panicū: lentem: cicer. halicam appellant. Semētica aūt triticū:
hordeum: fabam: napū: rapā. Et in tritici genere pars aliqua pabuli est quadrupedū
causa sati: ut farrago. Et in leguminibus: ut uitia. At communis quadrupedum:
hominumq́; usui lupinus. Legumina omnia: singulas habent radices: præter fabam:
easq́; surculosas: quia nō in multa diuidunt̃. altissimas autem cicer. Frumenta mul-
tis radicātur fibris sine ramis. Erumpit a primo satu hordeum die septimo. Legumīa
quarto: uel cū tardissime. vii. Faba a. xv. ad. xx. Legumina ī ægypto tertio die. Ex hor-
deo alteꝝ caput grani in radicē exit: alterū ī herbā: quæ & prior floret. Radicē crassior
pars grani fundit: tenuior florem. Cæteris seminibus eadē pars: & radicem & florem.
Frumenta hyeme in herba sūt. Verno tempore fastigiāt̃ in stipulā: quæ sūt hyberni
generis. At miliū & panicū in culmē geniculatū & cōcauū. Sisama uero in ferulaceū.
Omniū satoꝝ fructus aut spicis cōtinetur: ut tritici: hordei. muniturq́; uallo aristaꝝ
quadruplici: aut includit̃ siliquis: ut leguminū: aut uasculis: ut sisamæ ac papaueris.
Miliū ac panicū tantū pro indiuiso & paruis auibus exposita sunt: indefensa quippe
membranis continent̃. Panicū a paniculis dictū: cacumine languido nutāte: paulatī
extenuato culmo: pene in surculū: prædensis aceruat̃ granis: cum longissima pedali
obsimili come granū cōplexæ: quæ fimbriato capillo curuat̃. Sunt & panico genera.
Māmoso: epāno: puis racemato paniculis: & cacumine gemino. Quī & colore distī-
guitur: candido: nigro: ruffo: etiam purpureo. Panis multifarie & e milio fit: e panico
rarius. Sed nullū frumento ponderosius: aut quod coquendo magis crescat. Lx. enim
pōdo panis e modio reducunt: modiumq́; pultis ex tribus sextariis madidis. Milium
intra hos decem ānos ex india in italiam inuectū est: nigrum colore: amplum grano:
harundineū culmo. Adolescit ad pedes altitudine septem: prægrādibus culmis. Lobas
uocant: omniū frugum fertilissimū. Ex uno grano terni sextarii gignunt̃. Seri debet
in humidis. Frumenta quædam: in genu tertio spicam incipiunt concipere. Quædā
in quarto: sed etiamnū occultam. Genicula autem sunt tritico quaterna: farri sena:
hordeo octaua. Sed non ante supradictum geniculorum numerum conceptus est
spicæ. qui ut specie sui fecerit: quattuor: aut quinq́; tardissime diebus florere īcipiūt.
totidemq́; aut paulo pluribus deflorescunt. hordea uero cum tardissime. vii. Varro q̃-
ter nouenis diebus fruges absolui tradit: & mense nono meti. Fabæ in folia exeunt: ac
deinde caulem emittunt: nullis distinctum internodiis. Reliqua legumina surculosa
sunt. Ex iis ramosa cicer: eruum: lens. Quorundā caules spargunt̃ in terrā: si nō habe-
ant adminiculum: ut pisoꝝ. quod si nō habuere deteriora fiunt. Leguminū unicaulis
faba sola. Vnus & lupinis. Cæteris ramosus pretenui surculo. Omnibus uero fistulo-
sus. Folium quædā a radice mittunt: quædā a cacumine. Frumētum uero: & hordeū
uiciaq́;: & quicqd in stipula est: in cacumine unum folium habet. Sed hordeo scabra
sunt: cæteris leuia. Multiplicia cōtra fabæ: ciceri: piso. Frumētis folium harūdinaceū.
Fabæ rotundum: & magnæ leguminum parti. Longiora eruiliæ: & piso. Fasiolis ueno-
sa. Sisamæ & irioni sanguinea. Cadunt folia lupino tantum: & papaueri. Legumina

diutius florent:& ex iis eruũ ac cicer:sed diutissime faba.xl.diebus. Non aũt singuli scapi tã diu:quoniã alio desinẽte:alius incipit.Nec tota seges sicut frumenti pariter. Siliquantur uero omnia diuersis diebus : & ab ima primũ pte paulatĩ flore subeũte. Frumenta:cũ defloruere:crassescũt:maturantq́ꝫ.cũ plurimũ diebus.xl.perficiuntur. Item faba:paucissimis cicer.Id enĩ a semente diebus.xl.perficit.Milium:& panicũ:& sisama: & õnia æstiua q̃draginta diebus maturant a flore.Magna terræ:cæliq́ꝫ differentia.In ægypto enĩ hordeũ sexto a satu mense:frumenta septimo metunt. In hellade hordeum.In peloponenso octauo. et frumẽta etiãnũ tardius . Grana in stipula crinito textu spicãt.In faba leguminibusq́ꝫ alternis lateribus siliq̃nt.Fortiora hyeme frumenta:leguminaq́ꝫ in cibo . Tunicæ frumento plures.Hordeũ maxime nudũ:& halica : sed præcipue auena . Calamus altior frumento : q̃ hordeo. Arista mordacior hordeo.In area exteruntur triticum & siligo & hordeũ . Sic & serunt pura:qualiter molũt:quia tosta non sũt.E diuerso far: miliũ panicũ purgari nisi tosta nõ possũt. Itaq́ꝫ hæc cũ suis folliculis serunt cruda. Et far in uaginulis suis seruãt ad satus:atq́ꝫ non torrent.Leuissimũ ex iis hordeũ:raro excedit.xv.libras.et faba.xxii.Ponderosius far.magisq́ꝫ etiamnũ triticũ. Far in ægypto olyra conficitur. Tertiũ genus spicæ hoc ibi est . Galliæ quoq́ꝫ suũ genus farris dedere:quod illic brance uocãt:apud nos sandalã nitidissimi grani.Et alia differentia est:ꝙ fere quaternis libris plus reddit panis: q̃ far aliud.Populũ romanũ farre tãtũ e frumento.ccc.annis usum Verrius tradidit. Tritici genera plura quæ fecere gentes . italico nullũ equidẽ comparauerĩ candore:ac pondere.quo maxime decernit.Montanis modo competur italiæ agris,externum.In quo principatum tenuit boetia:deinde sicilia:mox africa.Tertium põdus erat thracio:syrioq́ꝫ:deinde ægyptio:athletaꝶ cum decreto:quorum capacitas iumẽtis similis: quem diximus ordinem fecerat.Græcia & ponticũ laudauit:quod in italiam non puenit . Ex omni eodẽ genere grani prætulit oreuntiũ & tragũ dignes:& selinuncium argumento crassissimi calami.Itaq́ꝫ pingui solo hæc genera assignabat. Leuissimum & maxime inane:seu tenuissimi calami ĩ humidis seri iubebat : quoniã multo egeret alimento.Hæ fuere sententiæ Alexandro Magno regnãte:cum clarissima fuit græcia atque in toto orbe terrarum potentissima: ita tamen:ut ante mortem eius annis fere centum quadragintaquique Sophocles poeta in fabula Triptolemo : frumentum italicum ante cuncta laudauerit:ad uerbum translata sententia.

Et fortunatam italiam frumento canescere candido .

Quæ laus peculiaris hodie italico est. Quo magis admiror posteros græcorũ nullam mentionẽ huius fecisse frumẽti.Nũc ex iis generibus:quæ romã inuehũt : leuissimũ est gallicũ:atq́ꝫ e chersonneso aduectũ:quippe non excedũt in modiũ uicenas libras: siquis granũ ipsũ põderet . Adiicit sardiũ sex libras: alexandrinũ & trientes.Hoc est & siculi pondus.Boeticũ totã libram addit: africũ & dodrantes. In transpadana italia scio uicenasq̃nas libras farris modios pẽdere.Circa clusiũ & senas.Lex natæ certa est:ut in quocũq́ꝫ genere:pane militari:tertia portio ad grani pondus accedat. Sicut optimum esse frumentũ:quod impactum congiũ aquæ capiat. Quibusdã generibus per se pondus:sicut balearico:modio tritici:panis põdo.xxx. reddit.Quibusdã ĩpermixtis:ut cyprio:& alexandrino.xx.prope libras non excedentibus. Cyprium fuscum ẽ.panẽ nigrũ facit.itaq́ꝫ miscet alexãdrinũ cãdidũ.redduntq́ꝫ.xxv.pondo . Thebaicũ libras adiicit. Marina aqua subigi:quod pleriq́ꝫ maritimis in locis faciunt:occasione lucrandi salis:uilissimum.non alia de causa opportuniora morbis corpora existunt. Galliæ & hispaniæ frumẽto in potum resoluto : q̃bus diximus generibus:spuma ita cõcreta pro frumẽto utunt:q̃ de causa leuior illis:q̃ cæteris panis est.Differẽtia est & calami.Crassior qppe melioris est generis. Plurimis tunicis thracium triticum uestit ob nimia frigora illi plagæ exq̃situm.Eadẽ causa & trimestria inuenit detinentibus terras niuibus.quod tertio fere satũ mẽse:ut ĩ reliquo orbe:metit. Totis hoc alpibus

notum:& hyemalibus ꝓuinciis. Nullum hoc frumẽto lætius. Vnicalamũ præterea:nec usq; capax. seriturq; non nisi tenui terra. Est & bimestre circa thraciũ sinum:quod .xl. die quo satum est maturescit. mirumq; nulli frumento plus esse ponderis:& furfuribus carere. Vtit̃ eo & sicilia & achaia:mõtosis utraq; partibus. Euboea quoq; circa caristum. In tãtum fallit̃ Columella:q ne trimestris qdẽ ꝓprium genus existimauerit esse:cum sit ãtiqssimum. Græci trimenon uocãt. Tradunt in bactris grana tantæ magnitudinis fieri:ut singula spicas nostras æquent. Primum ex õnibus frumẽtis seritur hordeum. Dabimus & dies serendi cuiq; generi:natura singuloꝶ exposita. Hordeum indis satiuum & siluestre:ex quo panis apud eos præcipuus. Italici qdẽ maxĩe oriza gaudẽt:ex q̃ ptisanã cõficiũt:quã reliq mortales ex hordeo. Orizæ qdẽ folia carnosa: porro similia:sed latiora:altitudo cubitalis:flos purpureus:radix gẽmeæ rotũditatis. Antiqssimũ in cibis hordeum sicut atheniensium ritu:Menãdro auctore:apparet:& gladiatoꝶ cognomine:q hordearii uocabãt̃. Poletã quoq; græci nõ aliũde præferunt. pluribus fit hæc modis. Græci perfusũ aq̃ hordeũ siccãt nocte una:ac postero die frigũt:deĩde molis frãgũt. Sũt q uehemẽtius tostũ:rursus exigua aq̃ aspergãt: siccẽtq; priusq̃ molãt. Alii uero uirẽtibus spicis:decussũ hordeũ recẽs purgãt. madidũq; ĩ pila tũdũt:atq; ĩ corbibus eluũt. ac siccatũ sole:rursus tũdũt:& purgatũ molũt. Quocũq; aũt gñe præparato:uicenis hordei libris:ternas semis lini:& coriãdri selibras:salisq; acetabulo: torrẽtes ãte oĩa miscẽt ĩ mola. Qui diutius uolunt seruare:cũ polline: ac furfuribus suis cõdũt nouis fictilibus. Italia sine ꝑfusione tostũ in subtilem formã molit:iisdẽ additis:atq; etiã milio. Panẽ ex hordeo antiqs usitatũ uita dãnauit:q̃drupedũq; tradidit refectibus. Ptisanæ inde usus ualidissĩus:saluberrimusq; tantopere probat̃. Vnũ laudibus eius uolumẽ dicauit Hippocrates clarissĩus medicinæ sciẽtiæ. Ptisanæ bonitas præcipua uticensi. In ægypto uero ea est:quæ fit ex hordeo: cui sunt bini anguli. In boetia & africa genus ex quo fiat hordei: glabrũ appellat Turranius. Idem olyram & orisam eandem esse existimat. Ptisanæ conficiendæ uulgata ratio ẽ. Simili modo ex tritici semine tragũ fit in cãpania tantũ & ægypto. Amilũ uero ex oĩ tritico ac siligine. Sed optimũ ex trimestri. Inuẽtio eius chio insulæ debetur:& hodie laudatissimũ inde est appellatũ ab eo:ꝙ sine mola fiat. Proximum trimestri:quod ẽ minime ponderoso tritico. Madescit dulci aqua in ligneis uasis:ita ut integat̃:qnqes in die mutata. Melius si & in nocte:ita ut misceat̃ pariter:emolitũ priusq̃ acescat. linteoq; aut sportis siccatũ:tegulæ infundit̃ illitæ fermento:atq; ita in sole densat̃. Post chiũ maxĩe laudat̃ creticũ:mox ægyptiũ. Probat̃ autẽ leuitate:& leuore:atq; ut recẽs sit. Iam & Catonis dictu. Apud nos hordei farina & ad medẽdũ utunt̃. Mirũq; ĩ usu iumẽtoꝶ:ignibus durato:ac postea mollito: offisq; humana manu dimissis maiores in aluũ uires:torosq; corporis fieri. Spicæ quædã binos ordines habent:quædã plures usq; ad senos. Grano ipsi aliquot differentiæ:lõgius:leuiusq;:aut breuius:aut rotũdius:cãdidius:nigrius:uel cui purpura est. Vltimo ad polentã cõtra tẽpestates cãdido maxima infirmitas. Hordeũ frugũ oĩũ mollissimũ est. seri non ualet: nisi in sicca & soluta terra:ac nisi læta. palea ex optimis. Stramento uero eius:nullũ comparatur. Hordeũ ex omni frumento minime calamitosum:quia tollitur anteq̃ triticũ occupet rubigo. Itaq; sapientes agricolæ triticum cibariis tantum serunt. Hordeũ sarculo seri dicunt:propterea celerrime reddit:fertilissimumq;. Quod in hispania:& carthagine aprili mẽse collectũ est. hoc seritur eodem mense in celtiberia:eodẽq; anno bis nascit̃. Rapitur omne a prima statim maturitate:festinantius q̃ cætera. fragili enim stipula: & tenuissima palea granum continetur. Meliorem etiam polentam fieri tradunt: si non exacta maturitate tollatur.

¶Non oĩa frumenti gñа ubiq; nasci. & de reliqs in oriente generibus. ¶Ca. viii.

FRumenti genera nõ eadẽ ubiq;:neq; ubi eadẽ sũt:iisdẽ nominibus. Vulgatissĩa: far:quod adoreũ ueteres appellauere:siligo:triticũ. Hæc plurimis terris cõmũia

Arinca galliarũ propria.copiosa & italiæ est. In ægypto autẽ:ac syria:ciliciaq;:& asia:
ac græciæ parte:peculiares zea:olyra:typhe. Aegyptus similaginẽ cõficit e tritico suo
neq̃q̃ italicæ parẽ.Qui zea utũt:nõ habẽt far.Est & hæc italiæ: in cãpania maxime:
semenq; appellatur.hoc habet nomẽ res præclara:ut mox docebimus: propter quam
Homerus zederos arura dixit.Nõ ut arbitrãt aliqui: quoniam uitã donaret.Amy-
lũ quoq; ex ea fit:priore crassius. hæc sola differentia est. Ex omnigenere durissimũ
far:& cõtra hyemes firmissimũ.patit frigidissimos locos:& minus subactos:uel æstu-
osos:sitientesq;:prius antiqs latio cibus:magno argumento in adoreæ donis: sicuti
diximus.Pulte aũt:nõ pane lõgo tẽpore uixisse romanos manifestũ. quoniã inde &
pulmẽtaria hodieq; dicũt.Et Ennius ãtiquissimus uates obsidionis famẽ describens
offã eripuisse plorãtibus liberis patres cõmemorat.Et hodie sacra prisca:atq; nataliũ
pulte fritilla conficiunt.uidetq; tã puls ignota græciæ fuisse:q̃ italiæ polenta.Tritici
semine auidius nullũ est:nec quo plus alimenti trahat.Siliginem dixerĩ ꝓprie tritici
delicias.candor est:& sine uirtute:& sine pondere:cõueniens humidis tractibus:q̃les
italiæ sunt: & galliæ comatæ. sed & trans alpes in allobrogũ tantũ aruernorũq; agro
pertinax.In cæteris ibi partibus biennio: in triticũ transit.Remedium:ut grauissima
quæq; grana eius serant.

¶DE Pistoriis & molitura & farina. ¶Ca.ix.

Siligine lautissimus panis. pistrinarũq; opera laudatissima. Præcellit in italia:
si cãpana pisis natæ misceat.rufior illa:at pisana candidior: ponderosior uero
cretacea.Iustũ ẽ e grano cãpaniæ:quã uocãt castratã:e modio redire sextarios q̃ttuor
siliginis.Vel e gregali sine castrata:sextarios qnq;.Præterea floris semodiũ. Et cibarii:
quod secũdariũ uocãt:sextarios.iiii.Furfuris sextarios totidem.E pisana aũt siliginis
sextarios qnq;.Cætera paria sũt.Clusina arretiaq; etiãnũ sextarios siligĩs asciũt:ĩ reli-
qs pares.Si uero pollinẽ facere libeat.xvi.põdo panis redeũt.Et cibarii tria.Furfurũq;
semodiũ.molæ discrimine hoc constat.Nã quæ sicca molũt:plus farinæ reddũt.quæ
salsa aqua sparsa:candidiorem medullã:uerũ plus retinẽt in furfure.Farinam a farre
dictã:nomine ipso apparet.Siligineæ farinæ modius gallicæ.xxii.libras panis reddit.
Italicæ duabus:tribusue ãplius:ĩ artoptitio pane.Nã furnaceis binas adiiciunt libras:
in quocunq; genere.

¶DE Similagine & Siligine:& de aliis generibus & de pistura. ¶Ca.x.

Similago ex tritico fit laudatissima.Ex africo iustũ ẽ e modiis redire semodios:
& pollinis sextarios quinq;.ita enĩ appellant in tritico:quod florem in siligine.
Hoc ærariæ officinæ chartariæq; utunt.Præterea secundarii sextarios quattuor:furfu-
rumq; tantũdem.Panes uero e modio similaginis.c.xxii.e floris modio.c.xvii.Preciũ
huic annona media in modio farinæ.xl.asses.Similagini castratæ octonis assibus ã-
plius.Siligini castratæ duplũ.Est & alia distinctio:similago.l.pollin aũt.xvii.pondo
panis reddere uisa tritici.xxx.cũ triẽte.& secũdarii panis qnas selibras: totidẽ cibarii:
& furfurũ sextarios sex.Siligo nũq̃ maturescit pariter:nec ulla segetũ minus dilatio-
nem patit ꝓpter teneritatem. iisq; quæ maturuere ꝓtinus granũ dimittentibus:sed
minus q̃ cætera frumenta in stipula periclitat:quoniã semper rectã habet spicã: nec
rorem continet:q rubiginem faciat.Ex africa dulcissimus panis.ipsa spissior:q̃ far:&
maior.spica eadem:& ponderosior.Raro modius grani nõ.xvi.libras ĩplet.Exterit in
græcia difficulter. Ob id iumentis dari ab Homero dicta: hæc enim est:quam uocat
olyram. Eadem in ægypto facilis:fertilisq;.Far sine arista est.Item siligo excepta ea:
quæ laconica appellatur.Adiiciũt iis gña:bromos:siligo excepticia:& tragos:externa
omnia:ab oriente inuecta:orizæ similia.Tiphe & ipsa eiusdem generis:ex qua fit in
nostro orbe oriza.Apud græcos est: & isia.Tradũtq; eam:ac tiphen:cũ sit degeneres:
redire ad frumentũ:si pistæ serant:nec protinus:sed tertio anno.Tritico nihil est fer-
tilius.hoc enĩ natura ei tribuit:quoniã eo maxime alat hominem:utpote cũ e modio
si sit aptũ solũ:q̃le in byzantio africæ campo:centeni quĩquageni modii reddantur.

Misit ex eo loco diuo Augusto procurator eius ex uno grano uix credibile dictu quadringenta paucis minus germina.extātq; de ea re epistolæ.Misit & Neroni similiter .ccc.xl.stipulas ex uno grano. Cū centesimo quidem & leontini siciliæ campi fūdūt. aliiq;:& tota bethyca:& in primus ægyptus.Fertilissima tritici genera:ramosum:aut quod centigranū uocāt.Inuentus est iā & scapus unus centū fabis honustus. Aestiua frumēta dixius sisamā:miliū:panicū.Sisama ab īdis uenit.ex ea & oleū faciūt.Color eius cādidus.huic simile est ī asia græciaq; erisimū.idēq; erat:nisi pīguis esset quod apud nos uocāt irionē:medicāinibus annumerandū potius:q̄ frugibus. Eiusdē naturæ & horminū a græcis dictū:sed cymino simile:seritq; cū sisama hoc & irione. Nullū animal uescit̄ uirentibus.Pistura nō omniū facilis.Quippe & hetruria spicam farris tosti pisente pilo præferrato:fistula serrata:& stella intus denticulata:ut nisi intenti pisant:concidant̄ grana ferroq; frangant̄.Maior pars italiæ ruido utit̄ pilo:rotis etiā q̄s aq̄ uerset obiter:& molat. De ipsa ratione pisendi Magonis ꝓponetur sententia. Triticū ante perfundi aq̄ multa iubet:postea euelli.Deinde sole siccatū : pila repeti. Simili modo hordeū.huius sextarios.xx.spargi duobus sextariis aquæ.Lentē torrere prius:deīde cū furfuribus leuiter pisi.Aut addito in sextarios.xx.lateris crudi frusto: & arenæ semodio.Eruiliam iisdem modis:qbus lentem.Sisamā in calida maceratam exporrigi. Deinde confricari:frigidæ immergi:ut paleæ fluctuent.iterumq; exporrigi in sole super lintea. quod nisi festinato peragatur: lurido colore mucescere. Et ipsa autem quæ eualuantur:uariam pisturarū ratione habent.Acus uocat̄:cū per se pisit̄: spica tantū aurificū ad usus.Si uero in area teritur:cū stipula:palea:ut maiore in terraꝝ pte:ad pabula iumentoꝝ.Milii & panici & sisamæ appludā uocant purgamēta: alibi aliis nominibus.Milio campania gaudet præcipue pulteq; cādidā ex eo facit.Fit & panis prædulcis.Sarmatarū quoq; gentes hac maxime pulte alunt̄ : & cruda etiam farina equino lacte:uel sanguine:e cruris uenis admixto.Aethiopes non aliā frugem q̄ milii hordeiq; nouere.Panico & galliæ quædā præcipue aqtania utitur . Sed circūpadana italia addita faba:sine qua nihil conficiunt . Ponticæ gentes nullum panico præferunt cibum.Cætero æstiua frumenta riguis magis etiam q̄ hymbribus gaudent . Milium & panicum aquis minime:cum in folia exeunt . Vetant ea inter uites:arboresq; frugiferas seri:terram emacrari hoc satu existimantes.

DE Fermētis:& panis faciendi ratio & genera:& quando primum pistores romæ : & de cribris:& alica. Capitulum undecimum .

Milii præcipuus ad fermenta usus e musto subacti in annuū tempus . Simile fit ex tritici ipsius furfuribus minutis & optimis: e musto albo triduo maturato subactis:ac sole siccatis.Inde pastillos ī pane faciendo dilutos:cū similagine seminis feruefaciunt:atq; ita farinæ miscent:sic optimū panē fieri arbitrantes.Græci in binos semodios farinæ satis esse besses fermēti constituere.Et hæc quidem genera uidemiis tantū fiunt. Quo libeat uero tempore ex aqua hordeoq; bilibres offæ feruenti foco: uel fictili patina torrentur cinere:& carbone usq; dum rubeant.postea operiuntur in uasis:donec acescant.hinc fermentum diluitur . Cum fieret autem panis hordeaceus eruiliæ:aut cicerulæ farinæ ipsæ admixtione fermentabantur. Iustūq; erat duæ libræ in quinq; semodios.Nunc fermentū fit ex ipsa farina:quæ subigit̄:priusq̄ addat̄ sal: ad pultis modū decocta:& relicta donec acescat.Vulgo uero nec sufferuere faciūt:sed tantum pridie asseruata materia utunt̄.Palamq; natura est acore fermentari:sicut & ualidiora esse corpora quæ fermentato pane alūtur. quippe cū apud ueteres ponderosissimo cuiq;:præcipua tritico salubritas perhibita sit.Panis ipsius uaria genera ꝑsequi superuacuū uidetur.alias ab obsoniis appellari:ut ostrearii : alias a deliciis ut artolagani : alias a festinatiōe ut speusici.Necnō a coquendi ratione ut furnacei : uel artoptesii:aut in clibanis cocti:nō pridem etiā e parthis aduecto.quē alii aquaticum uocant: quoniā aq̄ trahitur a tenui:& spongiosa inanitate.alii parthicū .Sūma laus

siliginis bonitate:& cribri tenuitate constat. Quidã ex ouis:aut lacte subigũt. Butyro uero gẽtes etiã pacatæ ad operis pistorii gñã transeunte cura. Durat sua piceno in panis inuentione gratia:ex alicæ materia:cũ nouẽ diebus macerata: decimo ad speciem tracta:& subacta uuæpassæ succo est. ibi postea in furnis ollis indita:quæ rumpant: ibi torrent. Neq; est ex eo cibus nisi madefacto:quod fit lacte maxime mulso. Pistores romæ nõ fuerunt ad persicũ usq; bellũ:annis ab urbe condita sup quĩgẽtos octoginta. Ipsi panes faciebãt quirites:mulierũq; id opus erat. sicut etiã nũc in plurimis gentiũ. Artoptesiã Plautus appellat in fabula:quã aulularíam scripsit. magna ob id concertatiõe eruditorũ:an is uersus poetæ sit illius:certũq; sit Attei Capitõis sẽtẽtia: tostũ panẽ lautioribus coquere solitos:pistoresq; tãtũ eos:q far pisebãt:noĩatos. Nec cocos uero habebant in seruitiis:eosq; ex macello cõducebant. Cribrorũ genera galliæ setis equorũ inuenere: hispaniæ lino excussoria & pollinaria: ægyptus e papiro atq; iunco. Sed inter hæc dicatur prima & alicæ ratio:præstantissimæ saluberrimæq;. quæ palma frugũ indubitanter italiam contingit. fit sine dubio & in ægypto:sed admodũ spernenda. In italia uero pluribus locis:sicut ueronensi pisanoq; agro. In campania tamẽ laudatissimus campus est:montibus subiacet nĩmbosis totis quidẽ. xl. milibus passuũ planicie. Gratia terræ eius:ut protinus soli natura dicatur: puluerea summa: inferior bibula:& pumicis fistulans uice. Montiũ quoq; culpa in bonũ cedit. crebros enim hymbres percolat:atq; transmittit. nec dilui:aut madere uoluit ꝓpter facilitatẽ culturæ. Eadẽ acceptũ humorẽ nullis fontibus reddat:sed temperat. & concoquẽs ĩtra se uice fusi continet. Seritur toto anno:panico semel:bis farre. Et tamen uere:segetes quæ interqeuere:fundunt rosã:odoratiorem satiua:adeo terra nõ cessat parere. Vnde uulgo dictum:plus apud campanos unguenti:q̃ apud cæteros olei fieri. Quantũ aũt uniuersas terras campus circũcãpanus antecedit:tantum ipsũ pars eius: quæ laboriæ uocãtur:quem phlegræũ græci appellant. Finiuntur laboriæ uia ab utroq; latere consulari: quæ a puteolis:& quæ a cumis capuã ducit. Alica fit e zea: quã semẽ appellauimus. Tundit̃ granũ eius in pila lignea. Nã lapidis duritia conteritur. nobilius:ut notũ est:pilo uictorum:penali opera. Primori inest pixis ferrea:excussis inde tunicis. iterũ iisdẽ armamentis nudata conciditur medulla. Ita fiunt alicæ tria gñã:minimũ: ac secundarium:grandissimũ uero apherema appellãt. Nondũ habent candorẽ suũ: quo præcellunt. Iam tamen alexandrinæ præferunt̃. postea mirum dictu:admiscetur creta:quæ trãsit in corpus:coloremq;: & teneritatem affert. Inuenit̃ hæc ĩter puteolos & neapolim:in colle leucogeo appellato. Extatq; diui Augusti decretum:quo ãno ad uicena milia neapolitanis ꝓ eo numerari iussit e fisco suo: coloniam deducẽs capuã. adiecitq; causam afferendi:quoniã negassent campani alicam confici sine eo metallo posse. In eodẽ repitur & sulphur. Emicantq; fontes oraxi oculorũ claritati: & uulnerũ medicinæ:dentiumq; firmitati. Alica adulterina fit maxime e zea: quæ ĩ africa degenerat:latiores eius spicæ:nigrioresq;:& breui stipula. Pisunt cum arena:& sic quoque difficulter conterũt utriculos:fitq; dimidia modii mensura. posteaq; gypsi pars q̃rta inspergit̃:atq; ut cohæserit:farinario cribro subcernũt. Quæ in eo remãsit:exceptitia appellatur:& grandissima est. Rursus quæ transit:arctiore cernitur: & secũdaria uocatur. Item cribraria:quæ simili modo in tertio remansit cribro angustissimo:& tãtũ harenas transmittente. Alia ratio ubique adulterandi. Ex tritico candidissima atque grandissima eligunt grana:& semicocta in ollis:postea arefaciunt sole ad initiũ:rursusq; leuiter aspersa molis frangunt. Ex zea pulchrius:q̃ ex tritico fit granum: q̃uis id alicæ uitiũ sit. Candorem autem ei pro creta:lacti incoctis mixtura confert.

¶ DE Leguminibus ¶ Capitulum duodecimum.

SEquitur natura leguminũ. inter quæ:maxĩe honos fabæ. Quippe ex qua tentatus sit etiam panis. Lomentum appellatur farina ea:adgrauaturq; pondus illa & omni legumine. Iam uero & pabulo uenalis. Fabæ multiplex usus:oĩũ q̃drupedũ

generi:præcipue homini. Frumento etiam miscetur apud plerasq; gentes:& maxime
panico:solida:ac delicatius fracta. Quĩ & prisco ritu:fabacia suæ religionis diis ĩ sacra
est: prævalens pulmentarii cibo: & hebetare sensus existimata: insõnia quoq; facere.
ob hoc pythagorica sententia damnata. Vel(ut alii tradidere)quoniã mortuo℞ animæ
sunt in ea:qua de causa parentando utiq; assumitur. Varro & ob hæc flaminẽ ea non
uesci tradit: quoniam & in flore eius litteræ lugubres reperiantur. In eadem pecu/
liaris religio. Nanq; fabam utiq; in frugibus referre mos est:auspicii causa:quæ ideo
referuia appellat᷑. Et auctionibus eam adhiberi lucrosũ putant. Sola certe frugũ etiã
exesa replet᷑ crescente luna. Aqua marina aliaue salsa non percoquit᷑. Seritur ãte uer/
giliarũ occasũ leguminũ prima:ut antecedat hyemem. Virgilius per uer eã seri iubet
circũpadanæ italiæ ritu. Sed maior pars malunt fabalia maturæ sationis: q̃ trimestrẽ
fructum eius. Nanq; siliquæ:caulesq; gratissimi sunt pabulo pecori. Aquas in flore
maxime concupiscit: cum uero defloruit: exiguas desiderat. Solum in quo sata est
lætificat stercoris uice. Ideo circa macedoniã:thessaliamq; cum florere incepit:uertũt
arua. Nascitur & sua sponte plerisq; in locis:sicut septentrionalis oceani insulis:q̃s
ob id nostri fabarias appellant. Item in mauritania siluestris passim: sed prædura:&
quæ percoqui non possit. Nascitur & in ægypto spinoso caule. q̃ de causa crocodili
aculeos timentes refugiunt. Longitudo scapo quattuor cubitorum est. Amplissima
crassitudo. octona genicula habet:molli calamo. Sĩle caput papaueri: colore roseo.
In eo fabæ non supra tricenas. Folia ampla:fructus ipse amarus & odore. sed radix p/
q̃lata. Incola℞ cibus cruda. & omnino decocta:harundinũ radicibus similis. Nascit᷑
& in syria ciliciaq;:et in thorone chalcidis lacu. Ex leguminibus autem nouembri se/
runtur lens:& in græcia pisa. Lens amat solum tenue magis q̃ pingue: cælum utique
siccum. Duo genera eius in ægypto:alterum rotundius:nigriusq;:alterum sua figura
unde uario usu translatũ est in lenticulas nomẽ. Inuenio apud auctores æq̃nimitatẽ
fieri uescentibus ea. Pisum in apricis seri debet:frigorũ impatiẽtissimũ. Ideo in italia
& in austeriore cælo:non nisi uerno tempore:terra facili:ac soluta. Ciceris natura est
gigni cum salsilagine:ideo solũ urit. Nec nisi madefactum pridie seri debet. Differẽ/
tiæ plures magnitudine:figura:colore:sapore. Est enim arietino capiti simile:ũdẽ ita
appellat᷑. Albũ:nigrũq; est:& columbinũ: quod alii uenerũ uocant:cãdidũ:rotũdũ:
leue. Arietino minus:quod religio peruigiliis adhibet. Est & cicercula minuti ciceris
inæqualis ãgulos habẽs ueluti pisum. Dulcissimum autem id: quod eruo simillimũ:
Firmiusq;:quod nigrũ & ruffum:q̃ quod album. Siliquæ rotundæ ciceri: cæterisque
leguminum longæ:& ad figuram seminis latæ. Piso cilindraciæ. Fasiolorum cũ ipsis
mãduntur granis. Serere eos q̃ uelis terra licet:ab idibus octobris in kalen. nouẽbris.
Legumina cum maturescere cœperit:rapienda sunt:quoniã cito exiliunt. latentq; cũ
decidere:sicut & lupinum.

DE Rapis & napis amiterinis ¶ Capitulum. xiii.

QVanq̃ prius dixisse conueniat de rapis. in trãscursu eas attigere nostri:paulo di/
ligentius græci: & ipsi tamen inter hortensia. Si iustus ordo fiat: a frumento
protinus:aut certe faba dicẽdis:quando alii præstantior usus ab iis non est. Ante oĩa
nanq; cunctis animalibus nascuntur:nec in nouissimis. satiant ruris alitum quoque
genera:magisq; si decoquant᷑ aqua. quadrupedes & fronde earũ gaudent. Et homini
non minore rapaciorum suis horis gratia:q̃ cimarum. flaccidorum quoq;:& ĩ horreis
enecatorum:uel maiore:q̃ uirentium. Ipsa uero durant & in sua terra seruata. & post
a passo pene ad alium ꝓuentũ famẽq; sentiri ꝓhibent. a uino:atq; messe tertius hic
trãspadanis fructus. Terram non morose eligit. pene ubi nihil aliud seri possit. Ne/
bulis: & pruinis:ac frigore ultro alũtur:amplitudĩe mirabili. Vidi. xl. libras excedẽtia.
In cibis quidem nostris pluribus modis cõmendantur. durantq; ad alia sinapis acri/
monia domita:etiã coloribus picta: præter suũ semẽ:sex aliis:purpureo quoq;:neq;

aliud ĩ cibis tĩgui decet. Genera eo℞ græci duo prima fecere: masculinũ fœmininũq;: et ea serendi modo: ex eodem semine. Densiore enim satu: masculescere: itẽ in terra difficili. Semẽ præstãtius quo subtilius. Species uero omnium tres. Aut enim in lati- tudinẽ fundi: aut in rotunditatem globari. Tertiam speciem siluestrem appellauere: in longitudinẽ radice procurrente: rhaphani similitudine & folio angulofo scabroq;: succo acri. Qui circa messẽ exceptus: oculos purgat: medetq; caligini: admixto lacte mulierũ. Frigore dulciora fieri existimãtur & grãdiora. Tepore in folia exeũt. Palma in nursino agro nascentibus. Taxatio in libras: sestertii singuli: & in penuria bini. Proxima in algido natis. Napi uero amiternini: quorum eadem fere natura: gaudent æque frigidis. Serunt᷑ & ante kalen. martias: in iugero sextarii quattuor. Diligentiores qnto sulco napũ seri iubẽt: rapã q̃rto: utroq; stercorato. Rapã latiorem fieri si palea semineť. Serere nudum uolũt: precantem sibi & uicinis serere se. Satus utriq; generi iustus ĩter duo℞ numinũ dies festos Neptũni atq; Vulcani. Ferũtq; subtili obserua- tione: quota luna: ꝓcedente hyeme: nix prima ceciderit: si totidem numinũ die intra prædictum temporis spatium feranť: mire prouenire. Serunť & uere in calidis atque humidis.

¶DE Lupino. ¶Ca. xiiii.

LVpino est usus proxius: cũ sit & homini: & q̃drupedũ generi ungulas habenti cõmunis. Remediũ eius ne metentes fugiant exiliendo: ut ab hymbre tollatur. Nec ullius: quæ serunť: natura assẽsu terræ mirabilior est. Primum omniũ: cum sole quotidie circũagiť: horasq; agricolis etiã nubilo demõstrat. Ter præterea floret: terrã amat: terraq; operiri nõ uult. Et unũ hoc seriť: nõ arato: ubi fuerit maxĩe sabulosa: & sicca: atq; etiã harenosa. Coli utiq; non uult. Tellurem adeo amat: ut q̃uis fruteto solo coniectũ inter folia uepresq;: ad terram tamen radice perueniat. Pĩguescere hoc satu arua: uineasq; diximus. Itaq; adeo non eget fimo: ut optimi uicem repræsentet. Nihilq; aliud nullo ĩpendio cõstat: ut quod ne serendi quidẽ gratia opus sit afferre. ꝓtinus seritur ex aruo. Ac ne spargi quidem postulat: decidens sponte. Primũq; õiũ seritur: nouissimum tollitur. Vtrunq; septembri fere mense: quia si non antecesserit hyemem: frigoribus obnoxiũ est. Impune præterea iacet: uel derelictum etiã: si non ꝓtinus secuti obruant hymbres: ab omnibus animalibus amaritudine sua tutum. Plerunq; tamẽ leui sulco integunt. Ex densiore terra: rubricã maxime amat. Ad hanc alendã post tertiũ florem uerti debet: in sabulo post secundũ. Cretosa tãtũ limosaq; odit: & in iis non prouenit. Maceratum calida aqua: homini in cibo est. Nam bouem unũ modii singuli satiant: ualidumq; præstãt. Quando etiam impositum puerorum uentribus pro remedio est. Condi in fumo maxime conuenit: quoniã in humido uer- miculi umbilicũ eius in sterilitatẽ castrant. Si depastum sit in fronde: inarari ꝓtinus solum est opus.

¶DE Vitia & eruo. ¶Ca. xv.

ET uitia pinguescunt arua. nec ipsa agricolis operosa: uno sulco sata. nõ sarriť: non stercoratur: nec aliud q̃ deoccatur. Sationis eius tria tempora. Circa occasũ arcturi: ut decẽbri mẽse pascat: tunc optĩe seritur in semen: æque nanq; fert depasta. Secunda satio mense ianuarii est: nouissima martio: ac tum ad frondem utilissima. Siccitatem ex omnibus: quæ seruntur: maxime amat. non aspernatur etiam ũbrosa. Ex semine eius: si lecta matura est: palea cæteris præfertur. Vitibus præripit succum: languescuntq; si in arbustis seratur. Nec erui operosa cura est. hoc amplius: q̃ uicia runcatur. & ipsum medicaminis uim optinens. Quippe per eum diuum Augustum curatum: epistolis ipsius memoria extat. Sufficiunt singulis boum iugis modii quini sati. Martio mense satum: noxium esse bubus aiunt. Item autumno grauedinosum. Innoxiũ aũt fieri: primo uere satũ.

¶DE Fœno & farragine & de ocino & medica & cytiso. ¶Ca. xvi.

ET silicia: hoc est fœnũ græcũ: scarifatione seritur: nõ altiore quattuor digito℞ sulco. quãtoq; peius tractatur: tanto prouenit melius. Rarum dictũ: esse aliqđ:

cui ꝑsit negligentia. Id autẽ: quod secale atq; farrago appellat̃: occari tãtũ desiderat. Secale taurini sub alpibus asiã uocãt: deterrimũ: & tãtũ ad arcẽdũ famẽ utile. fœcũda sed gracili stipula: nigricia triste sed pondere præcipuũ. Admiscet̃ huic far: ut mitiget amaritudinẽ eius: & tñ sic quoq; ingratissimũ uentri est. Nascit̃ qualicũq; solo: cũ cẽtesimo grano. ipsũq; pro lætamine est. Farrago ex recrementis farris prædẽsa serit̃: admixta aliqñ & uicia. Eadẽ aliqñ in africa fit ex hordeo. Omnia hæc pabularia. Degeneratq; ex leguminibus: quæ uocat̃ cracca. intãtũ colũbis grata: ut pastas ea negent illius loci fugitiuas fieri. Apud ãtiquos erat pabuli genus: quod Cato ocinũ uocat. quo sistebãt aluum bubus. id erat e pabulis segete uiridi desecta: anteq̃ gelaret. Sura Manulius id aliter interpretat̃. & tradit fabæ modios. x. uiciæ duos: tãtũdẽ & eruiliæ ĩ iugero: autũno misceri & seri solitos. Melius & auena græca: cui non cadit semẽ: admixta. hoc uocitatũ ocinũ: bouũq; cã seri solitũ. Varro appellatũ a celeritate ꝓueniẽdi a græco: quod ocys oceos dicunt. Medica externa etiam græciæ ut a medis aduecta p bella persarũ: quæ Darius intulit. Sed uel in primis dicenda tãta dos eius: ut cũ uno satu: ãplius q̃ tricenis annis duret. Similis est trifolio caule: foliisq; geniculata: qcqd in caule assurgit: in folia cõtrahitur. Vnum de ea & cytiso uolumẽ Amphilocus fecit cõfusũ. Solũ ĩ quo seratur: elapidatũ: purgatumq;. Subigitur autũno. mox aratũ & occatũ ĩtegit̃ crate iterũ & tertio: qnis diebus interpositis & fimo addito. Poscit aũt siccũ: succosũ: uel riguũ. Ita præparatũ seritur mense maio: alias pruinis obnoxia. Opus est densitate seminis omnia occupari: internascentesq; herbas excludi. Id præstant in iugera modia uicena. ĩmouendũ ne adurat: terraq; protinus integi debet. si sit humidũ solũ: herbosumue uincitur & desciscit in pratũ. Ideo protinus altitudine unciali herbis omnibus liberanda est: manu potius q̃ sarculo. Secatur incipiens florere: & quotiens refloruit. id sexies euenit per annos: cũ minimum quater. ĩ semen maturescere prohibendum est: quia pabulum utilius est usq; ad trimatũ. Verno seri debet: liberariq; cæteris herbis: ad trimatũ marris a solo radi. Itaq; reliquæ herbæ ĩtereũt sine ipsius damno: ꝑpter altitudinẽ radicum. Si euicerint herbæ: remediũ unicũ est: aratio: sepius uertendo: donec omnes aliæ radices intereãt. Dari nõ ad satietatem debet: ne repellere sanguinem necesse sit: & uiridis utilior est. Arescit surculose: ac postremo in puluerem inutilem extenuatur. De cytiso: cui & ipsi principatus datur in pabulis: affatim diximus inter frutices. Et nunc frugum omniũ natũ peragenda est: cuius in parte de uitiis quoq; dicatur.

DE Vitiis frugum & remediis: & qd in quoq; terræ gñe debeat seri. Ca. xvii.

Primum omnium frumenti uitium auena est. Et hordeũ in eã degenerat: sicut ipsa frumẽti fit instar. Quippe cum germaniæ populi edãt eam: neq; alia pulte uiuãt. Soli maxime cæliq; humore hoc euenit uitiũ. Sequentẽ causam habet ĩbecillitas seminis: cum diutius retentũ est terra: priusq̃ erũpat. Eadem est ratio si cariosum fuit: cum sereretur. Prima autẽ statim eruptione agnoscit̃. ex quo apparet in radice esse causã. Est & aliud ex uicino auenæ uitiũ: cum amplitudine inchoata granum: sed non dum natura: priusq̃ roboretur corpus afflatu noxio cassum & inane a spica euanescit quodam abortiuo. Venti autem tribus temporibus nocent frumento: & hordeo. In flore: aut protinus cum defloruere: uel maturescere incipientibus. Tunc enim exinaniunt grana. Prioribus causis nasci prohibent. Nocet & sol creber e nube. Nascunt̃ & uermiculi in radice: cum semẽtem hymbribus secutis incluserit repẽtinus calor humorem. Gignuntur & in grano: cum spicæ in pluuiis calor inferuescit. Est & cantharis dictus scarabeus paruus frumẽta erodẽs. Omnia ea aĩalia cũ cibo deficiũt. Oleum: pix: adeps contraria seminibus. Cauendumq; ne contacta eis tunc serantur. Hymber ĩ herba utilis qrto. Florẽtibus aũt frumento & hordeo nocet. Leguminibus inocuus: prætreq; ciceri. Maturescentia frumẽta hymbre læduntur: & hordeũ magis. Nascitur & herba alba: panifico similis: occupans arua: pecori quoq; mortifera. Nam

lolium:& tribulum:& carduum:lappamq; non minus q̄ rubū: inter frugū morbos
potius q̄ īter ipſius terræ peſtes numerauerī. Cæleſte frugū:uineaꝝq; malū nullo mi/
nus noxium eſt rubigo. frequentiſſima hæc in roſcido tractu:cōuallibuſq;: ac pflatū
nō habētibus. E diuerſo carēt ea uētoſa:& excelſa. Inter uitia ſegetū & luxuria eſt: cū
onerata fertilitate procumbunt. Cōmune aūt omniū ſatoꝝ uitium urica:etiā ciceris.
cū ſalſilaginē eius abluēdo hymber dulcius id facit. Eſt herba quæ cicer enecat:& eruū
circūligando ſe:uocatur orobanche. Triticum ſimili modo era. Hordeū feſtuca quæ
uocatᷣ ægilops. Lentē herba ſecuridaca:quam græci a ſimilitudine pelecinon uocant.
Et hæ qdē cōplexu necāt. Circa philippos aūt antraniū nominăt in pīgui ſolo herbā:
qua faba necatᷣ. Era nōnūq̄ in macro:cū udā qdā uētus afflauerit. Eræ granum mini/
mū eſt in cortice aculeato. Cū eſt in pane:celerrime uertigines facit. Aiuntq; in aſia &
græcia balneatores:cum uelint turbā pellere:carbonibus id ſemen iniicere. Naſcitur
& phalangius in eruo beſtiola aranei generis:ſi hyems aquoſa ſit. Limaces naſcuntur
in uitia:aliquando e terra cocleæ minutæ mirum in modum erodentes eā. Et morbi
quidem hi ſunt. Remedia eoꝝ:quæcunq; pertinent ad herbas in ſarculo: & cū ſemen
iactatur cinere. Quæ uero in ſemine & circa radicem conſiſtunt: præcedente cura ca/
uētᷣ. Vino aūt ſeīa pfuſa minus ægrotare exiſtimāt. Virgilius nitro & amurca pfūdi
iubet fabam:ſic etiam grandeſcere promittit. Quidam uero ſi triduo ante ſatū urina
& aqua maceretᷣ:præcipue adoleſcere putant. Ter quidē ſartā modiū fractæ e modio
ſolidæ reddere. Reliqua ſemina cupreſſi foliis tuſis ſi miſceantᷣ:non eſſe uermiculis
obnoxia: nec ſi interlunio ſerantᷣ. Multi ad milii remedia rubetam noctu aruo circū/
ferri iubent: priuſq̄ ſarriatur. defodiq; in medio incluſam uaſe fictili:ita nec paſſerem
nec uermē nocere:ſed eruēdā priuſq̄ metatᷣ:alioqn amaꝝ fieri. Quī & armo talpæ cō/
tacta ſemina uberiora eſſe. Democritus ſucco herbæ:quæ appellatur aizoon ī tegulis
naſcens tabuliſeſſū latine uero ſeduma(ut dicit ille) medicata ſeri iubet oīa ſemina.
Vulgo uero ſi dulcedo noceat:& uermes radicibus inhæreant: remedium eſt amurca
pura:ac ſine ſale ſpargere:deinde ſarrire. ſi in articulum ſeges ire cœperit:runcare ne
herbæ uincant. Peſtem a milio:atq; panico:ſturnoꝝ paſſerūue agmina ſcio abigi her/
ba:cuius nomen eſt ignotū:in quattuor angulis ſegetis defoſſa. mirū dictu:ut ōnino
nulla auis intret. Mures abiguntur cinere muſtelæ:uel felis: diluto & ſemine ſparſo:
uel decoctarum aqua. ſed redolet uirus animalium eorum etiam in pane. ob id felle
bubulo ſemina attingi utilius putant. Rubigo quidem maxima ſegetum peſtis:lauri
ramis in aruo defixis:trāſit in earum folia ex aruis. Luxuria ſegetum caſtigatur dēte
pecoris in herba dūtaxat:& depaſtæ quidem uel ſæpius nullam in ſpica īiuriā ſētiūt.
Retonſarum uero etiam ſemel omnino:certum eſt granum longius fieri: ſed inane
caſſūq; ac ſatum non naſci. Babylone tamen bis ſecant:tertio depaſcūt: alioqn folia
tantum fierent:ſic quoq; cum quintodecimo fœnore meſſes reddit exilitas ſoli. Veꝝ
diligentioribus cum centeſimo quinquageſimo. Neq; eſt cura difficilis. q̄ diutiſſime
aquari gaudent:ut præpinguis & denſa ubertas diluatur. Limum aūt non inuehunt
euphrates tigriſq;:ſicut in ægypto nilus. Nec terra ipſa herbas gignit. Vbertatis tamē
tantæ ſunt:ut ſequente anno:ſponte reſtibilis fiat ſeges:īpreſſis ueſtigio ſeminibus.
Quæ tāta ſoli differentia ammonet terræ genera in fruges deſcribere. Igitur Catonis
hæc ſententia eſt. In agro craſſo & læto frumentum ſeri. Si uero nebuloſus ſit: idem:
Raphanū:miliū: panicū in frigido & aquoſo prius ſerēdū:poſtea in calido. In ſolo
autē rubricoſo:uel pullo:uel arenoſo:ſi nō ſit aquoſū:lupinū. In cretoſo & rubricoſo
& aquoſiore agro:adoreū. In ſicco & nō herboſo:nec umbroſo triticū. In ſolo ualido
fabam. Viciam uero:q̄ minīe aquoſo herbidoq;. Siliginem & triticum in aperto loco
edito:qui ſole q̄ diutiſſime torreatur. Lentē in fruteto:& rubricoſo:qui non ſit herbi/
dus. Hordeum in nouali:et in aruo quod reſtibile poſſit fieri:trimeſtre:ubi ſementē
maturam facere non poſſit: & cuius craſſitudo ſit reſtibilis. Subtilis & illa ſententia

Serenda esse ea in tenuiore terra: quæ non multo indigent succo: ut cytisus & cicer: exceptis leguminibus quæ uelluntur e terra: non subsecantur. Vnde & legumina appellata: quia ita legūtur. In pingui aūt quæ cibi sūt maioris: ut olus: triticū: siligo: linum. Sic ergo tenue solum hordeo dabitur: minus enī alimenti radix poscit. Leuior terra: dēsiorq; tritico. In loco humili far adoreū potius: q̄ triticū seret. Temperato & triticum & hordeum. Colles robustius: sed minus reddunt triticū. Far & siligo & cretosum & uliginosum solum sortiuntur.

DE Prodigiis frugum & arandi disciplina & uomerū generibus. Ca. xviii.

ESt & in frugibus ostentū. Semel (quod equidem īuenerim) accidit. P. Elio Cn. Cornelio coss. quo anno superatus est Annibal. In arboribus enim tunc nata ꝓdunt frumenta. Et quoniam de frugum terræq; generibus abunde diximus: nunc de arandi ratione dicemus: ante omnia ægypti fœlicitate cōmemorata. Nilus ibi coloni uice fūgens euagari incipit (ut diximus) a solstitio: aut noua luna: ac primo lēte deinde uehementius q̄diu in leone sol est. mox pigrescit: in uirginem transgresso: atq; in libra residet. Si. xii. cubitos nō excesserit: fames certa est: nec minus si. xvi. exuperauerit. tanto enim tardius decidit: quanto abundantius creuit: & sementem arcet. Vulgo credebatur ab eius decessu serere solitos: mox sues impellere uestigiis semina deprimentes. & in madido solo credo antiquitus factitatum. Nunc quoq; nō multo grauiore opera: sed tamen inarari certū est: abiecta prius semina in limo digressi amnis: hoc est nouembri mense incipiente. postea pauci runcant: quod botanismon uocant. Reliqua pars: non nisi cum falce arua uisit: paulo ante kalen. aprilis. Peragitur autem messis mense maio: stipula nunq̄ cubitali. Quippe sabulum subest: granūq; limo tantum continetur. Excellentius in thebaidis regionibus frumentum: q̄ palustribus ægyptiis. similis ratio: sed fœlicitas maior: babylōiæ ac seleutiæ euphrate: atq; tigri restagnantibus: quoniam ibi rigandi modus manu temperatur. Syria quoque tenui sulco arat: cum multifariam ī italia octoni boues ad singulos uomeres anhelāt. In omni quidem parte culturæ: sed ī hac maxime ualet oraculum illud. Quid quæq; regio patiatur. Vomerum plura genera. Culter uocatur prædensam prius: q̄ præscindatur: terram secans: futurisq; sulcis uestigia præscribens incisuris: q̄s resupinus in arando mordeat uomer. Alterum genus est uulgare rostratū uti uectis. Tertiū: in solo facili: nec toto porrectum dentali: sed exigua cuspide: in rostro latior. hæc quarto generi: sed exacutior in mucronē fastigata. eodemq; gladio scindens solum: & acie laterum radices herbarum secans: non pridem inuentum in rhecia. Galliæ uero duas addiderunt rotulas: quod genus uocant plammorati. Cuspis effigiem palæ habet. serunt ita non nisi culta terra: & fere noua. Latitudo uomeris cespites uersat. Semen protinus iniiciūt. Cratesq; dētatas supertrahunt. nec sarrienda sunt hoc modo sata. sed prosellis binis ternisq; sic arāt. Vno iugo boum censeri anno: facilis soli q̄dragena iugera: difficilis tricena: iustum est.

DE Temporibus arandi & iunctione boum. Ca. xviiii.

IN arando magnopere seruandū est Catonis oraculum. Quid est primū? Agrū bene colere. Quid secundū? Bene arare. Quid tertium? stercorare. Sulco uario ne ares. tempestiue ares. Tepidioribus locis a bruma ꝓscīdi arua oportet: at frigidioribus ab æq̄noctio uerno. Et maturius sicca regione q̄ humida: maturius densa terra q̄ soluta: pingui q̄ macra. Vbi siccæ & graues æstates: terra cretosa aut gracilis: utilius inter solstitiū et autumni æquinoctium aratur. Vbi leues æstus: frequentes hymbres pingue herbosumq; solum: ibi melius caloribus. Altum & graue solum: etiam hyeme moueri placet. Tenue ualde & aridum paulo ante sationis tempus. Sunt & hic suæ leges. Lutosam terram ne tāgito. Vi omni arato. priusq̄ ares: ꝓscindito. hoc utilitatē habet: ꝙ inuerso cespite herbarum radices necantur. Quidam utiq; ab æquinoctio uerno proscindi uolunt. quodque uere semel aratum est: a temporis argumento:

ueruactũ uocat᷑.hoc in nouali atq; reqeto necessarium est. Nouale est:quod alternis annis seritur.Araturos boues q̃ arctissime iungi oportet:ut capitibus sublatis arent. sic minime colla contũdunt.Si inter arbores uitesq; aretur fiscellis capistrari:ne germinum tenera præcerpant.Securiculam insitiuam pẽdere:qua intercidat᷑ radices.hoc melius:q̃ conuelli aratro:bouesq; luctari.In arando uersũ peragi:nec strigare in actu spiritus.Iustũ est proscindi sulco dodrãtali: iugerum uno die.iterari sesquiiugerũ:si sit facilitas soli.Si minus proscindi semissẽ:iterari assem. qñ & aĩaliũ labori natura leges statuit.Omne aruũ rectis sulcis:mox & obliqs subigi debet.In collibus:trãsuerso tãtũ mõte arat᷑:sed modo in superiora:modo in inferiora rostrante uomere. Tantũq; est laboris homini:ut etiam boũ uice fungat᷑.Certe sine hoc aĩali montanæ gẽtes sarculis arãt.Arator:nisi incuruus:preuaricatur.Inde translatum hoc crimen ĩ forũ. Ibi itaq; caueatur:ubi inuentum est. Purget uomerem subinde stimulus cuspidatus rulla.Scãna inter duos sulcos cruda ne relinquat᷑:glebæ ne exultent.Male arat᷑ aruũ: quod satis fragilibus occãdũ est.Id demũ recte subactũ erit:ubi non intelliget᷑ utro uomer ierit.In usu est:& collecticias ĩterponere:si ita locus poscat:ãpliore sulco:quæ in fossas aquam educant.

¶DE Occando:& quodã arationis gñe:& de iteratione:& refectione ¶Ca.xx.

HRatione per transuersũ iterata:occatio sequitur:ubi res poscit:crate uel rastro. Et sato semine:iteratio.Hoc quoq; : ubi consuetudo patitur crate dentata:uel tabula aratro adnexa: quod uocant lerare: operiẽtes semina.unde primum appellata deliratio est. Quarto seri sulco Virgilius existimatur uoluisse:cũ dixit optimam esse segetem:quæ bis solem bis frigora sensisset. Spissius solum sicut plerunq; in italia quinto sulco seri melius est:in thuscis uero nono. At fabam:& uiciam non proscisso serere sine dãno:cõpendiũ operæ est.Non omittemus unã etiãnũ arandi rationem:in transpadana italia bellorum iniuria excogitatam. Salassi cum subiectos alpibus depopularentur agros:panicum miliumq; iam excrescens tentauere. postq̃ respuebat nata ĩararũt.At illæ messes dũplicatæ docuere:quod nũc uocãt artrare: id ẽ aratrare: ut credo tunc dictum. Hoc fit uel incipiente culmo:uel tum iã si aut bina:ternaue emiserit folia.Nec recens subtrahemus exemplum: in treuerico agro tertio ante hunc ãnum compertũ. Nã cum hyeme prægelida captæ segetes essent:reseuerũt:resarriẽtes campos mense martio:uberrimasq; messes habuerunt. Nunc reliqua cultura tradet᷑ p gña frugũ.

¶DE Cultura terræ. Ca.xxi.

SIliginem:far:triticum:semen:hordeum occato:sarrito runcato:quibus dictum erit diebus. Sĩgulæ operæ cuiusq; generi ĩ iugero sufficient. Sarculatio ĩduratã hyberno rigore soli tristiciam laxat temporibus uernis: nouosq; soles admittit.Qui sarriet:caueat ne frumenti radices suffodiat. Triticum:hordeum : semen : fabam bis sarrire:melius.Runcatio cum seges in articulo est: euulsis inutilibus herbis:frugum radicem uindicat.segetemq; discernit a cespite.Leguminum cicer eadem:quæ far desiderat.Faba runcari non gestit:quoniam euincit herbas.Lupinum rũcat᷑ tãtũ.Miliũ panicum occatur:& seritur:non iteratur:non runcatur.Sicilia & fasioli occant᷑ tãtũ. Sũt genera terræ:quarum ubertas pectinari segetem in herba cogat.Cratis & hoc genus dẽtatis stilis ferreis.Eadẽq; nihilominus & depascunt᷑.Quæ depasta sũt:sarculo iterum excitari necessarium.At in bactris:africa:cyrene õnia hæc superflua: quæ fecit indulgentia cæli.& a semente non nisi nonis mẽsibus in aream redeunt:quia siccitas coercet herbas:fruges nocturno tactas rore nutriens. Virgilius alternis cessare arua suadet.& hoc(si patiat᷑ ruris spatia)utilissimũ ꝓculdubio est.Quod si neget cõditio: far serendum:unde lupinum: aut uicia:aut faba sublata sint:& quæ terram faciant lætiorem In primisq; & hoc notandum:quædam propter alia seri obiter : sed parum prouenire: priori diximus uolumine : ne eadem sæpius dicantur. Plurimum enim refert soli cuiusque ratio.

¶ Exẽpla diuersaꝝ & de sũma fertilitate: & bifera uite: & aq̃ꝝ differẽtia. ¶ Ca. xxii.

Ciuitas africæ in mediis sita arenis: syrtis petentibus leptin: quæ magna uocat̃: Tacape fœlici sup omne miraculum riguo solo: ternis fere milibus passuũ in omnẽ partẽ. Fons abũdat largus quidẽ: sed certis horaꝝ spatiis dispẽsatus ĩter ĩcolas. Palmæ ibi prægrãdi subdit̃ olea. huic ficus: fico pũica: illi uitis. sub uite serit̃ frumẽtũ: mox legumẽ: demũ olus. oĩa eodẽ anno: omniaq; aliena ũbra alũt̃. Quaterna cubita eius soli in q̃dratũ: nec ut apporrectis metiant̃ digitis sed in pugnũ cõtractis: q̃ternis denariis uenũdãt̃. Sup õnia ẽ: biferã uitẽ bis ãno uĩdemiare. & nisi multiplici partu exinaniatur ubertas: pereant luxuria singuli fructus. Nunc uero toto anno metitur aliquid. Constatq; fertilitati nõ occurrere homines. Aquaꝝ quoq; differẽtia magna riguis est. In narbonẽsi prouĩcia nobilis fõs orge nomine ẽ. In eo herbæ nascũt̃ ĩtatũ expetitæ bubus: ut mersis capitibus totis eas quærãt uiribus. Sed illas in aq̃ nascẽtes: certum est non nisi hymbribus ali. Ergo quisq; suã terrã: aquãq; nouerit.

¶ DE Qualitate terræ & stercoratione. ¶ Ca. xxiii.

SI fuerit illa terra: q̃m appellauimus teneram: poterit sublato hordeo: miliũ seri. eo condito raphanus: iis sublatis hordeum: uel triticũ sicut ĩ campania. satisq; talis terra arat̃: cũ seritur. Alius ordo: ut ubi adoreũ fuerit: cesset quattuor mensibus hybernis & uernã fabã recipiat: aut antehyemalẽ: ne cesset. Necnõ minus pinguis al/ternari potest ita: si frumento sublato legumen tertio feratur. Gracilior & in ãnum tertiũ cesset. Frumẽtum quidam seri uetant: nisi in ea: quæ proximo anno quieuerit. Maximam huius loci partem stercorationis optinet ratio: de qua & priore diximus uolumine. Hoc tantũ unum in confesso est: nisi stercorato seri non oportere: quanq̃ & hic leges sint propriæ. Milium: panicum: rapa: napus nisi ĩ stercoratione nõ serãt̃. Nõ stercorato frumẽtũ potius: q̃ hordeũ serito. Item in noualibus tãetsi in illis fabã seri uolunt: eandẽ ubicunq; q̃ recentissime stercorato solo. Autũno aliquid saturus septembri mense fimũ inaret post hymbrẽ. Vtiq; si uerno erit saturus: p hyemẽ fimũ disponat. Iustũ est ueges. xviii. iugero tribui. Dispgere aũt: priusq̃ arescat: aut iactato semine. Si hæc omissa sit stercoratio: sequẽs ẽ priusq̃ serat ãte puluerẽ. Quod ut hãc quoq; curã determinemus: iustũ est singulas ueges fimi denario ire: in singulas pecu/des minores. in maiores denas: nisi hic male substrauisse pecori colonũ appareat. Sũt q optĩe stercorari putẽt sub diuo retibus inclusa pecoꝝ mãsiõe. Ager si nõ stercorat̃ alget: si nimiũ stercoratus est adurit̃. Satiusq; est id sæpe: q̃ supra modũ facere. Quo calidius solũ est: eo minus addi stercoris: ratio est.

¶ DE Bonitate seminum & disciplina seminandi: & quantum ex quoq; genere frumenti in iugero serendũ: & temporibus serendi ¶ Ca. xxiiii.

SEmen optimũ ãniculũ: bimũ deterius: trimum pessimũ: ultra sterile. Et in imo õniũ definita genere ratio est. Quod ĩ ima areæ subsedit: ad semẽ reseruãdũ ẽ. id .n. optimũ quoniã grauissimũ. Neq; alio mõ utilius dispergit̃. Quæ spica p inter/ualla semina habebit: abiiciet̃. Optimũ est granũ: quod rubet: & dentibus fractũ eũdẽ habet colorem. Deterius: cui plus intus albi est. Certũ terras alias plus semĩs recipe: alias minus. Religiosũq; inde primũ colonis auguriũ: cũ auidius accipiat esurire cre/dit: & comesse semẽ. Sationem locis humidis celerius fieri ratio est: ne semẽ hymbre putrescat. siccis serius ut pluuiæ sequant̃: ne diu iacens atq; nõ cõcipiẽs euanescat. Itẽq; festinata satione densũ spargi semen: qa tarde concipiat: serotina rarum: quia densitate nimia necet̃. Artis quoq; cuiusdã est æqualiter spargere. Manus utiq; con/gruere debet cũ gradu: sempq; cũ dextro pede. Fit quoq; quorũdã occulta ratione: q sors genialis: atq; fœcũda est. Non transferendũ est ex frigidis locis semen in calida: neq; ex præcocibus in serotina. nihilq; in contrariũ prærripere quadã falsa diligẽtia. Serere in iugero tẽperati soli: iustũ ẽ tritici: aut siliginis modios. v. farris: aut semĩs: quod frumenti genus ita appellãus. x. hordei. vi. fabæ quintã partẽ amplius: q̃ tritici.

uiciæ.xii.ciceris & cicerculæ & pisi.iii.lupini.x.lentis.iii. Sed hanc cū fimo arido seri uolūt. Erui.vi.siciliæ.vi.fasiolorꝫ.iiii.pabuli.xx.milii:panici sextarios quattuor. Pingui solo plus:gracili minus. Est & alia distinctio. In denso aut cretoso: aut uliginoso solo tritici:aut siliginis modios.vi. In soluta terra:& nuda:& sicca:& læta quattuor. Macies.n.soli maior:nisi rarū culmū habeat:spicā minutā facit:& ianē. Piguia arua ex una semis radice:fruticē numerosū fūdūt.dēsāq; segetem ex raro semine emittūt. Ergo inter quattuor & sex modios: pro natura soli:alii quiq; nō minus seri:pluresue præcipiūt. Item in consito:aut cliuoso:aut macro hoc ptinet. Oraculū illud magnopere custodiendū:segetē ne defruges. Adiecit his Accius in praxidico:ut sereret: cum luna esset in ariete:geminis:leone:libra:aquario. Zoroastres:sole.xii.partes scorpiōis transgresso:cū luna esset in tauro. Seqt̄ huc dilata:& maxima indigens cura:de tempore fruges serendi quæstio: magnaq; ex parte ratione sydérū cōnexa. Quamobrem sententias ōniū in primis ad id pertinentes exponemus. Hesiodus: qui prīceps ōniū de agricultura præcepit:unū tēpus serendi tradidit: ad uergiliarū occasū. Scribebat enī in boetia helladis:ubi ita seri diximus. Inter diligentissimos cōuenit:ut in alitum q̄drupedūq; genitura:esse quosdā ad cōceptū impetus terræ. Hos græci ita definiūt: cum sit calida:& humida. Virgilius triticum & far ad uergiliarum occasū seri iubet: hordeū inter æquinoctiū autūni & brumam. Viciam uero:fasiolos:& lentem boote occidente. Quo fit:ut horū sydérū:aliorūq; exortus & occasus dirigendi sint in suos dies. Sunt qui & ante uergiliarum occasum seri iubeant duntaxat in arida terra:calidisq; prouinciis. Custodiri enim semen:corrumpente humore:& a proximo hymbre uno die erumpere. Alii statim ab occasu uergiliarū sequi hymbres a septimo fere die. Aliq in frigidis ab æquinoctio autumni:in calidis serius: ne āte hyemem luxurient. Inter ōnes autem cōuenit:circa brumā serendū nō esse magno argumento:quoniam hyberna semina cū ante brumā sata sint septimo die erumpant: si post brumā:uix .xl. Sunt q properent:atq; ita pronūtient:festinatā sementem sæpe decipere:serotinā sēp. Ecōtrario alii uel uere potius serendū: q̄ male in autūno. Atq; ubi fuerit necesse inter fauonium & uernum æquinoctium. Quidā omissa cælesti cura ut inutili:temporibus definiunt. Vere linum:& auenam:& papauer. atq; uti nunc etiā transpadani seruant:usq; in quinquatribus fabam. siliginem nouembri mense:far septembri extremo:usq; in idus octobris. Alii post hunc diem in kalend. nouembris. Ita his nulla naturæ cura est:illis nimia. Et ideo cæca subtilitas:cū res inter rusticos geratur līarūq; expertes:non modo sydérum. Et confitendum est cælo maxime constare ea. Quippe Virgilio iubente prædisci uentos āte ōnia:ac sydérū mores. neq; aliter q̄ nauigātibus seruari. Spes ardua & immensa:misceri posse cælestem diuinitatem īpentiæ:sed contemplanda tamen grandi uitæ emolumento. Prius tamen syderalis difficultas:quam sensere etiam periti:subiicienda contemplationi est. quo deinde lætior mens discedat a cælo:& facta sentiat:quæ futura prænosci non possunt.

¶Digestio sydérum in noctes & dies. ¶Ca.xxv.

PRimū ōnium dierꝫ ipsorꝫ anni:solisq; motus: ꝓpe inexplicabilis ratio est. Ad .ccc.lxv. adiiciunt etiamnū intercalarios diei noctisq; q̄drantes. Ita fit ut tradi non possint certa sydérum tempora. Accedit confessa rerum obscuritas: nūc præcurrente:nec paucis diebus:tempestatum significatione: quod ꝓchemasin græci uocāt: nunc postueniēte:quod epichemasin. & plerūq; alias citius:alias tardius cæli effectu ad terrā deciduo. unde uulgo:serenitate reddita:cōfectū sydus audimus. Præterea cū ōnia hæc statis syderibus:cæloq; adfixis cōstent: īteruenīunt motus stellarꝫ grādines: hymbres:& ipsi non leui effectu ut docuimus. turbantq; conceptæ spei ordinem. Idq; ne nobis tantum putemus accidere:& reliqua fallit animalia:sagaciora circa hoc: ut uita eorꝫ cōstet. æstiuasq; alites præpostere:aut præpropere rigore. nec ante hybernos æstus. Ideo Virgilius errantium quoq; sydérꝫ rationem ediscendā præcepit:āmonens

obſeruandum frigidæ ſaturni ſtellæ tranſitum. Sunt qui certiſſimũ ueris indicium arbitrent̃ ob infirmitatem aĩalis: papilionis ꝓuentum. Ideo ipſo anno cũ cõmentaremur hæc: notatũ eſt: ꝓuentũ eoꝝ ter repetito frigore extĩctum. aduenaſq; uolucres ad.vi.kalend. februarii ſpem ueris attuliſſe: mox ſeuiſſima hyeme conflictatas. Res anceps: primũ õnium a cælo peti legem. Deinde eam argumentis eſſe quærẽdã. Sup õnia eſt mũdi cõuexitas: terrarumq; globi differentia: eodem ſydere alio tẽpore aliis aperiente ſe gentibus. Quo fit: ut cauſa eius nõ iiſdem diebus ubiq; ualeat. Addidere difficultatem & auctores: diuerſis in locis obſeruando: mox etiam in iiſdem diuerſa prodendo. Tres aũt fuere ſectæ: chaldæa: ægyptia: græca. His addit apud nos quartã Cæſar dictator: ãnos ad ſolis curſũ redigẽs ſigulos: Soſigene perito ſcientiæ eius adhibito. Et ea ipſa ratio poſtea cõperto errore: correcta eſt. ita ut duodecĩ ãnis cõtinuis non intercalaretur: quia cœperat ſydera annus morari: qui prius antecedebat. Et Soſigenes ipſe tribus cõmentationibus: quanq̃ diligentior eſſet cæteris: nõ ceſſauit tñ addubitare: ipſe ſemet corrigẽdo. Auctores ꝓdidere ea: quæ prætexuimus uolumini huic: raro illius ſẽtentia cũ alio congruente. Minus hoc in reliquis miꝝ: quos diuerſi excuſauere tractus. Eoꝝ q in eadẽ regione diſſidere: unã diſcordiã ponemus. Exẽpli gratia: occaſum uergiliarum matutinum Heſiodus (nam huius quoq; nomine extat aſtrologia) tradidit fieri: cum æquinoctium autumni conficeretur. Thales.xxv. die ab æquinoctio: Anaximander uigintinouem: Eudemon.xlviii. Nos ſequemur obſeruationem Cæſaris. maximeq; hæc erit italiæ ratio. Dicemus tamẽ & aliorũ placita. id quoniã nõ unius terræ: ſed totius naturæ ĩterpretes ſumus: nõ auctoribus poſitis: id enĩ uerboſũ eſt: ſed regionibus: ut legentes tãtũ meminerint: breuitatis gratia. Cũ attica nominata fuerit ſimul intelligere cycladas ĩſulas. Cũ macedonia: magneſiam: thraciã. Cum ægyptus: phenicem: cyprũ ciliciam. Cũ boetia: locridẽ phocidẽ & finitimos ſemper tractus. Cum helleſpontus: cherſõneſũ: & cõtinentia uſq; atho mõtẽ. Cum ionia: aſiam & ĩſulas aſiæ. Cũ pelopõneſus: achaiã & ad heſperũ iacẽtes terras. Chaldæi: aſſyriam & babyloniam demonſtrabunt. Africã: hiſpaniam: gallias ſileri nõ erit mirum. nemo. n. obſeruauit in iis: qui ſyderũ proderet exortus. non tamẽ difficili ratione dinoſcent̃ in illis quoq; terris digeſtione circulorũ: quã in ſexto uolumine fecimus: qua cognitio cæli non gentiũ modo: ueꝝ urbiũ quoq; ſingularũ intelligitur: nota ex iis terris quas nominauimus: ſumpta conuexitate circuli pertinentis ad quas quiſq; quæret: & terras ad earum ſyderum exortus: per omnium circulorum pares umbras. Indicãdũ & illud tempeſtates ipſas ardores ſuos habere q̃drinis ãnis. & eaſdẽ nõ magna differẽtia reuerti ratiõe ſolis: octonis uero augeri eaſdẽ: cẽteſima reuoluẽte ſe luna. Omnis aũt ratio obſeruata eſt tribus modis: exortu ſyderũ: occaſuq; & ipſoꝝ temporũ cardinibus. Exortus occaſuſq; binis modis intelligunt̃. Aut enim aduentu ſolis occultant̃ ſtellæ: & conſpici deſinunt. aut eiuſdẽ abſceſſu proferũt ſe ĩ emerſũ. Hoc melius: q̃ exortũ conſuetudo dixiſſet: & illud occultationẽ potius q̃ occaſũ. Illo modo quo die incipiunt apparere: uel deſinunt: oriente ſole: aut occidente: matutini ueſpertiniue cognominati: prout alterutris eorum mane uel crepuſculo contingit. dodrãtes horarũ: cũ minimũ: interualla ea deſiderãt ante ſolis ortũ: uel poſt occaſũ: ut aſpici poſſint. Præterea bis quædam exoriuntur: & occidũt. Omniſq; ſermo de his eſt ſtellis: q̃s adhærere cælo diximus. Cardo tẽporũ: quadripartita ãni diſtinctione cõſtat. Per incrementa lucis auget̃ hoc a bruma & æquat̃ noctibus: uerno æquinoctio in diebus.xc. tribus horis. Deĩde ſuperat noctes ad ſolſtitiũ diebus.xciiii. horis.xii. uſq; ad æquinoctiũ autũni. & cum æquata die procedit ex eo ad brumam diebus.lxxxix. horis tribus. Horæ nunc in omni acceſſione æquinoctiales: non cuiuſcũq; diei ſignificant̃: õneſq; eæ differentiæ fiunt in octauis partibus ſingulorũ. Bruma capricorni ad octauo kalend. ianuarii fere. Aequinoctium uernum: arietis. Solſtitium: cancri. Alteꝝq; æquinoctium: libræ. Qui & ipſi dies raro: non aliquos tẽpeſtatũ ſignificatus

habent. Rursus hi cardines singulis etiamnum articulis temporum diuiduntur: per media omnes dierum spatia. quoniam iter solstitium & æquinoctiũ autũni. fidiculæ occasus qui autumnum inchoat dies. xlvi. At ab æquinoctio eo ad brumam uergiliaꝝ matutinus occasus hyemem: dies. xliii. Inter brumam & æquinoctiũ dies. xlv. Flatus fauonii uernum tempus. Ab æquinoctio uerno ĩitium æstatis. dies. xlviii. uergiliarum exortus matutinus. Nos incipiemus a semẽtibus frumẽti: hoc est uergiliarum occasu matutino: nec deinde paruorum syderum mentione: concidenda ratio est: & difficultas rerum augenda: cũ sydus uehemens orionis iisdem diebus longo decedat spatio. Sementibus tempora pleriq; præsumũt. & ab. xi. die autũnalis æquinoctii fruges serunt: adueniente coronæ exortu continuis diebus certo prope hymbrium promissu. Xenophon non anteq̃ deus signũ dederit. Hoc Cicero nouembris hymbre fieri interpretatus est: cum sit uera ratio nõ prius serendi q̃ folia ceperĩt decidere. Hoc ipso uergiliarũ occasu fieri putãt. Aliqui ad. iii. idus nouembris ut diximus seruant: quoniã id sydus etiam uestis institoris est. & est in cælo notatu facillimũ. Ergo ex occasu eius de hyeme augurantur: quibus est cura negociatoris ĩsidiandi auariciæ. Nubilo occasu pluuiosam hyemem denunciat: statimq; augent lacernarum precia. Sereno asperam & reliquarum uestiũ accendunt. Sed ille indocilis cæli agricola hoc signum habeat inter suos uepres: humũq; suam aspiciens cũ folia uiderit decidua. Sic iudicatur ãni temperies: alibi tardius: alibi maturius. Ita. n. sẽritur: ut cæli lociq; efficit natura. Idq; in hac ratione præcellit: q eadem & in mundo publica est & unicuiq; loco peculiaris. Miretur hoc qui non meminerit ipso brumali die pulegium in carnariis florere: adeo nihil esse occultum natura uoluit. & serendi igitur hoc signum dedit. Hæc est uera interpretatio argumentum naturæ secũ afferẽs. Quippe se & terra peti suadet: promittitq; quandam stercoris uicem: & contra rigores terram: satusq; operiri a se nuntiat: & monet festinari. Varro in fabæ utiq; satu: hanc obseruationem custodiri præcipit. Alii plena luna serendam. Lentẽ uero a. xxv. ad. xxx. Viciam quoq; iisdem lunæ diebus. ita demum sine limacibus fore. Quidam pabuli causa sic seri iubẽt: seminis autem uere. Est et alia manifestior ratio: mirabiliore naturæ ꝓuidẽtia. In qua Ciceronis sẽtentiam ipsius uerbis subsignabimus.

Iam uero semper uiridis: semperq; grauata
Lentiscus triplici solita est grandescere fœtu.
Ter fruges fundens: tria tempora monstrat arandi.

Ex iis unum hoc erit idẽ & lino & papaueri serendo. Cato de papauere ita tradit. Virgas & sarmẽta: quæ tibi in satione supant: in segete cõburito. ubi eas combusseris: ibi papauer serito siluestre: quod in miro usu est melle decoctum ad faucium remedia. uisq; somnifera etiam satiuo. Et hactenus de hyberna semente.

¶ Replicatio totius culturæ: et quid quoq; mense in agro fieri oporteat. ¶ Ca. xxvi.

VErum ut pariter omnis culturæ quoddam breuiarium pagatur: eodem tempore conuenit & arbores stercorare: accumulare itẽ uineas. Sufficit in iugerũ opera: et ubi patietur loci ratio: arbusta ac uineas putare: seminariis solum bipalio præpare: foueas aperire: aquã de agro pellere: torcular lauare et recondere. A kalend. nouembris gallinis oua supponere nolito: donec bruma conficiat͛. In eum diem terna dena subiicito æstate tota: hyeme pauciora: non tamẽ infra nouena. Democritus talẽ futuram hyemẽ arbitratur: qualis fuerit brumæ dies & circa eũ terni. Itẽ solstitio æstatẽ. Circa brumã pleriq; bissẽptẽ halcyonũ fœtura uentoꝝ quietem mollius cælũ: sed & ĩ his & ĩ aliis omnibus ex euẽtu significationũ ĩtelligi sydera debebũt: nõ ad dies utiq; præfinitos spectari tẽpestatũ uadimõia. Per brumã uitẽ ne colito. Vina tũ defæcari: etiam diffũdi Higinus suadet a cõfecta ea septimo die utiq; si septima luna cõpetat. Cerasa circa brumam seri. Bubus glandẽ tũc aspgi conuenit in iuga singula modios. largior ualitudinem infestat. & quocũque tempore det͛ si minus. xxx. diebus cõtinuis

data sit: narrant uerna scabie pœnitere. Materiei cædēdæ tempus hoc dedimus. Reliq opera nocturna maxime uigilia constant: cum sint noctes tanto ampliores. Qualos: crates fiscinas texere. faces incidere. rudicas præparare interdiu. xxx. palos. lx. In lucubratione uespertina rudicas. v. palos. x. Totidem antelucano. A bruma in fauoniū Cæsari nobilia sydera significant. iii. kalend. ianuarii matutino: canis occidens. Quo die atticæ finitimis regiōibus aquila uesperi occidere traditur. Pridie nonas ianuarii Cæsari delphinus matutīo exorit: & postero die fidicula. Quo ægypto sagitta uesperi occidit. Itē ad. vi. idus ianuarii eiusdē delphini uesptino occasu: cōtinui dies hyemāt italiæ. & cū sol in aqriū sentiat trāsire: quod fere. xvi. kalēd. februarii euēit. viii. kalēd. stella regia uenus appellata Tuberōi ī pectore leōis occidit matutīo. Et pridie nonas februarii: fidicula uesperi. Huius tēporis nouissimis diebus: ubicūq; patiet cæli ratio: terrā ad rosaꝝ: & uineæ satū uertere bipalio oportet. Iugero operæ. lx. sufficiūt. Fossas purgare: aut nouas facere. Antelucāis ferramēta acuere: manubria aptare. Dolia q̄ssa sarcire: ipsorumq; lanas scabendo purgare: aut nouas facere. Antelucanis a fauonio in æquinoctiū uernū Cæsari significat. xvii. kalen. martii triduū uarie. & . viii. kalen. hirūdinis uisu: & postero die arcturi exortu uespertino. Item. iii. nonas martii Cæsar cancri exortu id fieri obseruauit. Maior pars auctorū uindemitoris emersu. viii. idus aquilonis piscis exortu: & postero die orionis. In attica miluum apparere obseruatur. Cæsar & idus martias ferales sibi annotauit scorpionis occasu. Xv. uero kalen. aprilis italiæ miluum ostendit. Xii kalen. equū occidere matutino. Hoc interuallū temporis uegetissimū agricolis: maximeq; operosum est. In quo præcipue fallunt. neq; enim illo die uocātur ad munia: quo fauonius flare debeat: sed quo cœpit. Hoc acri ītētiōe seruandum est. hoc illo mense signum deus habet: obseruatione minime fallaci: aut dubia. Siquis attendat: unde spiret is uentus: quaq; parte ueniat: diximus secundo uolumine: & dicemus mox paulo operosius. Interī eo die: quisqs ille fuerit: quo flare cœperit: nō utiq;. vi. idus februarii: sed siue anteq̄ uer præuenerit: siue postq̄ hyemarit: post eam diem inq̄ innumera rusticos cura distringat. & prima quæq; peragātur: quæ differri nequeunt. Trimestria serantur. Vites putent qua diximus ratione. Oleæ curentur. Poma serant: inserantq;. Vineæ pastinentur. Semina digerant. Instaurētur alia. Harundines: salices: genistæ serant: cædantq;. Serant uero ulmi: populi: platani: uti dictum est. Tum & segetes conuenit purgare. Sarrire hybernas fruges: maximeq; far. Lex certa in eo cū quattuor fibrarū esse cœperit. Faba uero nō āteq̄ trium folioꝝ. Tunc quoq; leui sarculo purgare uerius: q̄ fodere. Florentem utiq;. xv. primis diebus non attingere. Hordeū nisi sit siccū: ne serito. Putationem æquinoctio pactā habeto. Vineæ iugerū quaternæ operæ putant: alligantq;. In arbusto singulæ operæ. xv. arbores. Eodem hoc tempore hortorū rosariorumq; cura est. quæ sepatim proximis uoluminibus dicentur: eodē & topiariorum. Tunc optimæ scrobes fiūt. Terra ī futurū ꝑscindit: Virgilio maxime auctore: ut glebas sol coquat. Vtilior sententia: quæ non nisi tēperatū solū in medio uere arari iubet: quoniā in pingui statim sulcos occupāt herbæ. in gracili insecuti æstus exiccant. certumq; succū futuris seminibus auferunt. Talia autūno melius arari certū est. Cato uerna opera sic definit. scrobes fieri seminaria propagari in locis crassis: & humidis: ulmos: ficos: poma: oleas: prata stercorari luna sitiente. quæ rigua non erunt: ab afflatu fauonii defēdit. purgari herbas. malas radicitus erui ficus interpurgari. seminaria fieri. & uetera sarciri. Hæc anteq̄ uinea florere incipiat. Itemq; piro florente: arare incipiat macra: harenosaq;. postea utique grauissima & aquosissima. ita postrēo arato. Ergo hæc aratio has habebit notas lētisci primum fructum ostendentis: ac piri florentis. Erit & tertio in bulborum satu scyllæ. Item in coronamentorum narcissi. nanq; & hæc ter florent. primoq; flore primam arationem ostendunt: medio secundam: tertio nouissimam: quando inter sese alia: alias notas præbent. Ac non in nouissimis cauetur: ne fabis florentibus attingatur

hedera.id enim noxium & exitiale est ei tempus. Quædam uero & suas habēt notas sicuti ficus. Cum folia pauca in cacumine acetabuli modo germinent: tunc maxime serendas ficus. Aequinoctium uernū ad.viii.kalen. aprilis peragi uidetur. Abeo ad uergiliarum exortū matutinū: Cæsari significant kalen. aprilis.iii.nonas aprilis: in attica uergiliæ uesperi occultāt. Eædē postridie in boetia. Cæsari aūt & chaldæis nonis ægypto orion & gladius eius incipiunt abscondi. Cæsari.vi.idus significatur hymber libræ occasu.xiiii.kalend.maii. Aegypto suculæ occidunt uesperi: sydus uehemens: & terra mariq; turbidum.xvi.atticæ.Xv.Cæsari: cōtinuoq; triduo significat. Assyriæ aūt .xii.kalen.hoc est uulgo appellatū sydus palliciū: quoniā.xi.kalen.maii urbis romæ natalis: quo fere serenitas reddit. Claritatē obseruatiōi dedit: nīborꝝ argumento: hy-adas appellantibus græcis has stellas. quod nostri a similitudine cognominis. Græci propter sues impositū arbitrantes: imperitia appellauere suculas. Cæsari ad.viii.kalē. notat dies.vii.kalen. Aegypto hedi exoriūtur. vi.kalen.boetiæ & atticæ canis uesperi occultatur. Fidicula mane oritur.v.kalend. Assyriæ orion totus abscondit. Tertio aūt canis. VI.nonas maii Cæsari suculæ matutino exoriūtur. Et octo idus Capella plu-uialis. Aegypto autē eodem die canis uesperi occultatur. Sic fere ī.vi.idus maii: q est uergiliarum exortus decurrunt sydera. In hoc temporis interuallo.xv.diebus primis agricolæ rapienda sunt ea: quibus peragendis ante æquinoctium non suffecerit. Dū sciat inde natam exprobrationem fœdam putantiū uites per imitationē cantus alitis temperarii: quem cuculū uocant. Dedecus enī habet: obprobriūq; meritum: falcem ab illa uolucre in uite deprehendi: ut ob id petulantiæ sales etiam cum primo uere ludantur. Auspicio tamen detestabiles uidentur. adeo minima quoq; in agro natu-ralibus trahuntur argumentis. Extremo aūt panici: miliiq; satio est. Iustum est hoc seri maturato hordeo: atq; etiam in eodē aruo. Estq; signū illius maturitatis: & horꝝ sationis commune: lucentes uespere ꝑ arua cicidelæ. ita appellāt rustici stellātes uola-tus. Græci uero lampyridas: incredibili benignitate naturæ.

¶ Ne agricolæ aspiciant stellas: sed magis tempora serendæ frugis & ortus occasusq; syderis in quibusdam herbis. & de stellarum ortu & occasu. Ca.xxvii.

IAm uergilias ī cælo notabiles natura fecerat. nō tñ iis cōtēta: terrestres fecit alias ueluti uociferans: Cur cælum ītuetis agricola? Cur sydera quæris rustice iam te breuiore sōno fessum premūt noctes. Ecce tibi īter herbas tuas spgo peculiares stellas: easq; uespere & ab opere disurgēti ostendo. Ac ne possis præterire: miraculo sollicito. Videsne ut fulgor igni similis: alarum compressu tegatur? secū lucē habeat & nocte? Dedi ecce tibi herbas horarū indices: & ut ne sic quidem oculos tuos a terra reuoces. Heliotropium ac lupinum circumagūt cū sole. Cur etiam nūc altius spectas? ipsūq; cælū scrutaris? Habes ante pedes tuos ecce uergilias. In certis eæ diebus proueniunt. durantq; fœdere syderis huiusce. Partūq; eas illius esse certum est. Proinde quisquis æstiuos fructus ante illas seuerit: ipse frustrabitur sese. Hoc interuallo & apicula pro-cedens fabā florere indicat. fabaq; florescens eā euocat. Dabitur & aliud finiti frigoris indicium. Cum germinare uideris morum: iniuriā postea frigoris timere nolito. Ergo operator. Taleas oliuarum ponere. Ipsasq; oleas interradere. Rigare prata æquinoctii diebus primis. Cum herba creuerit in festucā: arcere aquas. Vineas pāpinare. Et huic lex sua cū pāpini quattuor digitos lōgitudīe expleuerīt. Pāpinat una opera iugerum. Segetes iterare. Serit uero diebus.xx. Ab æqnoctio: sartura nocere & uineæ & segeti existimat. Et oues lauādi hoc idem tempus est. A uergiliaꝝ exortu significāt Cæsari postridie: arcturi occasus matutini.iii.idus maii. Fidiculæ exortus. xii.kalend.iunii. Capella uespere occidens. Et in attica canis.xi.kalen. Cæsari orionis gladius occidere īcipit.iii.nonas iunii. Cæsari & assyriæ aquila uespi orit.viii.idus. Arcturus matutino occidit. italiæ.viii.&.iiii.idus. Delphinus uespi exorit. Xvii.kalen.iulii gladius oriōis exoritur. Quod in ægypto post quatriduū.xi.kalen. eiusdem orionis gladius Cæsari

occidere incipit.viii.kalend.Iulii uero longissima dies totius anni & nox breuissima solstitium conficiunt. In hoc temporis interuallo uineæ pāpinātur.curatq́; ut uinea uetus semel fossa sit: bis nouella. Oues tōdētur. Lupinū stercorādi causa uertit̃. Terra proscīdit̃. Vicia in pabulū secat̃. Faba metit̃: deinde concutitur. ❡DE Pratis & reparatiōe prati: & cotibus: & falcibus: & descriptio frugū: & sydeꝝ. ❡Ca.xxviii.

PRata circa.kalen.iunii cædūt̃: quoꝝ facillima agricolis cura: ac minimi īpendii. hæc de se postulat dici. Relinq debent in læto solo: uel humido: uel riguo.eaq; aq̄ pluuia rigari uia publica. Vtilissimum simul & herbæ arare: deinde cratire: serere florē ex fœnilibus: atq; ex præsepibus fœno dilapsū spargere: priusq̄ cratiantur, nec primo anno rigari.nec pasci ante secūda fœnisecia: nec herbæ uellant̃: obtrituq; hebetentur. Senescūt prata: restituiq; debent: faba in iis sata: uel rapis: uel milio: mox īsequente anno frumento: rursusq; in prata tertio relinq. Præterea quotiens secta sint: sicilire: hoc ē quæ fœnisecces prætereunt secari. Est enim in primis inutile enasci herbas sementaturas. Herba optima ī prato trifolii: proxīa graminis: pessima mimmuli. Siliqua etiam dira ferendis. inuisa & equiselis est a similitudine equinæ setæ. Secādi tempus cum spica deflorescere cœperit: atq; roborari: secādūq; anteq̄ inarescat. Cato fœnū inquit non seces: priusq̄ semen maturum sit. Quidam pridie rigant ubi sunt rigua. Noctibus roscidis secari melius. Quædā partes italiæ post messem secant. Fuit hoc quoq; maioris īpēdii apud priores: creticis tantū: trāsmarinisq; cotibus notis: nec nisi oleo falcis aciem excitātibus. Igit̃ cornu propter oleū ad crus ligato: fœnisex incedebat. Italia aquarias cotes dedit: limæ uice īperātes ferro. Sed aquaria protinus uirent. Falciū duo genera. Italicū breuius: ac uel īter uepres quoq; tractabile. Galliaꝝ latifundia maioris compendii: quippe medias cædunt herbas: breuioresq; prætereūt. Itali fœnum ex una dextera manu secant. Iustum est una opera iugerū ī die desecari. Alligariq; manipulos tria milia.cc.quaternoꝝ pondo. Sectum uerti ad solē: nec nisi siccum construi oportet. Ni fuerit hoc obseruatum diligenter: exhalare matutino nebulam quandā: metasq; mox sole accendi: & conflagrari certum est. Rursus rigari desecta oportet: ut secetur autumnale fœnū: quod uocant cordū. Interānæ in ūbria quater anno secantur etiā non rigua. Ter uero plerisq; in locis: & postea ī ipso pabulo non minus emolumēti est: q̄ a fœno. Armentorum id cura: iumentoꝝq; ꝓgeneratio suum cuiq; consilium dabit. Optimum maxime quadrigarū quæstus. Solstitiū pagi in octaua parte cancri &.viii.kalen.iulii diximus. Magnus hic anni cardo: magna res mundi. Ex hoc usq; ad brumā decrescūt dies: qui creuerūt sex mēsibus. Ac sol ipse ad aquilonem scandens asper: ardua emēsus: ab ea meta incipit flecti: & digredi ad austrum: aucturus noctes aliis sex mensibus: ablaturusq; diei mensurā. Ex hoc deīde conuehēdi: rapiendiq; fructus alios: atq; alios: tēpus. & præparandi se contra sæuam: feramq; hyemē. decebatq; hoc discrimē indubitatis notis signasse natā. Quaobrē eas māibus ipsis agricolaꝝ īgessit. uertiq; iussit ipsa die folia: & esse cōfecti syderis signū. Nec siluestrium tātum arborū: remotarūq;: ne in saltus deuios: montesq; eūdū esset quærentibus signa: non rursus proximarum: urbanarūq;: & quæ topiario tātum usu colunt̃: quanq̄ & in iis illa uisant̃. Vertit oleæ ante pedes satæ. Vertit tiliæ: ad mille usus petendæ. Vertit populi albæ: etiam uitibus nuptæ. Adhuc parū est īquit ulmū uite dotatam habes. & huius ueterinorum pabulo uersa folia stringis. stringēs autem deputas. Aspice & tenebis sydus. alia pte cælū respiciūt: q̄ quā spectauere pridie. Salice omnia alligas: humillima arboꝝ: ipse toto capite altior: & huius folia circūagūt̃: quid te rusticū quereris? Non stat per me: quo minus cælū ītelligas: & cælestia scias. Dabo & auribus signum. Palumbiū utiq; exaudi gemitus. Transisse solstitiū cātu ne putes: nisi cum incubantē uideris palumbem. A solstitio usq; ad fidiculæ occasū.vi. kalen.iulii Cæsari oriō exorit̃. Zona aūt eius.iiii.nonas assyriæ. Aegypto uero procyō matutino æstuosus: quod sydus apud romanos non habet nomen: nisi caniculam

hãc uelimus intelligi:hoc eſt minorẽ canẽ. Sane ut in aſtris pingit᷑. Eſt aũt magnope pertinẽs:ſicut paulo mox docebimus. iii. nonas chaldæis corona occidit matutino. Atticæ oriõ totus eo die exorit᷑. pridie idus iulii. & ægyptiis orion deſinit exoriri. Xvi. kalend. auguſti aſſyriæ proceron exoritur. Deinde poſtridie fere ubiq; cõfeſſum inter õnes ſydus indicans:quod canis ortũ uocamus:ſole primã partẽ leonis ĩgreſſo. Hoc fit poſt ſolſtitiũ. xxiii. dies. Sentiũt id maria & terræ: multæ uero & feræ ut ſuis locis diximus. Neq; eſt ei minor ueneratio:q̃ deſcriptis in deos ſtellis. Accenditq; ſolem & magnam æſtus optinet cauſã. Xviii. kalen. auguſti ægypto aquila occidit matutino: eteſiaꝝq; prodromi flatus incipiũt. quod Cæſar. x. kalen. ſentire italiam exiſtimauit. Aquila atticæ matutino occidit. iii. kalend. regia in pectore leonis ſtella matutino Cæſari immergit᷑: octauo idus auguſti. Arcturus medius occidit. iii. idus fidicula occaſu ſuo autumnũ inchoat:uti is adnotat. Sed & uera ratio id fieri inuenit. vi. idus eiuſdem. In hoc temporis interuallo res ſũma uitiũ agit᷑ decretorio uuis ſydere illo: quod caniculã appellauimus:unde carbunculare dicunt᷑ ut quodã uredinis carbone exuſtæ. non cõparantur huic malo grandinis procellæ. nec quæq; unq̃ annonæ intulere caritatem. Agroꝝ quippe mala ſunt illa. Carbunculus autem regionum late patentium: nõ difficili remedio:niſi calumniari magis naturam rerum homines:q̃ ſibi prodeſſe mallent. Ferunt Democritum:qui primus intellexit:oſtenditq; cum terris cæli ſocietatem: ſpernentibus hanc curam eius opulentiſſimis ciuibus prouiſa olei caritate ex futuro uergiliarũ ortu:qua diximus ratione:oſtendemuſq; iam plenius: magna uilitate tunc propter ſpem oliuæ:coemiſſe in toto tractu õne oleũ: mirãtibus qui paupertatẽ:& quietẽ doctrinarũ ei ſciebant in primis cordi eſſe. Atq; ut apparuit cauſa:& ĩgẽs diuitiaꝝ curſus:reſtituiſſe mercedẽ anxiæ:& auidæ dominoꝝ penitẽtiæ. contentus ita ꝓbaſſe:opes ſibi:cum uellet in facili fore. Hoc Seſtius poſtea e romãis ſapientiæ ſectatoribus athenis fecit eadem ratione. tãta litterarum occaſio eſt. Quas equidẽ miſcebo agreſtibus negociis:q̃ potero dilucide:atq; perſpicue. Pleriq; dixere: rorem inuſtum ſole agri frugibus rubiginis cauſam eſſe: & carbunculi uitibus. quod ex parte falſũ eſſe arbitror. omnemq; uredinem frigore tantũ innoxio conſtare ſole. Id manifeſtũ fiet attẽdentibus. Nam primũ omniũ hoc non euenire niſi noctibus:& ante ſolis ardorẽ:deprehenditurq;. totũq; lunari ratione conſtat: quoniã talis iniuria non fit niſi interlunio:plenaue luna:hoc eſt præualente. utroq; enĩ habitu plena eſt: ut ſæpius diximus. ſed interlunio omne lumen quod a ſole accipit:cælo regerit. Differentia utriuſq; habitus magna: ſed manifeſta. nanq; interlunio æſtate calidiſſima eſt:hyeme gelida. Ecõtrario in plenilunio æſtate gelidas facit noctes:hyeme tepidas. cauſa euidens. Sed alia reddit᷑ a Fabiano græciſq; auctoribus. Aeſtate enĩ interlunio neceſſe eſt:ut cũ ſole nobis ꝓxĩo circulo currat: igne eius cõminus recepto candẽs:eadẽ interlunio abſit hyeme quãdo abſedit & ſol. Itẽ plenilunio æſtiuo ꝓcul abeat auerſa ſoli. hyeme autẽ ad nos ꝑ æſtiuũ circulũ accedat. Ergo per ſe roſcida: quotiens alget: infinitum quantũ illo tempore cadentes pruinas congelat. Ante omnia aũt duo gña cæleſtis iniuriæ meminiſſe debemus. Vnũ:quod tempeſtates uocamus: ĩ qbus grandines:ꝓcellæ:cæteraq; ſimilia intelligũt᷑. quæ cum acciderint:uis maior appellatur. Hæc ab horridis ſyderibus exeũt:ut ſæpius dixĩus:ueluti arcturo: orione: hædis. Alia ſunt illa:quæ ſilente cælo:ſereniſq; noctibus fiunt:nullo ſentiente:niſi cũ facta ſũt. publica hæc: & magnæ differentiæ a prioribus: aliis rubiginem:aliis uredinem: aliis caniculum appellantibus. Omnibus uero ſterilitatẽ. De his nũc dicemus:a nullo ãte nos prodita:priuſq; cauſas reddemus.

¶DE Tẽpeſtatibus utriuſq; tẽporis: & remediis ſterilitatũ. ¶Ca. xxix.

QVæ ſunt præter lunarem:paucíſq; cæli locis eſſe conſtat. Nanq; uergiliæ priuatĩ attinẽt ad fructus:ut quaꝝ exortu æſtas incipiat: occaſu hyems:ſemeſtri ſpatio:intra ſe meſſes:uindemiaſq;:& omniũ maturitatẽ complexæ. Eſt præterea in cælo

q uocatur lacteus circulus:etiam uisu facilis . Huius defluuio:uelut ex ubere aliquo
sata cuncta lactescunt:duoꝝ syderũ obseruatione: aquilæ in septentrionali parte:& ĩ
austrina caniculæ : cuius mẽtionẽ suo loco fecimus. Ipse circulus fertur ꝑ sagittariũ
& geminos:solis centrum infra æquinoctialem circulum secans:commissuras eorum
optinente hinc aquila:illinc canicula. Ideo effectus utriusq; ad omnes frugiferas per-
tinet terras : quoniã in iis tantũ locis solis terræq; cetra congruũt. Igitᵉ hoꝝ syderum
diebus : si purus atq; mitis aer genitalem illum:lacteũq; succũ transmiserit in terras:
læta adolescunt sata. Si luna qua dictũ est ratione:roscidũ frigus asperserit: admixta
amaritudo:ut in lacte:puerperium necat. Modus in terris huius iniuriæ:quã fecit in
quacunq; cõuexitate comitatus utriusq; causæ. Et ideo non pariter in toto orbe sẽtitᵉ:
ut nec dies. Aquilam diximus in italia exoriri ad.xiii.kalend.ianuarii.nec patitᵉ ratio
naturæ quicq̃ in satis ãte eum diem spei esse certæ. Si uero interlunium incidat:õnes
hybernos fructus:& præcoces lædi necesse ẽ. Rudis fuit priscoꝝ uita:atq; sine litteris:
nõ minus tamen ingeniosã fuisse in illis obseruationem apparebit:q̃ nunc esse rõnẽ.
Tria nanq; tempora fructibus metuebãt:propter quod instituerũt ferias:diesq; festos
rubigalia : floralia:uinalia. Rubigalia Numa constituit anno regni sui.xi.quæ nunc
aguntᵉ ad.vii.kalen.maii:quoniã tunc fere segetes rubigo occupat. Hoc tẽpus Varro
determinat sole tauri partem decimam optinente:sicut tũc ferebat ratio. Sed uera cã
est:q; post dies undeuiginti ab æquinoctio uerno:per id quatriduum : uaria gentium
obseruatione:in.iiii.kalen. maii canis occidit:sydus & per se uehemens:& cui præoc-
cidere caniculam necesse sit. Idem itaq; floralia.iiii.kalend.easdem instituerunt urbis
anno quingentesimo sextodecimo:ex oraculis sybillæ:ut omnia bene deflorescerent.
Hunc diem Varro determinat:sole tauri partem quartamdecimam optinente. Ergo
si in hoc quatriduũ inciderit pleniluniũ:fruges & omnia:quæ florebunt:lædi necesse
erit. Vinalia priora:quæ ãte hos dies sunt.ix.kalen.martii: degustandis uinis ĩstituta
nihil ad fructus attinent. Nec quæ adhuc diximus ad uites:oleasq; : quoniam earum
conceptus exortu uergiliaꝝ incipit ad.vi.idus maii:ut docuimus. Aliud hoc q̃triduũ
est:quod neq; rore sordere uelint. exhorrent enim frigidum sydus arcturi postridie
occidens:& multo minus plenilunium incidere. IIII.nonas iunii iterum aq̃la exoritᵉ
uesperi:decretorio die florentibus oleis:uitibusq;:si pleniluniũ in eum incidat. Eq-
dem & solstitium.viii.kalen.iunii:in simili casu dixerim : & canis ortum:post dies a
solstitio.xxiii. Sed interlunio accidẽte:quoniam uapore constat culpa:aciniq; præco-
quũtᵉ ĩ callũ. Rursus pleniluniũ nocet ad.iiii.nonas iulii cũ ægypto canicula exoritᵉ.
Vel certe.xvi.kalen. augusti cum italiæ. Item.iiii.kalen.augusti cum aquila occidit:
usq; in.x.kalend.eiusdem. Extra has causas sunt uinalia altera:quæ aguntur ad.xiii.
kalend.septembris. Et Varro a fidicula incipiente occidere mane determinat:quod
uult initiũ autumni esse. Et hunc diem festum tempestatibus leniendis esse ĩstitutũ.
Nunc fidiculam occidere ad sextum idus augusti seruatur. Intra hæc constat cælestis
sterilitas. Neq; negauerim posse eam permutari arbitrio legentium:locoꝝ æstimãtiũ
naturas. Sed a nobis rationẽ demonstratam esse satis est. Reliqua obseruatiõe cuiusq;
cõstabunt. Alterutrum quidem fore in causa:hoc est plenilunium:aut interlunium:
non erit dubium. Et in hoc mirabilem admirari benignitatem naturæ succurrit. Iam
primum hanc iniuriam õnibus annis accidere nõ posse:propter status syderũ cursus.
Nec nisi paucis noctibus ãni. Idq; quãdo futuꝝ sit:facile nosci. Ac ne ꝑ õnes mẽses
timeretᵉ eaꝝ quoq; lege diuisũ. Aestate interlunia præterq̃ biduo:secura esse. Hyeme
plenilunia. Nec nisi æstiuis:breuissimisq; noctibus metui. nõ diebus itẽ ualere. Præ-
terea tã facile intelligi:ut formica minimum animal interlunio quiescat. Plenilunio
etiam noctibus operetur. Auem param oriente sirio ipso die non apparere:& donec
occidat. E diuerso uirionem prodire ipso solstitii die. Neutrum uero lunæ statum
noxium esse:nec noctibus quidem:nisi serenis:& omni aura quiescente. quoniam

neq; ĩ nube:neq; ĩ flatu cadũt rores. Sic quoq; nõ sine remedio. Sarmẽta:aut palearũ aceruos:& euulsas herbas:fruticesq; per uineas:cãposq; cũ timebis:incendito. fumus medebitur. Hic e paleis & contra nebulas auxiliatur:ubi nebulæ nocẽt. Quidam tres cancros uiuos cremari iubẽt ĩ arbustis:ut carbũculi nõ noceãt. Alii siluri carnẽ leuiter uri a uento:ut per totã uineam fumus dispergat̃. Varro auctor est:q; si fidiculæ occasu:quod est initiũ autumni:uua picta consecretur inter uites minus nocere tẽpestates. Archibius ad Antiochũ syriæ regẽ scripsit: Si fictili nouo obserata:obruat̃ rubeta rana in media segete:nõ esse noxias tempestates. Opera rustica huius ĩterualli. Terrã iterare. Arbores circũfodere. Vbi æstiuosa regio poscat:accumulare. Germinãtia:nisi in solo luxurioso:fodienda non sunt. Seminaria purgari sarculo. Messem hordeaceã facere. Aream ad messem creta præparare Catonis sententia:amurca temperata: Virgilii operosius. Maiore ex parte æquant tantum:& fimo bubulo dilutiore illinunt. Id satis ad pulueris remedium uidetur.

¶ DE Messe & tritico & palea & frumento seruando. ¶ Ca. xxx:

MEssis ipsius ratio uaria. Galliarũ latifundiis ualli prægrandes:dentibus ĩ margine infestis:duabus rotis per segetem impellũt̃: iumento in contrariũ iũcto. ita direptæ in uallum cadunt spicæ. Stipulæ alibi media falce præciduntur:atq; inter duas mergites spica destringitur. Alibi ab radice euellunt. Quod qui faciunt: ꝓscindi ab se obiter agrum interpretantur: cum extrahant succum. Differentia hæc. Vbi stipula domos contegunt:q̃ longissimam seruant. Vbi fœni inopia est:stramẽto paleã quærunt. Panici culmo non tegunt. Milii culmũ fere inurũt. Hordei stipulam bubus gratissimam seruant. Panicum & milium pectine manuali sigillatim legunt galliæ. Messis ipsa alibi tribulis in area: alibi equorum gressibus exteritur. Alibi perticis flagellatur. Triticũ quo serius metitur:copiosius inuenitur. Quo celerius uero:eo speciosius:ac robustius. Lex aptissima anteq̃ granũ indurescat:& cũ iam traxerit colorẽ. Oraculũ uero:biduo celerius messem facere:potius q̃ triduo serius. Siliginis & tritici etiam ratio in area horreoq;. Far (quia difficulter excutitur) conuenit cum palea sua condi & stipula tantum:& aristis liberatur. Palea plures gentium pro fœno utuntur. Melior ea quæ tenuior:minutiorq;:& pulueri propior. Ideo optima:e milio. Proxia: hordeo. Pessima ex tritico: præterq̃ iumentis opere laborantibus. Culmum saxosis locis cum inaruerit:baculo frangunt:substratu animalium. Si palea deficit: & culmus terit̃. Ratio hæc:maturius desectus:muria diu aspgit̃. dehinc in manipulos siccatus conuoluitur: atq; ita pro fœno bubus datur. Sunt qui accẽdunt in aruo & stipulas: magno Virgilii preconio. Sũma aũt ratio:ut herbarũ semen exurant. Ritus diuersitate:magnitudo facit messiũ:& raritas operarioꝝ. Connexa est ratio frumẽti seruãdi. Horrea operosa:tripedali crassitudine:pariete lateritio:exædificari iubẽt aliq. Præterea superne impleri:nec adflatus admittere: aut fenestras habere ullas. Alii ab exortu tantũ æstiuo:aut septentrione:eaq; sine calce cõstrui:quoniã sit frumento inimicissia. Nã quæ de amurca præceperĩt:indicauimus. Alibi contra:suspendũt granaria lignea columnis:& perflari undiq; malunt: atq; etiam a fundo. Alii omnino pendũt: & ab afflatu extenuari granum arbitrãtur. & si tegulis subiaceat: conferuescere. Multi uẽtilare quoq; uetant. gurgulionem enim non descendere infra quattuor digitos:nec ãplius periclitari. Columella & fauonium uentum conferre frumento prædicit:quod miror equidem siccissimum alioquin. Sunt qui rubetã ranam in limine horrei pede e longioribus suspensam inuehere iubeant. Nobis referre plurimum tempestiuitas cõdendi uidebitur. Nam si parum tostum:atq; robustum collectum sit:aut calidum conditum:inimica innasci necesse est. Diuturnitatis causæ plures. Aut in ipsius grani corio: cum est numerosius:ut milio. Aut succi pinguedine:qui pro humore sufficit tantũ:ut sisamæ. Aut amaritudine:ut lupino:& cicerculæ. In tritico maxime crescũt animalia:quoniã spissitate sua cõcalescit:& furfure crasso uestitur. Tenuior hordeo

palea:exilis & legumini. Ideo non generant. Faba craſſioribus tunicis operitur: ob hoc efferueſcit. Quidam ipſum triticũ diuturnitatis gratia aſpergunt amurca: mille modios q̃drãtali. Alii chalcidica: aut cariotica creta: aut etiã abſinthio. Eſt & olynthi: ac perinthi: euboeæ terra: quæ corrũpi nõ ſinat. Nec fere condita in ſpica læduntur. Vtiliſſime tamen ſeruãt in ſcrobibus: quos ſyros uocãt: ut in cappadocia: & thracia: & hiſpania: africa. Ante õnia ut ſicco ſolo fiant curat. Mox ut palea ſubſternantur. Præterea cum ſpica ſua conduntur. Ita frumenta ſi nullus ſpiritus penetret: certũ eſt nihil maleficum naſci. Varro auctor eſt ſic conditum triticum durare annis quinq̃ginta: milium uero centum. Fabam & legumina in olearíis cadis oblita cinere: longo tempore ſeruari. Idem fabam a Pyrrhi regis ætate ĩ quodam ſpecu ambratiæ: uſq; ad piraticum Pompeii magni bellũ duraſſe: ãnis circiter. c. xx. Ciceri tãtũ nullæ beſtiolæ in horreis innaſcunt. Sũt qui urceis cinere ſubſtratis: & illitis: acetũ habẽtibus: leguminum aceruos ſuperingerãt: ita non naſci maleficia credentes. Alii q̃ ĩ ſalſamẽtariis cadis gypſo illinant. Alii qui lentem aceto laſerpitiato reſpergant: ſiccatamq; oleo inungant. Sed breuiſſĩa obſeruatio: quod uitiis carere uelis: interlunio legere. Quare plurimũ refert: cõdere qs malit: an uendere. Creſcente enim luna frumẽta grãdeſcũt.

¶DE Vindemia & autumni temporibus. ¶Ca: xxxi.

SEquitur ex diuiſione temporum. Autũnus a fidiculæ occaſu ad æquinoctium: ac deinde uergiliarum occaſum: initiumq; hyemis iis interuallis ſignificatur. Pridie idus auguſti atticæ equus oriens. Veſpa ægypto & Cæſari delphinus occidẽs. Xi. kalen. ſeptẽbris Cæſari & aſſyriæ ſtella: quæ uindemiator appellatur: exoriri mane incipit: uindemiæ maturitatẽ ꝑmittens. Eius argumẽtum erũt acini colore mutati. Aſſyriæ. v. kalen. & ſagitta occidit: & eteſiæ deſinunt. Vindemiator ægypto nõ exorit. Atticæ arcturus matutino & ſagitta occidit mane. V. idus ſeptembris Cæſari capella oritur ueſperi. Arcturus uero medis pridie idus: uehemẽtiſſimo ſignificatu terra: mariq; per dies quinq;. Ratio eius hæc traditur. Si delphino occidente hymbres fuerĩt: non futuros per arcturum. Signum orientis eius ſyderis ſeruetur hirũdinum abitus: nanq; deprehenſæ intereunt. Xvi. kalen. octobris ægypto ſpica: quã tenet uirgo: exorit matutino: eteſiæq; deſinũt. Hoc idem Cæſari. xiiii. kalend. Xiii. aſſyriæ ſignificant. &. xi. kalen. Cæſari cõmiſſura piſciũ occidens. Ipſumq; æquinoctii ſydus. viii. kalend. octobris. Deĩde conſentiũt (quod eſt rarum) Philippus: Calippus: Doſitheus: Parmeniſtus: Conõ: Criton: Democritus: Eudoxus: Ion. iiii. kalẽ. octobris capellã matutino exoriri. Et. iii. kalend. hædos. Vi. nonas octobris atticæ corona exoritur. Mane aſiæ & Cæſari. V. kalend. eniochus occidit matutino. III. kalen. Cæſari corona exoriri ĩcipit. Et poſtridie occidũt: abditi ueſperi. Viii. idus octobris Cæſari fulgens ĩ corona ſtella oritur. Et tertio idus uergiliæ ueſperi. Ididus corona tota. Vi. kalend. nouẽbris ſuculæ ueſperi exoriunt. Pridie kalen. Cæſari arcturus occidit: & ſuculæ exoriunt cum ſole. IIII. nonas arcturus occidit ueſperi. V. idus nouẽbris gladius orionis occidere ĩcipit. Deinde tertio idus uergiliæ occidunt. In his tempoꝝ interuallis opera ruſtica: napos: raphanos ſerere: quibus diebus dixĩus. Vulgus agreſte & rapam poſt ciconiæ diſceſſũ male ſeri putat. Nos õnino poſt uulcanalia: & præcocia cum panico. A fidiculæ aũt occaſu uiciam: paſſiolos: pabulũ. Et hoc ſilente luna ſeri iubent. Et frõdis præparãdæ tempus hoc eſt. Vnus frõdator quattuor frondarias fiſcinas complere in die iuſtum habet. Si decreſcente luna præparet nõ putreſcit. Aridã colligi non oportet. Vĩdemiã antiq̃ nunq̃ exiſtimauere maturam ãte æquinoctiũ. Iã paſſim rapi cerno. Quãobrẽ & huius tempora notis: argumentiſq; ſignent. Leges ita ſe habent. Vuam calidam ne legito: hoc eſt ĩ eius ſiccitate. Ac niſi hymber interuenerit. Hanc nec legito rorulẽtã: hoc eſt ſi ros nocturnus fuerit: Nec prius q̃ ſole diſcutiatur: Vĩdemiare incipito: Cũ ad palmitem pampinus procumbere cœperit: aut cum exempto acino ex denſitate interuallũ nõ cõpleri apparuerit acinũ non augeri. Acino plurimũ refert: ſi cõtingat

creſcente luna uindemiare. Preſſura una culleos. xx. ĩplere debet. Hic eſt pes iuſtus. Ad totidẽ culleos: & lacus. Xx. iugeribus unũ ſufficit torculũ. Premũtq; aliq ſigulis. Vtilius binis: licet magna ſit uaſtitas ſingulis. Longitudo in iis refert: non craſſitudo. Spatioſa melius premũt. Antiqui funibus: uittiſq; loreis ea detrahebant. & uectibus: intra cannos: inuenta græcanica: mali rugis per cocleas bullãtibus palis: affixa arbori ſtella: a palis arcas lapidũ attollente ſecum arbore: quod maxime probať. Intra. xxii. hos ãnos ĩuentũ paruis prælis: & minori torculari: ædificio breuiore: & malo ĩ medio decreto: tympana impoſita uinaceis: ſuperne toto pondere urgere: & ſuper præla cõſtruere cõgenẽ. Hoc & poma colligendi tempus: & obſeruatio: cũ aliquod maturitate non tempeſtate deciderit. Hoc & fæces exprimẽdi. Hoc & defrutũ coquendi: ſilente luna noctu: aut ſi interdiu plena. Cæteris diebus: aut ante exortũ lunæ: aut poſt occaſũ. Nec de nouella uite: aut paluſtri. Nec niſi e matura uua. Nec niſi e foliis deſpumandum. Quia ſi ligno contingatur uas: aduſtum ac fumoſum fieri putant. Iuſtum uindemiæ tempus ab æquinoctio ad uergiliarum occaſum dies. xliiii. Ab eo die oraculum occurrit: frigidum picari pro nihilo ducentium. Sed iam & kalend. ianuarii defectu uaſorum: uindemiãtes uidi. piſciniſq; muſta condi aut uina effundi priora: ut dubia reciperentur. Hoc non tam ſæpe prouentu nimio euenit: q̃ ſegnitia inſidiãtium caritati ciuili. Sed æqui patriſfamilias modus eſt annonæ: cuiuſq; ãni utilitate. Id peræquẽ lucroſiſſimũ. Reliqua de uinis affatim dicta ſunt. Item uindemia facta oliuam eſſe rapiendam. Et quæ ad oleum pertinent: quæq; a uergiliarum occaſu agi debent.

DE Lunari ratione. Ca. xxxii.

HIs quæ ſunt neceſſaria: adiicientur de luna uentiſq; & præſagiis: ut ſit tota ſyderalis ratio perfecta. Nanq; Virgilius etiã in numeros lunæ quædã digerẽda putauit: Democriti ſecutus oſtentationem. Nos legum utilitas: quæ in toto opere: in hac quoq; mouet parte. Omnia quæ cæduntur: carpunť: tunduntur innocentius decreſcente luna: q̃ creſcente fiunt. Stercus niſi decreſcente luna: ne tangito. Maxĩe aũt intermenſtrua dimidiaque ſtercorato. Verres: iuuencos: arietes hædos: decreſcente luna caſtrato. Oua luna noua ſupponito. Scrobes luna plena noctu facito. Arborum radices luna plena operito. Humidis locis interlunio ſerito: & circa interlunium quatriduo. Ventilari quoq; frumenta: ac legumina: & condi circa extremam lunam iubent. Seminaria cum luna ſupra terram ſit fieri. Calcari muſta cũ luna ſub terra. Item materies cædi: quæq; alia locis ſuis diximus: neq; facilior eſt obſeruatio: ac iam dicta a nobis ſecundo uolumine: ſed quod intelligere uel ruſtici poſſit. Quotiẽs ab occidẽte ſole cerniť: prioribuſq; noctis horis lucebit: creſcẽs erit. Et oculis dimidiata iudicabitur. Cum uero occidente ſole orietur ex aduerſo: ita ut pariter aſpiciantť: tunc erit plenilunium. Quotiens ab ortu ſolis oritur: prioribuſq; noctis horis detrahet lumẽ: & in diurnas extendet: decreſcens erit. Iterũq; dimidia. In coitu uero: quod interlunium uocãt: cum apparere deſierit. Supra terras autem erit: quamdiu & ſol. Interlunio: & prima tota die: ſecũda hora noctis: uno diſtante ſicilico: ac deĩde tertia: uſq; ad quintamdecimam multiplicatis horarum iiſdem portionibus: quintadecima tota ſupra terras noctu erit: eademq; ſub terris tota die. xvi. ad primæ horæ nocturnæ dextãtem ſicilicum ſub terra aget: eaſdẽq; portiones horarũ per ſingulos dies adiicit: uſq; ad interlunium. & q̃tum primis partibus noctis detraxerit: quod ſub terris agat: tãtũdem nouiſſimis ex die adiiciet ſup terram. Alternis autẽ menſibus. xxx. implebit numeros. Alternis uero detrahet ſingulos. Hæc erit ratio lunaris.

DE Ventorum ratione. Ca. xxxiii.

VEntorũ paulo ſcrupuloſior obſeruatio. Solis ortu: quocũq; libeat die: ſtãtibus hora diei ſexta: ſic ut ortum eum a ſiniſtro humero habeant: contra mediam faciem meridies: a uertice ſeptentrio erit: qui ita limes per agrum currit: cardo appellatur. Circumagi deinde melius eſt: ut umbram ſuam quiſq; cernat: alioquin poſt

hoīe erit. Ergo pmutatis lateribus: ut ortus illius diei a dextro humero fiat: occasus a sinistro: tunc erit hora sexta: cum minima umbra contra mediū fiat hominem. Per huius mediam lōgitudinem duci sarculo sulcum: uel cinere lineā: uerbi gratia: pedū .xx. conueniet. mediaq; mēsurā: hoc est in decimo pede circūscribi circulo paruo: q uocet umbilicus. quæ pars fuerit a uertice umbræ: hæc erit uentus septentrionalis. Illo tibi putator arborum plagæ nec spectēt: neue arbusta: uineaue nisi in africa: cyrenis: ægypto. Illinc flante ne arato: quæq; alia præcepimus. Quæ pars lineæ fuerit a pedibus umbræ meridiem spectans: hæc uentū austrū dabit: quē a græcis notum diximus uocari. Illinc flatu uenīete: materiā uineaq; agricola ne tractes. Humidus aut æstuosus italiæ est. Africæ quidem incendia cum serenitate affert. In hunc italiæ palmites spectent: sed non plagæ arborum uitiumue. Hūc olīueti metator: uergiliaꝝ q̄triduo. Hunc caueat insitor calamis: gemmisq; inoculator. De ipsa regionis eius ora præmonuisse conueniet. Frondem medio die arborator ne cædito. Cum meridiem adesse senties pastor: æstate contrahente se umbra: pecudem a sole in opaca cogito. Cum æstate pasces: in occidentem specta ante meridiem: post meridiem in oriētem. Aliter noxium: sicut hyeme: & uere in rorulentum duceres. Nec contra septentrionē paueris supradictum. Clodunt ita: lippiuntue ab afflatu: & aluo cita pereunt. Qui fœminas concipi uoles: in hunc uentum spectantes iniri cogito.

DE Limitatione agrorum. Capitulum. xxxiiii.

Diximus: ut in media linea designaretur umbilicus. Per hunc mediū transuersa currat alia. Hæc erit ab exortu æquinoctiali: ad occasum æquinoctialem. Et limes qui ita secabit agrum: decumanus uocabitur. Ducant deinde aliæ duæ lineæ: inde his obliquæ: ita ut a septentrionis dextera: leuaq; ad austri dextram ac leuā descēdāt. Omnes per eundem currant umbilicum. Omnes inter se pares sint: ōniū interualla paria. Quæ ratio semel in quoq; agro ineunda erit: uel sæpius: si libeat: ita uite ligno facienda: regulis paribus ī tympanū exiguū: sed circinatū adactis. Ratione qua doceo occurrendū ingeniis quoq; imperitorum est. Meridiem excuti placet: quoniā semper est idem. Sol autē quottidie ex alio cæli momēto q̄ pridie oritur. Ne quis forte ad exortū capiendā putet lineam. Ita cæli exacta parte: quod fuerit lineæ caput septētrioni proximū: a parte exortiua solstitialē habebit exortum: hoc est longissimi diei: uētūq; aquilonem: boream a græcis dictum. In hunc ponito arbores: uitesq;. Sed hoc flante ne arato. Frugē ne serito. Semen ne iacito. Præstringit enim atq; percellit hic radices arborū: quas positurus afferes. Præmonitus esto. Alia robustis profūt: alia īfātibus. Nec sū oblitus in hac parte uentū a græcis poni: quē cæciā uocāt. Sed idē Aristoteles uir immensæ subtilitatis: qui idipsum fecit: rationem conuexitatis mundi reddit: qa contrarius aquilo africo flat. Nec tamen eum toto anno in prædictis timet agricola. Mollit sydera æstate media: mutatq; nomen: & etesias uocatur. Ergo cum frigidum senties: caueto. Ac quacūq; aquilo prædicitur. Tanto perniciosior septentrio est. In hūc asiæ: græciæ: hispaniæ: maritimæ: italiæ: cāpaniæ: apuliæ arbusta: uineæq; spectāt. Qui mares cōcipi uoles: in hunc pascito: ut sic in eundem ineāt. Ex aduerso aq̄lonis ab occasu brumali africus: quem græci lyba uocant. In hunc a coitu: cum se pecus circūegerit: fœminas conceptas esse scito. Tertia a septentrione linea: quam p latitudinē umbræ duximus: & decumanam uocamus: exortū habebit æquinoctialē: uentumq; subsolanū a græcis apeliotē dictū. In hūc salubribus locis uillæ: uineæq; spectēt. Ipse leniter pluuius: tamen est siccior fauonio. Ex aduerso eius ab æquinoctiali occasu: zephyrus a græcis nominatur. In hunc spectare olīueta Cato iussit. Hic uer īchoat: aperitq; terras: tenui frigore saluber. Hic uites putandi: frugesq; curandi: arbores serendi: poma inserēdi: oleas tractandi ius dabit. afflatuq; nutricum exercebit. Quarta a septentrione linea: eadem austro ab exortiua parte proxima: brumalē habebit exortū uentumq; uulturnum: eurum a græcis dictum: sicciorem & ipsum: tepidioremq;. In

hunc apiaria:& uineæ italiæ galliarumq; spectare debent. Ex aduerso uulturni flabit chorus:ab occasu solstitiali & occidētali latere septentrionis: a græcis dictus argestes. ex frigidissimis & ipse:sicut omnes qui a septentrionis parte spirant. hic & grādines īfert. cauendus et ipse:non secus ac septentrio. Vulturnus si a serena cæli parte cœpit flare:non durabit in noctem. At ubi subsolanus in maiorem partē noctis extenditur: q̄sq̄s erit uentus:si feruidus sentiet̃:pluribus diebus permanebit. Aq̄lonē prænuntiat terra siccescens. Sed rorescens repente:austrū immiscet humescens in rore occulto.

¶Prognostica tempestatum. ¶Ca.xxxv.

Etenim prædicta ratione uentorū:ne sæpius eadem dicantur:transire conuenit ad reliq̄ tēpestatū præsagia. quoniā & hoc placuisse Virgilio magnope uideo. Siquidē in ipsam messem sæpe concurrere prælia uentorū damnosa īperitis refert. Tradunt enim eundem Democritū: metente fratre eius Damaso ardentissimo æstu: orasse ut reliquæ segeti parceret:raperetq; desecta sub tectum:paucis mox horis sæuo hymbre uaticinatione approbata. Quīimmo & arūdinem non nisi impendente pluuia seri iubent:et fruges insecuturo hymbre. Quamobrem & hæc breuiter cōtigemus: scrutati maxime pertinentia. Primumq; a sole capiemus præsagia. Purus oriens:atq; non feruens:serenum diem nuntiat. At hybernam pallidus grandinem. Si & occidit pridie serenus:& oritur:tāto certior fides serenitatis. Concauus oriens pluuias prædicit. Item uentos:cum ante exorientem eum nubes rubescūt. Quod si & nigræ rubētibus interuenerint:& pluuias. Cum orientis atq; occidentis radii rubent:coire pluuias. Si circa occidentem rubescunt nubes:serenitatem futuræ diei spondent. Si in exortu spargentur:partim ad austrum:partim ad aquilonē:pura circa eum serenitas sit licet: pluuiam tamen uentosq; significabunt. Si in ortu:aut in occasu contracti cernētur radii hymbrem. Si in occasu eius pluet: aut radii in se nubem trahent: asperam in proximum diem significabūt tempestatem. Cum oriente radii nō illustres eminebūt: quāuis circundati nube non sint:pluuiam portendent. Si ante exortū nubes globabuntur:hyemem asperā denuntiabūt. Si ab exortu repellent̃:& ad occasum abibunt: serenitatem. Si nubes solē circūcludēt:quāto minus luminis relīquēt:tāto turbidior tēpestas erit. Si uero etiā duplex orbis fuerit:eo atrocior. Quod si in exortu fiet ita: ut rubescant nubes:maxima ostendetur tempestas. Si non abibunt:sed incūbent:a quocūq; uento fuerint:eū portendēt. Si a meridie:& hymbrem. Si oriens cinget̃ orbe: ex qua pte is se aperit:expectet̃ uentus. Si totus defluxerit æqualiter serenitatē dabit. Si in exortu lōge radios per nubes porriget:& medius erit īanis pluuiam significabit. Si ante ortū radii se ostendent aquam & uentū. Si circa occidentem cādidus circulus erit notis:leuem tempestatem. Si nebula:uehementiorem. Si cadente sole:uentū. Si ater circulus fuerit:ex qua regione is eruperit:uentum magnum. Proxima sunt iure lunæ præsagia. Quartam eam maxime obseruat ægyptus. Si splendens exorta puro nitore fulserit:serenitatem. Si rubicunda:uentos. Si nigra:pluuias portendere credit̃. In quinta cornua eius obtusa:pluuiam. Erecta & infesta uentos semper significant. Quarta tamen maxime. Cornu eius septentrionale acuminatū atq; rigidū:illū præsagit uētum. Inferius austrum. Vtraq; recta: noctem uentosam. Si q̄rtū orbis rutilus cinget:uentos & hymbres præmonebit. Apud Varronē ita est. Si quarto die luna erit directa:magnam tempestatem in mari præsagiet:nisi si coronam circa se habebit & eam sinceram:quoniam illo modo non ante plenam lunam hyemandum ostendit. Si plenilunio per dimidium pura erit:dies serenos significabit. Si rutila:uentos. Nigrescens:hymbres. Si caligo orbis nubē incluserit:uentos qua se ruperint. Si gemini orbes cinxerint:maiorem tempestatem. Et magis si tres erunt:aut nigri:aut īterrupti: atq; distracti. Nascens luna si cornu superiore obatro surget:pluuias decrescēs dabit. Si inferiore ante plenilunium. Si in media nigritia illa fuerit:hymbrē in plenilunio. Si plena circa se habebit orbem:ex q̄ parte is maxīe splēdebit:ex ea uentū ostendet.

Si in ortum cornua crassiora fuerint:horridam tempestatem. Si ante quartam non apparuerit uento fauonio flante:hyemalis toto mẽse erit. Si.xvi.uehementius flãmea apparuerit:asperas tempestates præsagiet. Sunt & ipsius lunæ octo articuli:quotiẽs in angulos solis incidit:plerisq; inter eos tantũ obseruantibus præsagia eius. hoc est tertia.vii.xi.xv.xix.xxiii.xxvii.& interlunium. Tertio loco stellarum obseruationem esse oportet. Discurrere eæ uidẽtur interdũ:uentiq; protinus sequunt in quarũ parte ita præsagauere. Cælum cum æqualiter totum erit splendidũ articulis temporũ quos proposuimus: autũnum serenum præsagabunt & frigidũ. Si uer et æstas non sine tiguo aliquo trãsierint:autũnum serenũ & densũ:minusq; uentosũ facient. Autũni serenitas uentosam hyemem facit. Cum repente stellarum fulgor obumbrat:uti neq; nubilo neq; caligine fluitans:graues denũtiant tempestates. Si uolitare plures stellæ uidebunt:quo feruntur albescentes:uentos ex iis partibus nuntiant. Ac si circa pure stabunt certos. Si id in partibus pluribus fiet:inconstantes uentos effũdẽt. Si stellarũ errantium aliquã orbes incluserint hymbres. Sunt in signo cancri duæ stellæ paruæ aselli appellatæ:exiguũ inter illas spatiũ optinente nubecula:quã præsepia appellãt. Hæc cũ cælo sereno apparere desierit: atrox hyems sequit. Si alteram earũ aqloniam caligo abstulerit:auster sæuit. Si austrinam aquilo. Arquus cũ sunt duplices:pluuias nuntiant. A pluuiis serenitatem non perĩde certam. Circuli noui circa sydera aliqua pluuiam. Cum æstate uehementius tonuerit:q̃ fulserit: uentos ea parte denuntiat. Ecõtra si minus tonuerit:hymbrem. Cum sereno cælo fulget:pluuiæ erũt & tonitrua & hyemabit. Atrocissime autem cum ex omnibus quattuor partibus cæli fulgurabit. Cum ab aquilone tantum:in posterũ diem aquã portendit. Cum a septentrione uẽtũ. Cum ab austro uel choro aut fauonio nocte serena fulgurauerit: uentum & hymbrẽ ex iisdem regionibus demonstrabit. Tonitrua matutina uẽtum significant. Hymbrẽ meridiana. Nubes cum sereno cælo serunt: a quacũq; parte id fiet: expectent uenti. Si eodẽ loco globabũt:appropinquãte sole discutientur. Et hoc si ab aquilone fiat: uentos: si ab austro:hymbres portendẽt. Sole occidente si ex utraq; parte eius cælũ patet:tempestatẽ significabunt. Vehementius atræ ab oriente in noctẽ aquã minãt. Ab occidente in posterum diem. Si nubes ut uellera lanæ spargent multæ ab oriente: aquã in triduũ præsagient. Cũ in cacuminibus montium nubes consident hyemabit. Si cacumina pura fient:disserenabit. Nube grauida cãdicãte quod uocãt tempestatẽ albam:grãdo imminebit. Cælo quãuis sereno nubecula quãuis parua uẽtũ ꝓcellosũ dabit. Nebulæ e mõtibus descẽdentes:aut cælo cadentes:uel in uallibus sedẽtes: serenitatem promittunt. Ab his terreni ignes proxime significant. Palladi nãq; murmurantesq;:tempestatum nũtii sentiũtur. Pluuiæ etiã si in lucernis fungi. Si flexuose uolitet flamma:uentum. Et lumina cum præ se flammas elidunt:aut uix accẽdũtur. Item cum in eo pendentes coaceruãtur scintillæ: uel cum tollentibus ollas carbo adhæreſcit:aut cum contentus ignis e se fauillam discutit:scintillamue emittit: uel cũ cinis in foco concrescit:& cum carbo uehementer perlucet. Est & aquarũ significatio. Mare si in tranquillo portu a cursu stabit:& murmurauerit intra se:uentũ prædicit. Si idẽtidem: & hyemem & hymbrem. Littoris ripæq; si resonabunt tranquilla:asperã tempestatem. Item maris ipsius trãquillus sonitus spumæue dispersæ aut aquæ bullantes. Pulmones marini in pelago:plurimum dierum hyemem portendunt. Sæpe & silentio intumescit:flatuq; altius solito iam intra se esse uentos fatetur. Equidem & montium sonitus nemorumq; mugitus prædicunt. Et sine aura quæ sentiatur folia ludentia. Lanugo populi aut spinæ uolitans. Aquisq; pluma innatans. Atq; etiam in campis tempestatem uenturam præcedens suus fragor:& cæli quidem murmur non dubiam habet significationem. Præsagiunt & animalia. Delphini tranquillo mari lasciuiẽtes flatum ex qua ueniũt parte. Item spargẽtes aquam. Item turbãtes tranqlitatem. Lolligo uolitans. Conchæ adhærescentes. Echini affligentes sese:aut harena

saburrātes tēpestatis signa sunt. Ranæ quoq; ultra solitū uocales. Et fulicæ matutino clangore. Item mergi anatesq; pennas rostro purgantes: uentum. Cæteræq; aquaticæ aues cōcursātes. Grues in mediterranea festinantes. Mergi maria aut stagna fugiētes. Grues silentio per sublime uolantes serenitatem. Sic noctua in hymbre garrula. at sereno tempestatē. Coruiq; singultu quodam latrātes: seq; concutientes: si continuabūt: uentos. si uero carptim uocem resorbebūt: uentosū hymbrem. Graculi sero a pabulis recedētes: hyemem. Et albæ aues cum congregabunt. Et cū terrestres uolucres contra aquā clangores dabūt: perfūdentes sese. Sed maxime cornix. Hirūdo tam iuxta aquā uolitans ut pēna sæpe percutiat. Quæq; in arboribus habitāt: fugitātes in nidis suis. Et anseres continuo clāgore intempestiui. Ardea in mediis arenis tristis. Nec mirum aqticas: aut in totū uolucres præsagia aeris sētire. Pecora exultātia & īdecora lasciuia ludētia eandem significationem habent. Et boues cælū olfactantes: seq; lābētes cōtra pilum. Turpesq; porci alienos sibi manipulos fœni lacerātes. Segniterq; & cōtra industriam suā formicæ absconditæ concursantes aut progerentes oua. Item uermes terreni erumpentes. Trifolium quoq; inhorrescere: & folia contra tempestatem subrigere certum est. Necnō & in cōuiuiis mensisq; nostris uasa: quibus esculētū addit: sudorem repositoriis linquentia diras tempestates prænūtiant.

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER DECIMVSNONVS. ¶ PROOEMIVM: IN QVO LINI NATVRA CONTINETVR ET MIRABILIA.

SYDERVM QVOQVE TEMPESTAtumque ratio uel imperitis facili atque indubitato modo monstrata est. Verū qa intelligētibus non minus conferunt rura deprehendendo cælo q̄ syderalis scientia: Agro colendo proximam multi hortoꝝ curam fecere. Nobis non protinus transire ad ista tempestiuū uidetur. Miramurq; quosdā scientiæ gratia eruditionis suæ gloriā ex his petentes tam multa præterisse: nulla mētione habita tot rerum sponte curaue prouenientium: præsertim cū plerisq; earum precio usuq; uitæ maior etiā q̄ frugibus perhibeat auctoritas. Atq; ut a cōfessis ordiamur utilitatibus quæq; nō solū terras omnes: uerum etiam maria repleuere: serit: ac dici neq; inter fruges neq; inter hortensia potest linum. Sed in qua non occurrere uitæ parte? Quod ue miraculum maius. Herbam esse quæ admoueat ægyptū italiæ: ītantum ut Galerius a freto siciliæ alexandriam septima die peruenerit. Babillus sexta: ābo præfecti. Aestate uero proxīa Valerius Marianus ex prætoriis senatoribus a puteolis nono die lenissīo flatu. Herbā esse quæ gādis Herculis colūnas septimo die hostiam afferat: et citeriorē hispaniā quarto: prouinciam narbonensem tertio: africam altero. quod etiā mollissimo flatu contingit. C. Flacco legato Vibii Crispi procōsulis. Audax uita scelerum plena aliqd serit: ut uentos procellasq; recipiat. Et paꝝ esse fluctibus solis uehi. Iam uero nec uela satis esse maiora nauigiis. Sed quāuis amplitudini antēnarum singulæ arbores sufficiant: super eas tamē addi uelorum alia uela. Præterq; alia in proris & alia ī puppibus pandi ac tot modis prouocari mortem. Deniq; tam paruo semine nasci: quod orbem terraꝝ ultro citroq; portet: tam gracili auena tā non alte a terra tolli: neq; id uiribus suis necti: sed passū tusumq;: & in molliciem lanæ coactum iniuria naturæ: ac sūma audacia: & quo peruenire nulla execratio sufficit contra inuentorem dictū suo loco a

nobis:cui satis non fuit hominem in terra mori:nisi periret & insepultus. At nos priore libro hymbres & flatus cauendos frugum causa uictusq; præmonebamus. Ecce seritur hominis manu:metitur eiusdem hominis ingenio quod uetos in mari optet. Præterea ut sciamus fauisse pœnas:nihil gignitur facilius. Vt seciamus nolēte id fieri natura:urit agrum:deterioremq; ipsum facit.

DE Lini satione:& generibus eius:& quomõ pficiatur:& de mappis:& lino non ardente:& quando primum in theatris uela. Ca.i.

Seritur sabulosis locis maxime:unoq; sulco:nec magis festinat aliud. Vere satū æstate uellitur.& hanc quoq; terræ iniuriā facit. Ignoscat tamē aliquis ægypto serēti:ut arabiæ indiæq; merces apportet. Ita ne & galliæ censent hoc reditu? Mōtesq; mari oppositos esse non est satis:& a latere oceani obstare ipsum quod uocant īane. Cadurci:caleti:ruteni:bituriges:ultimique hominum existimati morini: immo uero galliæ uniuersæ uela texunt. Iam quidem & transrhenani hostes. Nec pulchriorem aliam uestem eorum fœminæ nouere. Qua ammonitione succurrit: quod. M. Varro tradit ī serranorum familia gentilitiū esse fœminas linea ueste non uti. In germania autem defossi & sub terra id opus agunt. Similiter in italia ratione alia. Nam inter padum ticinumq; amnes:subiacent abiterna. In europa lino palma secunda. In uicino enim halionis capessunt retouina. Et in æmilia uia fauentina candore. Halionis semper crudis fauētina præferuntur. Retouinis tenuitas summa densitasq;. Candor æque ut fauentinis:sed lanugo nulla. quod apud alios gratiam:apud alios offēsionē habet. Neruositas filo æqualior pene q̃ coroneis: tinnitusq; cum dente libeat experiri. Ideo duplex q̃ cæteris precium. Et hispania citerior habet splendorem lini præcipuū torrētis:in quo politur natura:qui aluit terraconem. Et tenuitas mira ibi primū carbasis repertis. Nam dudum ex eadem hispania zoelicum uenit in italiam plagis utilissimum. Ciuitas ea gallaciæ & oceano propinqua. Est sua gloria & Cumano in campania ad piscium & alitum capturam. Eadem & plagis materia. Neque enim minores cunctis animalibus insidias q̃ nobismetipsis lino tendimus. Sed cumanæ plagæ concidunt apros:& hæ cassesue asperi ferri aciem conuincunt. Vidimusq; iam tantæ tenuitatis:ut anulū hominis cū epidromibus transirent:uno portante multitudinem qua psaltus cīgerētur. Nec id maxime mirū:sed sigula eaꝝ stamina cēteno quinquageno filo constare:sicut paulo āte Iulio Lupo q in præfectura ægypti obiit. Mirentur hoc ignorantes in ægyptii quondam regis:quē Amasyn uocant: thorace in rhodiorū insula ostendi in templo Mineruæ. ccc. lxv. filis singula fila cōstare. Quod exemplum per se expertum nuper romæ prodidit Mutianus ter consul:paruasq; iam reliquias eius superesse:hac experientiū iniuria. Italia & pelignis etiamnum linis honorem habet:sed fullonum tantum in usu. Nullum est candidius lanæue similius: sicut in culcitris præcipuam gloriam cadurci optinent. Galliarum hoc ad tormenta pariter inuentum. Italiæ quidem mos etiam nunc durat in appellatione stramenti. Aegypto lino minimū firmitatis:plurimum lucri. Quattuor ibi genera tainicium:ac pelusiacū:buticū:tentiriticum:cum regionum nominibus:in quibus nascūt. Supior pars ægypti in arabia uergens gignit fruticem:quem aliqui gossipion uocant. Plures xylon:& ideo lina īde facta xylina. paruulus est:similēq; barbatæ nucis defert fructū. cuius in exteriore bombice lanugo netur. Nec ulla sunt eis in candore molliciaue præferenda. Vestes īde sacerdotibus ægypti gratissimæ. Quartū genus orthominum appellant. Fit e palustri uelut arundine duntaxat pannicula eius. Asia genista facit lina ad retia præcipua:in piscando durantia frutice madefacto. x. diebus. Aethiopes indiq; e malis. Arabes cucurbitis in arboribus ut diximus genistis. Apud nos maturitas eius duobus argumentis intelligitur:intumescente semine:aut colore flauescente. Tunc euulsum:& ī fasciculos manuales colligatum siccatur in sole pendens:conuersis superne radicibus uno die: mox quinq; aliis in contrarium inter se uersis fascium

cacuminibus ut semē in mediū cadat. Inter medicamina huic uis: & in quodā rustico ac prædulci italiæ transpadanæ cibo: sed iam pridem sacrorū tātū gratia. Deīde post messē triticeā uirgæ ipsæ mergunt̄ in aquā solibus tepefactā: pōdere aliquo depressæ. nulli enī leuitas maior. Maceratas indicio est mēbrana laxatior. iterumq; uniuersæ ut prius sole siccāt̄. mox arefactæ ī saxo tūdūt̄ stippario malleo. Quod proximū cortici fuit: stuppa appellat̄: deterioris lini: lucernarū fere luminibus aptior. Et ipsa tamen pectit̄ ferreis ahenis: donec ōnis mēbrana decorticet̄. Medullæ numerosior distictio: cādore: mollitia. Linūq; nere & uiris decoꝝ ē. Cortices quoq; decussi clibanis & furnis præbēt usū. Ars depectēdi digerēdiq;. Iustū est e quīquagenis fasciū libris qnas denas carminari. Iteꝝ deīde in filo politur illisū crebro in silice ex aqua. tectūq; rursus tun/dit̄ clauis: semper iniuria melius. Inuentū iam est etiā quod ignibus nō absumeret̄. Viuū id uocāt: ardētesq; in focis conuiuiorū ex eo uidimus mappas sordibus exustis splēdescentes igni magis: q̄ possēt aqs. Regum īde funebres tunicæ corporis fauillā ab reliquo separāt cinere. Nascit̄ ī desertis adustisq; sole īdiæ: ubi nō cadūt hymbres: inter diras serpētes. assuescitq; uiuere ardendo. Rarū inuentu: difficile textu: propter breuitatem. Ruffus de cætero colos splendescit igni. Cum inuentum ē: æquat precia excellentium margaritarum. Vocatur autē a græcis asuestinū ex argumento naturæ. Anaxilaus auctor ē: lintheo eo circūdatā arborē: surdis ictibus & q nō exaudiāt̄: cædi. Ergo huic lino prīcipatus ī toto orbe: proxīus byssino: mulieꝝ maxīe deliciis circa elī in achaia genito: q̄ternis denariis stipula eius permutata quondā ut auri. Repertaq; lintheorū lanugo e uillis nauiū maritimarū maxime in magno usu medicinæ est. & cinis spondii uim habet. Est & inter papauera genus quoddā: quo candorem lintea præcipuum trahunt. Tentatum est tingi linū quoq; & uestium insaniā accipere in Alexādri Magni primū classibus indo amne nauigātis: cum duces eius ac præfecti in certamine quodam uariassent insignia nauiū. Stupuerūtq; littora flatu uersicoloria splendente. Velo purpureo ad accium cū M. Antonio Cleopatra uenit: eodēq; effu/git. Hoc fuit imperatoriæ nauis insigne. Postea in theatris tātū umbrā fecere: quod primus omniū inuenit. Q. Catulus cum capitolium dedicaret. Carbasina deīde uela primus ī theatro duxisse tradit̄ Lentulus Spīter apollinaribus ludis. Mox Cæsar dic/tator totum forum romanum intexit. uiamq; sacram ab domo sua ac cliuum usq; in capitolium. quod murmure ipso gladiatorio mirabilius uisū tradunt. Deinde & sine ludis Marcellus: Octauia sorore Augusti genitus in ædilitate sua auunculo. xi. con/sule. kalend. augusti uelis forū inūbrauit: ut salubrius litigantes cōsisterent. Quantū mutatis moribus Catonis cēsorii: qui sternēdū quoq; forū muricibus cēsuerat. Vela nuper colore cæli stellata per rudentes terræ etiam in amphiteatris prīcipis Neronis rubent in cauis ædium: & muscū ac solem defendūt. Cætero mansit candori pertinax gratia. Honor etiam & troiano bello. Cur enin non & præliis interfit: ut naufragiis? Thoracibus lineis: paucos tñ pugnasse testis ē Homerus. Hinc fuisse & nauiū arma/mēta apud eūdē īterpretati sūt eruditiores: quoniā cū sparta dixit: significauerit sata.

¶DE sparti natura: & quando primum usus eius: & quomodo perficiatur: & quæ sine radice nascantur & uiuant. ¶Capitulum secūdū.

SParti quidē usus multa post sæcula cœptus ē. Nec āte pœnoꝝ arma: quæ primū hispaniæ ītulert. Herba & hæc spōte nascēs & quæ nō queat seri. iūcusq; ꝓprie aridi soli uni terræ dato uitio. Nanq; id malū telluris est: nec aliud ibi seri aut nasci potest. In africa exiguum & inutile gignitur: chartagineñ hispaniæ citerioris portio. Nec hæc tota: sed quatinus parit mōtes quoq; sparto operit. Hic strata rusticis eoꝝ. hinc ignes facesq;. hinc calceamina & pastorum uestis: animalibus noxium: præterq̄ cacuminū teneritate. Ad reliquos usus laboriose euellit̄. Ocreatis cruribus: mãibusq; tectis manicis cōuolutum osseis ligneisue conamentis. Nunc iam in hyemem uix: fa/cillime tñ ab idibus maiis ī iunias. hoc maturitatis tempus. Vulsum fascibus ī aceruo

adunatum biduo tertio resolutum. Spargitur in sole: siccaturq;. & rursus in fascibus reddit sub tecta. Postea maceratur aqua marina optime: sed & dulci si marina desit. Siccatumque sole iterum rigatur: si repente urgeat desiderium. pfusũ calida in folio: ac siccatũ stans cõpẽdiũ operæ fatetur. Hoc aũt tũdit̃: ut fiat utile præcipue in aquis: mariq; inuictũ. In sicco præferũt e canabi funes. Et spartũ alitur etiã diuersũ: ueluti nataliũ sit ĩpensa. Est qdẽ eius natura interpolis. Rursusq; q̃ libeat uetustum nouo miscet̃. Veruntamen cõplectetur animo: qui uolet miraculũ æstimare: quãto sit in usu õnibus terris nauiũ armamentis: machinis ædificationum: aliisq; desideriis uitæ. Ad hos omnes ususq; sufficiant minus. xxx. passuum in latitudinem. A littore carthaginis nouæ: minusq; in longitudine esse reperientur. Longius enim uehi ĩpendia prohibent. Iunco græcos ad funes usos nomini credamus: quo herbã eã appellãt. Postea palmarum foliis phyllyraq; manifestum est. Et inde translatũ a pœnis sparti usum perq̃simile est ueri. Theophrastus auctor est: esse bulbi genus circa ripas ãniũ nascens: cuius inter sũmũ corticẽ: eamq; partem qua uescũtur: esse laneã naturam ex qua mapalia: uestesq; quõdã conficiebantur. Sed neq; regionẽ ĩ qua id fiat: neq; qcq̃ diligentius: præterq̃ eriophoron id appellari in exemplaribus: quæ equidem ĩueneri: tradit. Neq; omnino ullam mentionem habet bulbi generũ circa ripas amnium nascẽtis. cuius inter summum corticem eãq; partem: qua uescũt̃: semper habet spartũ. Cuncta cura magna persecutus. cccc. xc. ãnis ante nos: ut alio iam loco diximus: quo apparet post id temporis spatiũ in usum uenisse spartũ. Et quoniã a miraculis rerũ cœpimus sequemur eorũ ordinẽ: in quibus uel maximum est aliqd nasci: aut uiuere sine ulla radice. Tubera uocãtur hæc undiq; terra circũdata: nullisq; fibris nixta aut saltem capillamẽtis: nec utiq; extuberante loco in quo gignũt̃: aut rimã agente. Neq; ipsa terræ cohærent. Cortice etiam includũt̃: ut plane nec terrã esse possimus dicere: neq; aliud q̃ terræ callũ. Siccis hæc fere & sabulosis locis: frutetosisq; nascũt̃. Excedũt sæpe magnitudinẽ mali cotonei: etiam librali pondere. Duo eorum genera: harenosa dentibus ĩimica: & altera sincera. Distinguũt̃ & colore ruffo nigroq;: & intus cãdido. Laudatissima quæ africæ crescunt. An ne uitium id terræ? Neq; enim aliud intelligi potest: malum ne id ea protinus globet̃ magnitudine qua futuꝝ est? Et uiuat ne: an non: haud facile arbitror intelligi posse. Putrescendi enim ratio cõmunis est iis cum ligno. Lartio Licinio prætorio uiro iura reddente in hispania carthagine paucis his annis scimus accidisse: mordenti tuber: ut deprehensus inde denarius primos dentes ĩflecteret. Quo manifestũ erit terræ naturam in se globari. Quod certũ est ex iis quæ nascuntur: & seri non possunt.

¶ DE Mysi & tuberibus: de fũgis pezicis: laserpitio: & magyderi: & rubia: & radicula. ¶ Ca. iii.

Simile est quod in cyrenaica prouincia uocãt mysi: præcipuum suauitate: odore ac sapore: sed carnosius. Et quod in trachia cerauniũ. De tuberibus hæc tradũt̃ peculiariter. Cum fuerit hymbres autumnales ac tonitrua crebra: tũc nasci & maxĩe e tonitribus. nec ultra ãnum durare. tenerrima autem uerno esse. Quibusdam locis acceptant̃ riguis: & serũt̃ sicut mitylenis. Negant nasci nisi exundatione fluminum inuecto semine aptiaris. Est autem is locus in quo plurima nascũt̃. Asiæ nobilissima circa lampsacũ & alopeconesum: græciæ uero circa elin. Sunt & in fungoꝝ genere a græcis dicti pezicæ: qui sine radice aut pediculo nascuntur. Ab his proximum dicetur auctoritate clarissimũ laserpiciũ. quod græci silphion uocant: in cyrenaica prouincia reptum: cuius succum uocant laser. magnificum in usu medicamentisq;: & ad põdus argẽtei denarii pẽsũ. Multis iã ãnis in ea terra nõ ĩuenit̃: quoniã publicani q pascua cõducunt: maius ita lucrũ sentientes depopulant̃ pecoꝝ pabulo. Vnus aũt caulis nr̃a repertus memoria Neroni principi missus est. Siquãdo ĩcidit pecus in spem nascẽtis: hoc deprehenditur signo: cũ comederit dormiente ꝓtinus: capra & sternutãte. Diuq; iã nõ aliud ad nos inuehitur: q̃ quod in perside aut media & armenia nascitur laser:

multo infra cyrenaicū. Id quoq; adulteratū gummi : aut sacopenio : aut faba fracta. Quo minus omittēdum uidetur. C. Valerio. M. Herennio cōsulibus cyrenis aduecta romam publice laserpitii pondo. xxx. Cæsarē uero dictatorem initio belli ciuilis inter aurum argentumq; protulisse ex ærario laserpitii pōdo. cxi. Id apud auctores græciæ euidentissimos inuenīus. Natum hymbre piceo repente madefacta tellure circa hesperidum hortos syrtinq; maiorem. vii. annis ante oppidum cyrenaꝝ: quod conditum est urbis nostræ āno. c. xliii. Vim autem illam ꝑ quattuor stadiorum spatiū in africa ualuisse. In ea laserpitium gigni solitum rem feram ac contumacem: & si coleretur: in deserta fugiētem. Radice multa crassaq;: caule ferulaceo: haud simili crassitudine. Huius folia maspetum uocabāt: apio maxime similia. Semen erat foliaceū. Folium ipsum uero deciduum. Vesci pecora solita: primoq; purgari: mox pinguescere: carne mirabilē in modū iucunda. Post folia amissa caule ipso & homines uescebātˀ decocto asso elixoq;. Eorum quoq; corpora. xl. primis diebus purgante a uitiis. Ex his ōnibus succus duobus modis capiebatur: e radice atq; caule. & hæc duo erant nomina rhizias atq; caulias. Vilior ille ac putrescens radice: cortex niger: & ad mercis adulteria. Succū ipsū in uasa coniectū admixto furfure subinde cōcutiendo ad maturitatē ꝑducebāt: ni ita fecissent: putrescentem. Argumētū erat maturitatis color: siccitasq;: sudore finito. Alii tradunt laserpitii radicem fuisse maiorem cubitali: tuberq; in ea sup terrā. Hoc inciso profluere solitum succū ceu lactis supernato caule: quē magydarin uocarunt. Folia aurei coloris pro semine fuisse: cadentia a canis ortu: austro flante. Ex iis laserpitium nasci solitum annuo spatio & radice & caule consummentibus sese. Hoc & circūfodi solitū ꝑdidere. Nec purgari pecora: sed ægra sanari: aut protinus mori. quod in paucis accidere. Persico Silphio prior opinio congruit. Alteꝝ genus est quod magydaris uocatur tenerius: & minus uehemens: sine succo. Quod circa syriā nascitˀ: non proueniens in cyrenaica regione. Gignitˀ & in parnaso monte copiosum: qbusdā laserpitiū uocātibus: perq; ōnia adulteratur rei saluberrimæ utilissimæq; auctoritas. Ratio siceri pria ī colore modice ruffo: & cū frāgitˀ: cādido ītus: mox trāslucente gutta aquæ saliuaq; liquescit. Vsus in multis medicaminibus. Sūt etiamnum duo genera non nisi sordido nota uulgo: cum quæstu nullo polleant. In primis rubia tinguēdis lanis & coriis necessaria. Laudatissima italica: & maxime suburbana & omnes pœne prouinciæ scatent ea. Sponte prouenit. seritq; similitudine eruiliæ. Verum spinosus ei caulis & geniculatus hic est qnis circa articulos in orbe foliis. Semē eius rubia est. Quot in medicina usus habet: suo dicemus loco. At quæ uocatur radicula : lauandis demū lanis succum habet: mirum quantum conferens cādore: mollitiaq;. Aeq; nascitˀ satiua ubiq;: sed spōte præcipua in asia: syriaq; saxosis & asperis locis. Trās euphratē tamen laudatissima caule ferulaceo tenui: & ipsis cibis indigenarum expetito: & ungenti quicqd sit: cum quo decoquatur : folio oleæ. Isatin græci uocant: floret æstate: grata aspectu: uerum sine odore: spinosa: & caule lanuginoso. Semen ei nullū: radix magna: quæ conciditur ad quem dictum est usum.

¶DE Hortorū cura & digestio terræ nascentium: præter fruges & frutices. Ca. iiii.

AB his superest reuerti ad hortorum curam: & suapte natura memorandum. Et quoniā antiqtas nihil prius mirata est: q̄ & hesperidū hortos: ac regū Adonis & Alcinoi: itemq; pensiles: siue illos Semiramis: siue asyriæ rex Cyrus fecerit: de quorū opere alio uolumine dicemus. Romani quidē reges ipsi coluere. Quippe etiā Sṗbus Tarquinius nuntium illū sæuum atq; sāguinarium: filio remisit ex horto. In. xii. tabulis legum nostrarum: nusq̄ nominatur uilla: semp in significatione ea hortus. In horti uero ædium. Quā rem comitata est: & religio quædam: hortosq; & fores tantū contra inuidentium fascinationes dicari uidemus. In remedio saturnica signa quanq̄ hortos tutelæ Veneris assignante Plauto. Iam quidem hortorum nomine ī ipsa urbe delitias: agros: uillasq; possidēt. Prīus hoc īstituit athenis Epicurus hortoꝝ magister.

Vſq; ad eum moris nō fuerat in oppidis haberi rura. Romæ quidē per ſe hortus: ager pauperis erat. Ex horto plebei macellū: quāto innocētiore uictu. Mergi enim credo in profunda ſatius eſt: & oſtrearum genera naufragio exquiri. Aues ultra phaſidē amnē peti: & fabuloſo quidem terrore tutas: immo ſic precioſiores. Alias in numidia atque æthyopia ī ſepulchris aucupari: aut pugnari cū feris mādi ab eo cupiētē: quod mādat alius. At hercule q̄ uilia hæc: q̄ pata uoluptati ſatietatiq;: niſi eadē quæ ubiq; īdignatio occurreret? Ferēdū ſane fuerit exqſita naſci poma: alia ſapore: alia magnitudine: alia monſtro: pauperibus interdicta. Inueterari uina: ſucciſq; caſtrari. Nec cuiq̄ adeo longā eſſe uitam: ut non ante ſe genita potet. E frugibus quoq; quoddā alimentum excogitaſſe luxuriā: ac medullā tātū earū. ſuperq; piſtrinarū operibus & ex celaturis: uiuere alios pane ꝑcerū: alios uulgi: tot generibus uſq; ad infimam plebē deſcēdēte anima. Etiam ne in herbis diſcrimen inuentum eſt? oluſq; differentiā facere in cibo: etiam uno aſſe uenali? Et in his aliq̄ quoq; ſibi naſci tribus negant: caule intantum ſignato: ut pauperis menſa non capiat. Silueſtres fecerat natura horridos: ut quiſque demeteret paſſī. Ecce altiles ſpectant̄ aſparagi. Et rauēna ternis libris rependit. Heu prodigia uentris: mirum eſſet non licere carduis pecori ueſci: non licet plebei. Aquæ quoq; ſeparant̄. Et ipſa naturæ elementa ui pecuniæ diſcreta ſūt. Hi niues: illi glaciē potant. pœnaſq; montium ī uoluptatem gulæ uertunt. Seruatur algor æſtibus: excogitaturq; ut alienis menſibus nix algeat. Decoquūt alias quas mox & illas hyemant. Nihil itaq; homini ſic: quomodo rerum naturæ placet. Etiā ne herba aliqua diuitiis tantū paſcit̄? Nemo ſacros auentinoſq; mōtes: & iratæ plebis ſeceſſus circunſpexerit? mons enim certe æq̄bit: quos pecunia ſepauerit. Itaq; hercule nullū macelli uectigal maius fuit romæ clamore plebis incuſantis apud omnes principes: donec remiſſū eſt portorium mercis huius. compertumq; non aliter quæſtuoſius cenſū haberi aut tutius ac minore fortunæ iure cum credatur penſio ea pauperū. Is in ſolo ſponſor eſt: & ſub die redditus: ſuperficieſq; cælo quocunq; gaudēs. Hortorum Cato prædicat callentes. Hinc primū agricolæ exiſtimabant̄ priſci: & ſic ſtatim faciebant iudiciū: num quæ eſſet in domo materfamilias. etenim hæc cura fœminæ dicebatur: ubi indiligēs eſſet hortus: quippe e carnario aut macello uiuendū eſt. Nec cautes ut nunc maxime ꝓbabant: damnātes pulmentaria quæ egerent alio pulmentario. Id erat oleo parcere. Nam carnis deſideria etiam erant in exprobratione. Horti maxime placebant: qa non egerent igni: parcerentq; ligno. expetita res & parata ſemper: unde & acetaria appellabantur. Facilia concoqui nec oneraturo ſenſum cibo: & quæ minime accenderent ad deſiderium panis. Pars eorum ad condimenta pertinens: fatetur non domi uerſuram fieri ſolitam. Atq; non indicium piper quæſitū: quæq; tranſmaria petimus. Iā quoq; in feneſtris ſuis plebs urbana in imaginē hortorū quotidiana oculis rura præbebant: anteq̄ præfigi ꝓſpectus ōnis coegit multitudinis innumeræ ſæua latrocinatio. Quāobrem ſit aliquis & his honos: neue auctoritatē rebus uilitas adimat: cū præfertī etiā cognomīa procerū inde nata uideamus. Lactucinoſq; in ualeria familia nō puduiſſe appellari: & contingat aliq̄ gratia operi: curæq; noſtræ: Virgilio quoq; cōfeſſo quā ſit difficile uerboꝝ honorē tam paruis perhibere. Hortos uillæ iungendos non eſt dubiū: riguoſq; maxime habendos: ſi cōtingat: profluo amne. ſi minus: e puteo pertica organiſue pneumaticis tollendo: non hauſtu rigando. Solum proſcindendū a fauonio: in autumnū præparandū eſt poſt. xiiii. dies. Iterandumq; ante brumam. Octo iugerum operis palarii iuſtū eſt. Fimum tres pedes alte cū terra miſceri. Areis diſtingui: eaſq; reſupinis puluinorū thoris ambiri ſingulis tramitū ſulcis: qua det̄ acceſſus homini: ſcatebriſq; decurſus. In hortis naſcentium alia bulbo commendant̄: alia capite: alia caule: alia folio: alia utroque: alia ſemine: alia cortice: alia cute aut chartilagine: alia carne: alia tunicis carnoſis. Aliorum fructus in terra eſt: aliorum & extra: aliorum non niſi extra. Quædā iacent: creſcuntq;: & cucurbitæ: & cucumis. Eadem & pendēt: quāq̄

grauiora multo etiam iis: quæ in arboribus gignunt. Sed cucumis cartilagine. Cortex huic uni maturitate transit in lignũ. Terra condũt raphani: napiq;: & rapa: atq; alio modo inulæ: siser: pastinacæ. Quædã uocauimus ferulacea: ut anetũ maluas. Nanq; tradunt auctores in arabia maluas septimo mense arborescere: baculorũ usũ præbere exemplo: sed & arbor & malua in mauritania lixi oppidi æstuario: ubi hesperidum horti fuisse produnt. cc. passibus ab oceano iuxta delubrũ Herculis ãtiquius gaditano ut ferũt. Ipsa altitudinis pedes. xx. crassitudis quã circũplecti nemo possit. In simili gñe habebit & canabis. Necnon & carnosa aliq̃ appellabimus: ut spongias in humore pratorum enascentes.

Natura & genera: & historia nascentiũ in hortis rerum. Ca. v.

Fungorum enim callum in ligni arborũq; natura diximus: & alio genere tuberũ pauloante. Chartilaginei generis: extraque terram est cucumis: mira uoluptate Tiberio principi expetitus. Nulli quippe non die contigit ei pensiles eorum hortos: promouentibus in solem rotis olitoribus. Rursusq; hybernis diebus intra specularium munimenta reuocãtibus. Quin & lacte mulso semine eorum biduo macerato: apud ãtiquos græciæ auctores scriptum est seri oportere: ut dulciores fiãt. Crescunt qua cogũtur forma. In italia uirides & q̃minimi. In prouĩciis q̃maximi & citrini aut nigri. Placent copiosissimi africæ ac grandissimi. Ast cum magnitudine excessere: pepones uocantur. Viuunt hausti in stomacho in posterum diem: nec perfici queunt. In cibis non insalubres: tamen plurimum natant. Oleum odere mire. Nec minus aquas diligunt. Desecti quoq; ad eas modice distantes adrepunt. Contra oleum refugiunt. Aut siquid obstet: uel si pendeant curuãtur. Idq; uel una nocte deprehenditur. Si uas cũ aqua subiiciatur a quattuor digitorũ interuallo descendentibus ante posterum diẽ. At si oleum eodem modo sit in hamos curuatis. Iidem in fistula flore dimisso mira longitudine crescunt. Ecce cum maxime noua forma eorũ in campania ꝓuenit mali cotonei effigie. Forte primo natum ita audio unũ. mox semine ex illo genus factum. melopeponas uocãt. Non pendent hi: sed humi rotũdãt. Mirũ in his præter figurã: coloremq; & odorem: ꝙ maturitatem adepti quãq̃ nõ pendẽtes: statĩ a pediculo recedunt. Columella tradit suum commentum: ut toto anno contingant. Fruticem rubi q̃ uastissimum in apricum locum trãsferre. & recidere duum digitorum relicta stirpe circa æquinoctium uernũ. Ita in medulla rubi semine cucumeris insito terra minuta fimoq; circũaggeratas resistere frigori radices. Cucumerũ græci tria genera fecere. Laconicum: scitalicum: boeticum. Ex iis tantũ laconicũ aqua gaudere. Sunt qui herba quæ uocatur culix nomine trita semen eorũ maceratum seri iubeant: ut sine semine nascantur. Similis & cucurbitis natura duntaxat in nascendo. Aeque hyemem odere. Amant rigua ac fimum. Seruntur ambo semine in terra sesq̃pedali fossura inter æquinoctium uernum & solstitium. Parilibus tamen aptissime. Aliqui malunt ex kalend. martii cucurbitas: & nonis cucumeres & per quinquatros serere simili modo reptãtibus flagellis scãdentes per artesum aspera in tectum usq; natura sublimitatis auida. Vires sine adminiculo stãdi nõ sunt: uelocitas pernix. leui umbra cameras ac ꝑgulas opperiẽtes. Inde hæc duo prima genera. Camerariũ. Et plebeium quod humi credit. In priore mire tenui pediculo libratur pondus ĩmobile aure. Cucurbita quoq; omnimodo fastigatur: uaginis maxime uitilibus: coniecta in eas postq̃ defloruit: crescit q̃ cogitur forma. Plerumq; & draconis intorti figura. Libertate uero pensili concessa: iã uisa est nouem pedum longitudinis. Particulatim cucumis floret: sibi ipse supflorescens. & sicciores locos patitur: candida lanugine obductus: magisq; dum crescit. Cucurbitarum numerosior usus. Et primus caulis in cibo. Atq; ex eo in totum natura diuersa. Nuper in balnearum usum uenere urceorum uice. Iam pridem uero etiam cadorum ad uina condenda. Cortex uiridi tener. Deraditur nihilominus cibis. Cibos salubres ac leues pluribus modis existimant: qui perfici humano uentre non queant:

ſed nõ intumeſcãt. Semina quæ proxĩa collo fuerĩt: proceras pariũt. Item ab imis: ſed nõ cõparãdas ſupradictis: quæ in medio rotũdas: quæ lateribus craſſas: breuioreſq;. Siccant̃ in ũbra: & cũ libeat ſerere: in aqua macerãt̃. Cibis quo lõgiores tenuioreſq;: eo gratiores. Et ob id ſalubriores: quæ pẽdẽdo creuere: minimũq; ſeminis tales habẽt: duricia eius in cibis gratiã terminãte. Eas quæ ſemini ſeruãt̃: ãte hyemẽ præcidi non eſt mos. Poſtea fumo ſiccant̃ condẽdis hortenſiorum ſeminibus ruſticæ ſupellectili. Inuenta eſt ratio: qua cibis quoq; ſeruarent̃. Eodemq; modo cucumis uſq; ad alios pœne prouentus. & id quidem iniuria fit. Sed & ſcrobe opaco in loco arena ſubſtrato fœnoq; ſicco opertos: ac deinde terra: uirides ſeruari tradũt. Sũt & ſilueſtres ĩ utroq; genere: & õnibus fere hortenſibus. Sed & his medica tantũ natura eſt. Quamobrem differentur in ſua uolumina. Reliqua cartilaginum naturæ terra occultãt̃ omnia. In quibus de rapis abunde dixiſſe poteramus uideri: niſi medici maſculini ſexus facerẽt in his rotũda. Latiora uero & cõcaua: fœminini: præſtantiora ſuauitate & ad cõdiẽdũ faciliora. Quæ ſæpius ſata tranſeunt in marem. Iidem naporũ quinq; genera fecere: corintheum: cleonæum: lyothaſium: boeticum: & quod per ſe uiride dixerunt. Ex iis in amplitudinem adoleſcit corinthiũ nuda fere radice. Solum enim hoc genus ſupne tendit: nõ ut cætera ĩ terrã. Lyothaſiũ quidã thraciũ appellant: frigorũ patiẽtiſſimũ. Ab eo boeticũ dulce eſt: rotũditate etiã breui notabile. Neq; ut cleonæum prælongũ in totũ quidem. Quo℞ tenuiora folia: ipſi quoq; dulciores. Quo℞ ſcabra & ãguloſa & horrida: amariores. Eſt præterea gẽus ſilueſtre: cuius folia ſũt erucæ ſimilia. Palma romæ amiterninis datur: inde nurſiis: tertia noſtratibus. Cætera de ſatu eo℞ in rapis dicta ſunt. Cortice & cartilagine conſtãt raphani. Multiſq; eorum cortex craſſior etiã q̃ quibuſdã arborum. Amaritudo plurima illi eſt: & pro craſſitudine corticis. Cætera quoq; aliquando lignoſa. Et uis mira colligendi ſpiritum laxandiq; ructum. Ob id cibus illiberalis utique ſi proxime olus mandatur. Si uero cum oliuis diruptis rarior ructus fit: minuſq; fœtidus. Aegypto mire celebratur propter olei fertilitatem: quod de ſemine eius faciunt. Hoc maxime cupiũt ſerere: ſi liceat: quoniã & quæſtus pluſq̃ e frumento: & minus tributi eſt. Nullumq; copioſius oleum. Genera raphani græci fecere tria folio℞ differentia: criſpi: atq; lenis: & tertium ſilueſtre. atq; huic leuia qdẽ folia: ſed breuiora ac rotũda: copioſaq; atq; fruticoſa. Sapor aũt aſper: & medicamẽti inſtar ad eliciendas aluos. Et in prioribus tamen differentia ſeminis eſt: quoniã aliq̃ admodũ exiguum ferunt. Hæc uitia nõ cadunt niſi in criſpa folia. Noſtri alia fecere genera. Algidenſe a loco longum atq; tranſlucidum. Alterum rapi figura: quod uocãt ſyriacũ: ſuauiſſimũ fere ac tenerrimũ: hyemiſq; patiens. Præcipuũ tamen eſt: quod e ſyria non pridem aduectum apparet: quoniam apud auctores non reperitur. Id autẽ tota hyeme durat. Etiamnum unũ ſilueſtrem græci cheriam uocant: pontici armõ: alii leucem: noſtri armoraciam fronde copioſius q̃ corpore. In omnibus aũt ꝓbãdis maxime ſpectant̃ caules: in initio enim rotundiores craſſioreſq; ac longis canalibus. Folia ipſa triſtiora: & ãgulis horrida. Seri uult rhaphanus terra ſoluta: humida. fimũ odit: palea contentus. Frigore adeo gaudet: ut in germania infãtium puero℞ magni-tudinem æquet. Seritur poſt idus febru. ut uernus ſit. Iterũq; circa uulcanalia: quæ ſatio melior. Multi & martio & aprili ſerunt & ſeptembri. Incipiente incremento cõ-fert alterna folia circũ obruere: ipſos uero accumulare. Nam q extra terrã emerſerit: durus fit atq; fungoſus. Ariſtomachus detrahi folia per hyemem iubet. & ne lacunæ ſtagnent accumulare. Ita in æſtate grandeſcere. Quidam prodidere: ſi palo adacto ca-uerna palea inſternat̃ in ſex digitorum altitudine: deinde ſemen fimumq; & terra cõ-geratur ad magnitudinem ſcrobis creſcere. Præcipue tamen ſalſis alũtur. Itaq; etiam talibus aquis irrigant̃. Et in ægypto nitro ſpargunt̃: ubi ſunt ſuauitate præcipui. In totũ quoq; ſalſugine amaritudo eo℞ eximit̃. fiuntq; coctis ſimiles. Nanq; & cocti dulceſcunt: & in naporũ uicẽ tranſeunt. Crudos medici ſuadent: ad colligenda acria

uiscerų:dandos cum sale ieiunis esse:atq; ita uomitionibus præparant meatũ. Tradũt
& præcordiis necessariũ hunc succũ:quando phthisin cordi intus inhærentẽ nõ alio
potuisse depelli cõpertũ sit in ægypto regibus corpora mortuorų ad scrutãdos morbos
insecãtibus. Atq; ut est græca uanitas:fert̃ in tẽplo Apollinis delphis adeo cæteris cibis
prælatus raphanus:ut ex auro duceretur raphanus : beta ex argẽto: rapum e plumbo.
Scires nõ ibi genitũ Mãniũ Curiũ imperatorẽ:quem in hospitio legatis aurų repudia-
turo afferentibus:rapum torrentem in foco inuentũ:annales nostri ꝓdidere. Scripsit
& Morchion græcus de raphano unũ uolumen. Vtilissimi in cibis hyberno tempore
existimãtur. Iidemq; dentibus semper inimici:quoniam atterant. Ebora certe poliũt.
Odiũ iis cũ uite maximũ, refugitq; iuxta satos . Lignosiora sunt reliq̃ in cartilaginũ
genere a nobis posita. Mirũq; õnibus uehementiã saporis inesse. Ex iis pastinacæ unũ
genus agreste sponte prouenit. scaphylinos græce dicitur . Alterum seritur radice uel
semine prĩo uere uel autũno. Vt Hygino placet:februario:augusto:septẽbri:octobri:
solo q̃altissime refosso. Annicula utilis esse incipit : bima utilior:gratior autumno:
patinisq; maxime. Et sic quoq; uirus intractabile illi est. Hibiscũ a pastinaca gracili-
tate distat. Damnatum in cibis : sed medicinæ utile. Est & quartum genus in eadem
similitudine pastinacæ:quã nostri gallicam uocãt : græci uero glaucon. Cuius genera
etiam quattuor fecere:inter medica dicendum. Siser & ipsum Tyberius prĩceps nobi-
litauit:flagitans õnibus ãnis a germania. Gelduba appellatur castellũ rheno ĩpositũ:
ubi generositas præcipua:ex quo apparet frigidis locis conuenire . Inest longitudine
neruus:q in decoctis extrahitur:amaritudinis tamen magna parte relicta:quæ mulso
in cibis temperata etiam in gratiam uertitur. Neruus idem & pastinacæ maiori dũ-
taxat anniculæ. Siser his seritur mensibus:februario: martio:aprili:augusto:septẽbri:
octobri. Breuior his est sed torosior : amariorq; inula per se stomacho inimicissima.
Eadem dulcibus mixtis saluberrima. Pluribus modis austeritate uicta gratiã inuenit.
Nanq; & in pollinem tundit̃ arida. liquidoq; dulci temperatur:& decocta postea aut
adseruata uel macerata pluribus modis:& tunc mixta defruto : aut subacta melle:
uuisue passis : aut pinguibus cariotis . Alio rursus modo cotoneis malis:uel sorbis:
aut prunis. Aliquando pipere aut thymo uariata defectus præcipue stomachi excitat.
Illustrata maxime Iuliæ Augustæ quotidiano cibo. Superuacuũ eius semẽ:quoniam
oculis ex radice excisis ut harundo seritur. Et hæc aũt serit̃ & siser & pastinaca utroq;
tempore uere & autũno magnis seminũ interuallis. nullaue minus quaternorų pedũ
quoniã spatiose fruticat. Siser aũt trãsferre melius. Proxima his est bulborum nat̃a:
quos Cato in primis serendos præcipit:celebrans megaricos . Verum nobilissima est
scylla:quanq̃ medicamini nata acetoq; exacuendo . Nec ulli amplitudo maior:sicut
nec uis asperior. Duo genera medicæ. Masculus albis foliis : fœmina nigris. Et tertiũ
genus est cibis gratum. Epimenidiũ uocat̃:angustius folio:ac minus aspero. Seminis
plurimum omnibus. Celerius tamen proueniunt satæ bulbis circa latera natis. Et ut
crescant:folia quæ sunt iis ampla:deflexa circa obruuntur . Ita succum omnem in se
trahũt capita. Sponte nascunt̃ copiosissime in balearibus ebusoq; insulis:ac p hispa-
nias. Vnum de iis uolumẽ condidit Pythagoras philosphus:colligens medicas uires:
quas proximo reddemus libro. Reliqua bulborų genera differũt colore:magnitudine:
suauitate. Quippe cum quidã crudi mandant̃:ut in cherrõneso taurica. Post hos in
africa nati maxime laudant̃. Mox apuli genera græci hæc fecere balbinon:sitanion:
pithyon:acrocoriõ:egylops:isorrynchiõ. In hoc mirų:imas eius radices crescere hyme.
Verno aũt cũ apparuerit uiola:minui ac contrahi:tum deinde bulbum pinguescere.
Est inter genera quod in ægypto aron uocant:scyllæ proximũ amplitudine : foliis la-
pati:caule recto duũ cubitorum baculi crassitudine:radice mollioris naturæ:quæ edat̃
& cruda. Effodiũtur bulbi ante uer. At deteriores illico fiũt:si finduntur. Signũ ma-
turitatis:folia inarescentia ab imo . Vetustiores improbant. Item paruos & longos .

Contra rubicundis rotūdioribusq; laus:& grandissimis. Amaritudo plerisq; ī uertice
est. Media eorū dulcia. Bulbus non nasci nisi ex semine: priores tradiderūt. Sed & in
prenestinis campis sponte nascunt: ac sine modo: etiam in remorū aruis.

¶DE Hortensiū herbaꝝ radicibus foliis floribus coloribus ¶Ca. v.

HOrtēsibus oībus fere sigulæ radices: ut rhaphano: betæ: apio: maluæ. Amplissīa
aūt lapato: ut quæ descendat ad tria cubita. Siluestri minores tumidæ. Effossa
quoq; diu uiuit. Quibusdam tamē capillatæ: ut apio: maluæ. Quibusdā surculosæ:
ut ocino. Aliis carnosæ: ut betæ: aut magis etiānū croco. Aliquibus ex cortice & carne
constant: ut rhaphano & rapis. Quorūdam geniculatæ sunt: ut graminis. Quæ rectā
non habent radicem: statim plurimis nituntur capillamentis: ut atriplex: & blitum.
Scylla autem & bulbi & cepe & allium: nō nisi in rectum radicantur. Spōte nascētiū
quædam numerosiora sunt radice q̄ folio: ut calax: perdiotum: crocum. Florent uero
cum fraxino: serpillum: ambrotonum: napi: rhaphani: menta: ruta. Et cætera quidem
deflorescūt cum cœpere. Ocimū autem particulatim: & ab imo incipit. Qua de causa
diutissime floret. Hoc & in heliotropio herba euenit. Flos aliis candidus: aliis luteus:
aliis purpureus. Folia cadunt a cacuminibus origano: inulæ: & aliquādo rutæ iniuria
lesæ. Maxime concaua sunt cepe: getio. Allium: cepasq; inter deos iureiurando habet
ægyptus. Cepe genera apud græcos: sarda: samothracia: halsidena: setania: itē scirta.
Ascalonia ab oppido iudææ nominata. Omnibus etiā odor lachrymosus & præcipue
cypriis: minime gnidiis. Omnibus corpus tutum pinguitudinis earū cartilagine. E
cunctis setania minima: excepta thusculana sed dulcis. Scirta autem & ascalonia cō-
duntur. Scirtam hyeme cum coma sua relinquunt. Vere folia detrahunt. Et alia sub-
nascuntur iisdem diuisuris: unde & nomen. Hoc exemplo reliquis quoq; generibus
detrahi iubent: ut in capita crescant: potius q̄ in semetipsa. Ascaloniarum propria
natura. Etenim uelut steriles sunt ab radice. & ob id semine seri illas: non deponi
iussere græci. Præterea serius circa uer cum germināt transferri. Ita crassescere. Et tunc
properare: præteriti temporis pensitatione. Festinandū aūt in his est: quoniā maturæ
celeriter putrescunt. Si deponātur: caulē amittunt: & semē. ipsæq; euanescunt. Est &
colorū differentia. Samo enim & sardibus candidissimæ proueniūt. Sunt in honore
& creticæ: de quibus dubitant an eædem sīt: quæ ascalonicæ: quoniā satis capita cras-
sescunt: depositis caulibus & semine. Distant sapore tantum dulci. Apud nos duo
prima genera. Vnū cōdimentarium: quod illi getion: nostri pallacanam uocāt. Serit
mensibus martio: aprili: maio. Alterū capitatū æque ab æquinoctio autumni uel fa-
uonio. Genera eius austeritatis ordine: affricana: gallica: thusculana: amiternina.
Optima aūt quæ rotundissima. Item ruffa acrior q̄ candida: sicca q̄ uiridis: & cruda
q̄ cocta: sicca q̄ condita. Seritur amiternina frigidis & humidis locis. Et sola allii
modo capite: reliquæ semine. Proximaq; æstate nullum semen emittunt: sed caput
tantum: quod inarescit. Sequenti autem anno permutata ratione semen gignitur.
Caput ipsum corrumpitur. Ergo omnibus annis separatim semen cepe causa seritur.
Sepatim cepe seminis. Seruantur autem optime in paleis. Getium pene sine capite
est: ceruicis tantum longæ. & ideo totum in fronde: sæpiusq; resecatur: ut porrum.
Ideo & illud serunt: nō deponunt. Cætero cepas ter fosso solo seri iubent: extirpatis
radicibus herbarum. In iugere denas libras. Intermisceri satureiā quoniā melius pro-
ueniat. Runcari præterea: & sarriri si nō sæpius quater. Ascaloniam mense februario
serūt nostri. Semen ceparum nigrescere incipiēs anteq̄ marcescat: metūt. Et de porro
in hanc cognationem dici conuenit: præsertim cū sectiuo nuper auctoritatem dederit
princeps Nero: uocis gratia ex oleo æstatis mensium omnibus diebus. Nihilq; aliud
ac ne pane quidem uescendo. Seritur semine ab æquinoctio autūno si sectiuū facere
libuerit densius. In eadem area secatur donec deficiat. stercoraturq; semper. si nutrit ī
capita: anteq̄ secetur: cum increuerit: in aliam aream transferatur sūmis foliis leniter

recisis ante medullam et capitibus retractis tunicisue extremis. Antiq silice uel tegula subiecta capita dilatabāt. Hoc item de bulbis. Nunc sarculo leuiter cōuellūtur radices ut delumbatæ alant: neq; distrahant. Insingne: q; cū fimo lætoq; solo gaudeat: rigua odit. et tamen proprietate quadam soli constat. laudatissimus in ægypto: mox orchiæ atq; ariciæ. Sectiui duo genera. Hoc herbaceū folio incisuris eius euidētibus quo utūť medicamentarii. Alterū genus suauidioris foliū rotundioris q;: incisuris leuioribus. Fama est Melā equestris ordinis reū ex ꝓcuratione a Tiberio principe accersitū ĩ sūma desperatiōe succo porri ad triū denariorū argenteoꝝ pondus hausto: cōfestĩ expirasse sine cruciatu. Ampliorē modū negāt noxiū esse. ❡ Alliū ad multa ruris præcipue medicamenta prodesse creditur. Tenuissimis & quæ separantur: in uniuersum uelatur mēbranis: mox pluribus coagmētatur nucleis: & iis sepatim uestitis. Asperi saporis. & quo plures nuclei fuere: hoc est asperius. Tediū huic quoq; halitu ut cepis: nullum tamen coctis. Generum differentia in tempore. Præcox maturescit. lx. diebus: tum in magnitudine. Vlpicum quoq; in hoc genere græci appellauere allium cyprium: alii antiscordon: præcipue africæ celebratum inter pulmentaria ruris grandius. Allio trito in oleo et aceto mirū q̃tum increscat spuma. Quidam et allium ulpicum ĩ plano seri uetant: castellatimq; grumulis imponi distantibus inter se pedes ternos. Inter grana quattuor digiti interesse debent. simul atq; tria folia eruperint sarriri. Grādescūt quo sæpius sarriuntur. Maturescentium caules depressi in terram obruuntur: ita cauetur ne ĩ frondem luxurient. In frigidis utilius uere seri q̃ autumno. Cæterum ut odore careant omnia hæc iubentur seri: cum luna sub terra sit: colligi cum in coitu. Sine iis Menāder e græcis auctor est: allium edentibus si radicem betæ ĩ pruna tostā supederit odorem extingui. Sunt qui et alliū et ulpicum inter compitalia ac saturnalia seri aptissime putent. Alliū et semine prouenit sed tarde. Primo enĩ anno porri crassitudine capite efficitur. sequenti diuiditur. tertio consumatur. pulchriusq; existimatur tale. a quibusdā ĩ semē exire uetatur: sed ĩtorqueri caulis sationis gratia ut caput ualidius fiat. Quod si diutius alliū cepeq; ĩueterari libeat: aqua salsa tepida capita ĩtinguēda sunt: ita diuturniora fient melioraq; usui: sed in satu sterilia. Alii contenti sūt primo super prunas suspendisse: abundeq; ita profici arbitrantur: ne germinent. quod facere alliū cepāq; extra terram quoq; certū est: et cauliculo acto euanescere. Aliqui et alliū palea optime seruari putant. Alliū est et ĩ aruis sponte nascēs. alum hoc uocāt: quod aduersus improbitatem alitum depascētium semina: coctū: ne renasci possit: abiicit. statimq; quæ deuorauere aues stupentes manu capiuntur. et si paulum cōmorauere resopitæ. Est et siluestre et quod ursinum uocāt: odore molli: capite prætenui: foliis grandibus. ❡ Quoto die quæq; herbæ nascuntur satæ: & quō quæq; formantur uel digerantur: & quorum singula genera: et quoꝝ plura. ❡ Cap. vi.

IN horto satoꝝ celerrime nascuntur ocimum: blitum: napus: eruca. Tertio enĩ die erūpunt: anetum quarto: lactuca quinto: rhaphanus sexto: cucumis et cucurbitæ septimo: prior cucumis: nasturtium ac sinapi quĩto: beta æstate sexto hyeme decimo: atriplex octauo: cepe. xix. aut. xx. getiū decimo aut. xii. Contumacius coriandrum. Cunila quidem et origanū post. xxx. diem. Omnium difficillime apium. xl. ei die cum celerrime maiore ex pte emergit. Aliquid et seminum ætas confert: quoniam recentiora maturius gignūtur. In porro: getio: cucumere: cucurbita. Ex uetere autem celerius proueniunt: apium: beta: cardamum: cunila: origanum: coriandrum. Mirum in betæ semine. non enim tota eodem anno gignitur: sed aliquid sequente: aliquid tertio. Itaq; ex copia seminis modice nascitur. Quædam āno tātū suo pariūt: quædā sæpius: sicut apium: porrum: getium. Hæc enim semel sata pluribus annis restibili fertilitate proueniūt. Semina plurimis rotūda: aliquibus oblonga: paucis foliacea: & lata: ut atriplici. Quibusdā angusta & canaliculata ut cumino. Differunt & colore: nigro candidoq;: item duricie. Surculacea in folliculo sunt rhaphano: sinapi: rapo.

Nudum semen apii:coriandri:aneti: fœniculi:cumini. Cortice obducta bliti:betæ: atriplicis:ocimi. At lactucis in lanugine. Nihil ocimo fœcundius. Cum maledictis ac probris serendum præcipiunt: lætius proueniet. Satum etiam pascitur terra adacta cuminum:& qui serūt præcanťt:ne exeat. Quæ ĩ cortice sūt:difficillime maturescūt: maximeq; ocimum:& gyt. Siccantur omnia ac sunt fœcunda. Vtiq; meliora nascunť aceruatim sato semine: q̄ sparso. Ita certe porrum & allium ferunt in laciniis colligatum. Apium etiam paxillo cauerna facta ac fimo ingesto. Nascuntur autem ōnia aut seīne:aut auulsiōe. Quædā seīne & surculo:ut ruta:origanū. Ocimū præcidūt.n. & hoc cū pueīt ad palmæ altitudinē. Quædā & radice & sēine:ut cepa:alliū:bulbi:& si quorū radicē minimi florū relinquunt. Eorū uero quæ a radice nascūť:radix diuturna & fruticosa est:ut bulbi:getii:scyllæ. Fruticant alia & non capite:ut apium:& beta. Caule reciso fere quidem omnia regerminãt:exceptis quæ non scabrum caulē habēt. Est in usu uero ocimum:rhaphanus:lactuca. Hanc etiam suauiorem putant a regerminatione. Rhaphanus utiq; iucundior detractis foliis anteq̄ decaulescat. Hoc & in rapis. Nam & eadem direptis foliis cooperta terra crescunt:durantq; in æstate. Sīgula genera sunt ocimo:lapato:blito:nasturtio:erucæ:atriplici:coriandro:aneto. Hæc enī ubiq; eadem sunt:neq; aliud alio melius usq̄. Rutam furtiuam tantum prouenire fertilius putant. Sicut apes furtiuas pessime. Nascuntur etiam non sata: mentastrū: nepeta:intubum:pulegium. Contra plura genera sunt eorū:quæ diximus:dicemusq; in primis de apio. ¶Natura & genera & historiæ ad condimenda in horto satarum rerum. xxxvi. ¶Ca. vii.

ID enim quod sponte in humidis nascitur:heliosclinū uocatť uno folio:nec hirsutum. Rursus in siccis hipposelinū:pluribus foliis simile heliosclino. Tertiū est oreoselinum cicutæ foliis:radice tenui:semine aneti:minutiore tamen. Est autem satiuis differentia in folio denso crispo aut rariore & leuiore. Item caule tenuiore ac crassiore. Et caulis aliorum candidus est:aliorū purpureus:aliorum uarius. Lactucæ græci tria fecere genera. Vnum lati caulis:adeo ut urceola & olitoria ex iis factitari prodiderint. Folium his paulo maius herbaceo & angustissimum: ut alibi cōsumpto incremento. Alterum rotundi caulis. Tertium sessile:quod laconion uocant. Alii coloris & temporis satus genera discreuere. Esse enim nigras:quarū semē mēse ianuario feratur: albas quarum martio:rubentes quarū aprili. At ōniū earū plantas post binos menses differri. Diligentiores plura genera faciunt:purpureas: crispas:cappadocias: græcas. Longiora his folia:caulisq; lati. Præterea lōgi & angusti intubis similes. Pessimum aū genus cū exprobratione amaritudinis appellauere picrida. Est etiānū alia distinctio atræ:quæ miconis uocatť a copia lactis soporiferi: quanq̄ omnes somnum parere credanť. Apud antiquos italiæ hoc solū genus earū fuit: & ideo lactucæ nomē adeptæ. Purpureā maxīæ radicis:cecilianā uocāt. Rotūdā uero ac minimæ radicis:latis foliis artylida. Quidamq; eumechion:quoniā hæc maxīe refrageť ueneri. Est quidem natura ōnibus refrigeratrix. & ideo æstate gratæ a stomacho fastidium auferūt: cibiq; appetentiam faciunt. Diuus certe Augustus lactuca conseruatus in ægritudine fertur prudentia Musæ medici:cum prior esset esca e melle. Religio minime omine caret: intantum recepta commendatione: ut seruari etiam in alienos menses eas oximelite reptū sit. Sanguinē quoq; augere credūtur. Est etiam nū quæ uocatť caprina lactuca: de qua dicemus inter medicas. Et ecce cū maxime cœpit irrepere satiuis admodum probata:quæ cilicia uocatur:folio cappadociæ nisi crispū latiusq; esset. Neq; ex eodē genere possunt dici:neq; ex alio intubi hyemis impatientiores:uirusq; præferētes:sed caule non minus grati. Seruntur uerno plantæ eorū:ultimo uere transferuntur. Est & erraticum intubum:quod in ægypto cichorium uocāt:de quo plura alias. Inuētū omnes thyrsos uel folia lactucarum prorogare urceis conditos ac recentes in patinis coquere. Serunť lactucæ anno toto lætis & irriguis stercoratisq; binis mensibus inter

semen plantamq; & maturitatem. Legitimum tamen a bruma semen iacere:plātam in fauonio transferre. Aut semen fauonio:plantā æquinoctio uerno. Albæ maxime hyemem tolerant. Humore omnia hortensia gaudēt & stercore: præcipue lactucæ: & magis intubi. Seri etiam radices illitas fimo interest: & repleri ablaqueatas humo. Quidā & aliter āplitudinē augent:recisis cū ad semipedē excreuerit: fimoq; suillo recenti illitis. Cādorē uero putāt cōtingere iis duntaxat:quæ sunt seminis albi: si arena de littore a primo incremēto congeratur in medias: atq; increscentia folia cōtra ipsas religentur. Beta hortensiorum leuissima est. Eius quoq; a colore duo genera græci faciunt:nigrā:& candidā:quā præferūt: parcissimi seminis:appellantq; siculū:cādoris sane discrimine præferentes ut lactucā. Nostri betæ genera faciūt uernū & autūnale: a tēporibus satiuis. quāq̄ & iunio serat̄. Transferūt aūt in planta hæ quoq;. & oblini fimo radices suas:locumq; similiter madidū amāt. Vsus iis & cū lente ac faba. ideq; qui oleris:& præcipuus:ut lenitas excitetur acrimonia sinapis. Medici innocentiorem q̄ olus esse iudicauere. Quāobrē adpositas non memini degustare etiā religio est:utq; ualidis potius in cibo sint. Gemina iis natura & oleris & capite ipso exilientis. Bulbis species summa in latitudine. ea contingit ut in lactucis: cum cœperint colorē trahere imposito leui pondere. neq; alii hortensiorū latitudo maior. In binos pedes aliquādo se pandunt: multum & soli natura conferente eis. Et in circelensi agro amplissime ꝓueniunt. Sunt qui betas punico malo florente optime seri existiment: transferri autē cū quinq; folioꝝ esse cœperint. Mira differentia: si uera est: candidis solui aluos: modice nigris inhiberi. Et cum brassica corrūpatur in dolio uini sapor: odore betæ foliis demersis restitui. Olus caulesq;:quibus nunc principatus hortorum: apud græcos in honore fuisse non reperio. Sed Cato brassicæ miras canit laudes: quas in medēdi loco reddemus. Genera eius facit tria. Vnam extentis foliis: caule magno. Alteram crispo folio: quā apianam uocat. Tertiam minutis caulibus lenem tenerā: minimeq; probat. Brassica toto anno seritur: quoniam & toto secatur. Vtilissime tamen ab æquinoctio autūni. Transfertur: cum quinq; foliorū est. Cimas a prima sectione præstat proxio uere. Hic est quidam ipsorū caulium delicatior teneriorq; cauliculus Apitii luxuria. Et per eum Druso Cæsari fastiditus non sine castigatione Tiberii patris. Post cimā ex eadem brassica contingunt æstiui autumnalesq; cauliculi: mox hyberni: iterumq; cimæ. nullo æque genere multifero: donec sua fertilitate cōsumatur. Tertia circa solstitiū: ex qua si humidior locus est æstate: si siccior: autūno plantat̄. Humor fimusq; si defuere: maior saporis gratia est: si abundauere: lætior fertilitas. Fimum asininum maxime conuenit. Est hæc quoq; res inter opera ganeæ. Quapropter non pigebit uerbosius persequi. Præcipuus fit caulis sapore ac magnitudine. Primū omnium si in repastinato seras: dein si terrā fugientes cauliculos seces: a terraq; proceritate luxuriosa attollentes se exaggerando aliā attumules ita: ne plus q̄ cacumē emineat. Tritianum hoc genus uocatur: bis computabili impendio: tedioq;. Cætera genera complura sūt. cumanū: sessile: folio capite patulū. Aricinū altitudine nō excelsius: folio numerosius q̄ tenuius. hoc utilissimum existimatur: quia sub omnibus pene foliis fruticat cauliculis peculiaribus. Pompeianū procerius caule ab radice tenui intra folia crassescit. rariora hæc: angustioraq;: sed teneritas in dote fit. Frigora non tolerat. Quibus etiam aluntur britiani prægrandes foliis: caule tenues: sapore acuti. Sabellico usq; ī ammirationem crispa sunt folia. quorū crassitudo caulem ipsum extenuat: sed dulcissimi perhibēt̄ ex oībus. Nuꝑ subiere lacuturres ex cōualle aricina: ubi quōdā fuit lacus turrisq; quæ remanet: capite prægrādes: folio innumeri. Alii in orbem porrecti. Alii in latitudinē torosi. nec plus ullis capitis post tricianū: cui pedale aliquādo cōspicit̄. Et cima nullis serior. Cuicūq; aūt generi pruinæ plurimū suauitatis conferunt. Et nisi obliquo uulnere defendatur medulla: plurimū nocent. Semini destinati non secant̄. Est etiam sua gratia nōnūq̄ plantæ habitu excellentibus. Halmyridia uocāt: quoniā

nisi in maritimis nō proueniunt. Nauigatiōe quoq; lōginqua uiridibus adseruatis. Statī desecti: ita ne humū attingāt: in cados olei quāq̄ proxime siccatos obturatosq; cōduntur: omni spiritu excluso. Sunt qui plantā in transferendo alga subdita pedi/culo nitroue trito: quod tribus digitis capiatur: celeriores ad maturitatem fieri putēt. Sunt qui semen trifolii nitrūq; simul tritū aspgant foliis. Nitrum etiā in coquendo uiriditatem custodit. Aut apitiana coctura oleo ac sale priusq̄ coquāt': maceratis. Est inter herbas genus inserendi præcisis germinibus caulis: & in medullam semine ex aliis addito. Hoc & in cucumere siluestri. Necnō olus quoq; siluestre est triū foliorū diui Iulii carminibus præcipue iocis militaribus celebratū. Alternis quippe uersibus exprobrauere lapsana se uixisse apud dyrrachium premiorū parsimoniā cauillātes. Est autem id cima siluestris. Omnium hortensiorum laudatissima cura asparagis. De origine eorum in siluestribus curis abunde dictum: & quomodo eos iuberet Cato in arundinetis seri. Est & aliud genus incultius: asparago mitius corruda passī etiam in montibus nascens: refertis superioris germaniæ campis: non inscito Tyberii Cæsaris dicto: herbam ibi quādam nasci simillimam asparago. Nam quod in heside cāpaniæ insula spōte nascitur: longe optimum existimatur hortensium. Seritur spongiis. Est enim plurimæ radicis: altissimeq; germinat. Viret thyrso primum emicāte. Qui cau/lem educens tempore ipso quo fastigatus est in toros strīgitur. Potest & semine seri. Nihil diligentius comprehendit Cato. nouissimūq; libri est: ut appareat repentinam ac nouiciam uiro curam fuisse. Locū subigi iubet humidū aut crassum. Semipedali undiq; interuallo seri: ne calcetur. Præterea ad lineam grana bina aut terna paxillo di/mitti. Videlicet semine tum tantum serebantur. Id fieri secundum æquinoctium uernū. Stercore satiari. Crebro purgari. Caueri ne cū herbis euellantur asparagi. Prīo anno stramento ab hyeme protegi. Vere aperiri: sarriri: runcari. Tertio incendi uerno. Quo maturius incensus est: hoc melius prouenit. Itaq; harundinetis maxīe cōuenit: quæ festinant incendi. Sarriri iubet idem non anteq̄ asparagus natus fuerit: ne in sarriendo radices uexētur. Ex eo uelli asparagū ab radice. Nā si defringat': stirpescere & intermori. Velli donec in semen eat. Id autem maturescere ad uer: incendique. Ac rursus cum apparuerint asparagi sarriri: ac stercorari. Ac post annos nouem cum iam uetus sit: digeri subacto solo stercoratoq;. Tum spōgiis seri singulorū pedū īteruallo. Quin & ouillo fimo nominatim uti: quoniam aliud herbasceret. Nec quicq̄ postea tentatum utilius apparuit: nisi q̄ circa idus februarii defosso semine aceruatis puulis scrobibus serūt: plurimū maceratū fimo. Dein nexis inter se radicibus spōgias factas post æquinoctium autūni disponūt pedalibus interuallis: fertilitate in denos annos durante. Nullum gratius iis solum q̄ rauennatiū. Hortorū indicauimus corrudam. hunc intelligimus siluestrem asparagum: quē græci orminū aut myacanthon uocant aliisue noībus. Inuenio nasci & arietis cornibus tusis atq; defossis. Poterāt uideri dicta omnia: quæ in precio sunt: nisi restaret res maximi quæstus non sine pudore dicenda. Certum est quippe carduos apud carthaginem magnam cordubamq; præ/cipue sestertia sena milia e paruis iis reddere: quoniā portenta quoq; terrarū in ganeā uertimus. etiam ea quæ refugiūt quadrupedes consciæ. Carduos ergo duobus modis serunt autumno: planta & semine ante nonas martias. Plantæq; quæ ex eo disponēt': ante idus nouembris: aut in locis frigidis circa fauonium. Stercorantur etiā si placet: lætiusq; proueniunt. Ocimū parilibus optime seri ferunt. Quidā & autūno: iubētq; cum hyeme seratur: aceto semen perfundi. Eruca quoq; & nasturcium uel æstate uel hyeme facillime nascūtur. Eruca præcipue frigorū contemptrix diuersæ est: q̄ lactuca naturæ. Concitatrix ueneris. Iccirco iungitur illi fere in cibis: ut nimio frigori par fer/uor immixtus temperamentum æquet. Nasturtium nomen accepit a nariū tormēto. Et īde uigoris significatio prouerbio id uocabulū usurpauit: ueluti torporē excitātis. In arabia mire amplitudinis dicit' gigni. Ruta quoq; seritur fauonio & ab æqnoctio

autumni. Odit hyemem & humorẽ ac fimũ. Apricis gaudet & ſiccis: terra q̃maxime lateritia. Cinere uult nutriri. Hic & ſemini miſcet̃: ut careat erucis. Auctoritas etiam peculiaris apud antiquos ei fuit. Inuenio muſtum rutatum populo datũ a Cornelio Cethego in conſulatu collega. Q. Flaminii comitiis pactis. Amicicia eſt ei & cum fico intantum ut nuſq̃ lætior proueniat q̃ ſub hac arbore. Seritur & ſurculo melius in perforatam fabam inditoq; ſucco nutrit comprehendendo ſurculum. Seritur & a ſeipſa. nanq; incuruato cacumine alicuius rami: cum attigerit terram: ſtatim radicatur. Eadẽ & in ocimo natura: niſi ꝙ difficilius areſcit. Sed durata runcatur: nõ ſine difficultate prouenientibus ulceribus: ni munitis manibus id fiat: oleoue defenſis. Conciduntur autem & eius folia: ſeruanturq; faſciculis. Ab æquinoctio uerno ſeritur apiũ: ſemine paulum in pila pulſato. Criſpius ſic putant fieri: aut ſi ſatum calcetur cylĩdro: pedibuſue. Proprium ei: ꝙ colorem mutat. Honos ipſi in achaia coronare uictores ſacri certaminis nemeæ. Eodem tempore ſeritur menta planta: uel ſi nondum germinat. ſpõgia minus hæc humido gaudet. Aeſtate uiret. Hyeme flaueſcit. Genus eius ſilueſtre mentaſtrum eſt. Et hoc propagatur ut uitis: uel ſi uniuerſi rami ſerantur. Mentæ nomen ſuauitas odoris apud græcos mutauit: cum alioquin mintha uocaret̃. Vnde ueteres noſtri nomen declinauerũt. Grato menta menſas odore percurrit in ruſticis dapibus. Semel ſata diutina ætate durat. Congruit pulegio cuius natura ĩ coronariis refloreſcens ſæpius dicta eſt. Hæc quoq; ſeruant̃ ſimili genere: mentã dico pulegiũq; & nepitam. Condimentoꝝ tamẽ õniũq; faſtidiis ciminũ amiciſſimũ. Naſcit̃ ĩ ſũma tellure uix hærens: & in ſublime tendens. In putribus & calidis maxime locis: medio ſerendũ uere. Alterum eius genus ſilueſtre quod ruſticũ uocãt: alii thebaicũ. Si tritũ ex aqua potetur: in dolore ſtomachi prodeſt. In carpẽtania noſtri orbis maxĩe laudat̃. Alioquin æthiopico africoq; palma eſt. Quidã huic ægyptiũ præferunt. Sed præcipue oluſatrum miræ naturæ eſt. Hipposelinũ græci uocãt: alii ſmynion. E lachryma caudicis ſui naſcitur. Seritur & radice. Succum eius qui colligũt murræ ſaporem habere dicũt. Auctorq; eſt Theophraſtus murra ſata natũ. Hippoſelinũ ueteres præceperãt in locis incultis: lapidoſis: iuxta maceriã ſeri. Nũc & repaſtinato ſeritur: & a fauonio poſt æquinoctiũ autũnũ. Quippe cum capparis quoq; ſeratur ſiccis maxime: area in defoſſu cauata: ripiſq; undiq; circũſtructis lapide: alias euagat̃ per agros: & cogit ſolũ ſterileſcere. Floret æſtate. Viret uſq; ad uergiliarũ occaſũ. Sabuloſis familiariſſimũ. Vitia eius quod trans maria naſcitur: diximus inter peregrinos frutices. Peregrinum: & careum gentis ſuæ nomine appellatum: culmis principale. In quacunq; terra ſeri uult ratione eadem qua oluſatrũ. Laudatiſſimũ tamen in caria: proximum phrygia. Liguſticum ſilueſtre eſt. In liguriæ ſuæ mõtibus ſeritur. Vbiq; ſuauius ſatiuum: ſed ſine uiribus. Panacem aliqui uocãt. Crateias apud græcos cunilam bubulam eo noĩe appellat. Cæteri fere cunizamidẽ: cunilaginem. Thymbram uero quæ ſit cunila. Hæc apud nos habet uocabulũ & aliud ſatureia dicta in cõdimentario genere. Serit̃ mẽſe februario: origano æmula. Nuſq̃ utrũq; additur: quippe ſimilis effectus. Sed cunilæ ægyptium origanũ tãtũ præfertur. Peregrinum fuit & lepidũ. Seritur a fauonio. Deĩ cũ fruticauerit: iuxta terrã præciditur. Tunc runcat̃: ſtercoraturq;. Per biennium hæc. Poſtea iiſdem fruticibus utunt̃: ſi non ſæuicia hyemis ingrauat: quãdo ĩpatiẽtiſſimũ eſt frigoꝝ. Exit & in cubitalem altitudinem: foliis laurinis: ſed mollibus. Vſuſq; eius nõ ſine lacte. Git piſtrinis aniſum: & anetum culinis: & medicis naſcunt̃. Sagapenũ & ipſum in hortis quidem: ſed medicinæ tãtum. Sunt quædã comitãtia alioꝝ ſatus: ut papauer: nanq; cũ braſſica ſeritur. Ac porculaca & eruca cum lactuca. Papaueris ſatiui tria genera. Candidum: cuius ſemen toſtum in ſecunda menſa cum melle apud antiquos edebat̃. Hoc & panis ruſtici cruſtæ inſpergitur: adfuſo ouo inhærens. Vbi inferiorem cruſtam apio: gitq; ceriali ſapore condiunt. Alterum genus papaueris nigrum: cuius ſcapo inciſo lacteus ſuccus exprimitur. Tertium genus rhyan uocant

græci : id nostri erraticum. Sponte quidem: sed maturius: cum hordeo maxíe nascit: erucæ simile: cubitali altitudine: flore ruffo & ꝓtinus deciduo: unde & nomẽ a græcis accepit. De reliquis generibus papaueris spõte nascentis docebimus ĩ medicinæ loco. Fuisse autem in honore apud romanos semper indicio est Tarquinius Superbus: qui legatis a filio missis decutiendo papauera in horto altissima: sãguinarũ illud respõsum hac facti ambage reddidit. Rursus alio comitatu æquinoctio autumni seruntur coriãdrum: anetum: atriplex: maluæ: lappati: cerefoliũ. quod pederoton græci uocãt. & acerrimũ sapore: igneiq; effectus ac saluberrimum corpori. Sinapi nulla cultura: melius tamen plãta relata. Quin e diuerso uix est sato semel eo liberare locũ: quoniã semen cadens protinus uiret. Vsus eius etiã pro pulmentario in patellis decocto citra intellectum acrimoniæ. Coquunť & folia sicut reliquorũ olerũ. Sunt autem trium generum: unum gracile: alteꝝ rapi foliis simile: tertiũ erucæ. Semẽ optimũ ægyptiũ. Athenienses napi appellauerũt: alii tapsi: alii saurion. Serpylo & sisimbrio montes pleriq; scatent: sicut thracia. Aut aquæ deferũt ex iis auulsos ramos: seruntq;. Item sicyone ex suis montibus: & athenis ex hymetto. Simili modo & sisimbrium serunt. Lætissimum nascitur in puteorum parietibus: & circa piscinas & stagna.

¶DE Fœniculo & canabe. ¶Capitulũ. viii.

Eliq̃ sũt ferulacei gñis ceu fœniculũ: ãguibus (ut dixĩus) gratissimũ: ad cõdiẽda plurima cũ ĩaruerit. Eiq; pq̃similis thapsia: de qua dixĩus ĩter externos frutices. Deĩde utilissĩa funibus canabis. seriť a fauonio. Quo densior ẽ: eo tenerior. Semẽ eius cũ ẽ matuꝝ ab æqnoctio autũni defrĩgiť. & sole aut uẽto aut fumo siccať. Ipsa canabis uellitur post uindemiam. ac lucubratiõibus decorticata purgatur. Optima alabãdica: plagarum præcipue usibus. Tria ibi eius genera. Improbatur cortici proximum aut medullæ. Laudatissimũ est e medio: quæ mesa uocatur. Secunda milasea. Quod ad proceritatem quidem attinet: rosea agri sabini arborum altitudinem æquat. Ferulæ duo genera in peregrinis fruticibus diximus. Semẽ eius ĩ italia cibus est. Cõdiť qppe: duratq; in urceis uel anni spatio. Duo ea genera: caules & racemi. Corymbiam hanc uocant: corymbosq; quos condiunt.

¶DE Morbis hortoꝝ: & remedia circa formicas & erucas & culices. Ca. ix.

Orbos hortensia quoq; sentiunt: sicut reliqua terræ sata. Nanq; & ocimum se necat. degeneratq; rite in serpillum: & sisimbriũ in calamintham. Et ex semine brassicæ ueteris rapæ fiunt. Atq; inuicem enecať cyminum ab uno dorso nisi repurgetur. Est autem unicaule: radice bulbo simili non nisi in solo gracili nascens. Alias priuatim cymini morbus scabies. Et ocimũ sub canis ortu pallescit. Omnia uero accessu mulieris menstrualis flauescunt. Bestiolarũ quoq; genera innascuntur. Napis culices: raphano erucæ: & uermiculi. Item lactucis & oleri. Vtrisq; hoc amplius limaces & cocleæ. Porro uero priuatim animalia: quæ facillime stercore iniecto capiũtur: condentia in id se. Ferro quoq; non expedire tangi rutam cunilam mentam ocimũ auctor est Sabinus Tyro ĩ libro cepuricon: quẽ Mœcenati dicauit. Itẽ cõtra formicas non minimũ hortorũ exitiũ si non sint rigui: remedium mõstrauit limo marino aut cinere obturatis earum foraminibus. Sed efficacissime heliotropio herba necantur. Quidã & aquã diluto latere crudo inimicam eis putant. Naporum medicinæ sunt: siliq̃s una seri: sicut olerum cicer. Arcet enim erucas. Quæ si omisso iam natæ sint: remediũ absĩthii succus decocti inspersus sedi: quã anagoꝝ uocãt. Genus hoc herbæ diximus. Semen olerũ si succo eius madefactũ seratur: olera nulli animaliũ obnoxia futura tradunt. In totum uero nec erucas si palo imponãtur in hortis ossa capitis ex eqno gñe fœminæ duntaxat. Aduersus erucas & cancrũ fluuiatilem in medio horto suspensum auxiliari narrant. Sunt qui sanguineis uirgis tangant ea: quæ nolunt his obnoxia esse. Infestant & culices hortos riguos præcipue si sunt arbusculæ aliquæ. Hi galbano accenso fugantur.

¶Quæ magis ſint fortia uel minus: & quibus ſalſæ aquæ proſint. ¶Ca.x.

NAm quod ad permutationẽ ſeminũ attinet: quibuſdã ex iis firmitas maior eſt: ut coriãdro: betæ: porro: naſturtio: ſinapi: erucæ: cunilæ: & fere acribus. Infirmiora aũt ſunt atriplici: ocimo: cucurbitæ: cucumi: & æſtiua õnia hybernis magis durãt: minime autem getium. Sed ex iis: quæ ſũt fortiſſima: nullum ultra quadrimatũ utile eſt dũtaxat ferendo. Cunilis & ultra tempeſtiua ſunt. Peculiaris medicina rhaphano: betæ: rutæ: cunilæ: in ſalſis aqs quæ plurimũ ſuauitati & fertilitati conferunt. Cæteris dulciũ aquaꝝ rigua proſũt. Vtiliſſĩæ ex iis aquæ frigidiſſimæ: & quæ potu ſuauiſſĩæ. Minus utilis e ſtagno: & quas ſilices inducunt: quoniã herbarũ ſemina inuehũt. Præcipue tamen hymbres alũt. Nam & beſtiolæ innaſcentes necantur.

¶Ratio rigandorũ hortorũ : & quæ tranſlata meliora fiant: & de ſuccis hortenſiorũ & ſaporibus. ¶Capitulum.xi.

HIs horæ rigandi: matutina: atq; ueſpera: ne inferueſcat aqua ſole. Ocimo tãtum & meridiana etiam. Satum celerrime erumpere putant inter initia ferueñti aq̃ aſperſũ. Omnia aũt tranſlata meliora : grandioraq; fiunt: maxime porri : napiq;. In tranſlatione & medicina eſt: deſinuntq; ſẽtire iniurias: ut getium: porrum: rhaphani: apium: lactucæ: rapa: cucumis. Omnia aũt ſilueſtria fere ſũt & foliis minora & caulibus: ſucco acriora: ſicut cunila: origanũ: ruta. Solũmodo ex õnibus lapatũ ſilueſtre melius. Hoc inſatiuum rumex uocatur: naſciturq; fortiſſimũ. Traditur ſemel ſatum durare: nec unq̃ uitiari terra maxime iuxta aquã. Vſus eius cũ ptiſana tantũ in cibis leuiorem gratioremque ſaporem præſtat. Silueſtre ad multa medicamenta utile eſt. Adeoq; nihil amiſit cura: ut carmine quoq; comprehenſũ repperim : in fabis caprini fimi ſingulis cauatis: ſi porri: erucæ: lactucæ : apii: intubi: naſturtii ſemina incluſa ſerant̃: mire ꝓuenire. Quæ ſũt ſilueſtria: eadẽ inſatiuis ſicciora intelligũt̃ : & acutiora. Nanq; & ſuccoꝝ ſaporũq; dicenda differẽtia eſt: uel maior in iis q̃ pomis. Sunt autẽ acres cunilæ: origani: naſturtii: ſinapis. Amari abſĩthii: centaureæ. Aq̃tiles cucumeris: cucurbitæ: lactucæ. Acuti tantum cunilæ. Acuti & odorati: apii: aneti: fœniculi. Salſus tantum e ſaporibus non naſcitur: aliquando extra inſidit pulueris modo : & circulis tãtum aquæ ut intelligatur uana ceu plerunq; uitæ perſuaſio. Panax piperis ſaporẽ reddit. Et magis etiam ſiliquaſtrũ: ob id piperitidis nomine accepto. Libanotis odorẽ thuris: murra myrræ. De panace abunde dictũ eſt. Libanotis locis putridis & macris ac roſcidis ſeritur. Radicem habet oluſatri: nihil a thure differentem. Vſus eius poſt ãnũ ſtomacho ſaluberrimus. Quidã eã nomĩe alio roſmarinũ appellãt. Et ſmyrniũ olus ſeritur iiſdem locis. Murraq; radicẽ recipit. Eadẽ & ſiliquaſtro ſatio. Reliqua a cæteris & odore & ſapore differũt ut anetũ. Tantaq; eſt diuerſitas atq; uis: ut nõ ſolũ aliud alio mutetur : ſed etiam in totũ auferatur. Apio eximi incoctis obſoniis aceto: in eodem cellario ĩ ſaccis odorem uino grauem. Et hactenus hortenſia dicta ſint ciborũ gratia duntaxat. Maximũ quidẽ opus in iiſdem naturæ reſtat : quoniã ꝓuẽtus tantũ adhuc ſũmaſq; quaſdã tractauimus. Vera aũt cuiuſq; natura non niſi medico effectu prænoſci poteſt: opus ingẽs occultumq; diuinitatis: & quo nullũ reperiri poſſit maius. Ne ſingulis id rebus contexeremus: iuſta fecit ratio: cum ad alios medendi deſideria pertinerent: longis utriuſq; dilationibus futuris ſi miſcuiſſemus. Nũc ſuis quæq; partibus conſtabunt. poteruntq; a uolentibus iungi.

¶CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER .XX.

¶PROOEMIVM.

MAXIMVM HINC OPVS NATVRAE ordiemur : & cibos suos homini narrabimus. faterirq; cogēus ignota esse p quæ uiuat. Nemo id paruū ac modicū existimauerit nominū uilitate deceptus. Pax secū in his aut bellū naturæ dicet: odia amiciciæq; rerū surdarū ac sensu carentiū. Et quo magis miremur: omnia ea hominum causa: quod græci simpathian appellauere: qbus cuncta constant: ignes aqs restinguētibns: aquā sole deuorante: luna piente. Altero alterius iniuria deficiente sydere. Atq; ut a sublimioribus recedamus: ferrū ad se trahente magnete lapide: & allio rursus abigente a sese. Adamātē opū gaudium infragilem omni cætera ui & inuictū: sanguine hircino rūpēte. Quæq; alia in suis dicemus locis paria: uel maiora mira. Tantū uenia sit: a minimis: sed a salutaribus ordiemur. Primūq; ab hortēsibus.

DE Cucumere siluestri & elaterio Capitulum. i.

CVcumim siluestrem esse diximus multo infra magnitudinem satiui. Ex eo fit medicamentū quod uocatur elateriū succo expresso e semine. cuius causa nisi maturius incidatur: semen exilit oculorum etiā periculo. Seruatur autem decerptus una nocte. Postero die inciditur harundine. Semen quoque cinere conspergitur ad coercendā succi abundantiā: qui expressus suscipitur aq̄ cælesti: atq; subsidet. Deide in sole cogit in pastillos: ad magnos mortalium usus. Obscuritates & uitia oculorū sanat: genarumq; ulcera. Tradunt hoc succo tactis radicibus uitiū non attigi uuas ab auibus. Radix autem ex aceto cocta podagris illinitur. Succoq; dentium dolori medetur. Arida cum resina impetiginem & scabiem quā psoram & lichenas uocant. Parotidas & panos sanat. Et cicatricibus colorem reddit. Et foliorum succus auribus surdis cum aceto instillatur. Elaterium tempestiuum ē autumno. Nec ullum ex medicamētis longiore æuo durat. Incipit a trimatu. Siquis recentiore uti uelit: pastillos in nouo fictili igne lento in aceto domet. Idq; melius quo uetustius erit. Quem iam ducentis annis seruatum esse auctor est Theophrastus. Et usq; ad quinquagesimū lucernarum lumina extinguit. Hoc enim ueri experimentum est: si admotū priusq̄ extinguat: scintillare sursum ac deorsum cogat. Pallidum ac leue herbaceo ac scabro melius: ac leniter amarū. Putāt cōceptus adalligato semine adiuuari: si terram non attigerit. Partus uero si in arietis lana alligatum insciētis lumbis fuerit: ita ut ꝓtinus ab ea eximatur: & rapiatur extra domū ipsam. Cucumim qui magnificant: nasci præcipuum in arabia: mox cyrenis. Alii in arcadia tradunt similem heliotropio: cuius īter folia & ramos prouenire magnitudine nucis iuglandis semē. Esse autem ad speciem scorpionis cauda reflexa: sed candida. Aliqui etiam ab eo scorpionū cucumim uocāt. efficacissimum cōtra scorpionū ictus: & semine & elaterio. Et ad purgandum uterꝯ aluosq;. Modus portione uiriū ab dimidio obolo ad solidum. Copiosius necat. Sic & contra phthiriasin bibitur. Et hydropises illitum. Anginas & arterias cū melle & oleo uetere sanat.

DE Anguino cucumere: siue erratico: & de satiuo: & de pepone Cap. ii.

MVlti hunc esse apud nos qui anguinus uocatur: ab aliis erraticus: arbitrāt. Quo decocto sparsa mures de eius medecina non attingunt. Idem podagris cum articulorū morbis decoctū ī aceto illinūt præsentaneo remedio. Lumboꝝ uero dolori semine sole siccato: dein trito. xxx. denariorū pōdere in hemina dato aquæ. Sanat & humores subitos illitum cum lacte mulieꝝ. Purgat eas elateriū. Sed grauidis abortū facit. Suspiriosis prodest. Morbo uero regio in nares coniectum. Lentigines & maculas e facie tollit in sole illitum. Multi eadem omnia satiuis attribuunt. Magnū etiam

in eis momenti.Nanq; & eorū ſemen quantū tres digiti apprehenderit:cum cumino tritū potumq; in uino tuſſientibus auxiliatur.Sed & phreneticis in lacte mulieris.Et dyſentericis acetabuli menſura.Purulenta autem expuentibus cum cumino pari pō-dere.Et iocineris uitiis in aqua mulſa.Vrinā mouet ex uino dulci. Et in renū dolore clyſteribus ſimul cum cumino infunditur. Pepones refrigerant:maxime in cibo. Et emolliunt aluum.Caro eorum epiphoris oculorum aut doloribus imponitur. Radix ſanat ulcera concreta in modū faui:quem cæreon uocant. Eadem contra uomitiones ſiccatur in farina tuſa.Datur quattuor obolis in aqua mulſa: ita ut qui biberit:quī-gentos poſtea paſſus ambulet.Hæc farina & in ſmegmata adiicitur. Cortex quoque uomitionem mouet.faciem purgat.Hoc & folia cuiuſcūq; ſatiui illita.Eadē cū melle epinyctidas ſanant.Cum uino canis morſus.Item multipedem:ipa græci uocant:ob-longā piloſis pedibus:pecori præcipue nociuā.Morſū tumor inſequitur: & putreſcit locus ipſe.Cucumis odore defectū animi.Coctos deraſo cortice ex oleo aceto & melle iucundiores eſſe certum eſt.

¶DE Cucurbita ſilueſtri & rapo.¶Ca.iii.

CVcurbita ſilueſtris quoq; inuenitur ſomphos a græcis appellata inanis:unde & nomen: digitali craſſitudine:non niſi in ſaxoſis naſcens.Huius cōmanducatæ ſuccus ſtomacho admodum prodeſt.Colocinthis uocatur alia:ipſa plena:ſed minor q̃ ſatiua. Vtilior pallida:quando eius ſunt medicinæ.Herbacea arefacta p̄ ſe inanit aluum.Infuſa quoq; clyſteribus inteſtinorum omnium uitiis medetur: & renum:& lumboꝝ:& paralyſi eiecto ſemine. Aqua mulſa in ea coquit̃ ad dimidias:ſic tuſſiētī infunditur obolis quattuor. Prodeſt & ſtomacho farinæ aridæ pilulis cum decocto melle ſumptis.In morbo uero regio utiliter ſemina eius inſumunt̃:& protinus aqua mulſa.Carnes eius cū abſinthio & ſale dentium dolorem tollunt. Succus uero cum aceto calefactus:mobiles ſiſtit.Item ſpinæ & lumborū ac coxarū dolores cum oleo: ſi infricetur.Præterea mirum dictu: ſemina eius ſi fuerint pari numero adalligata fe-bribus ſanare dicūt̃: q̃s græci perihodicas uocāt.Satiuæ quoq; raſæ ſuccus tepefactus auribus medetur.Caro eius interior ſine ſemine clauis pedū & ſuppurationibus:quæ græci uocant apoſtemata.Decoctæ aūt uniuerſæ ſuccus dentium motus ſtabilit.Do-lores inhibet.Vinum cū ea ferueſactū oculorū etiam impetus. Folia eius etiam cum recentibus cupreſſi contuſa & impoſita.Ipſa quoq; toſta in argilla ac trita cum adipe anſeris:uulneribus medetur. Necnon ramentis corticis recentes podagras refrigerat: & ardores capitis:& maxime infātū.Et ignes ſacros de ſtrigmentis uelis impoſitis uel ſeminibus. Succus ex ſtrigmentis illitus cū roſaceo & aceto febriū ardores refrigerat. Aridæ cinis impoſitus mire combuſta ſanat. Chryſippus medicus dānabat eas ī cibis. Sed omnium conſenſu ſtomacho utiliſſime iudicantur: & interaneorum ueſicarūq; exulcerationibus.Eſt & rapo uis medica. Perniones feruens impoſitum ſanat. Item frigus pellit e pedibus aqua decoctus. Et uis feruens podagris etiam frigidis medet̃. Et crudum tuſum cum ſale cuicunq; uitio pedum. Semen illitum & potum in uino contra ſerpentes & toxica ſalutare eſſe proditur. A multis uero antidoti uim habere in uino & oleo.Democritus in totū eū abdicauit in cibis propter inflationes.Diocles magnis laudibus extulit.Etiam uenerem ſtimulari ab eo profeſſus.Item Dionyſius. Magiſq; ſi eruca condiretur.Toſta quoq; articulorum dolori cum adipe prodeſt.Sil-ueſtre rapum in aruis maxime naſcitur:fruticoſum:ſemine candido: duplo maiore q̃ papaueris.Hoc ad albicandam cutem in facie totoq; corpore utuntur mixta urina pari menſura.Nam(ut ſupra diximus)erui:hordei:& tritici:& lupini radix ad omnia inutilis.

¶DE Naporum differētiis & raphano ſilueſtri:& de raphano ſatiuo & paſtinaca. ¶Capitulum.iiii.

NApoꝝ duas differētias & in medicina græci ſeruant. Anguloſis folioꝝ caulibus florentes:& quod bunion uocant:purgationibus fœminarū & ueſicæ.Et urinæ utile decoctum potū ex aqua mulſa:uel ſucci drachma.Semen dyſentericis toſtum

tritū in aqua calida e cyathis q̃ttuor. Sed urinā inhibet: si nō lini semen una bibatur. Alterū genus buniada appellant & raphano & rapo simile. Seminis præclari contra uenena: ob id & in antidotis utuntur illo. Rhaphanū & siluestrem esse diximus. Laudatissimū in arcadia: quanq̃ & alibi nascitur: utilior urinæ dūtaxat eiiciendæ. Cætero bilem detrahit. Præterea cortices in uino. Præterea quæ circa eos dicta sunt: stomachū purgant. Pituitam extenuant. Vrinam concitant. Est æstiuosus in italia & armoraciā uocant satiuā. Satiui uero decocti mane poti ad ternos cyathos: cōminuūt: & eiiciūt calculos. Iidem in posca decocti contra serpentium morsus illinuntur. Ad tussī etiā mane ieiunis rhaphanus prodest cum melle. Semē eorū tostū: ipsūq; cōmanducatū ad lagaraponon. In aqua foliis eius decoctis bibere uel succum ipsius cyathis binis. contra phlegmoni ipsos illinere tusos utile. Inchoantibus uero recentem corticem cum melle. Veternosis autē q̃acerrimos mandere. Semenq; tostum: dein contritū cū melle suspiriosis. Iidem & contra uenena prosunt. Cæterū cerastis scorpionibus aduersatur: uel ipso semine infectis manibus impune tractabilibus. Imposito rhaphano scorpionibus moriūt. Salutares & contra fungoꝝ aut hystriominæ uenena æque ut Nicādet tradit. Et cōtra uiscū quoq; dari Apollodori duo iubēt scyllæus & tarētinus. Scyllæus semen ex aq̃ tritū: tarentinus succū. Lienē item extenuant. Iocineri ꝓsunt: et lumborū doloribus. Hydropicis quoq; ex aceto aut sinapi sumpti: & lethargicis. Praxagoras & iliosis dandos censet. Plistonices & colicis. Intestinorū ulcera sanant. Ac purulenta præcordiorū: si cum melle edantur. Quidam ad hæc coquere eos ī luto illitos malunt. Sic & fœminas purgari. Ex aceto & melle sumpti intestinorū animalia detrahunt. Item ad tertias: decocto eorum poto cum uino enterocelis ꝓsūt. Sāguinē quoq; inutilem sic extrahunt. Medius ad hæc & sanguinem excreantibus coctos dari iubet. Et puerperis ad lactis copiā augendam. Hippocrates capillos mulierū defluos fricari rhaphanis. Et super umbilicum imponi contra tormenta uuluæ. Reducūt & cicatricē ad colorem. Semen quoq; ex aqua impositum sistit ulcera: quæ phagedenas uocant. Democritus uenerem hoc cibo stimulari putat. Ob id fortassis uoci nocere aliqui tradiderunt. Folia quæ in oblongis tantum nascuntur: excitare oculorū aciem dicuntur. Vbi uero acrior rhaphani medicina admota sit: hysopum dari protinus imperant. Hæc antipathia est. Et aurium grauitati succum rhaphani instillant. Nam uomituris sūmo cibo esse eos utilissimū ē. Pastinacæ simile hibiscū quod molochen agrian uocāt: & aliqui plistolochiam. Vlceribus: cartilagini: ossibus fractis medetur. Folia eius ex aqua pota aluum soluunt: serpentes abigunt. Apū: uesparū: crabronū ictibus illita medētur. Radicē eius ante solis ortū erutam inuoluunt lana coloris quē natiuū uocant. Præterea ouis quæ fœminā peperit. Strumisq; uel suppuratis alligāt. Quidam ad hunc usum auro effodiendam censent. Cauendumq; ne terram attigat. Celsus podagris quæ sine tumore sunt: radicē eius ī uino decoctā imponi iubet.

¶ DE Staphylino siue pastinaca & gigidio: & sisere: & seseli: & inula: & de cepe siluestri. ¶ Capitulum. v.

ALterum genus est staphylinos: quod pastinacam erraticam uocant. Eius semen contritum & in uino potum tumentem aluum & suffocationes mulierū doloresq; lenit intantum: ut uuluas corrigat. Illitum quoq; passionibus uentri earum prodest. Viris uero prodest cum panis portione æqua tritum. Ex uino potum cōtra uentris dolores. Pellit & urinam. Et phagedenas ulceꝝ sistit recens cū melle īpositū. Vel aridæ farinæ insparsam radicem eius. Dieuces contra iocineris: aut lienis: ilium: lumborum: & renum uitia ex aqua mulsa dari iubet. Cleophantus & dysentericis ueteribus. Philistion in lacte coquit. Et ad stranguriam dat radicis uncias quattuor. Ex aqua hydropicis: similiter & opistotonicis: & pleureticis: & comitialibus. Habētes eam feriri a serpentibus negantur. Aut qui ante gustauerint: non lædi. Percussis imponitur cum axungia. Folia contra cruditates manduntur. Orpheus amatorium ī esse

ſtaphylino dixit: fortaſſis quoniã uenerẽ ſtimulari hoc cibo certum eſt. Ideo cõceptus adiuuare aliqui prodiderunt. Ad reliqua & ſatiua pollet. Efficacior tamen ſilueſtris. Magiſq; in petroſis nata. Semen ſatiuæ quoq; contra ſcorpionũ ictus ex uino aut poſca ſalutare eſt. Radice eius circunſcalpti dentes dolore liberantur. Syria in ortis operoſiſſima. Inde quoq; eſt prouerbium græcis: Multa ſyrorum olera. Simillimam ſtaphylino herbã ſerit: quam alii gigidion uocãt: tenuius tamen & amarius: eiuſdẽq; effectus eſt. Coctum crudumq; ſtomachi magna utilitate. Siccat enim ex alto omnes humores eius. Siſer erraticum ſatiuo ſimile eſt: & effectu. Stomachum excitat. Faſtidiũ abſtergit. Ex aceto laſerpitiato ſumptũ: aut ex pipere & mulſo: uel ex garo: urinã ciet (ut Opinion credit) & uenerem. In eadem ſententia eſt Diocles. Præterea cordi cõuenire conualeſcentium. Aut poſt multas uomitiones perq̃utile. Heraclides cõtra argentum uiuum dedit. Et ueneri ſubinde offenſantem: ægriſq; ſe recolligentibus. Hunc Heſius ideo ſtomacho utile uideri dixit: quoniã nemo tres ſiſeres edendo continuaret. Eſſe tamen utile conualeſcentibus: & ad uitã tranſeuntibus. Satiui priuatĩ ſuccus cum lacte caprino potus ſiſtit aluum. Et quoniã pleroſq; ſimilitudo nominũ græcorum confundit: conteximus & de ſeſeli: ſed hoc eſt uulgaris noticiæ. Optimum maſilienſe. lato enim grano & fuluo eſt. Secundum æthiopicum nigrius. Creticum odoratiſſimũ omnium. Radix iucundi odoris eſt. Semen eius eſſe & uultures dicũt. Prodeſt homini ad tuſſim ueterem. Rupta conuulſa: & in uino albo potum. Item opiſthotonicis: & iocinerũ uitiis: & torminibus: & ſtranguriæ: duarũ: aut triũ linguarũ menſura. Sunt & folia utilia: ut quæ partus adiuuent: etiam quadrupedum. Hoc maxime paſci dicuntur ceruæ parituræ. Illinitur & igni ſacro. Multum in ſummo cibo concoctionibus confert uel folio uel ſemine. Quadrupedũ quoq; aluum ſiſtit: ſiue tritum potui infuſum: ſiue mandendo commanducatum e ſale. Boum morbis medetur uel ſi contritum infunditur. Inula quoq; a ieiunis commanducata dentes confirmat: ſi ut eruta eſt terram non attigit. Condita tuſſim emundat. Radicis uero decoctæ ſuccus tineas pellit. Siccata autẽ in umbra farina tuſa & conuulſis: & inflationibus & arteriis medetur. Venenatorum morſus abigit. Folia ex uino lumborum dolori illinunt᷑. Cepæ ſilueſtres nõ ſatiuæ olfactu ipſo & delachrymationi & caligini medentur. Magis uero ſucci inunctione. Somnum etiam facere traduntur. Et ulcera oris ſanare cõmanducatæ cum pane. Et canis morſus uirides ex aceto illitæ: aut ſiccæ cum melle & uino: ita ut poſt diem tertium ſoluantur. Sic & tritæ ſanant. Toſtam ĩ cinerem epiphoris multi impoſuere cum farina hordeacea. Et genitalium ulceribus. Succo & cicatrices oculorum & albugines & argemas inunxere. et ſerpẽtium morſus: & omnia uulnera: cum melle. Item auricularum cum lacte mulierum. Et in iiſdem ſonitum aut grauitatem emendantes cum adipe anſerino: aut cum melle: ſtillauere. Et ex aqua bibendum dederunt repente obmuteſcentibus. In dolore quoq; ad dentes colluendos inſtillauere: & plagis beſtiarum omnium: priuatim ſcorpionũ. Alopecias fricuere & pſoras tuſis cepis. Coctas dyſentericis ueſcendas dedere. Et contra lumborũ dolores. Purgamento quoq; earũ cremata in cinerem illinentes ex aceto ſerpentium morſibus. In ipſas quoq; multipedes ex aceto. Reliqua ĩter medicos mira diuerſitas. Proximi inutilia eſſe præcordiis & concoctioni. Inflationemq; & ſitim facere dixerũt. Aſclepiadis ſchola ad ualidum quoq; colorẽ profici in cibo. Et ſi ſuccum ieiuni quotidie edant firmitatẽ ualitudinis cuſtodiri. Stomacho utilia eſſe: ac ſpiritus agitatiõi. Ventrem mollire. Hæmorrhoidas pellere ſubditas pro balanis. Succũ cũ ſucco fœniculi contra incipientes hydropiſes mire proficere. Item contra anginas rutæ & melle. Excitari eiſdem lethargicos. Varro quæ ſale aut aceto piſa eſt arefactaque uermiculis non infeſtari auctor eſt.

DE Porro ſectiuo & capitato: & de allio. Capitulum. vi.

Porro ſectiuo ꝓfluuia ſanguinis ſiſti in naribus contrito eo obturatis: uel gallæ

mixto: aut mentæ. Item ex abortu profluuia poto ſucco cum lacte mulierum. Tuſſi etiā ueteri ac pectoris & pulmonis uitiis medet̃. Illitis foliis ſanant̃ ambuſtæ epinyctides: ita uocatur ulcus aciem hebetans: et in angulo oculi perpetim humor emanans. Quidam eodem nomine appellāt puſtulas liuentes: ac noctibus inqetātes. Et alia ulcera cum melle trito. Vel beſtiarum morſus ex aceto. Item ſerpentiū aliorū uitia cum felle caprino: uel pari menſura mulſi. Stridores cum lacte mulieris. Capitis dolores ſi in nares fūdat̃. Dormituriſue ī aurē duobus ſucci coclearibus: uno mellis. Succus & ad ſerpentiū ſcorpionūq; ictus in potū bibit̃ cū mero & ad lūboꝝ dolores cū uino hemina potus. Sāguinē uero excreātibus & phthiſicis diſtillatiōibus lōgis uel ſuccus ex ipſo cibus ꝓdeſt. Itē morbo regio: uel hydropicis. Et ad renum dolores cū ptiſanæ ſucco acetabuli menſura. Idem motus cum melle uuluas purgat. Toſtus uero editur & contra fungorum uenena. Imponitur & uulneribus. Venerem ſtimulat. Sitī ſedat. Ebrietates diſcutit. Sed oculorum aciem hebetare traditur. Inflationem quoq; facere: quæ tamen ſtomacho non noceat: uentremq; molliat. Voci ſplendorem affert. Capitato maior eſt ad eadem effectus. Sanguinem reiiciētibus ſuccus cum caule: aut thuris farina uel acacia datur. Hippocrates & ſine alia mixtura dari iubet. Vuluaſq; contractas aperiri putat. Fœcunditatem etiam fœminarum hoc cibo augeri. Contritū ex melle ulcera purgare. Tuſſim. Et diſtillationes thoracis. Pulmonis & arteriæ ſanat uitia datū in ſorbitione ptiſanæ. Vel crudum præter capita ſine pane: ita ut alternis diebus ſumatur. Vel ſi purulenta excreantur. Sic & uoci uel ueneri: ſōnoq; multum confert. Capita bis aqua mutata cocta aluum ſiſtūt: & inflationes ueteres. Cortex decoctus illituſq; īficit canos. Allio magna uis: magnæ etiam utilitates contra aquarū & quorunlibet locorum mutationes. Serpentes abigit & ſcorpiones odore. Atque ut aliqui tradidere: & beſtiarum ōniū ictibus medetur. Potu uel cibo uel illitu priuatim contra hemorrhoidas prodeſt. Cū uino reddit uomitum. Ac ne contra araneorū aut murium uenenatum morſum ualere miremur: aconitum quod alio nomine pardalianches uocatur depellit. Item hyoſcyamum contra canū morſus. Inq; uulnera cum melle imponitur. Ad ſerpentium quidem ictus potum cum reſtibus ſuis. Efficaciſſīe ex oleo illinitur. Attritiſq; corporū partibus. Vel ſi ueſica intumuerit. Quī & ſuffitu eo ſecundos partus euocari exiſtimauit Hippocrates: cinere eorū cum oleo capitis ulcera manātia ſanitati reſtituens. Suſpirioſis coctum aliqui crudū id dedere. Diocles hydropicis cum cētaurea aut in fico duplici ad euacuandam aluum. Quod efficacius præſtat uiridi cum coriandro in mero potum. Suſpirioſis aliqui & tritū ī lacte dederunt. Praxagoras & contra morbum regium uino miſcuit. Et contra ileum in oleo & pulte ſic illinens. Strumis quoq;. Antiqui & inſanientibus dabant crudum. Diocles phreneticis elixum. Contra anginas tritum imponi & gargariſſare prodeſt. Dentium dolorem tribus capitibus in aceto tritis imminuit. Vel ſi decocta aqua colluantur. addaturq; ipſum in caua dentium. Auribus etiam īſtillatus ſuccus cū adipe āſerino. Phthiriaſes & prurigines potum. Tuſū item cū aceto & nitro. Compeſcit diſtillatiōes cum lacte coctū uel tritum permixtumue caſeo molli. Quo genere et raucitatem extenuat. Vel phthiſin in fabæ ſorbitione. In totum autem coctum utilius eſt crudo: elixumq; toſto. Sic & uoci confert. Tineas & reliqua animalia interaneorum pellit in aceto mulſo coctum. Tenaſmo in pulte medetur. Temporū doloribus illitū elixū & puſtulis coctum cum melle: deinde tritum. Tuſſim cum adipe uetuſto decoctū: uel cum lacte. Aut ſi ſanguis etiam excreet̃: uel purulēta ſint. Et pituitæ ſub pruna coctum potum & cum mellis pari modo ſumptum. Conuulſis & ruptis cum ſale & oleo. Nam cum adipe tumores ſuſpectos ſanat. Extrahit fiſtulis uitia cum ſulphure & reſina etiam harundines cum pice. Lepras lichenas lentigines exulcerat. ſanatq; cū origano. Vel cinis eius ex oleo & garo illitus. Sic & ſacros ignes. Sugillata aut liuētia ad colorem reducit. Combuſtum ex melle credunt & comitialem morbum ſanare:

ſiquis eo in cibo utatur:ac potione. Quartanas quoq; excutere potũ caput unũ cũ laſerpitii obolo. In uino auſtero tuſſim. Et alio modo acceptũ. Suppuratiões q̃ntaſlibet ſanat: fractæ incoctũ fabæ atq; in cibo ſumptũ donec ſanitatem reſtituat. Facit & ſomnos atq; in totum rubicundiora corpora. Veneré quoq; ſtimulat cũ coriandro uiridi tritum potũq; e mero. Vitia eius ſunt: ꝗ oculos hebetat: inflationes facit. Stomachum lædit copioſius ſumptum. Sitim gignit. Cæterum contra pituitã & gallinæ & gallinaceis prodeſt. Mixtum farre in cibo iumentis urinam reddere. Atq; non torqueri tradunt: ſi eo trito natura tangatur.

¶DE Lactuca ſiluatica ſiue caprina & eſopo & iſati: & lactuca ſilueſtri. ¶Ca. vii.

Lactucæ ſponte naſcentis primum eſt genus eius: quam caprinam uocant. qua piſces in mare deiecta ꝓtinus necant᷑ qui ſunt in proximo. Huius lac expiſſatũ mox in aceto pondere obolorum duum: adiecto aquæ uno cyatho hydropicis datur. Caule & foliis contuſis aſperſo ſale nerui inciſi ſanãtur. Eadem trita ex aceto colluta matutinis bis e menſe: dentiũ dolorem prohibet. Alteꝝ eſt genus: quod græci eſopon uocant. Huius folia trita & cum polenta illita ulceribus medentur᷑. Hæc in aruis naſcitur. Tertium genus eſt in ſiluis naſcẽs: iſatin uocant. Huius folia trita cum poléta uulneribus proſunt. Quarto infectores lanarum utuntur: quod ſiluaticum uocant. Simile erat lapato foliis: niſi ꝗ plura habet: & nigriora. Sãguinem ſiſtit. Phagedenas & putreſcentia ulcera: quæ ſerpunt: ſanat. Item tumores ante ſuppurationem. Cõtra ignem ſacrum radice uel foliis prodeſt: uel ad lyenes pota. Hæc propria ſigulis. Communia autem: ſponte naſcentibus: candor caulis: interdũ cubitali longitudine. thyrſo & foliis ſcabricia. Ex his rotunda folia & breuia habentem ſũt qui hieraciam uocent: quoniam accipitres ſcalpendo eam: ſuccoq; oculos tingendo obſcuritatem cũ ſenſere diſcutiant. Succus omnibus candidus: uiribus quoq; papaueri ſimilis. Carpitur per meſſes inciſo caule. Conditur fictili nouo: ad multa præclarus. Sanat omnia oculoꝝ uitia cum lacte mulierum. Arcet nubeculas: cicatrices: aduſtioneſq; omnes: præcipue caligines. Imponitur etiam oculis in lana contra epiphoras. Item ſuccus aluũ purgat in poſca potus ad duos obolos. Serpentium ictibus medetur in uino potus. Et folia toſta thyrſuſq; triti ex aceto bibuntur. Vulneri illinuntur: maxime contra ſcorpionũ ictus. Verum cõtra longiam commixto uino ex aceto. Aliis quoq; uenenis reſiſtunt: exceptis quæ ſtrangulando necant: aut iis quæ ueſicæ nocent: ité pſimythio excepto. Imponunt᷑ & uentri ex melle atq; aceto ad detrahenda uitia alui. Vrinæ difficultates ſuccus emendat. Cratenas eum & hydropicis obolis duobus in aceto cyatho uini dari iubet. Quidam & e ſatiuis colligunt ſucco minus efficaci. Peculiares earum uires pti iam dictæ ſunt. Somnum faciendi: ueneremq; inhibendi: æſtum refrigerãdi: ſtomachum purgandi: ſanguinem augendi. Nunc non paucæ reſtant: quoniã & ĩflationes diſcutiũt. Ructuſq; lenes faciunt. Concoctiones adiuuant. Cruditatem ipſæ nequaq̃ faciunt. Nec ulla res maiorem in cibis auiditatem incitat: inhibetq;. Eadem in cauſa alterutrinq; modus eſt. Sic & aluum copioſiores ſoluunt. Modicæ ſiſtunt. Léticiam pituitæ digerunt. Atq; ut aliqui tradiderunt: ſenſum purgant. Stomachos diſſolutos utiliſſime adiuuant. Vrinæ uſus adiuuant & oxyporoboli aſperitatem addito dulci acrementum aceti temperantes. Si craſſior pituita ſit: ſcyllite aut uino abſinthite. Si & tuſſis ſentiatur: hyſopite admixto. Dantur cœliacis cum intubo erratico. Et ad duriciam præcordioꝝ. Dantur & melancholicis candidæ copioſiores. Et ad ueſicæ uitia. Praxagoras & dyſentericis dedit. Ambuſtis quoq; proſunt recentibus priuſq̃ puſtulæ fiant: cum ſale illitæ. Vlcera etiam: quæ ſerpunt: coercent initio cum aſſo nitro. Mox in uino tritæ. Igni ſacro illinuntur. Conuulſa & luxata caulibus tritis cum poléta ex aqua frigida leniunt. Eruptiones papularũ ex uino & polenta. In colera quoq; coctas patellis dederunt. Ad quod utiliſſime q̃maxĩe caule: ſed amaræ. Quidã lacte ĩfũdũt. Deferuefacti ii caules & ſtomacho utiliſſimi traduntur. Sicut ſõno & ſatiua maxie

lactuca & amara lactésq; quā meconidem uocauimus. Hoc lac & oculorum claritati cum muliebri lacte utilissimum esse præcipitur: dum tempestiue capiti inunguntur. Oculorum quoq; uitiis quæ frigore in iis facta sunt. Miras & alias inuenio laudes. Thoracis etiam uitiis prodesse: non secus q̄ ambrotonum cum melle attico. Purgari & fœminas hoc cibo. Semen satiuarum contra scorpiones dari. Semine trito ex uino poto & libidinū imaginationes in sōno compescit. Tētātes aquas non nocere lactucā edentibus. Quidam tamen frequentiores in cibo officere claritati oculoꝝ tradiderūt.

DE Generibus betæ & intubis & cichorio & seri genera duo. Capitulum. viii.

Nec beta sine remedio est utraq;. Siue cādidæ siue nigræ radix recēs & madefacta suspensa funiculo contra serpentium morsus efficax esse dicitur. Candida beta cocta & cum allio crudo sumpta contra tineas. Nigræ radices ita in aqua coctæ pruriginem tollūt. Atq; in totum efficacior esse traditur nigra. Succus eius capitis dolores ueteres & uertigines. Item sonitum aurium sedat infusus iis. Ciet urinam. Medetur dysentericis iniecta: et morbo regio. Dolores quoq; dentium sedat illitus succus. Et contra serpentium ictus ualet: sed huic radici duntaxat expressus. Ipsa uero decocta pernionibus occurrit. Albæ succus epiphoras sedat fronte illita. Aluminis paruo admixto: ignē sacrū. Sine oleo trita licet adustis medetur. Et cōtra eruptiones papularū cocta. Eadem contra ulcera quæ serpunt. Illinitur & alopetiis cruda. Et ulceribus quæ in capite manant. Succus eius cum melle naribus inditus caput purgat. Coquitur & cum lenticula addito aceto: ut uentrē molliat. Validius cocta fluctuationes stomachi sistit & uentris. Est & beta siluestris: quam limonion uocant. Alii neuroden: multum minoribus tenuioribusq; ac densioribus foliis. Vndecim sæpe caulium. Huius folia ambustis utilia. guttantia astringunt. Semen acetabuli mensura dysentericis ꝓdest. Aquæ e radice coctæ maculas uestium eluere dicūtur: itemq; membranarum. Intubi quoq; non extra remedia sunt. Succus eorum cum rosaceo & aceto capitis dolores lenit. Idemq; cum uino potus iocineribus & uesicæ & epiphoris imponitur. Erraticum apud nos quidā ambugiam appellauere. In ægypto cichorium uocant quod siluestre sit. Satiuum autem serin: quod ē minus & uenosius. Cichorium refrigerat. Inde cibū sumptum & illitū collectiones: succusq; decocti uentrē soluit. Iocineri & renibus & stomacho prodest. Item si in aceto decoquatur: urinæ tormina discutit. Item morbū regium e mulso: si sine febre sit. Vesicam adiuuat. Mulierum purgationibus quidem decoctum in aqua adeo prodest: ut emortuos partus trahat. Adiiciunt magi succo totius cum oleo pūctos fauorabiliores fieri: & quæ uelint facilius impetrare. Quod qdē propter singularem salubritatē aliqui chreston appellant: alii pancracion. Et siluestre genus alii edypnoida uocant: latioris folii. Stomachum dissolutum astringit cocta. Crudaq; sistit aluū. Et dysentericis prodest magis cum lente. Rupta & cōuulsa utroq; genere iuuātur. Item quibus genitura ualitudinis morbo effluat. Seris & ipsa lactucæ similis duū generū est. Siluestris melior. Nigra ista & æstiua. Deterior hyberna: & cādidior. Vtraq; tamen stomacho utilissima: præcipue quem humor uexat. Cum aceto in cibo refrigerant: uel illitæ. discutiuntq; & alios q̄ stomachi. Cum polenta siluestriū radices stomachi causa sorbentur. Et cardiacis illinuntur super sinistram mammam: & ex aceto. Omnes hæ & podagricis utiles: et sanguinem reiicientibus. Item quibus genitura fluit: alterno dierum potu. Petronius Diodotus qui antilegomena scripsit: in totū damnauit seriam multis modis arguens. Sed alioꝝ omnium opinio resistit.

DE Brassica & lapsana: & de brassica marīa & scylla & de bulbis & bulbine. Ca. ix.

Brassicæ laudes longum est exequi: cum & Chrysippus medicus priuatī uolumē ei dicauerit per singula membra hominis digestum: et Dieuches. Ante omnes autem Pythagoras: & Cato non parcius celebrarint. Cuius sententiā uel eo diligentius persequi par est: ut noscatur qua medicina usus sit annis sexcentis. In tres species diuisere eam græci antiquissimi. Crispam: quam selinada uocauerunt a similitudine

apii foliorum:ſtomacho utilem:aluum modice mollientem. Alterã elean latis foliis
e caule exeuntibus:unde cauloden quidam uocauere: nullius in medicina momenti.
Tertia eſt proprie appellata crambe:tenuioribus foliis & ſimplicibus: denſiſſimiſque
amarior:ſed efficaciſſima.Cato criſpam maxime probat: dein lenem: grãdibus foliis
caule magno.Prodeſſe tradit capitis doloribus : oculorũ caligini : ſcintillationibuſq;
uel ſtomachi præcordiis.Crudam ex aceto & melle:coriandro:ruta:menta.Laſeris ra/
dicula ſumpta acetabulis duobus matutino.Tantamque eſſe uim:ut qui terant hæc:
ualidiores fieri ſe ſentiant.Ergo uel cum uino tritam ſorbendam: uel ex olei intinctu
ſumendam. Podagræ autem : morbiſq; articulariis illini cum rutæ coriandri & ſalis
mica hordei farina.Aq̃ quoq; eius decocta:neruos articuloſq; mire iuuari.Si foueant̃
uulnera & recentia & uetera.Etiam carcinomata quæ nullis aliis medicamẽtis ſanari
poſſint.Foueri prius aqua calida iubet : ac bis die tritam imponi . Sic etiam fiſtulas
eluxatas & tumores euocari:quæq; diſcuti opus ſit.Inſomnia etiam uigiliaſq; tollere
decoctã ſi ieiuni edant q̃plurimam ex oleo & ſale.Tormina ſi decocta iterũ decoquat̃:
addito oleo & ſale cumino polenta.Si ita ſumatur ſine pane:magis profuturã.Inter
reliqua bilem detrahit per uinum nigrum pota . Quin & urinam eius qui braſſicam
potandã æſtimauerit:aſſeruari iubet.calefactamq; neruis remedio eſſe. Verba ipſius
ſubiiciam ad exprimendam ſẽtẽtiam.Pueros puſillos ſi laues illa urina:nũq̃ debiles
fieri.Auribus quoq; ex uino ſuccum braſſicæ tepidum inſtillari ſuadet. Idq; etiã tar/
ditati audientium prodeſſe aſſeuerat.Et impetigines eadẽ ſanare ſine ulcere. Græcorũ
quoq; opĩones iam & Catõis cã poni cõuenit ĩ iis dũtaxat:quæ ille prætermiſit.Biles
detrahere non percoctam putant.Item aluum ſoluere . Eãdemq; bis coctam ſiſtere.
Vino aduerſari:ut inimicam uitibus.Antecedente in cibis caueri ebrietatem . Poſtea
ſumpta crapulam diſcuti.Hunc cibum & oculorum claritati conferre multũ. Succo
uero crudæ angulis uel tantum tactis cum attico melle:plurimum . Facillime cocoq.
Ciboq; eo ſenſum purgari.Eraſiſtrati ſchola clamat:nihil eſſe utilius ſtomacho:ner/
uiſq;.Ideo paralyticis & tremulis dari iubet:& ſanguinem excreantibus.Hippocrates
cœliacis dyſẽtericis bis coctam cum ſale.Item ad tenaſmon & renum cauſas. Lactis
quoq; ubertatem puerperis hoc cibo fieri iudicans.Et purgationem fœminis.Crudus
quidem caulis ſi edatur: partus quoq; emortuos pelli.Apollodorus aduerſus fũgorũ
uenena ſemen aut ſuccum bibendum cenſet.Philiſtion opiſthotonicis ſuccũ ex lacte
caprino cum ſale & melle.Inuenio & a podagra liberatos edendo eam decoctæq; ius
bibendo.Hoc & cardiacis datum:& cõmitialibus morbis addito ſale.Item ſpleneticis
in uino albo per dies.xl.Ictericis necnon & phreneticis radicis crudæ ſuccũ gargariſ/
ſandum bibendumq; demonſtrat. Contra uero ſingultus cum coriandro & aneto &
melle ac pipere & aceto.Illitam quoq; prodeſſe inflationibus ſtomachi.Itẽ ſerpentiũ
ictibus.Et ſordidis ulceribus ac uetuſtis:uel ipſa aqua cum hordeacea farina . Succũ
ex aceto uel cũ fœno græco.Sic aliq & articulis podagris ĩponũt.Epinyctidas & q̃cq̃d
aliud ſerpit in corpore:impoſita leuat.Item repentinas caligines. Has & ſi manditur
ex aceto.Sugillata uero & alios liuores.Pura illita lepras & pſoras cũ alumine rotũdo
ex aceto.Sic & fluentes capillos retinet.Epicharmus teſtiũ & genitalium malis hanc
utiliſſime imponi aſſerit.Efficacius eandem cum faba trita.Item conuulſis cum ruta.
Contra ardorem febrium & ſtomachi uitia ſemina & ad ſecundas . Et muris aranei
morſus:foliorum aridorum farina alterutra parte exinaniuit . Ex omnibus braſſicæ
generibus ſuauiſſĩa eſt quin et inutilis habet̃.difficilis in coquẽdo et renibus cõtraria.
Illud quoq; non eſt omittendum aquam decoctæ ad tot uſus laudatam fetere humi
effuſam.Stirpium braſſicæ aridorum cinis inter cauſtica intelligitur. Ad coxẽdicum
dolores cum adipe uetuſto.At cum laſere et aceto ĩuicem pſilothri euulſis illitus pi/
lis:naſci alios prohibet.Bibitur et cum oleo ſubferuefactus: uel per ſe elixus ad con/
uulſa et rupta intus:lapſumq; ex alto.Nulla ergo ſunt crimina braſſicæ?Immo uero

apud eosdem. Animæ grauitatem facere. Dentibus et gingiuis nocere. Et in ægypto propter amaritudinē nō estur. Siluestris siue erraticæ immenso plus effectus laudat Cato. Adeo ut aridæ quoq; farinam in olfactorio collectam uel odore tātum naribus adhibito uitia orium: grauem olentiamq; sanare affirmet. Hanc alii petream uocant: inimicissimam uino: quam præcipue uitis fugiat. Aut si non possit fugere: moriatur. F. lia habet bina rotūda pua lenia plātis oleris similior. Candidior satiua & hirsutior. Hanc inflationibus mederi. Melancholicis quoq; ac uulneribus recentibus cū melle: ita ne soluantur ante diem septimum. Strumis fistulis in aqua cōtritam Chrysippo auctore. Et alii compescere mala corporis quæ serpūt: nomas uocant. Itē excrescētia absumere. Cicatrices ad planum reducere. Oris ulcera & tonsillas manducatā & coctā succo gargarissato cum melle tollere. Itē psoras & lepras ueteres ipsius tribus ptibus cum duabus aluminis in aceto acri illitis. Epicharmus satis eam esse contra canis rabiosi morsum imponi. Melius si cū lasere & aceto acri. Necari quoq; canes ea si detᷣ ex carne. Semen eius tostum auxiliatur contra serpentes: fungorūq; uenena. In tauri sāguine folia cocta: splenetici sq; in cibo data & cruda illita cū sulphure & nitro ꝓsūt. Item mammarum duritiæ. Radicum cinis uuæ ī faucibus tumenti tactu medetur. Et parotidas cum melle illitus reprimit. Serpētium morsus sanat. Virium brassicæ unū & magnū argumētū addemus & mirabile. Crustæ si occupēt intus uasa ōnia in qbus aquæ feruent: intantū ut non sit eas auellere: si brassica in his decoquatᷣ: abscedunt. Inter siluestres brassicas & lapsana est: pedalis altitudinis: hirsutis foliis: sinapi simillimis: nisi candidior esset flore. Coquitᷣ ī cibo. aluum leniter emollit. Marina brassica uehementissime ex omnibus aluum ciet. Coquitur propter acrimoniam cum pingui carne: stomacho inimicissima. Scyllarū in medicina alba est: quæ masculus. Fœminæ nigræ. Scylla quæ candidissima fuerit: utilissīa erit. Huic aridis tunicis direptis quod reliquum e uiuo est consutum suspenditur lino modicis interuallis. Postea arida frusta ī cadum aceti q̄asperrimi pendentia immerguntur: ita ne ulla parte uas cōtingāt. Hoc fit ante solstitium diebus. xlviii. Gypso deinde oblitus cadus ponitur sub tegulis totius diei solem accipiētibus. Post eum numerū dierum tollitur uas. Scylla eximitᷣ. Acetum transfunditur. Hoc clariorem oculorum aciem facit. Salutare est stomachi laterumq; doloribus parum sumptū binis diebus. Sed tāta uis est: ut auidius haustū extinctæ animæ momēto aliquo speciem præbeat. Prodest & gingiuis & dentibus uel per se cōmanducata. Tineas & reliqua uentris animalia pellit: ex aceto & melle sūpta. Linguæ quoq; recens subiecta præstat: ne hydropici sitim sentiant. Coquitᷣ pluribus modis: in olla quæ coniiciatur in clibanum aut furnum: uel adipe: aut luto illita: aut frustatim in patinis. Et cruda siccatur: deinde conciditur. Coquiturq; in aceto. Tum serpentium ictibus imponitur. Tosta quoq; purgatur: & mediū eius iterum in aqua coquitᷣ. Vsus sic coctæ ad hydropicos: urinam ciendā tribus obolis cum melle & aceto potæ. Item spleneticos & stomachicos: si non sentiant ulcus: quibus īnatet cibus. Ad tormina: regios morbos: tussim ueterem cum suspirio. Discutit & ex foliis strumas: q̄drinis diebus soluta. Furfures capitis & ulcera manantia illita ex oleo cocta. Coqtur & in melle cibi gratia: maxime uti coctionem facias. Sic & interiora purgat. Rimas pedū sanat in oleo cocta & mixta resinæ. Semē eius lumboꝝ dolori ex melle īponitᷣ. Pythagoras scyllam in limine quoq; ianuæ suspensā malorum medicamētoꝝ ītroitū pellere tradit. Cæterum bulbi ex aceto & sulphure uulneribus in facie medentur. Per se uero triti neruorum contractionem. Et ex uino porrigines. Succum cū melle: canū morsibus. Erasistrato placet cum pice. Sanguinem idem eos sistere tradit illitos cum melle. Alii si e naribus fluat: coriandrū & farinam adiiciunt. Theodorus & lichenas ex aceto bulbis curat. Et erumpentia in capite cum uino austero aut ouo. Et bulbos epiphoris idem illinit: & sic lipitudini medetur. Eorumq; uitia quæ sūt facie rubētes: maxime in sole illitis cū melle & nitro emendat. Lentiginem: cū uino aut cū cumino

coctis. Vulneribus quoq; mire profũt per se. Aut ut Damion ex mulso: si quinto die soluant. Iisdem & auriculas fractas curat. Et testium pituitas. In articulorũ doloribus miscẽt farinã. In uino cocti illiti uentri duriciam præcordiorũ emolliũt. Dysẽtericis in uino ex aqua cælesti temperato dant. Ad conuulsa intus cum silphio pilulis fabæ magnitudine. Ad sudorẽ tusi illinunt. Neruis utiles. Ideo & paralyticis dantur iuxta in pedibus. Qui sunt ruffi ex his citissime sanant cum melle & sale. Venerem maxie megarici stimulãt. Hortẽsii partũ cum sapa aut passo sumpti. Siluestres interaneorũ plagas & uitia cum silphio pilulis deuoratis sedant. Et satiuorũ semen contra phalangia bibitur in uino. Ipsi ex aceto illinũt contra serpentium ictus. Semen antiqui bibendũ insanientibus dabãt. Flos bulborũ tritus crurũ maculas: uarietatesq; igne factas emẽdat. Diocles oculos hebetari ab iis putat. Elixos assis minus utiles adiiciũt esse. & difficile concoqui ex ui uniuscuiusq; naturæ. Bulbinem græci uocant herbam paracæ foliis: rubicũdo bulbo. Hæc traditur uulneribus mire utilis duntaxat recentibus. Bulbus: quem uomitorium uocant ab effectu: folia habet nigra cæteris longiora: utilissimus stomacho cibus.

DE Asparagis & corruda & libyco & horminio. Ca. x.

Asparagi (ut traditur) cumino quidem addito inflationes stomachi coliq; discutiunt. Ventrẽ leniter molliunt. Pectoris & spinæ doloribus: intestinorũq; uitiis prosunt. Vino cum coquũtur addito: ad lumborum & renum dolores. Semen trium obolorum pondere: parte cumini bibitur. Venerem stimalant. Vrinam cient utilissie præterq̃ q; uesicam exulcerant. Radix quoq; plurimorum prædicatione trita & in uino albo pota calculos quoq; exturbat. Lumborum & renum dolores sedat. Quidã ad uuluæ dolorem radicem cum uino dulci propinant. Eadem in aceto decocta cõtra elephantiam proficit. Asparago trito cum oleo perunctum pungi ab apibus negant. Siluestrem asparagum aliqui corrudam: aliqui libycum uocant: attici horminium. Huius ad supradicta omnia efficacior uis: & candidiori maior. Regium morbum extenuant. Veneris causa aquam eorum decoctam bibi iubent ad heminam. Ad idem & semen ualet cum aneto tritum. Ternis utrunq; obolis datur. Et ad serpẽtium ictus succus decoctus. Radix quoq; miscetur radici marathri inter efficacissima auxilia. Si sanguis per urinam reddatur semen asparagi & apii & cumini ternis obolis in uino cyathis duobus quinis diebus Chrisippus dari iubet. Sic & hydropicis contrariũ esse quãuis urinam moueat: docet. Item ueneri. Vesicæ quoq; nisi coctũ aqua. Si canibus detur: occidit eos. In uino decoctæ radicis succus si ore contineatur: dentibus mederi.

DE Apio & apiastro: & heliosellino: & oreoselino. Ca. xi.

Apio gratia uulgo est. Nanq; rami largis portionibus per iura innatant. Et in cõdimentis peculiarem gratiam habent. Præterea oculis illitum cum melle: ita ut subinde foueantur feruenti succo decocti: aliisq; membrorum. Epiphoris per se tritũ aut cum pane uel polenta impositum mire auxiliatur. Pisces quoque si ægrotent in piscinis: apio uiridi recreantur. Verum apud eruditos non aliud erutum terra in maiore sententiarum auctoritate est. Distinguitur sexu. Chrysippus fœminam esse dicit crispioribus foliis & duris: crasso caule: sapore acri & feruido. Dionysius marẽ nigriorem: breuioris radicis: uermiculos gignentem. Ambo neutrum ad cibos admittendũ: immo omnino nefas. Nam id defunctorum epulis feralibus dicatum. Ipsius quoq; uisus claritati inimicũ. Caule fœminæ uermiculos gigni. Ideoq; eos qui ederint: sterilescere: mares fœminasue. In puerperiis uero ab eo cibo comitiales fieri qui ubera hauriunt. Innocentiorem tamen esse marem. Eaq; causa est ne inter nefastos frutices damnetur. Mammarum duriciam impositis foliis emollit. Suauiores aquas potui incoctum præstat. Succo maxime radicis cum uino: lũborum dolores mitigat. Eodẽ

iure instillato:grauitatem aurium.Semine urinam ciet:menstrua:ac secūdos partus. Et si foueantur semīe decocto sugillata reddit colori:cum oui albo illitum.Aut ex aq̄ coctum potumq; renibus medetur.In frigida tritum oris ulceribus.Semen cum uino uel radix cum ueteri uino uesicæ calculos frangit. Semen datur ex tribus cyathis ex uino albo.Apiastrum Higinus quidem melissophylon appellat.Sed in cōfessa damnatione est uenenatum in sardinia.Contexenda enim sunt omnia ex eodem nomine: apud græcos pendentia.Olusatrum quod hipposelinum uocant:aduersatur scorpionibus.Poto semine torminibus interaneis medetur. Itemque difficultatibus urinæ semen eius decoctum ex mulso potum. Radix eius in uino decocta:calculos pellit & lumborum ac lateris dolores. Canis rabiosi morsibus potum & illitum medetur. Succus eius algentes calefacit potus.Quartum genus ex eodem faciunt aliqui oreoselinon alio frutice recto semine cumino simile. Vrinæ & menstruis efficax.Helioselino uis priuata contra araneas.Sed de oreoselino fœminæ purganť e uino:

DE Petroselino & ocimo. Ca.xii.

Alio genere petroselinon quidam appellant in saxis natum.Præcipuum ad uomicas coclearibus binis succi additi in cyathum marrubii succi:atque ita aquæ calidæ tribus cyathis.Addidere quidam buselinon differens breuitate caulis a satiuo & radicis colore ruffo eiusdem effectus. Præualere contra serpentes potum & litum. Ocimum quoque Chrysippus grauiter increpuit:inutile esse dicens stomacho:urinæ: oculorum quoq; claritati. Præterea insaniam facere & lethargicos & iocineris uitia. Ideoq; capras id aspernari. In hominibus quoq; fugiendū censet. Adiiciunt quidā tritum si operiatur lapide:scorpionem gignere.Commanducatum & in sole positum uermes afferre.Alii uero si eo die feriatur quispiā a scorpiōe qui ederit ocimū : sanari non posse. Quinimmo tradunt aliqui manipulo ocimi cum cancris.x.marinis uel fluuiatilibus trito : conuenire ad eum scorpiones a proximo omnes. Diodorus in emitericis etiam pediculos facere ocimi cibum. Secuta ætas alacriter defendit. Nam id esse capras.Nec minusq̄ mentā & rutam scorpionum terrestrium ictibus marinorumq; uenenis mederi cum uino:addito aceto exiguo. Vsu quoq; compertum deficientibus ex aceto odoratu salutarem esse.Item lethargicis & īflāmatis refrigerationi: illitum capitis doloribus cum rosaceo:aut myrteo:aut aceto.Item oculorū epiphoris impositum ex uino. Stomacho quoque esse utile.Inflationes & ructum ex aceto dissoluere sumptum.Aluum sistere impositum. Vrinam ciere. Sic & morbo regio & hydropicis prodesse. Distillationes eo coli & stomachi inhiberi. Ergo etiam cœliacis Philistio dedit.Et coctum dysentericis: & contra plistonicum.Aliqui & in tenasmo. Et sanguinem excreantibus in uino.Duriciamq; præcordiorum. Illinitur mammis. extinguit quoq; lactis prouentum.Auribus utilissimum:īfantium præcipue cū adipe anserino.Semen tritum & haustum naribus sternutamenta. Et distillationes capitis quoq; illitū.Vuluas purgat ī cibo ex aceto.Verrucas mixto ceramento sutorio tollit. Venerem stimulat. Ideoq; etiā equis asinisq; admissuræ tempore ingeritur.

DE Siluestri ocimo:& eruca:& nasturcio:& ruta. Ca.xiii.

Siluestri ocimo uis efficacior ad eadem omnia.Peculiaris ad uitia quæ uomitionibus crebris contrahuntur. Vomicisque uuluæ. Contraq; bestiarum morsus radix in uino est efficacissima. Erucæ semen scorpionum uenenis & muris aranei medetur. Bestiolas omes innascentes corpori arcet. Vitia cutis in facie cum melle illitum.Lentigines ex aceto.Cicatrices nigras reducit ad candorem cū felle bubulo. Aiunt uerbera subituris potum ex uino duritiam quandam contra sensum induere. In condiendis obsoniis:tanta est suauitas:ut græci euzomon appellauerint. Putant subtrita eruca si foueantur oculi:claritatem restitui. Tussim infātium sedare. Radix

eius in aqua decocta: fracta ossa extrahere. Nam de uenere stimulanda diximus tria folia siluestris erucæ sinistra manu decerpta & trita in aqua mulsa si bibantur. Econtrario nasturtium uenerem inhibet. Animum exacuit. Vt diximus duo eius genera. Aluum purgat. Detrahit bilem potum in aqua. x. denariorum pondo. Cum lomento strumis illitum opertumq; brassica: præclare medetur. Alteꝝ est nigrius quod capitis uitia purgat. Visum clarificat. Commotas mentes sedat ex aceto sumptum. Lyenem ex uino potū uel cū fico. Tussim ex melle si quotidie ieiuni sumāt. Semen ex uino omnia intestinorum animalia expellit. Efficacius addito mentastro. Prodest & cōtra suspiria & tussim cum origano & uino dulci. Pectoris doloribus decoctum in lacte caprino. Panos discutit cum pice: extrahitq; corpori aculeos. Et maculas illitum ex aceto. Contra carcinomata adiicitur ouorum album. Et lyenibus illinitur ex aceto. Infātibus uero e melle utilissime. Sestius adiicit hoc serpentes fugare. Scorpionibus resistere. Capitis dolorem contritum: & alopecias emendare. Sinapi grauitatē auriū trito imposito auribus cum fico. Dentium dolores infuso in auris succo. Pruriginē & ulcera capitis cum adipe anserino. Furunculos concoquit cum fermento. Carbunculos ad suppurationem perducit: & rumpit. Phagedenas ulcerū expurgat cū melle. Coxendicibus & lumbis cum polenta ex aceto illinitur. Item licheni. Item unguibus scabris. Quippe natura eius caustica est. Optimum autem babyloniū. Siluestri uero ad omnia ea effectus maior. In præcipuis aūt medicaminibus ruta est. Latiora satiuæ folia. Rami fruticosiores. Siluestris horrida ad effectū est: & ad omnia acrior. Succus exprimitur tusa ea & aspersa modice aqua. Et in pyxide cypria adseruatur. Hic copiosior datus ueneni noxiam optinet. Macedonia maxime: iuxta flumen anacimum. Mirumque cicutæ succo extinguitur: adeo etiam uenenorum uenena sunt. Quando cicutæ succus prodest manibus colligentium rutam. Cæterum inter prima īmiscetur antidotis præcipueq; galaciæ. Quæcunq; autem ruta aut ꝑ se aut pro antidoto ualet foliis tritis & ex uino sumptis. Contra aconitum maxime: & uiscum. Item fungos siue in potu detur: siue in cibo. Simili modo contra serpentium ictus: utpote cum mustelæ dimicaturæ cum iis rutam prius edendo se muniant. Sed ualent & contra scorpionum ictus: & araneorum: apium: crabronum: uesparum aculeos. Et cātaridas: ac salamādras: canisue rabiosi morsus: acetabuli mēsura si succus e uino bibitur. Et folia trita uel cōmāducata īponūt̃ cū melle & sale uel cū aceto & pice decocta. Succo uero perunctos aut etiam habentes negant feriri ab iis maleficiis. Serpentesq; si urat̃ ruta: nidorem fugere. Efficacissima tamen est siluestris radix cum uino sumpta. Eādem adiiciunt efficaciorem esse sub diuo potā. Pythagoras & in hac marē minoribus herbaceiq; coloris foliis a fœmina discreuit: etiam latioribus foliis & colore. Idemque oculis noxiam putauit. falso: quoniam sculptores & pictores hoc cibo utuntur oculorum causa. Cum pane quoq; uel nasturtio satiuæ. Atq; siluestris propter uisum. Vt aiunt multi: succo eius cum melle attico inuncti discusserunt caligines: uel cum lacte mulieris puerum enixæ: uel puro succo angulis oculorum tactis. Epiphoras cū polēta imposita. Lenit autem capitis dolores pota cum uino: aut cū aceto: & rosaceo illita. Si uero sit cephalea: cum farina hordeacea uel aceto. Eadem cruditates discutit: mox inflationes: dolores stomachi ueteres. Vuluas aperit. Corrigitque conuersas illita in melle toto uentre & pectore. Hidropicis cū ficu & decocta ad dimidias partes potaq; ex uino. Sic bibitur & ad pectoris dolores: laterumq; & lumborum. Tusses: suspiria: pulmonū: iocinerū: renū uitia: horrores frigidos. Ad crapulæ grauedines. Decoquunt̃ folia poturis. Et in cibo uel cruda uel decocta conditaue prodest. Item torminibus in hysopo decocta. Et cum uino. Sic & sanguinem sistit interiorem: & narium indita. Sic & collutis dentibus prodest. Auribus quoq; in dolore succus infūditur: custodito ut diximus modo. E siluestri uero: contra tarditatem & sonitum cum rosaceo uel cum laureo oleo aut cumino & melle. Succus & phreneticis ex aceto tritæ instillatur

in tempora & cerebrum. Adiecerunt aliqui & serpillum & laurum illinentes capita & colla. Dederunt & lethargicis ex aceto olfaciendum. Dederunt & comitialibus bibēdū decoctæ succū in cyathis quattuor ante accessiones: quarū frigus intolerabile est. Alfi/osisq; crudam dari in cibo. Vrinam quoq; uel cruentam pellit. Fœminarum etiam purgationes: secūdasq;: etiam emortuos partus: ut Hippocrati uidetur: ex uino dulci nigro pota: itaq; illitam & uuluarum causa etiam suffire iubet. Diocles & cardiacis imponit ex aceto & melle: cum farina hordeacea. Et contra ileum decocta farina in oleo ac uelleribus collecta. Multi uero & cōtra purulentas excreatiōes siccæ drachmas duas: sulphuris unam & dimidiam sumi censent. Et contra cruentas ramos tres in uino decoctos. Datur & dysentericis cum caseo in uino contrita. Dederunt & cum bitumine infrictam potioni propter anhelitum. Ex alto lapsis seminis tres uncias: olei libra: uiniq; sextario illinitur. Cum oleo coctis foliis partibus quas frigus adusse/rit. Si urinam mouet (ut Hippocrati uidetur) mirum est quosdā dare uelut inhibētē potui cōtra icōtinētiā urinæ. Psoras & lepras cū melle & alumīe illita emēdat. Itē ui/tiligines uel rugas strūas & silia cū hircino & adipe suillo ac taurino sepio. Ignē sacrū ex aceto & oleo: uel psimythio. Carbūculū ex aceto. Nōnulli laserpitiū una illīi iubēt. Sine quo epinyctidas pustulas curant. Imponūt & mammis turgentibus decoctam. Et pituitæ eruptiōibus cū cæra. Testiū uero epiphoris cū ramis laureæ teneris: adeo peculiari iuiscenbus his effectu: ut siluestri ruta cū axūgia ueteri illitos ramices sanari prodant. Fracta quoq; membra semine trito cum cæra imposito. Radix rutæ: sāguinē oculis suffusum: & in toto corpore cicatrices aut maculas illita emendat. Ex reliquis quoq; quæ traduntur: mirum est: cum feruentem rutæ naturam esse cōueniat. Fasci/culum eius in rosaceo decoctum addita uncia aloes perunctis sudorem reprimere. Itemq; generationes impediri hoc cibo. Ideo profluuio genitali datur. Et uenerem crebro per somnia imaginantibus. Præcauendum est grauidis abstineant hoc cibo: necari enim partus inuenio. Eadem ex omnibus satis: quadrupedum quoq; morbis ī maximo usu est: siue difficile spirantibus: siue contra maleficorum animalium ictus infusa per nares ex uino: aut si sanguisugam exhauserit: ex aceto: & quocunq; ī simili morborum genere ut in homine temperato.

¶DE Mentastro: & menta: & pulegio: & nepeta: & de cumino. ¶Ca. xiiii.

MEntastrum siluestris menta est: differens specie foliorum quasi figura ocimi: pulegii colore. Propter quod quidam siluestrem pulegium uocant. Iis commā/ducatis: & impositis sanari elephantiam: sicut Magni Pōpeii ætate fortuito cuiusdā experimento propter pudorem in facie illita compertum est. Eadem illinuntur bibū/turq; aduersus scolopendras & serpentium ictus drachmis duabus in uini cyathis duobus. Aduersus scorpionum ictus cum sale oleo & aceto. Item aduersus sco/lopendras uis decocti. Aduersusq; omnia uenena seruantur folia arida ad farinæ modū. Substratum uel accēsum fugat scorpiones. Potum fœminas purgat a partu. Sed partus necat. Ruptis: conuulsisq; e partu. Ortopnoicis torminibus cholericis efficacissimum. Item lumbis. Podagris īpositum. Succus auribus uermiosis instillat᷑. In regio morbo bibit᷑. Strumis illinitur. Omnia ueneris inhibet. Tineas pellit ex ace/to potum. Contra pruriginem ex aceto infunditur capiti in sole. Mentæ ipsius odor animum excitat: & sapor auiditatem in cibis. Ideo in māmarum mixtura familiares ipsæ accesseræ: ut coire deseriq; lac non patiantur. Quare lactis potionibus additur: ne huius coagulati potu strangulentur. Data in aqua & mulso eadem ui resistere & generationi creditur: cohibendo genitalia densari. Aeque maribus ac fœminis: sistit sanguinem & purgationes fœminarum īhibet. Cum amylo ex aqua pota cæliacorum impetus. Syration & uomicas uuluæ curauit. Ille & iocinerum uitia ternis obolis ex mulso datis. Item sanguinem excreantibus in sorbitionem. Vlcera in capite infantiū

mire sanat. Arterias humidas siccat. Siccas adstrĩgit. Pituitas corruptas purgat ĩ mulso & aqua. Voci succus sub certamine utilis duntaxat: & qui gargarissatur uua tumente adiecta ruta & coriandro ex lacte. Vtilis & contra tonsillas cum alumine. Linguæ asperæ cum melle. Et conuulsa intus per se uitiisq; pulmonis. Singultus & uomitiones sistit cum succo granati ut Democritus monstrat. Recentis succus: narium uitia. Spiritus subductos emendat. Ipsa trita choleras in aceto quidem pota. Sanguinis fluctiones intus. Ileum etiam imposita cum polenta: & si mammæ tendantur. Illinit & tẽporibus in capitis dolore. Sumitur et contra scolopendras: et scorpiones marinos et ad serpentes. Epiphoris illinitur: et omnibus in capite eruptionibus. Item sedis uitiis. Impetigines quoq;: uel si teneatur tantum: prohibet. Auribus cum mulso instillatur. Aiunt et lyeni mederi eam in horto gustatam ita ne uellatur: si is qui momorderit: dicat se lyeni mederi per dies nouem. Aridæ quoque farinæ tribus digitis apprehensam et stomachi dolorem sedare in aqua. Et similiter aspersa in potionem uentris animalia expellere. Magna societas cum hac ad recreandos defectos animo pulegio cum surculis suis in ampullas uitreas aceti utrisque deiectis. Qua de causa dignior e pulegio corona uertigini q̄ e rosis cubiculis nostris pronunciata est. Nam & capitis dolores imposita dicitur leuare. Quin & olfactu capita tueri contra frigorum æstusque iniuriam: & ab siti traditur. Neq; æstuare eos qui duos e pulegio surculos impositos auribus in sole habeant. Illinitur etiam in doloribus cum polenta & aceto. Fœmina efficacior. Est autem hæc flore purpureo. Mas cãdidum habet. Nauseas cum sale & polẽta ĩ frigida aqua pota inhibet. Sic & pectoris: ac uentris dolorem. Stomachi autẽ ex aqua intercisiones sistit. Et uomitiones cum aceto & polenta. Intestinorũ uitia melle decocta & nitro sanat. Vrinam pellit ex uino: & si amineũ sit. Et calculos & interiores omnes dolores. Ex melle & aceto sedat menstrua: & secundas uuluas conuersas corrigit. Defunctos partus eiicit. Semen obmutescentibus olfactu admouet. Comitialibus in aceto cyathi mensura datur. Si aquæ insalubres bibendæ sint: tritum inspergitur. Salsitudines corporis: si cũ uino tradatur: minuit. Neruorum causa & in contractione cum sale & aceto & melle confricatur opisthothono. Imbibitur ad serpẽtium ictus decoctum. Ad scorpionum in uino tritum: maxime quod in siccis nascit. Ad oris exulcerationes: ad tussim efficax habetur. Flos recentis incensus pulices necat odore. Xenocrates pulegii ramum lana inuolutum in tertianis ante accessionem olfactandum dari: aut stragulis subiici: & ita collocari ægrum: inter remedia tradit. Siluestri ad eadem uis efficacior est: quod simile est origano minoribus foliis q̄ satiuum: & a quibusdam dictamus uocatur. Gustatũ a pecore caprisq; balatũ concitat. Vnde quidam græci litteras mutantes blechon uocauerunt. Natura tam feruens est ut illitas partes exulceret. Tussi ĩterfrictiones fricari ãte balnea conuenit & ante accessionũ horrorem conuulsis & torminibus. Podagris mire prodest. Hepaticis cum melle & sale bibendum datur. Pulmonum uitia excreabilia facit. Ad lyenem cum sale utile ẽ. Et uesicæ & suspiriis & inflatiõibus decoctum succo æqualiter. Et uuluas corrigit. Et contra scolopẽdram terrestrem uel marinam. Item scorpiones. Priuatim ue ualet cõtra omnem morsum. Radix contra increscentia uulnera recens potentissima. Arida uero cicatricibus decorem affert. Item pulegio est nepetæq; societas. Decocto enim in aqua ad tertias discutiunt frigora. Mulierumq; menstruis prosunt. Et æstate sedant calores. Nepeta quoq; uires contra serpentes habet. Fumum ex ea nidoremq; fugiũt. quam & substernere in metu obdormituris utile est. Tusa egilopis imponitur. Et capitis doloribus recens cum tertia parte panis temperata aceto illinitur. Succus eius instillatus naribus supinis: profluuium sanguinis sistit. Item radix cum myrti semĩe in passo tepido gargarissata anginis medet. Cuminum siluestre est prætenue q̄ternis aut quinis foliis ueluti serratis. Et in satiuo magnus usus in stomachi præcipue remediis. Discutit pituitas & inflationes. Tritum & cum pane sumptum uel potum

ex aqua uinoque tormina quoque & inteſtinorum dolores. Veruntamen omnem pallorẽ bibentibus gignit. Ita certe ferunt Portii Latronis clari ĩter magiſtros dicendi ad ſectores ſimilitudinem coloris ſtudiis contra æmulos imitatos: & pauloante Iulium Vindicem adſertorem illum a Nerone libertatis captatiõe teſtamentis ſic lenocinatum. Narium ſanguinem paſtillis inditum: uel ex aceto recens ſiſtit. Et oculorũ epiphoris per ſe impoſitum tumentibus cum melle prodeſt. Infantibus imponi in uentre ſatis eſt. Morbo regio in uino albo ab alienis datur.

¶DE Poſca quæ urinam ſtringit: & de cappari: & de liguſtico ſiue panace: & cunila bubula. ¶Capitulum. xv.

AEthiopicum maxime in poſca illinitur cum melle. Africano priuatim urinæ incontinentiam cohiberi putant. Satiuum datur & ad iocineris uitia toſtum tritum in aceto. Item ad uertiginem. Iis uero quos acriore ui urina mordeat in dulci tritum uino. Ad uuluarum uitia in uino. Præterque impoſitis uellere foliis. Teſtium tumoribus toſtum tritumq; cum melle aut roſaceo & cæra. Silueſtre ad omnia eadẽ efficacius. Præterea ad ſerpentes cum oleo: ad ſcorpiones: ad ſcolopendras. Siſtit & uomitionẽ: nauſeaſque ex uino: quantum apprehenderint tres digiti. Propter colum quoq; bibitur. Illiniturq; uel penicillis feruens: uel adſtringit᷑ faſciis. Strangulationes uuluæ potum in uino aperit tribus drachmis in tribus cyathis uini. Auribus inſtillat᷑ ad ſonitus atq; tĩnitus cũ ſeuo uitulino uel melle. Suggillatis illinit᷑ cũ melle & uua paſſa & aceto. Lentigini nigræ ex aceto. Eſt cumino ſĩllimũ quod græci uocant ami. Quidã uero æthiopicũ cuminũ id eſſe exiſtimãt. Hippocrates regiũ appellat: uidelicet q̃a efficacius ĩ ægypto iudicauit. Pleriq; alterius natæ ĩ totũ putãt: quoniam ſit exilius & candidius. Similis autem & huic uſus. Nam & panibus alexandrinis ſubigitur. Et cum alimentis interponitur. Inflationes & tormina diſcutit. Vrinam & menſtrua ciet. Suggillata & oculorum epiphoras mitigat. Cũ lini ſemine ſcorpionũ ictus in uino potum drachmis duabus. Priuatimq; ceraſtarum cum pari portiõe myrrhæ. Colorem quoq; bibentium ſimiliter mutat ĩ pallorem. Suffitum cum uua paſſa aut reſina: uuluas purgat. Tradunt facilius concipere eas: quæ odorantur id ꝑ coitũ. De cappari ſatis diximus inter peregrinos frutices. Non utendum tranſmarino. Innocentius italicum eſt. Ferunt eos qui quotidie id edunt: paralyſi non periclitari. Nec lyenis doloribus. Radix eius uitiligines albas tollit ſi tritæ in ſole fricẽtur. Spleneticis prodeſt in uino pota. Radicis cortex duabus drachmis dempto balnearum uſu. Feruntque trigintaquinque diebus per urinam & aluum totum lyenem emitti. Bibitur in lumborum doloribus ac paralyſi. Dentium dolores ſedat tritum ex aceto ſemen decoctum: uel manducata radix. Infunditur aurium dolori decoctum oleo. Vlcera quæ phagedenas uocãt folia & radix recens cum melle ſanant. Sic & ſtrumas diſcutit radix. Parotidas uermiculoſq; cocta in aqua. Iocineris quoq; malis medetur. Dant & ad tineas in aceto & melle. Oris exulcerationes in aceto decocta tollit. Stomacho inutiles eſſe inter auctores conuenit. Liguſticum aliqui panacem uocant: ſtomacho utile eſt. Item conuulſionibus & inflationibus. Sunt & quidam qui cunilam bubulã appellauerunt uti diximus falſo. Cunilæ præter ſatiuam plura ſunt in medicina gña. Quæ bubula appellatur: ſemen pulegii habet: utile ad uulnera commanducatum impoſitumq;: ut quinto poſt die ſoluatur. Contra ſerpentes quoque in uino bibitur. Ac tritum plagæ imponitur. Vulnera ab iis facta perfricantur. Item teſtudines cum ſerpentibus pugnaturæ hac ſe muniunt. Quidamq; in hunc uſum panacem uocant. Sedat & tumores & uiriliũ mala. ſicca uel foliis tritis ĩ õni uſu mire cõgrués ex uino.

¶Item De cunila: ſiue origano: & de cunilagone & cunila molli: & libanotide: & cunila ſatiua. ¶Capitulum. xvi.

Est alia cunilacea appellata a nostris: a græcis origanum heracleoticum. Prodest oculis trita addito sale. Tussim quoq; emendat & iocinerꝶ uitia. Laterꝶ dolores cum farina oleo & aceto in sorbitionem temperata. Præcipue uero serpentium morsus. Tertium genus est eius: quæ a græcis mascula: a nostris cunilago uocatur: odoris fœdi: radicis lignosæ: folio aspero. Vires eius uehementissimas in omnibus iis generibus earum tradunt. Manipulo quoq; eius adiecto: omnes etiā a tota domo blattas conuenire ad eam. Priuatim aduersus scorpiones ex posca tollere. Tribus foliis ex oleo peruncto homine fugari serpentes. Econtrario quæ mollis uocat̄: pilosioribus ramis & aculeatis. Trita mellis odorem habet digitis tactu eius cohærentibus. Altera thuris: quam libanotidem appellauimus. Medetur utraq; cōtra serpentes ex uino uel aceto. Pulices etiam cōtritæ cum aqua sparsæ necāt. Satiua quoq; suos usus habet. Succus eius cum rosaceo auriculas iuuat. Ipsa ad ictos bibitur. Fit ex ea montana serpillo similis: efficax contra serpentes. Vrinam mouet. Purgat & a partu mulieres. Concoctionem mire adiuuat: & ad cibos auiditatem. Vtraq; uel in cruditate ieiunis in potione aspersa. Luxatis quoque utilis. Contra uesparū & similes ictus ex farina hordeacea & posca utilissima. Libanotidis alia genera suis dicentur locis.

¶DE Piperiti & origano: & othimine prasio: & tragorigano: & heraclio: & lepido: & de gith siue melanthio: & aniso. ¶Capitulum. xvii.

Piperitis: quam & siliquastrum appellauimus: contra morbos comitiales bibitur Castore taliter demonstrante. Caule rubro & longo: densis geniculis foliis lauri: semine albo tenui: gustu piperis. Vtilis gingiuis: dētibus: oris suauitati: & ructibus. Origanum quod in sapore cunilam æmulatur ut diximus: plura genera in medicina habet. Othimin uel prasion appellant non dissimile hysopo. Priuatim eius usus contra torsiones stomachi in tepida aqua: & cruditates. Contra araneos: scorpionesque in uino albo. Luxata & incussa in aceto & oleo & lana. Tragoriganon similis est serpillo siluestri. Vrinā ciet. Tumores discucit cōtra uiscum potum uiperæq; ictum efficacissimū: stomachoq; acida ructanti & præcordiis. Tussiētibus quoq; cum melle datur: & pleureticis: & peripneumonicis. Heraclium quoque tria genera habet nigrius latioribus foliis glutinosum. Alterum exilioribus mollibusq; sansuco non dissimile: quod aliqui prasion uocare malunt. Tertium est inter hæc medium: minusq̄ cætera efficax. Optimum autem creticum: nam & iucunde olet. Proximum Smyrneum. Deinde heracleoticum ad potum utilius: quod othimin uocant. Communis autem usus: serpētes fugare. Percussis esui dare decoctum. Potu urinam ciere. Ruptis conuulsis mederi cum panacis radice. Hydropicis cum fico aut cum hysopo acetabuli mensuris decoctum ad sextam. Item scabiem: pruriginem: psoras in decessione balnearum. Succus auribus infunditur cum lacte mulieris. Tonsillis quoq; fluuiis medetur. Capitis ulceribus. Venena opii & gypsi extinguit decoctum: si cū cinere & uino bibatur. Aluum mollit acetabuli mensura. Sugillatis illinitur. Item dentium dolori: quibus etiam & candorem facit cum melle & nitro. Sanguinem narium sistit. Ad parotidas decoquitur cum hordeacea farina. Ad arterias asperas cū galla & melle teritur. Ad lyenem folia cum melle & sale. Crassiores pituitas & nigras extenuat coctum cum aceto & sale sumptum paulatim. Regio morbo tritum cum oleo in nares infunditur. Lassi perunguntur ex eo: ita ut ne uenter attingatur. Epinyctidas cū pice sanat. Furunculos aperit cum fico trita. Strumas cum oleo & aceto: & farina hordeacea. Lateris dolores cum fico illitum. Fluctiones sanguinis in genitalibus tusum ex aceto illitum. Reliquias purgationum a partu. Lepidum īter urentia intelligitur. Sic & in facie cutem emendat exulcerando: ut tamen cæra & rosaceo facile sanetur. Sic lepras & psoras tollit semper facile: & cicatricum ulcera. Tradunt in dolore dentium adalligatum brachio qua doleat: compescere dolorem. Gith ex græcis alii melāthion:

alii melaſpmon uocant. Optimum q̄ excitatiſſimi odoris:& q̄ nigerrimum. Medetur ſerpentium plagis & ſcorpionum. Illini ex aceto & melle reperio. Incenſoq; ſerpentes fugari. Bibitur drachma una contra araneos. Diſtillationem narium diſcutit tuſum in linteolo olfactum. Capitis dolores illitum ex aceto:& infuſum naribus. Cum myrrino oculorum epiphoras & tumores. Dentium dolores coctum cum aceto. Vlcera oris tritum aut commanducatum. Item lepras & lentigines ex aceto. Difficultates ſpirandi:addito nitro potum. Duricias tumoreſq; ueteres & ſuppurationes illitum. Lac mulierum auget:continuis diebus ſumptū. Colligitur ſuccus eius ut hyoſcyami. ſimiliterq; largius uenenum eſt. quod miremur:cum ſemen gratiſſime panes etiam condiat. Oculos quoq; purgat. Vrinam & menſtrua ciet. Quinimmo linteolo illigatis tantum granis. xxx. ſecundas trahi reperio. Aiunt & clauis in pedibus mederi tritum in urina. Culices ſuffitu necare. Item muſcas. Et aniſum aduerſus ſcorpiones ex uino bibitur:a Pythagora inter pauca laudatum ſiue crudum ſiue decoctum. Item uiride aridumue omnibus:quæ condiuntur : quæq; intinguntur deſideratum. Panis etiam cruſtis inferioribus ſubditum. Sagis quoq; additur. Cum amaris nucibus uina commendat. Quin ipſum oris halitum iucundiorem facit. Fetoremq; tollit manducatum matutinis cum zmyrneo & melle exiguo. Mox uino collutum uultum iuniorem præſtat. Inſomnia leuat ſuſpēſum ī puluino ut dormientes olfaciant. Appetētiā ciborum præſtat. quādo id quoq; īter artificia deliciæ fecere:ex quo labor deſiit cibos poſcere. Ob has cauſas quidam anicetum id uocauere. Laudatiſſimum eſt creticum: proximum ægyptium. Hoc liguſtici uicem præſtat in condimentis. Dolores capitis leuigat ſuffitum naribus. Epiphoris oculorum radicem eius tuſam imponit Iollas. Ipſum cum croco pari modo & uino. & per ſe tritum cum polenta ad magnas fluctiones: extrahendaq; ſiquæ in oculis inciderit. Narium quoq; cardines cōſumit illitū ex aqua. Sedat anginas cum melle ac hyſopo ex aceto gargariſſatum. Auribus infunditur cum roſaceo. Thoracis pituitas purgat toſtum:cū melle ſumptū melius. Cū acetabulo aniſi nuces amaras. l. purgatas tere in melle ad tuſſim. Facillime uero aniſi drachmæ tres:papaueris duæ miſcētur melle ad fabæ magnitudinē. Et ternis diebus ſumuntur. Præcipuum autem eſt ad ructus. Ideo inflatiōibus ſtomachi & inteſtinorum torminibus:& cæliacis medetur. Singultus & olfactum decoctum potumq; inhibet. Foliis decoctis digerit cruditates ſuccus decocti. Ipſum cum apio olfactum ſternutamenta inhibet. Potum ſomnum concitat. Calculos pellit. Vomitiōes cohibet:& præcordiorum tumores. Et pectorum uitiis. Neruis quoq; quibus ſuccinctum ē corpus: utiliſſimum. Prodeſt eius & capitis doloribus inſtillari ſuccum cum oleo decocti. Nō aliud utilius uentri:& inteſtinis putant. Ideo dyſentericis & in tenaſmis datur toſtū. Aliqui addunt & opium pilulis in die ternis lupini magnitudine: & in uini cyatho dilutis. Dieuches & ad lumborum dolores ſucco uſus eſt. Semen hydropicis & cæliacis dedit tritum cum menta. Verum & radicem ad renes. Dalion herbarius parturientibus ex eo cataplaſma impoſuit cum apio. Item uuluarum dolori. Deditq; bibendū cum aneto parturientibus. Phreneticis quoq; illinunt recens cum polenta. Sic & infantibus comitiale uitium aut contractiones ſentientibus. Pythagoras quidem non corripi uitio comitiali in manu habentes. Ideoq; q̄plurimum domi ſerendum. Parere quoq; facilius olfactantes. Et ſtatim a partu dandum potui polenta aſperſa. Soſimenes cōtra ōnes duricias ex aceto uſus eſt. Eo & cōtra laſſitudines in oleo decoquēs: addito nitro. Semine eius poto:laſſitudinis auxiliū uiatoribus ſpopondit. Heraclides ad inflationes ſtomachi ſemen tribus digitis cum caſtorei obolis duobus ex mulſo dedit. Similiter ad uentris aut inteſtinorum inflationes. Et ortopnoicis quod ternis digitis prehenderit ſeminis: tātundē hyoſcyami cum lacte aſinino. Multi uomituris acetabula eius & folia lauri decem trita in aqua bibenda inter cœnam ſuadent. Strāgulationes uuluæ ſi manducetur: & linatur calidum : uel ſi bibatur cum caſtoreo in

aceto & melle sedat. Vertigines a partu cũ seĩe cucumeris & lini pari mensura trinũ digitorum uini albi tribus cyathis discutit. Cleopolemus ad quartanas trinis digitis seminis anisi & fœniculi usus est in aceto & mellis cyatho uno. Lenit articulares mor/bos cum amaris nucibus illitum. Sunt & qui aspidum uenenis aduersari naturam eius putẽt. Vrinam ciet. Sitim cohibet. Venerem stimulat. Cum uino: sudorem leni/ter præstat. Vestes quoq; a tineis defendit. Efficacius semper recens & quo nigrius. Stomacho tamen inutile est præterq̃ inflato.

¶DE Aneto & sagapenio: & de papauere albo: & nigro. Et quomõ succus herbaꝝ colligendus est: & de opio ¶Capitulum. xviii.

ANetum quoq; ructus mouet: & tormina sedat. Aluum sistit. Epiphoris radices illinũtur ex aqua uel uino. Singultus cohibet semen feruens olfactum. Sump/tum ex aqua: sedat cruditates. Cinis eius uuam in faucibus leuat. Oculos et genitură hebetat. Sacopenium quod apud nos gignitur: ĩ totum trãsmarino alienatur. Illud enim ammoniaci lachrymæ simile sagapenion uocatur. Prodest laterum & pectoris doloribus: conuulsis: tussibus ueteribus: excreationibusq;. Præcordiorum tumoribus. Sanat & uertigines: tremulos: opisthothonicos: lyenes: lumbos: perfrictiones. Datur & olfactandum ex aceto in strangulatu uuluæ. Cæteris & potu datur & cum oleo infri/catur. Prodest & contra mala medicamenta. Papaueris satiui diximus genera: & spõ/te nascentis alia promisimus. Sed satiui albi calix ipse teritur & bibitur somni causa. Semen elephãtis medetur. E nigro papauere sapor gignitur scapo inciso: ut Diagoras suadet: cum turgescit. Vt Iollas cum deflorescit hora diei sereni: hoc est cum ros in eo exaruerit. Incidi iubent sub capite & calice. Nec in alio genere ipsum inciditur ca/put. Succus & hic: & herbæ cuiusq; lana excipitur. Aut si exiguus est: ungue pollicis ut lactucis: & postero die magis quod inaruit. Papaueris uero largus densatur & in pastillos tritus in umbra siccatur non ui soporifera modo uerum si copiosior hauriat̃ etiam mortifera per somnum: opion uocant. Sic scimus interemptum Licinii Cecinæ prætorii uiri patrem in hispania baiulicum quoniã ualitudo impatibilis odium uitæ fecisset. Item plerosq; alios. Quadecausa magna cõcertatio extitit. Diagoras: & Era/sistratus in totum damnauere in mortiferum infundi uetantes. Præterea quoniam usui noceret. Addidit Andron: ideo non protinus excæcari eo: quoniam adulteratur alexandrino. Sed postea usus eius non improbatus est medicamento nobili: quod acidion uocant. Semine quoq; eius trito in pastillos e lacte utuntur ad somnum. Itẽ ad capitis dolores cum rosaceo. Cum his aurium dolori ĩstillatum. Podagris illinitur cum lacte mulierum. Sic & foliis ipsis utuntur ad sacros ignes. Item uulnera cum aceto. Ego tamẽ damnauerim collyriis addi. Multoq; magis quas uocant lexipyretas: quasq; pepticas & cæliacas. Nigrum tamẽ in cæliacis uino datur. Satiuum omne ma/gis rotundat capita. At siluestri longum ac pusillum: & ad omnes effectus ualentius. Decoquitur & bibitur contra uigilias: eademq; aqua fouet ora. Optimus in siccis: & ubi raro pluit. Cum capita ipsa & folia decoquuntur: succus meconium uocatur: multum opio ignauior. Experimentum opii est primum in odore. Sincerum enim perpeti non mox est. Dein in lucernis: ut pura luceat flamma: aut extinctum demũ oleat. Quæ in fucato non eueniunt. Accenditur quoq; difficilius & crebro extinguit̃. Est sinceri experimentum & in aqua: quia nebula innatat. Fictum in posca coit. Sed maxime mirũ æstiuo sole deprehẽdi. Sincerum enim sudat: & se diluit: donec succo recenti simile fiat. Mnesides optĩe seruari putat hyoscyami semĩe adiecto. Alii ĩ faba.

¶DE Empractico: & erratico: & glaucio siue paralio: & heraclio siue aphro: & de diacodio. ¶Capitulum xix.

INter satiua est et siluestria medium genus: quod nisi inaruisset: spõte nasceret̃.

Rhiam uocauimus & empracticum. Quidam id decerptum protinus cum toto calice
mandunt. Aluum exinaniunt capita quinque decocta. In uini tribus heminis pota
ſomnum faciunt. Silueſtrium unum genus cæraticum uocant: nigrum: cubitali alti-
tudine: radice craſſa & corticoſa: cauliculo inflexo: ut cornicula. Folia minora & tenu-
iora q̄ cæteris ſilueſtribus: ſemen exile. Tempeſtiuum eſt menſtruis. Aluum purgat
dimidio acetabulo in mulſo. Folia trita cum oleo argemas iumentorum ſanāt. Radix
acetabuli menſura cocta in duobus ſextariis ad dimidias: datur ad lumborum uitia
& iocineris. Carbūculis medētur ex melle folia. Quidam hoc genus glaution uocāt:
alii paralion. Naſcit̄ enī in afflatu maris: aut nitroſo loco. Alterum eſt ī ſilueſtribus
generibus heraclion: uocatur ab aliis aphron. Foliis ſi procul intuearis ſpeciē paſſerꝫ
præſentantibus: radice in ſumma terræ cute: ſemine ſpumeo. Ex hoc lina ſplendorē
trahunt æſtate. Tunditur in pila comitialibus morbis acetabuli menſura ſeminis
in uino albo: uomitiones enim facit. Medicamento: quod diacodion & aſteriace uo-
catur: utiliſſimum. Fit autem huius papaueris aut cuiuſcūq; ſilueſtris capitibus. c. xx.
in aquæ cæleſtis ſextariis tribus biduo maceratis: in eademq; decoctis: deinde ſiccatis:
iterumq; cū melle decoctis ad dimidias partes uapore tenui. Addidere poſtea drach-
mas ſenas croci: hypociſtidis: thuris: acaciæ: & paſſi cretici ſextarium. Hac oſtētatiōe
ſimplex quidem & antiqua illa ſalubritas papauere & melle conſtat.

DE Tichymalo: & archelio: & porculaca ſiue peplio: & coriādro: & de atriplici.
Capitulum. xx.

TErtium genus eſt tichymalon: mecona uocant: alii archalion: folio leui albo: ca-
pite magnitudinis fabæ. Colligitur uua florente: ſiccatur in umbra. Semē potū
purgat aluū dimidio acetabulo in mulſo. Cuiuſcunq; autem papaueris caput uiride
uel ſiccum illitum: epiphoras oculorum lenit. Opium ex uino meraculo ſi protinus
detur: ſcorpionum ictibus reſiſtit. Aliqui hoc tātum nigro tribuunt ſi capita eius uel
folia terantur. Eſt & porculaca: quam peplion uocant: non multum ſatiua efficacior:
cuius memorabiles uſus traduntur. Sagittarum uenena & ſerpētium hemorrhoidū:
& præſigrum reſtringi. pro cibo ſumpta & plagis impoſita extrahit. Item hyoſcyamo
poto e paſſoq; expreſſo ſucco. Cum ipſa non eſt: ſemen eius ſimili effectu prodeſt.
Reſiſtit & aquarum uitiis: capitis dolori: ulceribuſq; in uino tuſa & impoſita. Reliq̄
ulcera commanducata cum melle ſanat. Sic & infantium cerebro imponitur. Vmbi-
licoq; prociduo. In epiphoris uero omnium fronte temporibuſq; cum polenta. Sed
ipſis oculis e lacte & melle. Eadem ſi procident prodeſt oculis. foliis tritis cum corti-
cibus fabæ. Puſtulis cum polenta & ſale & aceto ac cæra. Et ulcera oris tumoremque
gingiuarum commanducata cruda ſedat. Item dentium dolores. Tonſillarum ulcera
ſuccus decoctæ. Quidam adiecere paulum murræ. Nam & mobiles dentes ſtabilit
commanducata. Cruditates ſedat: uocemq; firmat: & ſitim arcet. Ceruicis dolores cū
galla & lini ſemine & melle pari menſura ſedat. Mammarum uitia cum melle
aut cimolia creta. Salutaris & ſuſpirioſis: ſemine cum melle hauſto. Stomachum
in acetariis ſumpta corroborat. Ardentibus febribus imponitur cum polenta. Et
alias manducata refrigerat: etiam inteſtina. Vomitiones ſiſtit. Diſenteriæ & uomi-
cis datur ex aceto uel bibitur cum cumino. Tenaſmis autem cocta & comitialibus
cibo uel potu prodeſt. Purgationibus mulierum acetabuli menſura in ſapa. Podagris
calidis cum ſale illita & ſacro igni. Succus eius potus renes iuuat ac ueſicas. Ventris
animalia pellit. Ad uulnerum dolores ex oleo cum polenta imponitur. Neruorum
duricias emollit. Metrodorus qui epitomenton rhizitomumenon ſcripſit: purgati-
onibus a partu dandam cenſuit. Venerem inhibet: ueneriſq; ſomnia. Prætorii uiri
pater eſt hiſpaniæ princeps: quem ſcio propter impatibiles uuæ morbos radicem eius
filo ſuſpenſam e collo gerere: præterq̄ in balneis: & ita liberatum incommodo omni.

Quin etiam inueni apud auctores: caput inde litum: distillationem toto anno non sentire. Oculos tamen hebetare putatur. Coriandrum inter siluestria nõ inuenitur. præcipuum tamen esse constat statim ægyptium. Valet cõtra serpentium genus unũ: quod amphisbenas uocant: potum impositũq;. Sanat & alia uulnera. Epinyctidas pustulas tritum. Sic & omnes tumores: collectionesq; cum melle aut uuapassa. Panos uero ex aceto tritum. Seminis grana tria in tertianis deuorari iubent aliqui ante accessionem. Vel plura illini fronti. Sunt qui & ãte solis ortum ceruicalibus subiici efficaciter putent. Vis magna ad refrigerandos ardores uiridi. Vlcera quoq; quæ serpunt: sanat cum melle uel uuapassa. Item testes: ambusta: carbunculos aures cum lacte mulieris: epiphoras oculorum: uentris & intestinorum fluctiones. Semen ex aq̃ potum bibitur in choleris cum ruta. Pellit animalia interaneorum cum mali punici succo & oleo semen potum. Xenocrates tradit rem miram: si uera est: menstrua contineri uno die: si unum granum biberint fœminæ: biduo si duo: & totidẽ diebus quot grana sũpserint. M. Varro coriandro subtrito cum aceto: carnem ĩcorruptam æstate seruari putat. Atriplex & siluestre est & satiuum: accusatum a Pythagora tanquam faceret hydropicos morbosq; regios & pallorem. Coquitur difficillime. Ac ne ĩ hortis quidem iuxta id nasci quicq̃ nisi lãguidum culpauit. Addidere Dionysius & Diocles plurimos gigni ex eo morbos. Nec nisi mutata sæpius aqua coquendum. Stomacho cõtrarium esse. Lentigines & papulas gignere. Miror quare difficulter ĩ italia id nasci tradiderit Solon smyrneus. Hippocrates uuluarum uitiis id infundi cum beta. Lycus neapolitanus cõtra cantaridas bibendum dedit. Panos: furunculos incipiẽtes: duricias omnes uel cocto uel crudo utiliter illini putant. Item ignem sacrum cum melle aceto nitroq;. Similiter podagris. Vngues scabros detrahere dicitur sine ulcere. Sunt: qui in morbo regio dẽt semen eius cum melle. Arterias & tõsillas nitro addito perfricẽt. Aluum moueant. Cocto aut per se aut cum malua aut lenticula concitãtes uomitiones. Siluestri capillos tingũt. Et ad suprascripta utuntur medicina.

¶DE Malua: malope: & althea: & lapatio: oxylapato: hydrolapato: & hippolapato: & bubalapato. ¶Capitulum. xxi.

E Cõtrario ĩ magnis laudibus malua ẽ utraq; & satiua & siluestris. Duo gña eaꝝ amplitudine folii discernuntur. Maiorem græci malopen uocant in satiuis. Alteram ab emolliendo uentre dictam putant malachen. E siluestribus: cui grande folium & radices albæ althea uocatur. Ab excellentia effectus: a quibusdam aristalthea. Omne solum in quo serũtur pinguius faciunt. Huic contra omnes aculeatos ictus efficacior uis: præcipue scorpionum uesparum: similiumq;: & murisaranei. Quin & trita cum oleo qualibet earum perũcti ãte uel habentes: eas nõ feriũt. Folium impositum scorpionibus: torporem affert. Valent & cõtra uenena. Aculeos omnis extrahunt illitæ crudæ aut cum anetho potæ. Decoctæ uero cum radice sua: leporis marini uenena restĩguunt. Et ut quidam dicũt: si uomatur. De eisdem mira & alia traduntur. Sed maxime si quotidie quis succi ex qualibet eaꝝ sorbeat cyathũ dimidium: omnibus morbis cariturum. Vlcera manantia in capite sanant. In urina putrefactæ lichenas. Et ulcera oris cũ melle. Radix decocta: furfures capitis: & dẽtiũ mobilitates. Eius quæ unum caulem habet: radice circa dentem: qui doleat: punge donec desinat dolor. Eadẽ strumas & parotidas panosq; addita hominis saliua purgat citra uulnus. Semen ĩ uino nigro potum a pituita & nauseis liberat. Radix mamarum uitiis occurrit adalligata in lana nigra. Tussim in lacte cocta & sorbitionis modo sumpta quinis diebus emendat. Stomacho utiles Sex. Niger dicit. Olympiades thebanus abortiuas esse cum adipe anseris. Aliqui purgari fœminas foliis earũ manus plenæ mensura in oleo & uino sumptis. Vtiq; constat parturientes foliis substratis celerius solui: protinus a partu reuocanda: ne uulua sequatur. Dant &

succum bibendum parturientibus ieiunis in uino decocta hemina. Quin & semen tritũ adalligãt brachio genitale nõ continentium. Adeoq; ex ueneri nascũt̃: ut semẽ unicaulis aspersum cubicali fœminarum auiditates augere ad infinitum Xenocrates tradat. Item tres radices iuxta adalligatas. Tenasmo & dysentericis utilissime ĩfundi. Itẽ sedis uitiis: uel si foueant̃. Melãcholicis quoq; succus dat̃ cyathis ternis tepidus. Et insanientibus quaternis. Decoctæ comitialibus heminæ succi. Hic & calculosis & inflatione & torminibus aut opisthotonico laborantibus tepidus illinitur. Et sacris ignibus: & ambustis decocta in oleum folia imponuntur. Et ad uulnerum impetus cruda cum pane. Succus decoctæ neruis prodest: & uesicæ: & ĩtestinorum rosiõibus. Vuluas & cibo & infusione emollit ĩ oleo. Succus decoctæ pori meatus suaues facit. Altheæ in omnibus supradictis efficacior radix: præcipue conuulsis ruptisq;. Cocta in aqua aluum sistit. Ex uino albo strumas & parotidas & mammarum inflationes: & panos. In uino folia decocta & illita tollunt. Eadem arida in lacte decocta q̃libet pernitiosæ tussi citissime medent̃. Hippocrates uulneratis sitientibusq; defectu sanguinis radicis decoctæ succum bibendum dedit. Et eam uulneribus cum melle: & resina. Item conuulsis: luxatis: tumentibus: & musculis: neruis: articulis imposuit. Et asmaticis: ac disentericis in uino bibendum dedit. Mirum aquã radice ea addita: addensari sub diuo: atq; elactescere. Efficacior autem quo recentior. Nec lapatium dissimiles effectus habet. Est autem siluestre: quod alii oxalidem appellant: satiuo proximum: foliis aquosis: colore betæ candidæ: radice minima. Nostri uero rumicẽ alii lapatium cantherinũ ad strumas cum axungia efficacissimũ. Est & alterũ genus fere oxylapaton uocant. Satiuo idem similius: & acutiora habet folia ac rubriora: nõ nisi in palustribus nascens. Sunt qui hydrolapaton tradunt in aqua natum. Est & aliud hippolapaton maius satiuo: candidiusque ac spissius. Siluestria scorpionum ictibus medẽtur: & ferire prohibent habentes. Radix aceto decocta si coletur succus: dentibus auxiliatur. Si uero bibatur: morbo regio. Semẽ stomachi ĩextricabilia uitia sanat. Hippolapati radices priuatim ungues scabrosos detrahũt. Dysentericos semẽ duabus drachmis in uino potum liberat. Oxylapati semen lotum in aqua cælesti: sanguinem prodest reiicientibus. Adiecta acacia lentis magnitudine prodest. Præstãtissimos pastillos faciunt ex foliis & radice: addito nitro & uire anguino. In usu aceto diluunt. Sed satiuum in epiphoris oculorum illinunt frontibus. Radice cherias & lepras curãt. In uino uero decocta: strumas & parotidas & calculos. Poto uino & lyenes. Cæliacos æque & dysentericos & tenasmos. Ex eademq; omnia efficacius. Vis lapati & ructus facit & urinam ciet & caliginem oculorum discutit. Item pruritum corporis in solia balnearum additum: aut prius ipsum illitum sine oleo. Firmat & commanducata radix dentes. Eadem decocta cum uino sistit aluum. Folia soluunt adiecto sale. Adiecit Solon neq; ut omittamus bulapaton: radicis tantum altitudĩe differens est. Et erga dysentericos efficacis effectus potum ex uino.

¶DE Sinapis tribus gñibus: & marrubio: & serpillo: & sisymbrio siue thymbræo: & de lini semine: & blito. ¶Capitulum. xxii.

SInapis: cuius in satiuis tria genera diximus: Pythagoras principatum habere ex iis quorum sublime uis feratur: iudicauit: quoniam non aliud magis in nares & cerebrum penetret. Ad serpentium ictus & scorpionũ tritum cum aceto illinitur. Fungorum uenena discutit. Contra pituitam tenetur ĩ ore: donec liquescat: aut gargarissatur cum aqua mulsa. Ad dẽtium dolorem manditur. Ad uuam gargarissatur cum aceto & melle. Stomacho utilissimum cõtra omnia uitia pulmonibusq;. Excreationes faciles facit ĩ cibo sumptum. Datur & suspiriosis. Item comitialibus tepidũ cum succo cucumerũ. Sẽsus atq; sternutamenta capitis purgat. Aluum mollit. Mẽstrua & urinam ciet. Et hydropicis imponitur. Cum fico & cumino tusum ternis

partibus comitiali morbo. Et uuluarum conuersionem suffitum excitat odore aceto mixto. Item lethargicos. Adiicitur cordylon. Est auté semen ex sese. Et si uehemétior somnus lethargicos premat: cruribus aut etiam capiti illinitur cum fico & aceto. Veteres dolores: thoracis lumborum coxendicum humerum & in quacunq; pte corporis ex alto uitia extrahenda sunt: illitum caustica ui emendat pustulas faciendo. At in magna duricia sine fico impositum: uel si uehementior uertigo timeat per duplices pannos. Vtuntur ad alopecias cum rubrica: psoras: lepras: phthiriases: lithannicos: opisthotonicos. Inungunt quoque scabras genas aut cum gallica inter oculos cum melle. Succusq; tribus modiis exprimit in fictili: calefcitq; in eo in sole modice. Exit & e cauliculo succus lacteus: qui ita cum induruit dentium dolori medetur. Semen ac radix cum immaduere: musto conteruntur. Manusq; plenæ mensura sorbentur ad firmandas fauces: stomachum: oculos: caput: sensusq; omnes. Mulierum etiam lassitudines saluberrimo genere medicinæ. Calculos quoq; discutit potum ex aceto. Illinuntur & liuoribus suggillatisq; cum melle: & adipe anserino: aut cæra cypria. Fit & oleum ex semine madefacto in oleo expressoq;: quo utuntur ad neruorum rigores: lumborumq; & coxendicum perfrictiones. Sinapis naturam effectusq; eosdé habere traditur adarca inter siluas intacta cortice planiore sub ipsa coma nascés. Marrubiũ pleriq; inter primas herbas commendauere: quem græci prasion uocant: alii linostrophon: nonnulli philopeda: aut philochares: notius q̃ ut indicandum sit. Huius folia semenq; contrita: prosunt contra serpentes: pectorum & lateris dolores: tussĩ ueterem. Et iis qui sanguinem eiiciũt: eximie utile: scopis eius cum panico aqua decoctis: ut asperitas succi mitigetur. Imponitur strumis cum adipe. Sunt qui uiridis semen quantum duobus digitis capiant: cum farris pugillo decoctum addito exiguo olei & salis sorbere ieiunos ad tussim iubeant. Alii nihil comparant. In eadem causa marrubii & fœniculi succis ad sextarios ternos expressis decoctisq; ad sextarios duos: tum addito mellis sextario rursus decocto ad sextarios duos: si coclearii mensura in die sorbeatur in aquæ cyatho. Et uirilium uitiis tusum cum melle mire prodest. Lichenas purgat ex aceto. Ruptis conuulsis: spasmatum neruis salutare. Potũ aluũ soluit cum sale & aceto. Item méstrua & secundas mulierum. Arida farina cũ melle ad tussim siccam: efficacissima est. Item ad cancrenas & pterygia. Succus uero articulis & naribus: & morbo regio minuendæq; bili cum melle ꝓdest. Item contra uenena inter pauca potens. Ipsa herba stomachũ & excreationes pectoris purgat. Cum iride & melle urinam ciet. Cauenda tamen exulceratæ uesicæ & renum uitiis. Dicitur succus claritatem oculorum adiuuare. Castor marrubii duo genera tradit. nigrũ: & quod magis probat: candidum. In ouum inane succum adiicit his: ipsumq; ouum infũdit melle æquis portionibus tepefactum: uomicas rumpere: purgare: persanare ꝓmittés. Illitis etiam uulneribus a cane factis tusa cum axungia ueteri. Serpillum a serpendo putant dictum. Quod in siluestri euenit: in petris maxime. Satiuum non serpit: sed ad palmi altitudinem increscit. Pinguius uoluntarium: & candidioribus foliis & ramis: aduersus serpétes efficax maxĩe cenchrin. Et scolopendras terrestres ac marinas. Et scorpiones decoctis ĩ uino ramis foliisq;. Fugat & odore cõminus si urat. Et cõtra marinorum ueuena præcipue ualet. Capitis doloribus decoctum in aceto illinitur temporibus ac fronti cũ rosaceo. Ité phreneticis: lethargicis: contra tormina: & urinæ difficultatem: anginas: uomitiones drachmis quattuor datur. Ex aqua bibitur & ad iocinerum dolores. Folia obolis quattuor dantur ad lyenem ex aceto. ad cruentas excreationes teritur in cyathis duobus aceti & mellis. Sisymbrium siluestre a quibusdã thymbræum appellatum: pedali non amplius altitudine: quod in riguis nascitur simile nasturtio est. Vtrunq; efficax aduersus aculeata animalia: ut sunt crabrones & similia. Quod in sicco ortum odoratum est: inseritur coronis: ãgustiore folio. Sedãt utraq; capitis dolorem. Item epiphoras ut Pilinus tradit. Alii panem addunt. Alii per

se decoquunt in uino. Sanat & epinyctidas cutisq; uitia in facie mulierꝝ intra quartũ diem noctibus impositum diebusque detractum. Vomitiones: singultus: tormina: stomachi dissolutiões cohibet siue in cibo sumptum: siue succo potum. Nõ edendũ grauidis: nisi mortuo conceptu. Quippe etiam impositum eiicit. Mouet urinam cũ uino potum. Siluestre & calculos. Quos uigilare opus sit: excitat infusum capiti cũ aceto. ¶Lini semen cũ aliis quidem in usu est. Et per se mulierũ cutis uitia emẽdat in facie. Oculorum aciem succo adiuuat. Epiphoras thure & aqua aut cum myrrha. Cum uino sedat parotidas. Cum melle aut adipe aut cæra stomachi solutiones insp/sum polẽtæ modo. Anginas in aqua & oleo decoctum: & cum aniso illitum. Torret ut aluum sistat. Cæliacis & dysẽtericis imponitur ex aceto. Ad iocineris dolores estur cum uuapassa. Et ad phthisin utilissime. Semine fiunt & eligmata. Musculorum: neruorum: articulorum ceruicum duricias. Cerebri membranas mitigat farina semis nitro aut sale aut cinere additis. Eadẽ cum fico item cõcoquit ac maturat. Cũ radice uero cucumeris siluestris extrahit quæcunq; corpori inhærent. Sic & fracta ossa. Ser/pere ulcus ĩ uino decocta prohibet. Eruptiones pituitæ cum melle emendat. Vngues scabros cum pari mõ nasturtii. Et testium uitia & ramices cum resina & murra. Et cãcrenas ex aqua. Stomachi dolores cum fœnogræco sextariis utrisq; decoctis ĩ aqua mulsa. Intestinorũ & thoracis perniciosa uitia clystere in oleo & melle. Blitum iers uidet ac sine sapore aut acrimonia ulla. unde conuitium fœminis apud Menandrum faciunt mariti. Stomacho ĩutile est. Ventrem adeo turbat: ut cholerã faciat aliq̃bus. Dicitur tamẽ aduersus scorpiones potum e uino prodesse. Et clauis pedum illini. Itẽ lyenibus. Et temporum dolori ex oleo. Hippocrates menstrua sisti eo cibo putat.

¶DE Meu: & fœniculo: & hippomarathro: uel myrseneo: & canabi: & de ferula: & carduis. ¶Cap. xxiii.

MEu ĩ italia nõ nisi a medicis serit: & iis admodũ paucis. Duo genera eius. Nobi/lius athamanticum uocant illi tanq̃ ab Athamante inuentum. Hi quoniam laudatissimum ĩ athamante reperiatur: foliis aniso simile: & caule aliquãdo bipedali: radicibus multis & obnigris: quibusdam altissimis: minus ruffum q̃ illud alterꝝ. Ciet urinam in aqua potum radice trita uel decocta. Inflationes stomachi mire discutit. Item tormina & uesicæ uitia. Vuluarumq; articulis cum melle. Infãtibus cum apio illitum imo uentri: urinas mouet. Fœniculum nobilitauere serpentes: gustatu ut diximus senectam exuendo: oculorumq; aciem succo eius reficiẽdo. Vnde intellectũ est hominũ quoq; caliginem præcipue eo releuari. Colligitur hoc caule turgescente. In sole siccatur. Inungitur ex melle. Vbiq; hoc est. Laudatissimum tamen in hiberia e lachrymis fit & ex semine recenti. Fit etiam e radicibus prima germinatione ĩcisis. Est & ĩ hoc genere siluestre: quod alii hippomarathron: alii myrseneum uocãt foliis maioribus: gustu acriore: procerius: brachiali crassitudine: radice cãdida. Nascitur in calidis: sed saxosis. Diocles & aliud Hippomarathri genus tradit: longo & angulosofolio: semine coriandri. Medicinæ in satiuo ad scorpionum ictus & serpentium: seĩe in uino poto. Succus & auribus instillatur: uermiculosq; in iis necat. Idipsum cõdi/mentis prope omnibus inseritur. Oxyporis etiam aptissime. Quin & crustis subdit panis. Semen stomachum dissolutum astringit uel in febribus sumptum. Nauseam ex aqua tritum sedat. Pulmonibus & iocineribus laudatissimum. Ventrem sistit: cũ modice sumitur. Vrinam excitat. Et tormina mitigat totum decoctum. Lactisque defectu potum mãmas replet. Radix cum ptisana sumpta renes purgat siue decocto succo: siue semine sumpto. Prodest & hydropicis radix ex uino cocta. Item conuulsis illinũtur folia tumoribus. Ardentes ex aceto calculos uesicæ pellunt. Genituræ a/bundantiam quoquomodo haustum facit. Verendis amicissimum: siue ad fouendũ radice cum uino cocta siue contrita in oleo illitum. Multi tumoribus & suggillatis cũ

cæra illinũt. Et radice in succo uel cũ melle cõtra canis morsum utuntur. Et contra multipedem ex uino. Hippomarathron ad omnia uehementius. Calculos præcipue pellit. Prodest uesicæ cũ uino leui. Et fœminarum menstruis. Efficacius in eo semẽ q̃ radix. Modus in utroq;:quod duobus digitis trito additur in potionem. Petriclius qui ophiaca scripsit:& Mycon qui rhizitomumena:aduersus serpentes nihil hippomarathro efficacius putauere. Sane & Nicander nõ in nouissimis posuit. Canabis in siluis primum nata est:nigriore folio & asperior. Semen eius extinguere geniturã uirorum dicitur. Succus ex eo uermiculos aurium & quodcunq; intrauerit eiicit:sed cum dolore capitis. Tantaq; uis ei est:ut aquæ infusa coagulare eam dicatur. & ideo iumentorum aluo succurrit pota ĩ aqua. Radix contractos articulos emollit in aqua cocta. Item podagras & similes impetus. Ambustis cruda illinit̃:sed sæpius mutat̃: priusq̃ arescat. Ferula semen simile anetho habet. Quæ ab uno caule diuiditur a cacumine:fœmina putatur. Caules eduntur decocti. Commendant̃q; musto ac melle. stomacho utiles. Sin plures sumpti: capitis dolorem faciunt. Radix denarii põdere in uini cyathis duobus bibitur aduersus serpentes. Et ipsa radix imponitur. Sic & torminibus medetur. Ex oleo autem & aceto contra sudores immodicos uel in febribus proficit. Succus ferulæ aluum sistit fabæ magnitudine deuoratusq;. E uiridi ferula ramusculus utilis ẽ ad omnia ea uitia. Ad sanguinem sistendum decem grana seminis bibuntur in uino trita:uel medulla. Sunt qui comitialibus morbis dandum putant:luna q̃rta:sexta:septima:linguæ mẽsura. Natura ferulaꝝ murenis infestissia est. Tactæ siquidem ea moriuntur. Castor radicis succum & oculorum claritati cõferre multum putauit. Et de carduorum satu inter hortensia diximus. Quapropter & medicinam ex iis non differamus. Siluestrium genera sũt duo. Vnum fruticosius a terra statim. Alterũ unicaule:crassius.utriq; folia pauca spinosa muricatis cacuminibus. Sed alter florem purpureum mittit inter medios aculeos celeriter canescẽtem & abeuntem cum aura. Scolimon græci uocant. Hic anteq̃ floreat contusus atque expressus: illito succo alopecias replet. Radix cuiusq; ex aqua decocta potatoribus sitim facere narratur. Stomachum corroborat. Et uuluis si credimus etiam conferre aliquid traditur:ut mares gignant̃.Ita enim Chereas atheniensis scripsit:& Glaucias qui circa carduos diligentissius uidet̃. Mãducatus carduus hic:odorẽ cõmendat oris.

Confectio tyriacæ compositio medicaminis Antiochi. Ca.xxiiii.

SEd ante discessum ab hortensibus unam compositionem ex iis clarissimã subtexemus aduersus uenenata animalia:incisam lapide uersibus in limine ædis Aesculapii. Serpilli duum denariorum pondus. Opopanacis & milii: tantundem singuloꝝ. Trifolii pondus denarii. Anethi & fœniculi seminis & anisi & amii & apii denariorum senũ ex singulis generibus. Erui farinæ duodecim. Hæc tusa cribrataq; uino quantum possit excellenti digeruntur in pastillos: uictoriati pondere. Ex iis singuli dantur ex uini mixti cyathis ternis. Hac tyriaca magnus rex Antiochus aduersus omnia uenena usus traditur.

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER .XXI.

PROOEMIVM.

DE natura florum & coronamentoꝝ:de mira florum uarietate. Ca.i.

IN HORTIS SERI ET CORONAMENta iussit Cato inenarrabili florum maxime subtilitate: quando nulli potest facilius esse loqui q̃ rerum naturæ pingere: lasciuienti præsertim & in magno gaudio fertilitatis tã uarie ludẽti. Quippe reliqua usus alimenti gratia genuit. Ideoque sæcula annosq; tribuit iis. Flores uero odoresq; de die in diem gignit. Magna ut palã est admonitione hominum: quæ spectatissime floreant: celerrime marcescere. Sed ne pictura qdẽ sufficiente imagini colorum reddendæ: mixturarumq; uarietati: siue alterni atque multiplices inter se nectantur: siue priuatis generum funiculis in orbem: in obliquum: in ambitum: quædam coronæ per coronas currũt.

¶DE Strophiolo serto: & qui primum flores miscere cœperint: & quando primum corolla inuenta: uel appellata: & quare. ¶Ca.ii.

TEnuioribus utebantur antiqui: strophia appellantes: ũde nata strophiola. Quĩ & uocabulum ipsum tarde inde cõmunicatum est: inter sacra tantum & bellicos honores coronis suum nomen uindicantibus. Cum uero a floribus fierent serta: a serendo seruiæ appellabant᷑. Quod apud græcos quoq; non adeo antiqtus placuit. Arborum enim ramis coronari in sacris certaminibus mos erat primum. Postea uariari cœptum mixtura uersicolores. Florumq; inuicem odores coloresq; accendere. Sycion ex ĩgenio Pausiani pictoris atq; Glyceræ coronariæ dilectæ admodum illi cũ opera eius pictura imitaretur: adinuenit: & illa prouocans uariaret: essetq; certamen artis ac naturæ. quales etiã nunc extant artificis illius tabellæ: atq; in primis appellata stephanoplocos qua pinxit ipsam. Idq; factum est post olympiadem centesimam. Sic coronis e floribus receptis paulo mox subiere quæ uocantur ægyptiæ. Ac deinde hybernæ: tum cum terra flores negat: ramento e cornibus tincto. Paulatimq; & romæ subrepsit appellatio corollis inter initia propter gracilitatem nominatis: mox & corollariis: postq̃ e lamina ærea tenui inaurata aut inargentata dabantur.

¶Quis primum coronam foliis aureis: & argenteis dedit: & de honore coronarum apud antiquos: & de Scipionis honore: & de pactilibus coronis: & Cleopatræ reginæ facta. ¶Capitulum.iii.

CRassus diues primus argento auroq; folia imitatus ludis suis coronas dedit. Accesserunt quoq; & lennisci: quos adiici ipsarũ coronarum honos erat ꝓpter etruscas quibus iungi nisi aurei non debebant. Puri diu fuere ii. Celare eos primus instituit. P. Claudius Pulcher. Bracteasq; etiam phyliræ dedit. Semper tamen auctoritas uel ludicro quæsitarum fuit. Nanq; ad certamina in circum per ludos & ipsi descendebant. Et seruos suos quosq; mittebant. Inde illa .xii. tabularum lex. Qui coronam parit ipse pecuniaue eius. Virtutis ergo arguitur: quã serui eque meruissẽt. pecuniam partam lege dici: nemo dubitauit. Quis ergo honos: ut ipsi mortuo: parẽtibusq; eius dum intus positus esset: forisue ferretur: sine fraude esset imposita. Alias in usu promiscuo ne ludicræ quidem erant. Ingensq; & iis seueritas. L. Fuluius argentarius bello punico secundo cum corona rosacea interdiu e pergula sua ĩ forum prospexisse dictus: ex auctoritate senatus in carcerem adductus: non ante finem belli emissus est. P. Mutianus cum demptam Marsyæ coronã e floribus capiti suo imposuisset: atq; ob id duci eũ in uincula triumuiri iussissent: appellauit trib. ple. nec ĩtercessere illi aliter q̃ athenis: ubi comesabundi iuuenes ante meridiem cõuẽtus sapiẽtiũ

quoq; doctrinæ frequentabant. Apud nos exemplum licentiæ huius non est aliud: q̃ filia diui Augusti: cuius luxuria noctibus coronatum Marsyã litteræ illius degemũt. Florum quidem populus romanus honorem Scipioni tantum adhibuit. Suario cognominabatur: propter similitudinem Suarii cuiusdam negociatoris. Ob id erat in tribunatu plebei admodum gratus: dignusq; Africanorum familia. Nec ei fuit ĩ bõis funeris impensa. Asses ergo contulit populus ac funus elocauit. quaq; parte ferebat: flores e prospectu omni sparsit. Et iam tunc coronæ deorum honos erant. Et Lariũ publicorum priuatorumq;. Et sepulchrorum & manium. Summaq; auctoritas pactili coronæ. Sutiles saliorum sacris inuenimus & solennes cœnas. Transire deinde ad rosalia. Eoq; luxuria processit: ut non esset gratia nisi mero folio. Sutilibus mox petitis ab india aut ultra indos. Lautissimum quidem habetur e nardi folio eas dari aut ueste serica uersicolores unguentis madidas. Hunc habet nouissime exitũ luxuria fœminarum. Et apud græcos quidem de coronis priuatim scripsere Mnesteus atq; Callimachus medici: q̃ nocerent capiti: quoniam & in hoc est aliqua ualitudinis portio. In potu atq; hylaritate præcipue odorum ui surripiente fallaciter sollertiam. Nãq; scelerata Cleopatra apparatu belli acciaci gratificationem ipsius reginæ Antonio timente: nec nisi prægustatos cibos sumente: fertur ab ore eius lusisse extremis coronæ floribus ueneno illitis. Ipsaq; capiti ĩposita. Mox ꝓcedente hylaritate ĩuitauit Antonium: ut coronas biberent. Quis istas timeret insidias? Ergo cõcerpta in cyphũ incipienti haurire: opposita manu: en ego sum inquit illa care Antoni: quã tu noua prægustantiũ diligentia caues: adeo mihi si possĩ sine te uiuere occasio & ratio adest. Inde eductam e custodia bibere iussit illico expirantem. De coronis extra supradictos scripsit Theophrastus apud græcos. Ex nostris autem ĩscripsere aliqui libros ãthologicon. Flores uero persecutus est nemo: q̃ equidem inueniam. Nec nos nunc scilicet coronas nectemus. id enim friuolum est. Sed de floribus: quæ uidebũtur digna: memorabimus. Paucissima genera nostri coronamentorum inter hortensia nouere: ac pene uiolas rosasq; tantum.

DE Rosa in coronis: & de generibus eius: & ubi seratur. Cap. iiii.

ROsa nascitur spina uerius q̃ frutice: in rubo quoq; proueniens. Illic etiam iucundi odoris q̃uis angusti. Germinat õnis primo ĩclusa granoso cortice. Quo mox intumescente & in uirides alabastros fastigato: paulatim rubescens dehiscit: ac sese pandit: in calicis medio sui stantis complexa luteos apices. Vsus eius in coronis prope minimus est. Oleo maceratur. Idq; iam a troianis temporibus Homero teste. Præterea in unguẽta transit: ut diximus. Per se medicas artes præbet. Emplastris atq; collyriis imponitur mordaci subtilitate. Mensarum etiam deliciis inungendis: minime noxia. Contra genera eius nostri fecere: celeberrima prenestinam: & campanã. Addidere alii milesiam: cuius sit ardentissimus colos nõ excedentis duodena folia. Proximam ei trachimiam: minus rubentem. Mox alabandicam uiliorem: albicantibus foliis. Vilissimã uero pluribus uel minutissimã spinioiam. Differũt. n. multitudine foliorum asperitate leuore colore odore. Paucissima quina folia: ac deinde numerosiora. Cũ sit genus eius: quã centifoliam uocant: quæ est in campania italiæ. Græciæ uero circa philippos. Sed ibi non suæ terræ prouentu. Pangæus nanq; mons in uicino fere est: numerosis foliis ac paruis. Vnde accolæ trasferentes conferunt. Ipsaque plantatione proficiunt. Nõ autẽ talis odoratissima est. Nec cui latissimũ maximũq; folium. Breuiterq; indicium est odoris: scabritia corticis. Cepio Tiberii Cæsaris principatu negauit centifoliam in coronis addi: præterq̃ extremos uelut ad cardines: nec odore nec specie probabilem. Est & quæ græcia appellatur a nostris: a græcis lichnys non nisi in humidis locis proueniens: nec unq̃ excedens quinq; folia: uiolæ magnitudine: odore nullo. Est & alia græcula appellata: conuolutis foliorum panniculis: nec

dehiscēs nisi manu coacta: semperq; nascenti similis: latissimis foliis. Alia funditur e caule maluaceo folia oleacea habens. Musceton uocant. Atq; inter has media magnitudine autūnalis: q̄m coroneolam uocant: omnes sine odore. Coroneola in rubo nata tot modis adulteratur. Et alias uera quoq; plurimum sola prævalet. Cyrenis odoratissima est. Ideoq; ibi unguētum pulcherrimum. Carthagine hispaniæ hyeme quoq; tota præcox. Refert & cæli temperies. Quibusdam enim annis minus odorata prouenit. Præterea magis locis omnibus siccis q̄ humidis odoratior. Seri nec pīguibus uult: neq; argillosis locis: nec riguis: contenta raris. Proprieq; ruderatum agrum amat. Præcox campana. Sera milesia. Nouissime tamen desinit prenestina. Fodiūt altius q̄ fruges: leuius q̄ uites. Tardissime proueniunt semine: quod in ipso cortice est sub ipso flore opertum lanugine. Ob id potius caule conciso inseruntur & ocellis radicis: ut harundo. Vnum genus inseritur pallidæ spinosæ: longissimis uirgis quinq; foliæ: quæ a græcula altera est. Omni autem recisione atq; ustione proficit. Translatione quoq; ut uitis optime ocissimeq; prouenit. Surculis quaternum digitorum longitudine aut ampliore post uergiliarum occasum sata. Dein p fauonium translata: pedalibus interuallis: crebroq; circunfossa. Qui præcocem faciunt: pedali circa radicem scrobe aqua calida infundunt: germinare incipiente calice.

¶DE Lilio tria genera: & ratione ea inserendi. ¶Cap. v.

Lilium rosæ nobilitate proximū est: & quadā cognatione unguenti oleiq; quod lilion appellatur. Et impositum etiam maxime rosas decet: medio prouentu earum incipiens. Nec ullis florum excelsitas maior. Interdum cubitorū trium. Languido semper collo: & non sufficiente capitis oneri. Candor eius eximius: foliis foris striatis: & ab angustiis in latitudinem paulatim sese laxantibus effigie calathi. Resupinis per ambitum labris. Tenuiq; filo & semine stantibus in medio crocis. Ita odor colorq; duplex: & alius calicis alius staminis: differentia angusta. In unguenti uero oleiq; usu: folia non spernuntur. Est flos non dissimilis illi in herba quā cōuoluolū uocant: nascens per fruteta: nullo odore: nec crocis intus. candorem tantum referens: ac ueluti rudimentū naturæ lilia facere condiscentis. Alba lilia iisdem ōnibus modis seruntur quibus rosa. Et hoc amplius lachryma sua: ut hipposelinum. Nihilq; est fœcundius. Vna radice quinquagenos sæpe emittente bulbos. Est & rubens lilium: quod græci crinon uocāt. Alii florem eius cynorhodon. Laudatissimum ī antiochia & laodicea syriæ: mox in phaselide. Quartum locum optinet in italia nascens. Sūt & purpurea lilia: aliquando gemino caule: carnosiore tantum radice: maiorisq; bulbi: sed unius. Narcisū uocant huius alterum genus flore candido calice purpureo. Differentia liliis est & hæc: ꝙ narcisis folia in radice sunt probatissimis in lyciæ mōtibus. Tertio generi cætera eadem. calix herbaceus. omnes serotini. post arcturum. n. florēt: ac per æqnoctiū autumnū. Inuenta est in iis & ratio inserendi monstrificis hominū ingeniis. Colliguntur nanq; mense iulio scapi arescentes. Liliaq; suspenduntur in fumo. Dein nudantibus se nodulis in fæce nigri uini uel græci mense martio macerantur: ut colorem accipiant: atq; ita in scrobiculis seruntur heminis fæcis circūfusis. Sic fiunt purpurea lilia. Mirumq; ita tingi aliquid: ut nascatur infectum.

¶DE Violis & de calta & baccare & combreto ¶Cap. vi.

Violis honos proximus. Earum plura genera. Purpureæ: luteæ: albæ: plantis omnes ut olus satæ. Ex iis uero quæ sponte apricis & macris locis proueniunt: purpureæ latiore folio statim ab radice carnosa exeūt. solæq; græco nomine a cæteris discernūtur: appellatæ. ita ut ab iis hyacinthina uestis. Sed satiuis maxīa auctoritas luteis. Genera iis thusculana & quæ marina appellat̄. Folio aliquanto latiore: sed minus odorato. In totum uero sine odore minutoq; folio calathiana munus autūni

cæteræ ueris. Proxima ei calta est concolori amplitudine. Vincit numero foliorum marinam quinq; folia non excedentem. Eadem odore superatur. Est enim grauis calta. Non leuior ei quã scopã regiam appellant. quanq̃ folia eius oleant:non flores. Baccar quoq; radicis tãtum odoratæ ẽ:a quibusdam nardum rusticum appellatum. Vnguenta ex ea radice fieri solita apud ãtiquos Aristophanes priscæ comœdiæ poeta testis est. Vnde quidam errore falso barbaricam eã appellabãt. Odor est ei cinnamomo proximus. Gracili solo nec humido prouenit. ¶Simillimũ ei combretũ appellatur foliorum exilitate usq; in fila extenuata:& procerius q̃ baccar. Nec hæc sũt tãtũ sed eorum quoq; error corrigendus est:qui baccar rusticum nardum appellauere. Est enim alia herba sic cognominata:quam græci asaron uocant. cuius speciem figurãq; diximus in nardi generibus. Quinimmo asaron inuenio uocitari:quoniam in coronas non addatur. Crocum siluestre optimũ serere in italia minime expedit:ad scrupula usq; singula areis decoquẽtibus. Seritur radicis bulbo. Satiuũ latius maiusq; & nitidius: sed multo leuius degenerans. Sed ubiq; nec fœcundum etiam cyrenis: ubi semper flores laudatissimi. Prima nobilitas cilicio croco:& ibi in corico monte. Dein lycio monte olympo. Mox centuripino siciliæ. Aliqui phlegræo secundũ locũ dedere. Adulteratur nihil æque. Probatio synceri imposita manu crepat ueluti fragile. Humidum enim quod euenit adulteratione:sedet. Altera probatio si manu prolata ad ora leniter faciem oculosq; mordeat. Et per se genus satiui blandissimum uulgo:cum sit mediocre: deliacon uocant. Contra cyreneaico uitium quod õni croco nigrius est:& celerrime marcescit. Optimum ubicunq; quod pĩguissimum & breuibus capillis. Pessimum uero est:quod situm redolet. Mutianus auctor est ĩ lycia ãno septimo aut octauo transferri in locum subactum:atq; ita degenerans reuocari. Vsus eius in coronis nusq̃. Herba enim est folio angusto pene in capillamenti modum. Sed uino mire cõgruit:præcipue dulci tritum ad theatra replenda. Floret Vergiliarũ occasu paucis diebus folio qui florẽ expellit. Viret bruma & colligitur. Siccat̃ umbra melius:etiam hyberna. Carnosa & illi radix:uiuaciorq; q̃ cæteris. Gaudet calcari:& atteri pede:pereundoq; melius prouenit. ideo iuxta semitas ac fontes lætissimum.

¶DE Floribus antiquis:& de odoramẽtorũ diuersitate:& saliunca:& polio. ¶Ca. vii.

TRoianis temporibus ei iã erat honos. Et hos certe flores Homerus tris laudat loton:crocon:hyacinthum. Omnium odoramentorum atq; adeo herbaꝵ differentia est in colore & odore & succo. Odorato sapor raro ulli non amarus. Ecõtrario dulcia raro odorata. Itaq; & uina odoratiora mustis. Siluestria magis omnia satiuis. Quorundam odor̃ suauior e longinquo:propius admotus hebetatur ut uiolæ. Rosa recens a longinquo olet:sicca propius. Omnis autem uerno tempore acrior: & matutinis. Quicqd ad meridianas horas diei uergit:hebetatur. Nouella quoq; uetustis minus odorata. Acerrimus tamen odor omnium æstate media. Rosa & crocũ odoratiora cum serenis diebus leguntur. Et omnia ĩ calidis magis q̃ in frigidis. In ægypto tamen minime odorati flores:qa nebulosus & roscidus aer est a nilo flumine. Quorundã suauitati grauitas inest. Quædã cũ uirẽt:non olẽt ꝓpter humorem nimium: ut buceros quod est fœnogræcum. Acutus odor non omnium sine succo est:uiolæ: rosæ:croco. Quæ uero ex acutis succo carẽt: eorum omnium odor grauis:ut in lilio utriusq; generis. Ambrotonum & amaracus acres habent odores. Quorundam flos tantum iucundus:reliquæ partes ignauæ:ut uiolæ:ac rosæ. Hortensium odoratissia quæ sicca:ut ruta:menta:apium:& quæ in siccis nascuntur. Quædã uetustate odoratiora:ut cotonea. eademq; decerpta q̃ in suis radicibus. Quædam nõ nisi defracta: aut ex attritu olent. Alia non nisi detracto cortice. Quædam uero nõ nisi usta:sicut thura myrrhæq;. Flores triti omnes amariores q̃ intacti. Aliq̃ arida diutius odorem continent:ut melilotos. Quædam locum ipsum odoratiorem faciunt: ut iris. Quin

& arborem totã cuiuſcunq; radices attingũt. Heſperis noctu magis olet: inde nomĩe
inuento. Animaliũ nullũ odoratum: niſi de pantheris quicq̃ dictum eſt: ſi credimus.
Illa quoq; non omittenda differentia: odoramentorum multa nihil pertinere ad co/
ronamenta: ut irin: atq; ſaliuncam: quãq̃ nobiliſſimi ſit odoris utraq;. Sed iris radice
tãtũ cõmẽdat̃: unguentis aut medicinæ naſcens. Laudatiſſĩa in illyrico. Et ibi quoq;
nõ maritimis: ſed ĩ ſilueſtribus drinonis & natrone. Proxĩa ĩ macedonia. Laudatiſſĩa
hæc & cãdicãs. Et ex illis tertiũ locũ habet africana ãpliſſĩa inter õnes: guſtuq; ama/
riſſima. Illyrica quoq; duo℞ gene℞ ẽ. Rhaphanitis a ſimilitudĩe: quæ & melior. Rhi/
zotomos ſubruffa. Optĩa quæ ſternutamenta tactu mouet. Caulem habet cubitalẽ:
& rectum. Floret diuerſi coloris ſpecie: ſicut arquus cæleſtis: unde & nomen. Non
improbatur & piſidica. Et foſſuri tribus ante menſibus mulſa aqua circũfuſa hoc
ueluti placamento terræ blandiuntur circunſcriptam mucrone gladioue triplici. &
cum legerint: eam protinus in cælum attollunt. Natura eſt feruens. Tractataq; puſ/
tulas ambuſti modo facit. Præcipiturq; ante" omnia: ut caſti legant. Teredines non
ſicca modo: uerum & in terra celerrime ſentit. Optimũ antea irinum leucade & elide
ferebatur. Iam pridem enim & ſeritur. Nunc e pãphylia. Sed cilicum maxĩe laudat̃:
atq; e ſeptentrionalibus. Saliunca folioſa quidẽ eſt: ſed breuis & quæ necti nõ poſſit.
Radici numeroſæ cohæret. herba uerius: q̃ flos: denſa ueluti manu preſſa: breuiterq;
ceſpes ſui generis. Pannonia hãc gignit: & norica: alpiumq; aprica urbium eporedia.
tantæ ſuauitatis ut metallum eſſe ceperit. Veſtibus interponi eã gratiſſimum. Sic
& apud græcos polion herbam inclytam Muſei & Heſiodi laudibus: ad omnia utilẽ
prædicantium. Superq; cætera ad famam etiam dignitatis. Prorſuſq; miram: ſi mõ
ut tradunt: folia eius mane candida: meridie purpurea: ſole occidente cerulea aſpi/
ciũtur. Duo genera eius. Cãpeſtre maius. Silueſtre quod minus eſt. Quidã teucriõ
uocant. Folia canis hominis ſimilia: a radice protinus: nunq̃ palmo altiora. Et de
odoratis floribus ſatis dictum: in quibus unguenta uiciſſe naturam gaudent.

¶DE Veſtiũ æmulatiõe cũ floribus & amarãto & chryſocome ſiue chryſiti ¶Ca. viii.

LVxuria ueſtibus quoq; ꝓuocauit eos flores: q colore cõmẽdãt̃. Hos aĩaduerto
tres eſſe principales. Vnum in cocco q in roſis micat. gratius nihil traditur aſ/
pectu: & ĩ purpuras tyrias dibaphaſq; aut laconicas. Aliũ amethyſtõ: q uiola. & ipſe
in purpureum: quemq; hyacinthinum appellauimus. Gña enim tractamus in ſpẽs
multas ſeſe ſpargentia. Tertius eſt q proprie cõchylii intelligit̃ multis modis. Vnus
in heliotropio & in aliquo ex iis plerunq; ſaturatior. Alius in malua: ad purpuram
inclinans. Alius in uiola ſerotina cõchyliorum uegetiſſima. Paria nunc componũt̃:
& natura atq; luxuria depugnante. Lutei uideo honorem antiquiſſimũ ĩ nuptialibus
flammeis totum fœminis cõceſſum. Et fortaſſis ideo non numerari ĩter principales:
hoc eſt communes maribus ac fœminis quoniam ſocietas principatum dedit. Ama/
ranto nõ dubie uincimur. Eſt autem ſpica purpurea uerius q̃ flos aliquis: & ipſe ſine
odore. Mi℞q; ĩ eo gaudere decerpi: & lætius renaſci. Prouenit auguſto mẽſe. Durat
in autumnum. Alexandrino palma: qui decerptus aſſeruatur. Mirumq; poſtq̃ defe/
cere cuncti flores: madefactus aq̃ reuiuiſcit: & hybernas coronas facit. Summa eius
natura in nomine eſt: appellato quoniã non marceſcit. In nomine eſt & cyani colos.
Item holochryſi. Omnes autem hi flores non fuere in uſu Alexandri Magni ætate:
quoniam proximi a morte eius auctores ſiluere de illis: quo manifeſtum eſt poſtea
placuiſſe. A græcis tamen repertos quis dubitet? non aliter italia uſurpante nomina
illorum. At hercules petilio ipſa nomen impoſuit autumnali circaq; uepres naſcẽti.
& tamen colorem commendat qui eſt roſæ ſilueſtri. Folia parua quina. Mirumq; in
eo flore inflecti cacumine & non niſi retorto folio naſci paruo calice ac uerſicolori
luteum ſemen includente. Luteus & bellio paſtillicantibus quinquagenis quinis

barbulis coronat. Pratenses hi flores: ac sine usu. & ideo plerique sine nominibus. Qui & his ipsis alia alii uocabula imponunt. Chrysocome siue chrysitis nō habet latinam appellationem. Palmi altitudine est: comantibus fulgore auri corimbis: radice nigra ex austero dulci: in petrosis opacisq; nascens.

DE Honore coronarum: & cyclamino: & melotro: & trifolio tria gña eius. Cap. ix.

ET fere peractis colorū celeberrimis: transeat ratio ad eas coronas: quæ uarietate sola placent. Duo earum genera: quando aliæ flore constant: aliæ folio. Florē esse dixerim genistas. Nanq; & iis decerpitur luteus. Item rhododendron. Item zizippa: quæ & cappadocia uocatur. Isq; odoratus similisq; olearum floribus. In ueprib us nascit cyclaminū: de quo plura alias. Flos eius colossinus in coronas admittitur. Folia milacis & ederæ in coronamentum se dedere. Coronæq; earum optinent principatum: de quibus in fruticum loco abunde diximus. Sunt & alia genera nominibus græcis indicanda: quia nostris maiore ex parte nomen dare iis defuit cura. Et pleraq; eorum in exteris terris nascuntur: nobis tamen consectata quoniam de natura sermo non de italia est. Ergo in coronamenta folio uenere melothron: spireon: triganō: cneoron: quod casiā Higinus uocat. Et quod cunilaginē: conyza: melisophyllon: quod apiastrum: meliloton quod sertulam campanam uocant. Est enim in cāpania italiæ laudatissima: a græcis ī sunio: mox chalcidica: & cretica: ubicunq; uero asperis & siluestribus nata. Coronas ex hac antiquitus factitatas indicio est nomen sertulæ quod occupauit. Odor eius croco uicinus est & flos: ipsa cana. Placet maxime: foliis breuissimis atq; pinguissimis. Folio coronat & trifoliū. Tria eius genera. Niphātes uocant græci. Alii asphaltion maiore folio quo utuntur coronarii. Alterum acuto oxytriphyllon. Tertium ex omnibus munitissimū. Inter hæc neruosi cauliculi qbusdā ut marathro hippomarathro myophano. Vtūtur & ferulis & corimbis & ederæ flore purpureo. Est & in alio genere earum siluestribus rosis similis. Et in iis quoq; colos tantum delectat. Odor autem abest. Et cneori duo genera nigri atq; candidi. Hoc & odoratum. Ramosa ambo. Florent post æquinoctium autumni.

DE Origano: & thymo: & melle attico: & conyza: & Iouis flore: & hilenio: & ambrotono: & leucantemo. Cap. x.

TOtidem & origano in coronamentis species. Alterius enim nullum semen. Id autem cui odor est: creticum uocatur. Totidem & thymi: cādidum ac nigricās. Floret autem circa solstitia: cum & apes decerpūt. Et augurium mellis est. Prouentū enim sperāt apiarii large florescente eo. Læditur hymbribus amittitq; florem. Semē thymi non potest deprehendi: cū origani perq̄minutum non tamen fallat. Sed q̄d interest id occultasse naturam? In flore ipso ītelligitur. satoq; eo nascitur. Quid nō tentauere homines? Mellis attici in toto orbe sūma laus existimat. Ergo trāslatum est ex attica thymum. & uix flore: uti docemus: satum. Sed alia ratio naturæ obstitit: non durante attico thymo: nisi in afflatu maris feratur. Erat quidem hæc opinio antiqua in omni thymo. Ideoq; non nasci in arcadia. Tunc oleam non putabāt gigni nisi intra trecenta stadia a mari. Thymis quidem nunc etiam lapideos campos in prouīcia narbonensi refertos scimus. hoc pene solo reditu e longinqs regionibus pecudum milibus conuenientibus ut thymo uescantur. Et conyzæ duo genera in coronamentis: mas & fœmina. Differentia in folio. Tenuius fœminæ & constrictius angustiusq;. Imbricatum maris & ramosius. Flos quoq; magis splendet eius. Serotinus utriq; post arcturum. Mas odore grauior. Fœmina acrior. Et ideo contra bestiarum morsus aptior. Folia fœminæ mellis odorem habent. Masculæ radix a quibusdam libanotis appellatur: de qua diximus. Et tātum folio coronant Iouis flos: amaracus: hemerocalles: ambrotonū: helienum: sisymbrium: serpillum. Omnia surculosa rosæ modo. Colore tantūmodo placet Iouis flos. Odor abest. Sicut & illi qui græce phlox uocat. Et ramis autem & folio odorata sunt: excepta serpillo. Helenum e lachrymis

Helenæ dicitur natum. Et ideo ĩ helena insula laudatissimum. Est autē frutex humi se spargens dodrantalibus ramulis: folio simili serpillo. Ambrotonum iucūdi odoris est & grauis. Floret æstate. Flos aurei coloris. Vacuum sponte prouenit. Cacumine suo se propagat. Seritur autem semine melius q̃ radice aut surculo. Semine quoq; non sine negocio plantaria transferuntur. Sic & adonium. Vtrunq; æstate. Alsiosa enim admodum sunt. Et sole nimio læduntur. Sed ubi conualuere: ritu uitis fruticant. Ambrotono simile odore leucanthemum est: flore albo: foliosum.

¶DE Amaraco uel sansuco: & nyctegreto: & meliloto: & uiola alba: & codiamino: & de siluestribus bulbis: & helichryso: & lychnis: & de herbis citra mare. ¶Cap. xi.

AMaracum Diocles medicus & sicula gens appellauere: quod ægyptus & syria sāsucū. Serit̃ utroq; genere: & semine: & ramo: uiuacius prædictis: & odore melius. Copiosū amaraco æque q̃ ambrotono semē. Sed ambrotono radix una: & alte descendens: cæteris in summo terræ leuiter hærens. Reliquorum satio autūno fere incipiente: necnon & uere quibusdam locis quæ umbra gaudent & aq̃ ac fimo. Nyctegreton inter pauca miratus est Democritus: coloris ignei: foliis spinæ: nec a terra se attollentem: præcipuamq; in gedrosia narrat. Eruitur post æquinoctium uernū radicitus. Siccaturq; ad lunam. xxx. diebus: ita lucens noctibus. Magos parthorūque reges uti hac herba ad uota suscipienda. Eādem uocari chenamychon: quoniā āseres a primo conspectu eius expauescant. Ab aliis nyctipolon: quoniam e lōginquo noctibus fulgeat. Melilotos ubiq; nascitur. Laudatissimum tamen in attica. Vbicunq; uero recens: nec candicans: & croco q̃ simillima. Quanq̃ ĩ italia odoratior: & cādida. Florum prima uer nuciātium uiola alba. Tepidioribus uero locis etiā hyeme emicat. Postea quæ appellatur & purpurea. Proxime flammea: quæ & flox uocatur: siluestris duntaxat. Codiaminon bis anno: uere & autumno. Aestates hyemesq; fugit. Seriores supradictis aliquanto narcisus: & lilium trans maria. Et in italia quidē ut diximus per rosam. Nam in græcia tardius etiamnum anemone. Est autem hæc siluestrium bulborum flos: aliaq; q̃ quæ dicetur in medicinis. Sequitur oenanthe: melanthiū: ex siluestribus helichrysos. Deinde alterum genus anemones quæ timonia uocatur. Post hanc gladiolus comitatus hiacynthis. Nouissima rosa. Eadem prima deficit: excepta satiua. Cæterum hiacynthus maxime durat: & uiola alba: & oenāte. Sed hæc ita si deuulsa crebro prohibeatur in seminibus. Nascitur locis tepidis. Odor idem q germinantibus uuis: atq; inde nomen. Hiacynthum comitatur fabula duplex luctū præferens eius: quem Apollo dilexerat. aut ex Aiacis cruore editi: ita discurrentibus uenis ut græcarum litterarum figura ea legatur inscripta. Helichrysos florem habet auro similem: folium tenue: cauliculum quoq; gracilem: sed durum. Hoc coronare se magi si & unguenta sumantur ex auro quod apyron uocāt: ad gratiam quoq; & uitæ gloriam pertinere arbitrantur. Et uerni quidem flores hi sunt. Succedunt illis æstiui lychnis: & Iouis flos: & alterum genus lilii. Item typhon: & amaracus quem phrygiū cognominant: sed maxime spectabilis pothos. Duo genera huius. Vnum cui flos hiacynthi est. Alterum candidius qui fere nascitur in tumulis: quoniā fortius durat. Et iris æstate florens. Abeunt & hi: marcescūtq;. Alii rursus subeunt autūno. Tertium genus lilii: & crocus: & orisin in utroq; genere: unum hebes: alteꝝ odoratum primis omnia hymbribus emicantia. Coronarii quidem & spinæ flore utuntur. qppe cum spinæ albæ cauliculi inter oblectamenta gulæ quoq; condiantur. Hic est trans maria ordo florum. In italia uiolis succedit rosa. Huic interuenit liliū. Rosā cyanus excipit. Cyanum amarāthus. Nam uīcaperuinca semper uiret in modum lineæ foliis geniculatim circundata. Topiaria herba. Inopiam tamen florum aliquādo supplet. hæcq; a græcis camedaphne uocatur. Vita longissima uiolæ albæ est trimatu. Ab eo tempore degenerat. Rosa & quinquennium perfert non recisa nec adusta. illo enim modo iuuenescit. Diximus & terram referre plurimum. Nam in ægypto sine odore

hæc omnia. Tantumq; myrtis odor præcipuus. Alicubi etiam binis mẽſibus ãtecedit
germinatio omnium. Roſaria a fauonio foſſa oportet eſſe: iterumq; ſolſtitio. Et id
agendum: ut intra id tempus purgata & pura ſint.

¶DE Cura apum: pabulo: & morbis earum: & remediis. ¶Ca.xii.

VErum hortis coronamentiſq; maxime aluearia & apes conueniunt: res præcipui
queſtus: compendiique cum fauit. Harum ergo cauſa oportet ſerere thymum:
apiaſtrum: roſam: uiolas: lilium: cytiſum: fabã: eruilium: cunilam: papauer: conizã:
caſiam: melilotum: meliſſophillum: cerinthen. Eſt autem cerinthe folio candido: in-
curuo cubitalis: capite concauo mellis ſuccum habente. Horum florum auidiſſime
ſunt: atq; etiam ſinapis. quod miremur cum oliuæ florem ab iis non attingi conſtet.
Ideoq; hanc arborem ꝓcul eſſe melius ſit: cum aliquas q̄proxime ſeri cõueniat: quæ
& euolantium examina inuitent: nec longius abire patiantur. Cornum quoq; arborẽ
caueri oportet. Nam flore eius deguſtato aluo concita moriuntur. Remediũ ſorbam
cõtuſam e melle præbere iis: uel urinam hominum: uel boum: aut grana punici mali
amineo uino conſperſa. Et geniſtas circunſeri alueariis gratiſſimum. Mirum eſt: di-
gnumq; memoratu de alimentis quod comperi. Hoſtilia uicus alluitur pado. Huius
inquilini pabulo circa deficiente imponunt nauibus aluearia. Noctibuſq; ad quina
milia paſſuum contrario amne naues ſubuehũt. Egreſſæ luce apes: paſtæq; ad naues
quotidie remeant: mutantes locum: donec pondere ipſo preſſis nauibus plena al-
uearia intelligantur: reuectiſq; eximuntur mella.

¶DE Venenato melle: & de remediis mellis uenenati: & mellis inſani. ¶Cap.xiii.

ET in hiſpania mulis prouehunt ſimili de cauſa. Tantumq; pabulum refert: ut
mella quoq; uenenata fiant. Heracliæ in ponto quibuſdam ãnis ꝑnicioſiſſima
exiſtunt: ab iiſdem apibus facta. Nec dixere auctores e quibus floribus ea fierẽt. Nos
tamen trademus quæ cõperimus. Herba eſt alba. Vexatio quidem iumentorum eſt:
ſed præcipue caprarum: appellata egolethron. Huius flore concipiunt noxium uirus
aquoſo uere marceſcente. Ita fit ut non omnibus annis ſentiatur hoc malum. Ve-
nenati ſigna ſunt: ꝙ omnino non denſatur: ꝙ color magis rutilus eſt: odor alienus
ſternutamenta protinus mouens: ꝙ ponderoſius innoxio. Qui edere: abiiciunt ſe
humi refrigerationẽ quærentes. Nã & ſudore diffluunt. Remedia ſunt multa quæ
ſuis locis dicemus. Sed quoniam ſtatim repræſentari aliq̄ in tantis inſidiis oportet:
mulſum uetus e melle optimo & ruta: ſalſamenta etiam ſi reiiciãtur ſumpta crebro.
Certumq; eſt id malum ꝑ excrementa ad canes etiam peruenire: ſimiliterq; torqueri
eos. Mulſum tamen ex eo inueteratum innocuum eſſe conſtat. Et fœminarum cutẽ
nullo melius emendari cum coſto: ſugillata & aloe. Aliud genus in eodem ponti ſitu
uiget ex annona mellis: quod ab inſania quam gignit: mænomenon uocãt. Id exiſti-
matur contrahi flore rhododendri: quo ſcatent ſiluæ. Genſq; ea cum cæram ĩ tributa
romanis præſtet: mel quoniam exitiale eſt: non uendit. Et in perſide: & ĩ mauritania
cæſariẽſis gætulia cõtermina maſſylis: uenenati faui gignũt: qdãq; a ꝑte: quo nihil
eſſe facilius poteſt: niſi ꝙ liuore deprehenduntur. Quid ſibi uoluiſſe naturam iis
arbitremur inſidiis: ut ab iiſdem apibus: nec õnibus annis fierent: aut nõ totis fauis?
Parum enim erat genuiſſe rem ĩ qua uenenum facillime daretur. Etiamne hoc ipſa
in melle tot animalibus dedit? Quid ſibi uoluit? niſi ut cautiorem minuſq; auidum
faceret hominem. Non enim ipſi melli ſed apibus iam cuſpides dederat & quidem
uenenatas. Remedium aduerſus has utiq; non differendo. Ergo maluæ ſucco aut
foliorum ederæ perũgi ſalutare ẽ. Vel percuſſos eas bibere. Mirum tamen eſt uenena
portantes ore fingenteſq; ipſas non mori. Niſi ꝙ illa domina rerum omnium hanc
dedit repugnantiam apibus. Sicut cõtra ſerpentes pſyllis: marſiſq; inter homines.

¶DE melle quod muſcæ non attingunt: & alueariis & cura eorum ſi famem ſẽtiũt
apes: & quomodo cæra fiat. ¶Cap.xiiii.

Aliud in creta miraculum mellis. Mōs est carina: nouem milia passuum ābitu: citra quod spatium muscæ nō reperiūt. Natumq; ibi mel nusq̄ attingunt. Hoc experimento singulare medicamētis eligitur. Aluearia orientem æqnoctialē spectare conuenit. Aquilonem euitent. Nec fauonium minus. Aluearia optima cortice. Secunda ferula. Tertia uimine. Multi ea & e speculari lapide fecere: ut operantes intus spectarent. Circunlini aluearia fimo bubulo utilissimum. Operculum a tergo esse ambulatorium ut properatus intus sit ꝓsper. Si magnus sit uterus aluearii ꝓuētus autem sterilis: ne operandi desperatione curam abiiciant: id paulatim reduci oportet fallente operis incremento. Aluearia hyeme stramento operiri crebro suffiri: maxime fimo bubulo. Cognatum hoc iis: & innascentes bestiolas necat: araneos: papiliones: teredines: apesq; ipsas excitat. Et araneoꝝ quidem exitium facilius est. Papilionum maior pestis. Tollitur uero cū maturescit malua noctu interlunio cælo sereno accēsis lucernis ante alueos. In eam flammam sese ingerunt. Si cibus deesse sentiat᷑ apibus: uuas passas: siccasue: ficoq; tusas ad fores earum posuisse conueniet. Itē lanas tractas madētes passo: aut defruto: aut aqua mulsa. Gallinaꝝ etiā crudas carnes. Quibusdā etiā æstatibus iidē cibi præstādi cū siccitas cōtinua floꝝ alimenta negat. Alueoꝝ: cū mel eximitur: illini oportet exitus melissophyllo aut genista tritis: aut medios alba uite præcīgere: ne apes diffugiāt. Vasa mellaria aut fauos lauari aq̄ præcipiūt. Hac decocta fieri saluberrimū acetū. Cæra fit ex expressis fauis: sed ante purificatis aq̄. Ac triduo ī tenebris siccatis: quarto die liq̄tis igni ī nouo fictili aq̄ fauos tegente: tunc sporta collatis. rursus in eadem olla coquitur cæra cum eadem aqua. excipiturq; alia frigida: uasis melle circūlitis. Optima quæ punica uocat᷑. Proxima q̄maxime fulua: odorisq; mellei pura. Natione autē pontica. quam constare equidem miror īter uenenata mella. Deinde cretica. plurimum enim ex propoli habet de qua diximus in natura apium. Post has corsica: quoniam ex buxo fit & habere aliquantam uim medicaminis putatur. Punica fit hoc modo. Ventilatur sub diuo sæpius cæra fulua. Deinde feruet in aq̄ marina ex alto petita addito nitro. Inde lingulis eligunt florem: id est candidissima quæq;: transfunduntq; in uas: quod exiguum marinæ habeat frigidæ. & rursus marina decoquunt separatim. dehinc uas ipsum refrigerant. Et cum hæc ter fecere: uinacea crate sub diuo siccant sole lunaq;. hoc enim candorem facit: si sic siccatur. Et ne liquefaciant protegunt tenui lintheo. Candidissima uero fit post insolationē etiamnum recocta. Punica medicinis utilissima. Nigrescit cæra addito chartarum cinere. Sicut anchusa admixta rubet. Variosq; in colores pigmentis trahitur ad reddendas similitudines & innumeros mortalium usus: parietumq; etiam & armorum tutelam. Cætera de melle apibusq; in natura earum dicta sunt. Et hortoꝝ quidem omnis fere ratio peracta est.

¶DE Herbis sponte nascentibus & aculeatis. ¶Ca. xv.

SEquūtur herbæ sponte nascentes: quibus pleræq; gentium utunt᷑ ī cibis: maximeq; ægyptus frugum fertilissima. Sed ut sola iis carere possit: tanta est ciboꝝ ex herbis abundantia. In italia paucissimas nouimus: fraga: tanum: ruscum: batin marinam: batin hortensianam: quam aliqui asparagum gallicum uocant. Præter has pastinacam pratensem: lupū salictariū: eaq; uerius oblectamenta q̄ cibos. In ægypto nobilissima est colocassia: quam cyamon uocant aliqui. Hanc a nilo metunt: caule cum coctus est arenoso in mandendo. Thyrso autem qui inter folia emicat: spectabilis foliis lautissimis etiam si arbores compentur: ad similitudinem eorum: quæ ꝑsarta innostris manibus uocamus. Adeoq; nili sui dotibus gaudent: ut implexis colocassiæ foliis in uariā speciem uasorum potare gratissimum habeant. Seritur iā hæc in italia. Et ī ægypto proxima auctoritas cicorio est quam diximus ītubū erraticum. Nascitur post uergilias: floret particulatim. Radix ei lenta: quare etiam ad uincula utunturilla. Antalium longius a flumine nascit᷑ mespili magnitudine & rotūditate.

sine nucleo sine cortice folio cyperi. Mandunt igni paratum. Mandūt & oetum cui pauca folia minimaq; uerum radix magna. Aracinde quidem & aracos cū habeant radices ramosas ac multiplices: nec folium nec herbam ullam aut quicq̄ aliud supra terram habent. Reliq̄ uulgarium in cibo apud eos herbarum nomina: condriala: hypocaris: & caucaris: antheriscum: scandix: quæ ab aliis tragopogon foliis croco similimis: partheniū: strychnum: corcorus. Et æquinoctio nascentis aphace: achineæ quā epipetron uocant quæ nunq̄ floret. At econtrario aphace subinde marcescente flore emittit aliū tota hyeme totoq; uere usq; in æstatē. Multas præterea ignobiles habēt. Sed maxime celebrant cnicon italiæ ignotam: ipsis autem oleo non cibo gratā. Hoc faciunt ex semine eius. Differentia prima siluestris & satiuæ. Siluestrium duæ spēs una mitior est simili caule tamen rigido. Itaq; & æolii antiqui utebantur. Exilis: quā quidam atractylida uocāt. Semen eius candidū: & grande: amarum. Altera hirsutior torosiore caule: & qui pene humi serpat: minuto semine. Aculeatarum hæc est gñis: quoniam distinguenda sunt & genera. Ergo quædam herbaꝝ spinosa sunt. Quædā sine spinis. Spinosarum multæ species. In totū spina est asparagus: scorpio: nullū enim folium habet. Quædā spinosa foliata: ut carduus: eryngion glycyrrhizon. Vrtica iis enim omnibus foliis inest aculeata mordacitas. Aliqua & secundum spinam habent folium: ut tribulus: & ononis. Quædam ī folio habent: & in caule ut phleos: quod aliqui stoeben appellauere. Hypophes spinis geniculatum. Tributa ꝓprietas quod & fructum spinosum habet. Ex omnibus iis generibus urtica maxime noscit: acetabulis in flore purpuream lanuginem fundentibus sæpe altior binis cubitis. Plures eius differentiæ. Siluestris quam fœminam uocant: mitior. Et in siluestri quæ dicitur cania acrior. Caule quoq; mordaci fimbriatis foliis. Quæ uero etiam odorem fundit: herculanea uocatur. Semen omnibus copiosum: nigrum. Mirum sine ullis spinarum aculeis lanuginem ipsam esse noxiam: & tactu tantum leui pruritum pustulasq; confestim adusto similes existere. Notum est & remedium olei. Sed mordacitas non protinus cum ipsa herba gignitur: nec nisi solibus roborata. Incipiens q̄dē ipsa nasci uere non ingrato multis etiam religioso in cibo est: ad pellendos totius āni morbos. Siluestrium quoq; radix: omnem carnem teneriorē facit simul cocta. Quæ innoxia est morsu carens: aononium uocatur. De scorpione dicemus īter medicas.

¶DE Carduo & helxine & tribulo: & anchusa. ¶Ca. xvi.

CArduus & folio & caule spinosas lanugines habet. Item acorna: leucacanthos: onopygos: helxine: scolimos. Cameleon in foliis non habet aculeos. Est & illa differentia ꝙ quædam ī iis multicaulia ramosaq; sunt: ut carduus. Vno autem caule nec ramosum cnidos. Quædam cacumine tantum spinosa sunt: ut cringili. Quædā æstate florent ut atractylis: helixinos. Scolimos quoque floret sero & diu. Diuacrona colore tantum ruffo distinguitur: & pinguiore succo. Idem erat atractylis quoq;: nisi candidior esset: & nisi sanguineum succum funderet. Qua de causa phonos uocatur a quibusdam odore etiam grauis: sero maturescente semine nec āte autumnū: quāq̄ id de omnibus spinosis dici possit. Verum ōnia hæc & semine & radice nasci possūt. Scolimos carduorum generis ab iis distat: ꝙ radix eius uescendo est decocta. Mirum ꝙ sine interuallo tota æstate aliud floret in eo genere: aliud concipit: aliud parturit. Aculei arescente folio desinunt pungere. Helxine rara uisu est neq; in omnibus terris est: radice foliosa: ex qua media ueluti malum extuberat. Cōtacta suaue olet. Huius uertex summus lachrymam continet iucūdi saporis acanthicen mastichen appellatā. Ectatos quoq; in sicilia tantum nascitur suæ proprietatis & ipsa. Cuius ī terra serpūt caules e radice emissi lato folio & spinoso. Caulesq; uocant cactos. Nec fastidiunt in cibis inueteratos quoq;. Vnū caulem rectum habent: quem uocāt tenica: eiusdem suauitatis sed uetustatis impatientem. Semen ei lanuginis: quem pappon uocant: quo detracto ex cortice: teneritas similis cerebro palmæ est. uocant ascaliā. Tribulus

non nisi ĩ palustribus nascitur. Dira res alibi. Iuxta nilum & strymonem amnes ex/
cipitur in cibis. Inclinatus in uadum: folio ad effigiem ulmi: pediculo longo. At in
reliquo orbe gña tria. Cicerculæ folia alteri aculeata. Hic & serius floret. Magisque
septa obsidet uillarum. Semen ei rotundius nigrum in siliqua. Alteri harenaceum.
Spinosorum etiam num aliud genus ononis: in ramis enim spinas habet opposito
folio rutæ simili: toto caule foliatum in modum coronæ. sequitur a frugibus: aratro
inimicum: uiuaxq; præcipue. Aculeatarum caules aliquarum per terram serpunt: ut
eius quã coronopon uocant. Et ex diuerso stans anchusa inficiendo ligno cærisq; ra/
dice apta. Est autem mitior iis anthemis: & phyllanthos: & anemone: & aphace: caule
foliato est: & crepis & lotos. Differentia foliorũ & hic quæ & in arboribus: breuitate
pediculi ac longitudine: angustiis ipsis folioꝝ: amplitudine: angulis: incisuris: odore:
flore. diuturnior hic. quibusdã per partes florentibus ut in ocimo: heliotropio: aphace
oenochyte. ¶DE Differentia herbarum per folia: & quæ herbæ toto anno
floreant: & hastula regia: & pistana: & de gladiolo. ¶Cap. xvii.

MVltis ĩter hæc æterna folia: sicut quibusdam arborum. In primisq; heliotropio:
adiãto. Aliud rursus spicataꝝ genus ex quo ẽ stamnios: alopecuros: selapyros:
quam quidam ortigyan uocant: alii plantaginem: de qua infra dicemus ĩter medicas.
Pyrallis ex iis. Alopecuros spicam habet mollem & lanuginem densam nõ dissimilẽ
uulpium caudis: unde ei & nomẽ. Proxima ei est & selapyros: nisi ꝙ illa particulatim
floret. Cicorion & similia circa terram folia habent germinantes ab radice post uergi/
lias. Perditio quam & æoliæ gentes & ægyptii edunt: nomen dedit auis id maxime
eruens. Crassas plurimasq; habet radices. Item orinthogale caule tenero: cãdido: se/
mipedali radice bulbosa: molli tribus aut quattuor agnatis. Coquitur ĩ pulte. Mirũ
loton herbam: & egilopa non nisi post annum e semine suo nasci. Mira & anthe/
midis natura: ꝙ a summo flore incipit: cum cæteræ omnes quæ particulatim florent:
ab ima sui parte incipiãt. Notabile & in lappa quæ adhærescit: quoniam in ipsa flos
nascitur: non euidens: sed intus occultus. & intra se germinat uelut animalia quæ in
se pariunt. Item circa opuntem opuntia est herba etiam homini dulcis. Mirumq; e
folio eius radicem fieri ac semina nasci. Lassine unum folium habet: sed ita impli/
catũ: ut plura uideant̃. Cyndrilla amara est: & acri in radice succo. Amara & aphace
& quæ picris nominatur: & ipsa toto anno florens. nomen ei amaritudo imposuit.
Notabilis & scyllæ crociq; natura: quæ cum omnes herbæ folium primum emittant:
moxq; in caulem rotundentur: in iis caulis prior intelligitur q̃ foliũ. Et in croco qdẽ
flos impellitur caule. In scylla uero caulis exit: deinde flos ex eo emergit. Eademque
ter floret: ut diximus: tria tempora sationum ostendens. Bulborum generi quidam
adnumerant & cypiri hoc est gladioli radicem. Dulcis ea est: & quæ decocta: panem
etiam gratiorem faciat: põderosiorem simul subacta. Similis est: & quæ ctesion uo/
catur: gustu aspera. Cæteræ eiusdem generis folio differunt. Asphodelus oblongum
& angustum habet. Scylla latum & tractabile. Gladiolo simile nomini. Asphodelus
manditur & semine tosto: & bulbo. sed hoc in cinere tosto: dein sale & oleo addito.
Præterea tuso cum ficis præcipua uoluptate: ut uidetur Hesiodo. Traditur & ante
portas uillarum satum remedio esse contra ueneficorum noxam. Asphodeli menti/
onem & Homerus fecit. Radix eius napis modicis similis est. Neq; alia numerosior:
octoginta simul aceruatis sæpe bulbis. Theophrastus & fere græci prĩcipesq; Pytha/
goras caulem eius cubitalem & sæpe duum cubitorum foliis porri siluestris ãthericõ
uocauere. Radicem uero id est bulbos asphodelon: nostri illud albucum uocant &
asphodelum hastulam regiam. ea est caulis acinosi. Eius duo genera faciunt. Albuco
est scapus cubitalis & ãplius purus leuis. De quo Mago præcipit exitu mensis martii
& initio aprilis cum floruerit: nondũ semine eius intumescente demetẽdũ: fĩdẽdosq;
scapos: & quarto die in solem proferendos. Ita siccatis manipulos faciendos. Item

pistanam dicit a græcis uocari: quam inter uluas sagittã appellamus. Hãc ab idibus maii usque ad finem octobris mensis decorticari. atque leui sole siccari iubet. Idem & gladiolum alterum quem cypiron uocant: & ipsum palustrem iulio mense secari iubet ad radicem. tertioq; die in sole siccari: donec candidus fiat. quotidie autẽ ante solẽ occidentẽ in tectum referri: quoniam palustribus defectis nocturni rores uoceãt.

DE Iunco genera sex: & de cypero: & de medicamentis earum: & de cypiro & odorato iunco. Capitulum. xviii.

Similia præcipit de iunco: quem mariscon appellant: ad texendas tegetes: & ipsũ iunio mense eximi ante iulium medium præcipiens. Cætera de siccando eadem quæ de ulua suo loco diximus. Alterum genus iuncorum facit: quod marinum & a græcis oxyschoenon uocari inueni. Tria genera eius: acuti: sterilis quẽ marem & oxyn græci uocant: reliqua fœminini ferentis semen nigrum: quem melancranin uocant. Crassior hic & fruticosior. Magisq; etiam num tertius qui uocatur holoscoenos. Ex iis melancranis sine aliis generibus nascit̃. Oxys & holoschenos: eodẽ cespite. Vtilissimus ad uitilia holoschenos: quia mollis & carnosus est. Fert fructum uuarum cohærentium modo. Nascitur autem is quem marem appellamus ex semetipso: cacumine in terram defixo. Melancranis autem suo semine. Alioquĩ omnium radices omnibus annis intermoriũtur. Vsus ad nassas marinas: uitilium nexus: elegantium lucernarum lumina præcipua medullæ amplitudine. Iuxta maritimas alpes tanta ut inciso uentre impleant pene unciarum latitudinem. In ægypto uero cribrorum longitudinem non alias utiliorem. Quidam etiamnum unum genus faciunt. Iunci trianguli cyperon uocant. multi enim non discernunt a cypiro uicinitate nominis. Nos distinguemus utrunq;. Cypirus est gladiolus ut diximus radice bulbosa: laudatissius in insulis creta: dein naxo: & postea phœnice. Cretico candor odorq; uicinus nardo: naxio acrior: phœnicio exiguum spirans: nullus ægyptio. Nam & ibi nascitur. Discutit duricias corporum. Iam enim remedia dicemus: quoniam & florum odorumq; generi est magnus usus in medicina. Quod ad cypiron attinet: Appollodorum qdẽ sequimur: qui negabat bibendum: quanq̃ professus efficacissimum esse aduersus calculosos. Eo fœtas fœminas quidem abortus facere non dubitat. Mirumq; tradit barbaros suffitũ huius herbæ excipiẽtes ore lyenes consumere. Et nõ egredi domibus nisi ab hoc suffitu. Vegetiores enim firmioresq; sic etiã fieri. Intertriginum & alarũ uitiis perfricationibusque cum oleo illitum non dubie mederi. Cyperos iuncus est qualiter diximus angulosus: iuxta terram candidus: cacumine niger: pinguisq;. Folia ima portaceis exiliora: in cacumine minuta: inter quæ est semen. Radix oliuæ nigræ similis: quam cum oblonga est: cyperida uocant: magni in medicina usus. Laus cypero. prima hammoniaco: secunda rhodio: tertia thracio: nouissima ægyptio quæ & confundit intellectum: quoniã & cypiros ibi nascitur. Sed cypiros durissima uixq; spirans. Cæteris odor est ipsã nardum imitans. Est & per se indica herba quæ cyperis uocatur: gingiberis effigie: commanducata croci uim reddit. Cypero uis in medicina psilothri. illinit̃ pterygis: ulceribusq; genitaliũ & quæ ĩ humore sũt oĩbus: sicut oris ulceribus. Radix aduersus serpẽtiũ ictus & scorpionũ præsertĩ remedio est. Vuluas aperit pota. largiori tãta uis: expellit eas: urinã ciet: & calculos: ob id utilissima hydropicis. Illinitur & ulceribus quæ serpunt: sed iis præcipua quæ in stomacho sũt ex uino uel aceto illita. Iunci radix in tribus heminis aquæ decocta ad tertias: tussi medetur. Semen tostum & in aqua potum sistit aluum: & fœminarum menses: capitisq; dolores facit. At qui uocatur holoschœnos eius quæ proxima sunt radicis cõmanducantur aduersus araneorum morsus. Inuenio etiam num unum iunci genus quod tropicen uocãt. huius semine somnum alici. sed modum seruandum: ne sopor fiat. Ob id & odorati iunci medicinæ dicentur: quoniam & in syria cœle: ut suo loco rettulimus: nascitur. Laudatissius ex nabathæa iũcus cognomĩe theucitis. Proxius

babylonius. Pessimus ex africa ac sine odore. Est autem rotūdus uinosæ mordacitatis ad linguam. Sincerus in confricando odorē rosæ emittit rubentibus fragmentis. Discutit inflationes. Ob id stomacho utilis: bilemq; & sanguinem reiiciētibus. Sigultus sedat. Ructus mouet. Vrinam ciet. Vesicæ medetur. Ad muliebres usus decoquitur. Opisthotonicis cū resina arida imponitur. excalefactoria uteros astringit: refrigerat. usus eius diuiditur in folia & flores. Capita foliorum partesq; candidæ ungues uocāt In flore autem aliud est semen: aliud capillus in capite: aliud cortex: aliud calix. Foliū siccat aut tribus modis exprimit. Per se: cū ungues nō detrahunt: ibi enim humoris plurimum. Aut cum detractis unguibus reliqua pars aut oleo: aut uino maceratur in sole uasis uitreis. Quidam & salem admiscent: & āchusam nonnulli: aut asphaltum: aut iuncum odoratum: quia talis maxime ꝓdest uuluæ ac dysentericis. Exprimūtur eadem folia detractis unguibus trita per linteum spissum ī æreum uas. leuiq; igni succus coquit: donec fiat crassitudo mellis. Ad hoc eligi oportet odoratissīa quæq; folia.

¶EX Rosa medicinæ: & de lilio & de narcisso & ex uiola & de baccare & combreto & asaro. ¶Capitulum. xviiii.

VInum quomodo fieret e rosa diximus inter gña uini. Vsus succi ad aures: oris ulcera: gingiuas: tonsillas: gargarissatus. Stomachū: uuluas: sedis uitia: capitis dolores. In febre per se uel cum aceto somnos: nauseas. Folia utuntur ī calliblephaꝛ. Et succis fœmina asperguntur. Epiphoras quoq; arida leniunt. Flos somnum facit. Inhibet fluctiones mulierum maxime albas in posca potus. Et sanguinis excreatiōes. Stomachi quoq; dolores quantum in uini cyathis tribus. Semen iis optimum crocinum: nec anniculo uetustius: & in umbra siccatur. Nigrum inutile. Dentiū dolori illinitur. Vrinam ciet. Stomacho imponitur. Item igni sacro non ueteri. Naribus subductum caput purgat. Capita pota uentrem & sanguinem sistunt. Vngues rosæ epiphoris salubres sunt. Vlcera enim oculorum rosa sordescunt: præterq̄ in initiis epiphoræ ita ut arida cum pane imponatur. Folia quidem uitiis stomachi: rosiōibus & uitiis uentris: & intestinorum: & præcordiis utilissima uel illita. Cibo quoq; lapati modo condiuntur. Cauendus quoq; in iis situs celeriter insidēs. Et aridis & expressis aliquis usus. Diaplasmata inde fiunt ad sudores coercendos: ita ut a balneis inarescant corpora: dein frigida abluantur. Siluestris cum adipe ursino alopecias mirifice emendat. Lilii radices multis modis florem suum nobilitauere. Contra serpentium ictus ex uino potæ & contra fungorum uenena. Propter clauos pedum in uino decoquuntur: triduoq; non soluuntur. Cum adipe aut oleo decoctæ pilos quoq; adustis reddūt. E mulso potæ inutilem sanguinem cum aluo trahunt. Lyeniq; & ruptis uulsis prosunt. Et menstruis fœminarū in uino decoctæ. Impositæq; cum melle: neruis præcisis medentur. Contra lychenas & lepras: & furfures in facie emendant. erugant corpora. Folia in aceto cocta in uulneribus imponuntur: si testium in melle cum hyoscyamo & farina tritici. Semen illinitur igni sacro. Flos & folia ulcerum uetustati. Succus qui flore expressus est: ab aliis mel uocatur: ab aliis syrium ad emolliendas uuluas: sudoresq; faciendos: et suppurationes coquendas. Narcissi duo genera in usu medici recipiunt. Vnum purpureo flore. Et alterum herbaceū. Hunc stomacho inutilem & ideo uomitorium: aluos quoque soluentem: neruis inimicum: caput grauātem. Et a narce narcissum dictum: nō a fabuloso puero. Vtriusq; radix ut diximus mulsei saporis est. Ambustis prodest cum exiguo melle. Sic & uulneribus: et luxatis. Panis uero cum melle & auenæ farina. Sic & infixa corpori extrahit ī polēta tritus: oleoq; cōtusus. Medetur & lapide pcussis. Purgat uulnera permixtus farinæ. Nigras uitiligines emaculat. Ex hoc flore fit narcissinum oleum ad emolliendas duricias. Calefaciēda quæ alserit. Auribus est utilissīus. Sed capitis dolores facit. Violæ siluestres sunt & satiuæ. Purpureæ refrigerant. Contra inflammationes illinuntur stomacho ardenti. Imponūtur & capiti in fronte. Oculoꝛ priuatim epiphoris: & sede

ꝑcidēte:uuluaue. Et contra ſuppurationes. Crapulam & grauedines capitis īpoſitis coronis:olfactuq; diſcutiunt. Anginas ex aqua potæ. Id quod purpureum eſt ex iis comitialibus medetur : maxime pueris in aqua potum. Semen uiolæ ſcorpionibus aduerſatur. Contra flos albæ ſuppurata aperit. Ipſa diſcutit. Et alba autem & lutea extenuant menſtrua. Vrinam ciunt. Minor uis eſt recentibus. Ideoq; aridis poſt an/ num utendum. Lutea dimidio cyatho in aquæ tribus menſes trahit. Radices eius cū aceto illitæ ſedant lyenem. Item podagram. Oculorum inflationes cum myrrha & croco. Folia cum melle purgant capitis ulcera. Cum cæra rimas ſedis. Et quæ in hu/ midis ſunt. Ex aceto uero collectiones ſanant. Baccar in medicinæ uſu eſt. Aliqui ex noſtris perpenſam uocant. Auxiliatur contra ſerpentes. Capitis dolores: feruoreſq;. Item epiphoras. Mammis tumentibus a partu & egilopis. Incipientibuſq; ignibus ſacris. Odor ſomnū gignit. Radicem decoctā bibere ſpaſticis euerſis conuulſis ſuſ/ piriofis ſalutare eſt. In tuſſi uetere radices eius tres quattuorue decoquuntur ad ter/ tias partes. Hæcq; potio mulieres ex abortu purgat. Laterum cōpunctiones tollit & ueſicæ calculos. Tunditur cum diapaſmate. Veſtibus odoris gratiæ inſeritur. Com/ bretum quod ſimile ei diximus tritum cum axungia: uulnera mire ſanat. Aſarum iocinerum uitiis ſalutare eſſe traditur:uncia ſumptum in hemina mulſi mixti. Aluū purgat ellebori modo. Hydropicis prodeſt & præcordiis uuluiſq; ac morbo regio. In muſtum ſi addatur:facit uinum urinis ciendis. Effoditur cum folia mittit. Siccatur in umbra. Situm celerrime ſentit.

¶DE Nardo gallico & de croco medicinæ:& croco mago & exſiri & ſaliunca & ho/ lochryſo & chryſocome & meliloto. ¶Cap.xx.

ET quoniam quidam ut diximus nardum ruſticum nominauere radicem bac/ caris:contexemus & gallici nardi remedia in hunc locum dilata cū diſputarēus de peregrinis arboribus. Ergo aduerſus ſerpentes duabus drachmis in uino ſuccurrit. Inflationibus coli uel ex aqua uel ex uino. Item iocineris & renum ſuffuſiſq; felle. Et hydropicis per ſe uel cum abſynthio. Siſtit purgationes mulierū. Impetus uero eius quam phun eodem loco appellamus. Radix datur potui trita uel decocta ad ſtrāgu/ lationes uel pectoris dolores uel laterum. Menſes quoq; cit. Bibitur cū uino. Crocū cum melle nō ſoluitur nulloq; dulci. Facillime autem uino:aut aqua. Vtiliſſimum in medicina. Adſeruatᷣ cornea pyxide. Diſcutit inflammationes omnes quidem. Sed oculorum maxime ex ouo illitus. Vuluarum quoq; ſtrāgulatus. Stomachi exulcera/ tiones:pectoris:& renum:iocinerum:pulmonum:ueſicarumq; peculiariter. Inflam/ mationi earum uehementer utile. Item tuſſi & pleureticis. Tollit & pruritus. Vrinā cit. Qui crocum prius biberint:crapulam nō ſentient. Ebrietati eo reſiſtūt. Coronæ quoq; ex eo mulcent ebrietatem. Somnum facit. Caput leniter mouet. Venerem ſtimulat. Flos eius igni ſacro illinitur cum creta cimolia. Ipſum plurimis medicami/ nibus miſcetur. Collyrio uni nomen dedit. Ex eo quoq; expreſſo unguento crocino: quod crocomigma appellant. Habet ſuas utilitates contra ſuffuſiones oculorum. Vrinas magis excalfacit ꝗ crocum ipſum. Optimum quod guſtatum ſaliuam den/ teſque inficit. Iris ruffa melior ꝗ candida. Infantibus eam circunligari:ſalutare eſt. Dentientibus præcipua eſt & tuſſientibus:tinearumue uitio laborātibus inſtillari. Cæteri effectus eius non multum a melle differunt. Vlcera purgat capitis præcipue. Suppurationes ueteres. Aluū ſoluit duabus drachmis cum melle. Tuſſim:tormina: inflationes: pota. Lyenes ex aceto. Contra ſerpentium & araneorū morſus ex poſca ualet. Contra ſcorpiones duarum drachmarum pondere:in pane uel aqua ſumitur. Cōtra canum morſus ex oleo imponitᷣ. Et contra perfrictiones. Sic & neruorū dolo/ ribus. Lumbis uero & coxendicibus cum reſina illinitur. Vis ei concalfactoria. Nari/ bus ſubducta:ſternutamenta mouet:caputque purgat. Dolori capitis cum cotoneis malis aut ſtruteis illinitur. Crapulas quoq; & ortopnoeas diſcutit. Vomitiones cit

duobus obolis sumpta. Ossa fracta extrahit imposita cum melle. Ad paronychias farina eius utuntur. Cum uino ad clauos uel uerrucas. Triduoq; non soluitur. Halitus oris commanducata abolet. Alarūq; uitia. Succo duricias omnes emollit. Sōnū conciliat. Sed genituram cōsumit. Sedis rimas & condilomata. Omniaq; in corpore excrescentia sanat. Sūt qui siluestrem sirin uocent. Strumas hæc uel panos uel inguina discutit. Præcipitur ut sinistra manu lecta ad hos usus seruetur: colligentesq; dicant cuius hominis utiq; causa eximant. Scelus herbariorum aperietur in hac mētione: partem eius seruantium: & quarundam aliarum herbarum sicuti plantaginis substituentium si parum mercedis tulisse sese arbitrantur. Rursusq; ut plus operis acquirant: partem eam quam seruauere: eodem loco infodiunt. Credo ut uitia quæ sanauerint: faciant rebellare. Saliūcæ radix in uino decocta: sistit uomitiones. Corroborat stomachum. Polio Musæus & Hesiodus perungi iubent dignationis gratia. Gloriæque auidos polium tractare colere. Polium contra serpentes substernitur uel portatur. Medici in uino decoquunt recens uel aridum: illinuntq; uel spleneticis ꝓpinant ex aceto. Morbo regio in uino. Et hydropicis incipientibus in uino decoctū. Vulneribus quoq; sic illinunt. Secundas mulierum partusq; emortuos repellit. Itē dolores corporis. Vesicas inanit. Et epiphoris illinitur. Nec magis alia herba cōuenit medicamento quod alexipharmacon uocant. Stomacho tamen inutile esse. Caputq; eo impleri. Et abortum fieri poto. Aliqui negant. Ad religionem addūt: ubi inuētū sit: protinus adalligandum contra oculorum suffusionem. Cauendumq; ne terram attingat. Hi & folia eius thymo similia tradunt: nisi ꝙ molliora sunt & lanatiore canicie. Cum ruta siluestri & si teratur ex aqua cælesti aspidas mitigare dicitur. At nō secus atq; cyamus astringit & cohibet uulnera: ꝓhibetq; serpere. Holochrysos medetᷣ strāguriæ ī uino pota. Et oculoꝵ epiphoris illita. Cū fæce uero uini cremata ī polēta: lichenas emendat. Chrysocomæ radix calfacit & stringit. Datur potui ad iocinerum uitia. Item Pulmonum. Vuluæ dolores in aqua mulsa decocta. Ciet menstrua. Et si cruda detur: hydropicorum aquā sistit. Melissophyllo: siue melitena si perungantᷣ aluearia non fugient apes. nullo enim magis gaudent flore. Copia istius examina facillime continentur. Itē præsentissimū est contra ictus earum: uesparumq; & araneorum. Item scorpionū. Item contra uuluarum strangulationes: addito nitro. Contra tormina e uino. Folia eius strumis illinuntur. Et sedis uitiis cum sale decocta. Succus fœminas purgat. Et inflatiōes discutit. Et ulcera sanat. Articularios morbos sedat. Canisq; morsus. Prodest dysētericis ueteribus. Et cæliacis & ortopnoicis lyenibus. Vlceribus thoracis. Caligines oculorum succo cum melle inungi eximiū habetᷣ. Melilotos quoq; oculis medetur cum lacte: aut cum lini semine. Maxillarum quoq; dolores lenit. Et capitis cū rosaceo. Itē aurium e passo. Quæq; in manibus intumescunt uel erumpunt. Stomachi dolores in uino decocta: uel cruda tritaq;. Idē effectus est ad uuluas. Testes uero & sedem prociduam: quæq; ibi sūt uitia: recens ex aqua decocta: uel ex passo. Adiecto rosaceo illinuntur ad carcinomata. deferuescit in uino dulci. Peculiariter & cōtra melicerides efficax.

¶DE Trifolio & thymo & hemerocalle: & de helenio: & ambrotono. ¶Cap. xxi.

TRifolium scio credi præualere contra serpentium ictus: & scorpionum: ex uino aut posca seminis granis. xx. potis. Vel foliis & tota herba decocta. Serpētesq; nunq̄ in trifolio aspici. Præterea celebratis auctoribus contra omnia uenena pro antidoto sufficere. xxv. grana eius. minianthos ex eo appellauimus tradi. Multa alia præterea in remediis eius adscribi. Sed me contra sententias eorum grauissimi uiri auctoritas mouet. Sophocles enim poeta uenenatū id dicit. Simus quoq; medicus decocti aut contriti succum infusum corpori easdem uredines facere quasi percussis a serpente imponatur. Ergo non aliter utendum eo q̄ contra uenena censuerunt. Fortassis. n. & iis uenenis īter se contraria sit natūa: sicut multis aliis. Item aīaduerto

ſemen eius cuius minima ſint folia utile eſſe ad cuſtodiendam mulierũ cutis gratiã in facie illitum: Thymum colligi oportet in flore & in umbra ſiccari. Duo autẽ ſunt genera eius. Candidũ radice lignoſa in collibus naſcens quod & præfertur. Alterum nigrius floriſq; nigri. Vtraq; oculorum claritati multum conferre exiſtimantur. Et in cibo: & in medicamentis. Item diutinæ tuſſi eligmate faciles excreationes facere cum aceto & ſale. Sanguinem concreſcere non patitur e melle. Longas fauciũ diſtil/lationes extra illita cum ſinapi extenuare. Item ſtomachi & uentris uitia. Modice tñ utendum eſt. Condylomata excalfaciunt q̃uis ſiſtunt aluum: quæ ſi exulcerata ſit denarii pondus in ſextarium aceti & mellis addi oportet. Item ſi lateralis dolor ſit: aut inter ſcapulas aut in thorace. Præcordiis medent̃ ex aceto cũ melle. Quæ potio datur & in alienatione mentis ac melancholicis. Datur & comitialibus quos correp/tos olfactus excitat thymi. Aiunt & dormire eos oportere in molli thymo. Prodeſt & ortopnoicis: & anhelationi. Mulierumq; menſibus retardatis. Vel ſi emortui ſint in utero partus decoctum in aqua ad tertias. Viris uero contra inflationes cum melle & aceto. Et ſi uenter turgeat. Teſteſue aut ueſicæ dolor exigat. E uino tumores & impetus tollit impoſitum. Coxendicibus imponitur cum articularibus morbis: triũ obolorum pondere in tribus cyathis aceti & mellis. Et in faſtidio tritum cum ſale. Hemerocalles pallidum e uiridi & molle folium habet: radicẽ odoratam atq; bulbo/ſam. Quæ cum melle impoſita uentri aquam pellit: & ſanguinem etiam inutilem. Folia epiphoris oculoꝝ: mammarumq; poſt partum doloribus illinũtur. Helenũ ab Helenæ lachrymis dixĩus natũ. Fauere credit̃ formæ. Cutem mulieꝝ ĩ facie reliquoq; corpore nutrire incorruptam. Præterea putant uſu eius quandam datam gratiam iis: ueneremq; conciliari. Attribuunt & hilaritatis effectum eidem potæ in uino. Eumq; quem habuerit Nepenthes illud prædicatum ab Homero ꝙ ea triſticia õnis aboleat. Eſt autẽ ſucci prædulcis. Prodeſt & orthopnoicis. Traditio radicis eius in aq̃ prodeſt ieiunis. Eſt autem candidus intus & dulcis. Bibitur & contra ſerpentium ictus ex uino. Mures quoq; contrita dicitur necare. Ambrotonum duorum traditur generũ: cãpeſtre ac mõtanũ. Hoc fœĩnã: illud marẽ ĩtelligi uolumus. Amaritudo abſinthii ĩ utroq;. Siculum laudatiſſimum: dein gallaticum. Vſus eſt & foliis. Sed maior ſe/mine ad calefaciẽdum. Ideo neruis utile: tuſſi: orthopnoicis: conuulſis: ruptis: lũbis: urinæ anguſtiis. Dat̃ bibendum manualibus faſciculis decoctis ad tertias partes. Ex iis quaternis cyathis bibitur. Datur & ſemen tuſum in aqua drachmæ pondere. Pro/deſt & uuluæ. Concoquitur panis cum farina hordeacea & oculorum inflãmatiõibus illinitur. Cotonico malo concocto: ſerpentes fugat. Contra ictus earum bibitur cum uino: illiniturq;. Efficaciſſimum cõtra ea quorum ueneno tremores & frigus accidũt: ut ſcorpionum & phalangiorum: & contra uenena alia pota. Prodeſt & quoquomõ algentibus. Et ad extrahẽda ea quæ inhærent corporibus. Pellit & interaneoꝝ mala. Ramo eius ſi ſubiiciat̃ puluino uenerem ſtimulari aiunt. Efficaciſſimãq; eſſe herbã contra omnia ueneficia quibus coitus inhibeatur.

¶EX Leucanthemo & ſanſuco medicinæ. ¶Cap. xxii.

LEucanthemum ſuſpirioſis medetur: duabus partibus aceti permixtum: Sãſucũ ſiue amaracũ in cypro laudatiſſimũ & odoratiſſimũ. Scorpionibus aduerſat̃ ex aceto & ſale illitum. Mẽſtruis quoq; multum cõfert impoſitum. Minor eſt eidem poto uis. Cohibet & oculoꝝ epiphoras cũ polenta. Succus decocti tormina diſcutit. Et urinis & hydropicis utile. Mouet & nariũ ſternutamẽta. Fit ex eo oleũ quod ſan/ſucinum uocat̃ aut amaracinum ad excalfaciendos emolliendoſq; neruos: & uuluas calefacit. Et folia ſugillatis cum melle & luxatis cum cæra proſunt.

¶EX Anemona medicinæ. ¶Cap. xxiii.

ANemonas coronarias tantum diximus. Nũc reddemus & medicas. Sunt qui phrenion uocent. Duo eius genera. Silueſtris prima. Altera in cultis naſcens.

Vtraq; sabulosis. Huiusq; plures species. Aut enim phœniceum florem habet: quæ & copiosissima est: aut purpureum aut lacteū. Harum triū folia apio similia. Nec temere semipedalem altitudinem excedunt: cacumine asparagi. Flos nunq̄ se aperit: nisi uento spirante: unde & nomen accepit. Siluestri amplitudo maior: latioribusq; foliis: flore phœniceo. Hanc errore ducti argemonem putant multi. Alii rursus papauer: quod rhyan appellauius. Sed distictio magna: q̄ utraq; hæc postea floret. nec aut succum illarum anemonæ reddūt: aut calices habent: nec nisi asparagi cacumen. Profūt anemonæ capitis doloribus: & inflammationibus: uuluis mulieꝶ lacti quoq;. Et menstrua cient cum ptisana sumptæ aut uellere appositæ. Radix commanducata pituitam trahit. Dentes sanat. Decocta oculorum epiphoras. Magi multum q̄dem iis tribuere. Quamprimum auspiciatur eo anno tolli iubentes. diciq; colligi eas tertianis: & quartanis remedio. Postea alligari florem panno roseo & in ūbra asseruari: ita cum opus sit: alligari. Quæ ex his phœniceum florem habet radice contrita: cuicunq; animalium imposita ulcerum facit stipticam uim. Et ideo expurgandis ulceribus adhibetur. ¶Ex oenanthe medicinæ. ¶Cap. xxiiii.

OEnāthe herba nascit̄ in petris: folio pastinacæ radice magna: numerosa. Caulis eius & folia cū melle ac uino nigro pota: facilitatē pariēdi præstant. Secūdasq; purgāt. Tussim e melle tollūt. Vrinā ciēt. Radix & uesicæ uitiis medet̄.

¶EX Heliochryso medicinæ. ¶Cap. xxv.

HEliochrysum quod alii chrysāthon uocant: ramulos habet candidos folia subalbida: ambrotono similia: ad solis repercussum aureæ lucis in orbem ueluti corimbis dependentibus: qui nunq̄ marcescūt. qua de causa deos coronāt illo. Quod diligentissime obseruauit Ptholemæus rex ægypti. Nascitur in frutetis. Ciet urinas e uino pota: & menses. Duritias & inflammationes discutit. Ambustis cum melle imponitur. Contra serpentium ictus: & lumborum uitia bibitur. Sanguinem concretū uentris ac uesicæ absumit cum mulso. Folia eius trium obolorum pondere sistunt ꝓfluuia mulierum in uino albo. Vestes tuetur odore non ineleganti.

¶EX Hiacyntho medicinæ. Cap. xxvi.

HIacynthus in gallia eximie ꝓuenit. hoc ibi loco hysginum tingit. Radix est bulbacea mangonicis uenalicis pulchre nota. Quæ in uino dulci illita pubertatē coercet: & non patitur erumpere. Torminibus & araneorum morsibus resistit. Vrinā impellit. Contra serpentes & scorpiones: morbumq; regium semen eius cum ambrotono datur. Lignys quoque flammea illa aduersus serpentes scorpiones crabrones similiaq; bibitur e uino semine trito. Siluestris eadem e stomacho inutilis. Aluum soluit. Ad detrahendam bilē efficacissima duabus drachmis. Scorpionibus adeo cōtraria ut omnino uisa ea torpescant. Radicē eius asiani boliten uocant. Qua alligata oculo: albugines tolli dicūt̄. ¶EX Vincaperuincæ medicinæ. ¶Ca. xxvii.

ET uincaperuinca: siue camedaphne arida tusa hydropicis datur in aqua coclear i mensura. Celerrimeq; reddunt aquam. Eadem decocta in cinere sparsa uino tumores siccat: auribus succo medetur. Aluinis imposita multū ꝓdesse dicitur. Rusci radix decocta bibitur alternis diebus in calculorum ualitudine: & toruosiore urina: uel cruēta. Radicem pridie erui oportet: postero mane decoqui. Ex eo sextario uini cyathis duobus misceri. Sūt qui & crudam radicem tritam ex aqua bibant: & in totum ad uirilia cauliculis eius ī uino & aceto tritis nihil utilius putāt. Bactis quoq; aluum mollit. Illinitur podagricis tosta & contusa. Acinoen & coronarum causa & ciborum ægyptii serunt. Eademq; erat quæ ocimum: nisi hirsutior ramis ac foliis esset: & admodum odorata. Ciet menses & urinas.

¶EX Colocasia medicinæ. ¶Cap. xxviii.

COlocasia Glaucias acria corporis leniri putauit: & stomachum iuuari:

EX Anthalio medicinæ. ¶Cap. xxix.

ANthalii quod ægyptii edūt:nullū aliū reppi usū. & hæc ē herba. Antilliū quā alii āticelliū uocāt:duoꝝ generꝝ:foliis & ramis lenticulæ sīlis:palmæ altitudīe: sabulosis apricis nascēs subsalsa gustāti. Altera chamepityos sīlis breuior:& hirsutior. purpurei floris:odore grauis:ī saxosis nascens. Prior uuluis aptissīa. Et ex rosaceo & lacte īposita ēt uulneribus. Bibit ī strāguria:renūq; doloribus tribus drachmis. Altera bibit ī duritia uuluaꝝ & ī torminibus & in comitiali morbo cū melle & aceto q̄ttuor drachmis.

DE Parthenio medicinæ. Cap.xxx.

COntra ꝑtheniū alii leucanthen:alii thānacū uocāt. Celsus apud nos pelleciū & muraliū. nascit ī hortoꝝ sepibus:flore albo:odore mali:sapore amaro. Ad īsedēdū decoctū ī duricia uuluaꝝ:& ī inflāmatiōibus. Siccatū cū melle & aceto īpositū bilē detrahit atrā. Ob hoc cōtra uertigines utilis. Et calculosis. Illinit & sacro igni. Itē strumis cū axūgia īueterata. Magi cōtra tertianas sinistra manu euelli eā iubēt:diciq; cuius e cā uellat:nec respicere. dein eius foliū ægri linguæ subiicere:ut mox in cyatho aquæ deuoretur.

DE Strychne medicinæ. Cap.xxxi.

STrychne quā qdā strychnū scripsere:utinā nec coronarii ī ægypto uterēt:quos inuitat hederæ folioꝝ sīlitudo:ī duobus eius gn̄ibus:quoꝝ alterū cui acini coccinei:granosi folliculi. Halicaccabū uocāt & halicalliō:nr̄i aūt uesicariā:quoniam uesicæ & calculis ꝓdest:frutex est surculosus ueriusq̄ herba:folliculis magnis:latisq; & turbinatis:grādi ītus acino q matescit nouēbri mēse. Tertio folia sūt ocimi minīe diligēter demōstrāda. remedia.n. nō uēena tractāus:qppe īsaniā facit ꝑuo quoq; succo: q̄q̄ & græci auctores ī iocū uertere. Drachmæ.n. pōdere lusū pudoris gigni dixerūt: spēs uanas imagīesq; cōspicuas obuersari demōstrātes. Duplicatū hūc modū:legitimā īsaniā facere. Quicqd uero adiiciat pōderi repræsētari mortē. Hoc ē uenenū quod īnocētissī auctores sīpliciter doriō appellauere: ab eo ꝙ cuspides ī præliis tīgerēt illo: passī nascēte:quo ꝑtius spectabat. Magi cognoīauere q neqter occultabant:erytrō:aut neurita:ut nōnulli pisone cauēdi eqdē cā curiosius dn̄dū. qn & altū genus ꝙ halicaccabō uocāt:soporiferꝝ ē:atq; ēt opio uelocius ad mortē:ab aliis moriō:ab aliis moly appellatū. Laudatū uero a locro ad fruēdū & timaristo:qdā ēt carmīe mīore obliuionē īducētes. qppe præsētaneū remediū ad dētiū mobiles firmādos si colluerēt. Halicaccabo uni exceptionē addidere ne diutius id fieret. Delirationē.n. gigni eo. Nec demōstrāda remedia:quorū medicīa maioris mali ꝑiculū afferat. Cōmēdat.n. cibis t'tiū:licet præferat hortēsis saporibus. Et nihil sit corꝑis maloꝝ cui nō salutare sit strychnos Xenocrates prædicet. Nō tn̄ auxilia eoꝝ tāti sūt:ut uel ꝓfutura nō de iis cōmemorare nefas putē:præsertī tāta copia īnoxioꝝ medicāinū. Halicaccabi radicē bibūt:q sūt uaticinādi callētes ꝙ furere ad cōfirmādas sīstitiōes aspici se uolūt. Remedio ē:id.n. libētius retulerī aq̄ copiosa mulsa calida potui data. Nec illud præteribo aspidū natæ halicaccabum ītātū aduersā:ut radice eius ꝓpius admota soporet:illas sopore enecās uis earum. Ergo trita ex oleo:ꝑcussis auxiliat.

DE Corcoro. Cap.xxxii.

COrcoꝝ alexādrii cibi herba ē cōuolutis foliis ad sīlitudīe mori. Præcordiis ut fert utilis:alopetiisq; & lētigī. Boū quoq; scabiē celerrīe sāari ea īuēio. apud Nicādrū qdē & serpētiū morsus āteq̄ floreat. Nec de cnico siue atrallide uerbosius disputet. Aegyptia herba est:& magnū cōtra uenenata aīalia præbet auxiliū. Itē aduersus fūgos. Cōstat a scorpiōe ꝑcussos q̄diu tēeāt eā herbā nō sētire cruciatū. De ꝑsoluta C.xxxiii.

ET ꝑsolutā ægyptus ī hortis serit coronaꝝ gr̄a. duo gn̄a eius:fœīa:ac mas. Vtraq; subdita uēerē īhiberi uiroꝝ maxīe tradūt. De mēsuris & pōderibus. Ca.xxxiiii.

ET quoniā ī mēsuris quoq; ac pōderibus crebro græcis noībus utēdū ē:īterpretationē eoꝝ semel in hoc loco ponēus. Drachma attica:fere.n. attica obseruatione medici utūt:denarii argētei habet pōdus. Eadēq; sex obolos pōdere efficit. Obolus decē calchos. Cyathus pēdet ꝑ se drachmas decē. Cū acetabuli mēsura dicit significat heminæ q̄rtā ꝑtē idest drachmas.xv. Quā nr̄i minā uocāt pēdet drachmas atticas centū.

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER VICESIMVSSECVNDVS. PROHOEMIVM.

COMPLESSE POTERANT MIRACVlũ sui natura: atq; tellus: reputantium uel prioris tantum uoluminis dotes: totq; genera herbarum utilitatibus hominum aut uoluptatibus genita. Sed quãto plura restant: tãto quoq; mirabiliora inuentu. Illa enim maiore parte cibi: aut odoris: decorisue commendatione ad numerosa expimẽta duxit. Reliquorum potẽtia approbat nihil ab rerum natura sine aliqua occultiore causa gigni.

DE Gentibus herbis formæ gratia utentibus. Capitulum primum.

Quidem et formæ gratia ritusq; perpetui ĩ corporibus suis aliquas exterarum gentiũ uti herbis quibusdam aduerto aio. Illinũt certe aliis aliæ faciem in populis barbarorum fœminæ. Maresq; etiam apud dacos & sarmatas corpora sua inscribunt. Simile plantagini glastum in gallia uocatur. Britãnorum coniuges nurusque toto corpore oblitæ quibusdam in sacris nudæ incedũt: æthiopum colorem imitantes.

Quod herbis uestes inficiant. Cap. ii.

IAm uero ĩfici uestes scimus ammirabili succo. Atq; ut sileamus galatiæ: africæ: lusitaniæ granis coccũ impatoriis dicatum paludamẽtis: transalpina gallia herbis tyrium atq; conchylium tingit: omnisq; alios colores. nec quærit in pfundis murices: seseq; obiicientes dum præripiunt escam bæluis marinis: intacta etiam ãchoris scrutatur uada: ut inueniat per quod facilius matrona adultero placeat: corruptor insidietur nuptæ. stans et in sicco carpit quo frugi mõdos exculpat usu alioquin fulgẽtis. Instrui poterat luxuria certe innocentius. Nunc propositum ista consectari. nec omittemus: ut subiiciendo utiliora luxuriam uilitate circũscribamus dicturi & alias herbis tingi lapides parietesq;. Nec tingendi: nec pingendi tamen rõem omisissemus: si unq̃ ea liberalium artium fuisset. Interim fortius augetur auctoritas: quæ quanta debeat etiam surdis: hoc est ignobilibus herbis phibebitur. Siquidem auctores impii romani conditoresq; immensum quiddam & hinc sumpsere: quoniam non aliunde sagmina in remediis publicis fuere: et in sacris legationibus: q̃ uerbenæ. certe utroque nomine idem significatur: hoc est gramen ex arce cum sua terra euulsum. Hac semp et legati cum ad hostes clarigatumq; mitterentur usi: id est res raptas clare repetitum: unus utiq; Verbenarius uocabatur.

DE Corona graminea. Ca. iii.

COrona quidem nulla fuit graminea nobilior ĩ maiestate populi terrap prĩcipis premiisque gloriæ. Gemmatæ: et aureæ: uallares: murales: rostratæ: ciuicæ: triũphales post hanc fuere. Sũtq; cunctæ magno interuallo: magnaq; differẽtia. Cæteras omnes singuli et duces ipsi imperatoresq; militibus: aut aliquando collegis dedere.

DE Raritate eius. Capitulum. iiii.

DEcreuit in triumphis senatus cura belli solutus et populus ociosus gramineam nunq̃: nisi in suprema desperatione. Contigitq; nulli nisi ab uniuerso exercitu seruato seruatori decreta. Cæteras imperatores dedere. Hanc solam miles imperatori. Eadẽ uocat obsidionalis: liberatis obsidione abominãdoq; exitio totis castris. Quod si ciuicæ honos uno aliquo ac uel humillimo ciue seruato præclarus sacerq; habetur: quid tandem existimari debet unius uirtute seruatus uniuersus exercitus? Dabat hæc uiridi e gramine decerpto inde: ubi obsessos seruasset aliquis. Nanq; summum apud ãtiquos signum uictoriæ erat: herbam porrigere uictos: hoc est terra et altrice ipsa humo et humatione etiam cedere. Quem morem etiã nunc durare apud germanos scio.

Qui soli corona ea donati. Capitulum.v.

DOnatus est ea. L. Sictius Dentatus semel cum ciuicas quattuordecim meruisset: depugnassetq;.c.xx.præliis semper uictor. Tanto rarius est seruatorem unum a seruatis donari. Quidam imperatores et sæpius donati sunt: ueluti. P. Decius primus uidelicet tribunus militum ab exercitu. Altera ab iis: qui in præsidio obsessi fuerant: quanta esset eius honoris auctoritas confessus religione: siquidem donatus bouem album Marti immolauit: et centum fuluos: qui ei uirtutis causa dati fuerant simul ab obsessis. Hic Decius postea consul et imperio et collegæ se pro uictoria deuouit. Data est et a senatu populoq; romano: qua claritate nihil equidem in rebus humãis sublimius duco: Fabio illi: qui rem omnẽ romanam restituit nõ pugnando. Nec data cum magistrum equitum et exercitum eius seruasset. Tunc satius fuit nomine nouo coronari appellatum patrem ab iis: quos seruauerat. Sed quo dictum est cõsensu honoratus est: Annibale ex italia pulso. quæ corona adhuc sola ipsius imperii manibus imposita est. Et quod peculiare ei est: sola a tota italia data.

Qui solus centurio coronatus. Capitulum.vi.

PRæter hos contigit eius coronæ honos. M. Calphurnio Flammæ tribuno militũ in sicilia. Cẽturioni uero uni ad hoc tempus Cn. Petreio Acinati cimbrico bello. Primum pilum is capessens sub Catulo exclusam ab hoc legionem suam hortatus tribunum suum dubitantem per castra hostium erumpere interfecit: legionemque eduxit. Inuenio apud auctores eundem: præter hũc honorem astãtibus Mario & Catulo cõsulibus prætextatum immolasse ad tibicinem foculo posito. Scripsit et Sylla dictator ab exercitu se quoq; donatum apud nolam legatum bello marsico. idq; in uilla sua thusculana: quæ fuit postea Cicerõis: pinxit. Quod si uerum est: hoc execrabiliorem eum dixerim: quandoquidem eam capiti suo proscriptione detraxit ipse tãto paucioribus ciuium seruatis: q̃ postea occisis. Addat etiam nũc huic gloriæ supbũ cognomẽ fœlicem. Ipse tamẽ obsessus in toto orbe proscriptus. Hæc corona Sertorio etiam cessit. Aemilianũ quoq; Scipionem Varro auctor est donatum obsidionali in africa Manilio consule: cohortibus seruatis: totidẽq; ad seruandas eas eductis. Quod et statuæ eius in foro suo diuus Augustus scripsit. Ipsum Augustũ cũ Marco Cicerõe filio consulem idibus septembribus senatus obsidionali donauit: adeo ciuica nõ satis uidebatur. Nec præterea quenq̃ hac iuenimus donatum. Nullæ ergo herbæ fuere certe in hoc honore: sed quæcũq; fuerãt in periculi sede q̃uis ignobiles ignotæq; honorẽ nobilem faciebant. Quod latere apud nos minus quidem miror: cernens negligi ea quoque: quæ ad ualitudinem conseruandam: cruciatusque corporis propulsandos: et mortem arcendam pertinent. Sed quis non mores iure castiget? Addidere uiuendi precia deliciæ: luxusq;. nunq̃ fuit cupido uitæ maior: nec minor cura. Aliorũ hãc operã esse credimus. ac ne mandato quidem nostro alios id agere. medicisq; prouisum esse: proh bonis ipsi fruimur uoluptatis. & quo nihil equidem probrosius duco: uiuimus aliena fiducia. Immo uero plerisque ultro etiam in risu sumus ista commẽtãtes. atq; friuoli operis arguimur. Magna quanq̃ immẽsi laboris solatia sperni cum rerum naturã: quã certe non defuisse nobis docebimus: et inuisis quoq; herbis inseruisse remedia. Quippe cũ medicinas dederit etiam aculeatis. Hæc enim proxime restant ex iis: quas priore libro nominauimus: in quibus ipsius prouidentiã naturæ satis ammirari amplectiq; nõ est. Dederat et quas diximus molles: cibisq; gratas. Pinxerat & remedia floribus. uisuque ipsos animos inuitauerat: etiam deliciis auxilia permiscẽs. Inde excogitauit aliquas aspectu hispidas: tactu truces: ut cantum non uocem ipsius figẽtis illas rationemque reddentis exaudire uideamur: ne se depascat auida quadrupes: nec procaces manus rapiant: ne neglectu uestigia obterant: ne insidens ales infringat: has muniendo aculeis telisque armando: remediis ut tuta ac salua sint. Ita hoc quoque quod in iis odimus: hominum causa excogitatum est.

¶Medicinæ ex reliquis ornamentis et Erynge. ¶Capitulum.vii.

ET clara in primis aculeatarum eryngẽ est siue eryngion cõtra serpentes et uenenata omnia nascens. Aduersus ictus morsusque radix eius bibitur drachmæ põdere in uino. Aut si plerunque tales iniurias comitatur et febris ex aqua. Illinitur plagis peculiariter efficax contra chrysodos ac ranas. Omnibus uero contra toxica et aconita efficaciorem Heraclides medicus in iure ãseris decoctã arbitrat᷑. Apollodorus aduersus toxica cũ rana decoquit: cæteri in aqua. Ipsa dura: fruticosa: spinosis foliis: caule geniculato cubitali et maiore aliquãdo. Alia albicãs: alia nigra: radice odorata. Et satiua quidem est. sed et spõte nascitur in asperis et saxosis. et in littoribus maris durior: nigriorq; folio apii. ¶DE Herba: quã cẽtũcapita uocãt. ¶Cap. viii.

EX iis candidam nostri centũcapita uocant. Omnes eiusdem effectus caule et radice in cibos græcorum receptis utroq; modo siue coquere libeat: siue cruda uesci. Portentosũ est: quod de ea traditur: radicem eius alterutrius sexus similitudinẽ referre rara inuentu. Et si uiris contigerit mas: etiam amabiles fieri. Ob hoc et Phaonẽ & Lesbium dilectos a Sappho. Multæq; circa hanc non magorum solum uanitates: sed etiam pythagoricorum. Sed in medico usu præter supradicta auxiliatur inflatiõibus: torminibus: cordis uitiis: stomacho: iocineri: præcordiis: in aqua mulsa. Lyeni in posca. Item ex mulsa renibus: strangurie: opisthotonicis: spasmis: lumbis: hydropicis: comitialibus: mulierũ mensibus siue subsidant: siue abundent: uuluarum omnibus uitiis. Extrahit infixa corpori cum melle: strumas: parotidas: panos. Recedẽtes ab ossibus carnes sanat cum axungia salsa & cærato: item fracturas. Crapulã præsũpta arc&. aluum sistit. Aliqui e nostris sub solstitio colligi eam iussere. Ex aqua cælesti imponi omnibus ceruicis uitiis. oculorum quoq; albugines sanare adalligatam tradiderunt.

¶DE Achano et Glycyrrhiza & Stomachice. ¶Capitulum.viiii.

SVnt qui et achanon eryngio ascribant spinosam breuemq; ac latam herbã spinisq; latioribus. Hãc impositam sanguinẽ mire sistere. Alii eryngen falso eãdẽ putauerunt esse et glycyrrhizam: quare subiungi eam protinus refert. Et ipsa sine dubio inter aculeatas est: foliis echinatis: pinguibus: tactuq; gummosis: fruticosa: binoꝝ cubitorum altitudine: flore hyacynthi: fructu pilularum platani magnitudinis. Præstantissima in cilicia: ponto secunda radice dulci. et hæc tantum in usu. Capiturq; ea uergiliarum occasu: lõga ceu uitium: coloris buxei. Meliorque nigra: quæq; lenta: q̃ quæ fragilis. usus in subditis. decocta ad tertias: cætero ad mellis crassitudinẽ: aliquãdo & tusa. e quo genere et uulneribus imponitur: & faucium uitiis omnibus. Itẽ uoci utilissimo succo sic ut spissatus est: linguæ subdito. Item thoraci: iocineri. Hac dixius sitim: fameq; sedari. Ob id quidam adipson appellauere eam: & hydropicis dedere: ne sitirent. Ideo & cõmãducata stomachica est: & ulceribus oris inspersa sæpe & ptericis. Sanat et uesicæ scabies: renum dolores: condylomata: ulcera genitalium. Dedere eam quidam potui in quartanis: drachmarum duarum pondere et pipere: hemina aquæ. Commanducata sanguinem sistit. Sunt qui et calculos ea pelli tradiderunt.

¶DE Tribulo et generibus eius et medicinis. ¶Capitulum.x.

TRibuli unum genus in hortis nascitur. alterum in fluminibus tantum. Succus ex iis colligitur ad oculorum medicinas. Est enim refrigerantis naturæ: et ideo utilis contra inflammationes: collectionesq;. Vlcera per se erumpentia et præcipue ĩ ore cum melle sanat: item tonsillas. Potus calculos frangit. Thraces qui ad strymona habitant: foliis tribuli equos saginant. Ipsi nucleo uiuunt panem facientes prædulcẽ: & qui contrahat uentrem. Radix caste pureq; collecta discutit strumas. Semen adalligatum uaricum dolores sedat. Tritum uero & in aquam sparsum pulices necat.

¶DE Stoebe: & medicinis eius. ¶Capitulum.xi.

STоebe: quam aliqui peon uocant: decocta in uino præcipue auribus purulẽtis medetur. Item oculis ictu cruentatis. Hæmorrhoiæ quoq; & dysenteriæ infusa.

¶DE Hippophye et medicinis eius. ¶Cap. xii.

HIppophyes ĩ ſabuloſis: maritimiſq; naſcit̃: ſpinis albis. Ederæ mõ racemoſa eſt: candidis et ex parte rubentibus acinis. Radix ſucco madet: q aut per ſe cõditur: aut paſtillis farinæ. Hæc bilem detrahit obolo põderis: ſaluberrie cum mulſo. Altera hippope ſine caule ſine flore: foliis tantum minutis. Huius quoq; ſuccus hydropicis mire ꝓdeſt. Debent accõmodatæ eſſe equoꝝ naturæ: neq; ex aliis cauſis nomen accepiſſe. Quippe quædã animaliũ remediis naſcunt̃: locupleti diuinitate ad gerẽda præſidia: ut nõ ſit mirari ſatis ingeniũ eius diſponentis auxilia in gña: in cauſas: in tpia: ut aliis proſit atq; aliis ab horis: dieſq; nullus prope ſine præſidiis reperiatur.

¶DE Vrtica & medicinis eius. ¶Cap. xiii.

VRtica qd eſſe inuiſius põt̃? At illa præter oleum: quod in ægypto ex ea fieri diximus: uel plurimis ſcatet remediis. Semẽ eius cicutæ cõtrariũ eſſe Nicãder affirmat. item fungis in argento uiuo. Appollodorus & ſalamandris cum iure decoctæ teſtudinis. Item aduerſari hyoſcyamo: et ſerpentibus: & ſcorpionibus. Quin illa ipſa amaritudo mordax uuas in ore: ꝓcidenteſq; uuluas: & infantium ſedes tactu reſilire cogit. Lethargicos expgiſcit tactis cruribus: magiſq; frõte. Eadẽ cãis morſibus addito ſale medet̃. Sãguinẽ trita naribus ĩdita ſiſtit: & magis radice. Carcinomata & ſordida ulcera ſale admixto: itẽ luxata. Sanat & panos: parotidas: carneſq; ab oſſibus recedentes. Semen potũ cũ ſapa uuluas ſtrangulãtes aperit: & ꝓfluuia nariũ ſiſtit impoſitũ. Vomitiões in aqua mulſa ſumptũ. a cœna faciles præſtat duobus obolis. Vno autẽ ĩ uino poto laſſitudĩes recreat. Vuluæ uitiis toſtũ acetabuli mẽſura. Potũ ĩ ſapa reſiſtit ſtomachi inflationibus. Orthopnoicis prodeſt cum melle. et thoracem purgat eodem eclegmate. Et lateri medet̃ cũ ſemine lini. Addũt hyſopum: & piperis aliqd. Illinitur lyeni. Difficilẽ uẽtrẽ toſtũ cibo emollit. Hippocrates uuluã purgari poto eo ꝓnũciat. Dolore leuari toſto acetabuli mẽſura dulci pota: & ĩpoſito cũ ſucco maluæ. Inteſtioꝝ animalia repellit cũ hydromelite & ſale. Defluuia capitis ſeie illito cohoneſtari. Articularibus morbis: et podagricis plurimi cũ oleo uetere: aut folia cũ urſino adipe trita ĩponũt. Ad eadẽ radix tuſa cũ aceto nõ minus utilis. itẽ lyeni. & cocta ĩ uino diſcutit panos cũ axũgia uetere ſalſa. Eadẽ pſilothrum exiccat. Condidit laudes eius Phanias phyſicus: utiliſſimã cibis coctã cõditãue ꝓfeſſus: arteriæ: tuſſi: uentris diſtillatiõi: ſtomacho: panis: parotidis: perniõibus cũ oleo. ſudorẽ coctã cum conchyliis ciere. Aluũ cum ptiſana. pectus purgare: mulieꝝq; mẽſes cum ſale. ulcera quæ ſerpunt: ꝓhibere. Succus quoq; in uſu eſt. Expreſſus inlituſq; fronti ſanguinẽ nariũ ſiſtit. Potus urinã ciet. Calculos rumpit. Vuam gargariſſatus reprimit. Semen colligi meſſibus oportet. Alexandrinum maxime laudatur ad omĩa hæc. Et mitiores quidẽ teneræq; efficaces. ſed præcipue ſilueſtris illa. Et amplius lepras e facie tollit in uino pota. Si qdrupedes fœtum non admittãt: urtica naturã fricandã monſtrat.

¶DE Lamio & medicinis eius. ¶Cap. xiiii.

EA nunc quoq;: quã lamium inter genera eaꝝ appellauimus: mitiſſima & foliis non mordentibus: medet̃ cum mica ſalis cõtuſis incluſiſq; uſtis: & ſtrumis: tumoribus: podagris: uulneribus. Album hẽt ĩ medio folio: quod ignibus ſacris medet̃. Quidã e nr̃is tpr̃e diſcreuere genera. Autumnalis urticæ radicẽ alligatam ĩ tertianis: ita ut ægri nuncupẽtur: cũ eruitur ea radix: & dicat̃ quæ et cui et quoꝝ folio eximat̃: liberari morbo tradiderunt. Hoc idẽ et contra quartanas pollere. Iidem urticæ radice addito ſale infixa corpori extrahi. Foliis cum axungia ſtrumas diſcutit. Vel ſi ſuppurauerint: erodi compleriq;.

¶DE Scorpiõe gñibuſq; ac medicĩs eius. ¶Ca. xv.

EX argumento nomen accepit ſcorpius herba. Semen enĩ hẽt ad ſimilitudinem caudæ ſcorpionis: folia pauca. Valet & aduerſus animal nominis ſui. Eſt & alia eiuſdem nominis: effectuſq; eius ſine foliis aſparagi caule in cacumine aculeũ habẽs.

¶DE Leucacantha: ſiue phinio: ſiue iſchada & medicinis eius. ¶Cap. xvi.

ET inde nomen leucacantha.quā alii phinion:alii ischada:alii polygonaton appellāt:radice cyperi:quæ cōmanducata dentium dolorem sedat.Item laterū & lumborum : ut Hicesius tradit semine poto drachmis octo:aut succo.Eadēq; ruptis conuulsis medetur.

DE Helxine Perdicio Parthenio Sylerite:& medicinis eius. Cap. xvii.

HElxinē aliq perdicium uocant:quoniam perdices ea præcipue uescantur.alii syderiten:nonnulli partheniū.Folia habet mixtæ similitudinis plātagini & marrubio:cauliculos densos leuiter rubentes.Semina in capitibus lappaceis adhærescētia uestibus:unde et helxinem dictā uolunt. Sed nos qualis uera esset helxine: diximus priore libro.Hæc autem inficit lanas.sanat ignes sacros:et tumores:collectiōesq; ōes & adusta.Panos succus eius cum psimithio.Ignes sacros:tumores:collectiōes:& guttura incipientia turgescere.Item ueterem tussim cyatho hausto.Et omīa in humido. Sicut tonsillas et uarices cum rosaceo.Imponit & podagris cum caprino seuo:cæraq; cypria.Perdicium siue parthenium(nā syderitis alia est)a nr̄is herba urceolaris uocat: ab aliis astericum folio similis ocimo:nigrior tantum:nascens in tegulis:parietinisq;. Medet cum mica salis trita iisdem omnibus:quibus lamium:& eodem modo. Item uomicæ calefacto succo pota.Et cōtra ulcera rupta:lapsusq;:& præcipitia:aut uehiculorum euersiones singularis. Vernula carus Pericli atheniensium principi:cum is in arce templum ædificaret:repsissetq; sup altitudinem fastigii:& īde cecidisset:hac herba dicit sanatus mōstrata Pericli somnio a Minerua. quare partheniū uocari cœpta est.assignaturq; ei deæ. Hinc est uernula:cuius effigies ex ære fusa est:et nobilis ille Sparginoptes.

DE Chamæleone gñibusq; & medicinis eius. Cap. xviii.

CHamæleonem aliqui ixion uocant. Duo genera eius.candidior asperiora folia hēt.serpit in terra:echini mō spinas erigēs:radice dulci:odore grauissimo.Quibusdā in locis uiscum gignit album sub alis foliorum:maxime circa canis ortū.Quō thura nasci dicunt:unde et ixia appellatur. Hac & mastice utuntur mulieres.Quare et camæleon uocetur a uarietate foliorum euenit.Mutat enim cum terra colores.Hic niger:illic uiridis:alibi cyaneus:alibi croceus:atq; aliis coloribus.Ex iis cādidus hydropicos sanat succo radicis decoctæ.bibitur drachma in passo.Pellit & īteraneoꝝ aīalia acetabuli mensura succi eiusdem in uino austero cum origani scopis.facit difficultatē urinæ.Hic succus occidit canes suesq; in polenta.Addita aqua et oleo contrahit in se mures:ac necat:nisi protinus aquam sorbeant.Radicem eius aliqui concisam seruari iubent funiculis pendentem.decoquuntq; in cibo contra fluxiones: quas græci rheumatismos uocant.Ex nigris aliqui marem dixere:cui flos purpureus esset:et fœminā: cui uiolaceus. Vno nascuntur caule cubitali:crassitudine digitali. Radicibus earum lichenes curantur cum sulphure et bitumine una coctis.Commanducatis uero dētes mobiles:aut in aceto decoctis.Succo scabiem etiam quadrupedum sanant.Et ricinos canum necant: iuuencas quoq; anginæ modo.quare a quibusdam ulophiton uocat. Est et cynizolō propter grauitatem odoris.Ferunt et hæc uiscum ulceribus utilissimū. Omnium autem generum earum radices scorpionibus aduersantur.

DE Coronopo et medicinis eius. Cap. xviiii.

COronopus oblonga herba est cum fissuris.Seritur interim:quoniam radix cœliacis præclare facit in cinere tosta.

DE Anchusa et Pseudanchusa et medicinis earum. Capitulum.xx.

ET anchusæ radix in usu est:digitali crassitudine.Findit papyri modo. manusq; inficit sanguineo colore.præparat lanas preciosis coloribus.Sanat ulcera in cærato:præcipue senum :item adusta.Liquari non potest in aqua:oleo dissoluit.Idque sincere experimētum est.et ad renum dolores drachma eius in uino.Aut si febris sit ī decocto balani.Item iocinerum uitiis et lyeni et bile suffusis.Lepris et lētigini illinit ex aceto.Folia trita cum melle et farina luxatis imponūtur.Et pota drachmis duabus

in mulſo aluum ſiſtũt. Pulices necare radix in aqua decocta traditur. Eſt et alia ſimilis pſeudanchuſa ob id appellata: a qbuſdam uero enchiſa: aut doris: & multis aliis nominibus: lanuginoſior: & minus pĩguis: tenuioribus foliis: & lãguidioribus. Radix oleum non fundit: ſed rubentem ſuccum. & hoc ab anchuſa diſcernitur. Contra ſerpẽtes efficaciſſima potu foliorum uel ſeminis. folia ictibus imponũt. Virus ſerpẽtiũ fugat. bibitur et propter ſpinam. Folium eius ſiniſtra decerpi iubent magi: et cuius cauſa ſumatur dici: tertianiſq; febribus alligari. ❡DE Onichylo: Anthemi: Loto: et Lotometra: Heliotropio: Tricocco: et Callitricho. ❡Cap .xxi.

Est alia herba proprio nomine onichylon. quam aliqui anchuſam uocant. alii archeuion. alii onochelin. aliqui rhexiã. multi enchryſon: puo frutice: flore purpureo: aſperis foliis et ramis: radice meſſibus ſanguinea: cætero nigra. In ſabuloſis naſcens: efficax contra ſerpentes: maxime uiperas: et radice et foliis: e q; cibo ac potu. Vires habet meſſibus. Folia trita odorem cucumeris reddunt. Datur in cyathis tribus uulua procidente. Pellit et tineas cum hyſopo: et in dolore renum aut iocineris in aq̃ mulſa ſi febris ſit. Sin aliter: ex uino bibitur. Lentigini ac lepris radix illinit. Habẽtes eam a ſerpentibus feriri negantur. Eſt et alia huic ſimilis flore rubro minor: et ipſa ad eoſdem uſus. Traduntq; commanducata ea ſi inſpuatur mori ſerpentem. Anthemis magnis laudibus celebratur ab Aſclepiade. aliqui leucanthemida uocant. alii leucanthemum. alii arethemida: quoniam uere floreat. Alii themimalon: quoniã odorẽ mali habeat. Nonnulli melanthion uocant. Genera eius tria. fronde tantum diſtant palmum non excedẽtia: paruiſq; foliis: ut rutæ cãdidis aut melinis aut purpureis. In macro ſolo aut iuxta ſemitas colligitur uere: et in coronamenta reponit. Eodẽ tẽpore & medici folia tuſa in paſtillos digerunt. item florem et radicem. Dant omnia mixta drachmæ unius pondere contra ſerpẽtium ictus. Pellit mortuos partus. Item mẽſtrua in potu: & urinam: calculoſq;: inflationes: iocinerum uitia: bilem ſuffuſam: egilopiã. Cõmãducata ulcerum eruptiones manãtes ſanat. Ex oĩbus iis generibus ad calculos efficaciſſima eſt: quæ florem purpureum habet: cuius et foliorum & fruticis ãplitudo maiuſcula eſt. Hanc proprie quidam hierãthemin uocãt. Loton qui arborẽ putãt tãtum eſſe: uel Homero auctore argui poſſũt. Is enim ĩter herbas ſubnaſcẽtes deoꝝ uoluptati loton primam nõiauit. Folia eius cum melle oculorũ cicatrices: argemata: nubeculas diſcutiũt. Eſt et lotometra: quæ fit ex loto ſata. ex cuius ſemĩe ſimillio porri fiũt panes in ægypto a paſtoribus: maxime aqua uel lacte ſubacto. Negat quicq̃ illo pane ſalubrius eſſe: aut leuius dum caleat. Refrigeratus difficilius cõcoquitur: fitque põderoſus. Conſtat eos qui illo uiuãt: nec dyſẽteria: nec tenaſmo: neque aliis morbis uẽtris ĩfeſtari. Itaque ĩter remedia eorum habetur. Heliotropii miraculũ ſæpius diximus cum ſole ſe circuãgẽtis: etiam nubilo die: tãtus ſyderis amor eſt: nocte uelut deſiderio cõtrahit cæruleum florem. Genera eius duo: tricoctum: & helioſtrophiũ. Hoc altius: quãq̃ utrũq; ſemipedalẽ altitudinẽ nõ excedat: ab ima radice ramoſũ. Semen ĩ folliculo meſſibus colligitur. Naſcitur nõ niſi in pĩgui ſolo: cultoque maxime. Tricoccum ubique. Si decoquatur: ĩuenio cibis placere. Et in lacte iucũdius aluũ mollin. Et ſi decocti ſuccus bibatur: efficaciſſime exinaniri. Maioris ſuccus excipitur æſtate: hora ſexta. miſcetur cũ uino: ſic firmior. Capitis dolores ſedat roſaceo admixto. Verrucas cum ſale tollit ſuccus e folio. Vnde noſtri uerrucariam herbã appellauere: aliis cognominari effectibus digniorem. Nãq; & ſerpentibus & ſcorpionibus reſiſtit ex uino & aqua mulſa: ut Apollophanes et Apollodorus tradunt. Folia ĩfantium diſtillationibus: quod ſyriaſin uocant: illita medentur. Itẽ cõtractionibus: etiam ſi id comitialiter accidat. Decocto quoq; foueri eos ſaluberrimum eſt. Potum id pellit tineas: et renum harenas. Si cuminum adiiciatur calculos frãgit. Decoqui cum radice oportet. quæ cũ foliis et hircino ſeuop odagris illinitur. Alterum genus: quod tricoccum appellauimus: & alio noĩe ſcorpiuron uocatur: foliis nõ ſolum minoribus: ſed etiam in

terrã uergẽtibus.ſemẽ ei eſt effigie ſcorpiõis caudæ.quare nomẽ. Vis ad oĩa uenenata & phalãgias:& cõtra ſcorpiões præcipue illita.nõ feriũtur habẽtes.Et ſi terrã ſurculo helioſtrophii circũſcribat aliquis:negant ſcorpionem egredi.Impoſita uero herba aut ĩde omnĩo reſperſũ protinus mori. Sic ſeminis grana quattuor pota quartanis pro-deſſe dicuntur. Tria uero tertianis. Vel ſi herba ter circũlata ſubiiciatur capiti.Semen et uenerem ſtimulat.Cum melle panos diſcutit.Et uerrucas hoc utiq; helioſtrophiũ radicitus extrahit.et excreſcentia in ſedibus. Spinæ quoq; ac lumborum ſanguinem corruptum trahit illitum ſemen et potum in iure gallinacei decoctum:aut in beta et lẽte.Cortex uero liuentibus colorem reddit.Magi helioſtrophium quartanis quater: in tertianis ter alligari iubent ab ipſo ægro:precariq; eum cum ſole iterum ſe:& cum nodis liberandum:et ita facere:non exempta herba. Aliud adiãto miraculum. æſtate uiret.bruma non marceſſit.aquas reſpuit:perfuſum merſumq;.Sicco ſimile eſt: tãta diſſociatio deprehenditur:unde et nomen a græcis.Aliqui frutici topiario. Quidam callitrichon uocãt.alii polytrichon.utrũq; eſt ab effectu. Tingit enim capillum:& ad hoc decoquitur in uino cum ſemine apii adiecto oleo copioſe:ut criſpum denſumq; faciat.Defluere autem prohibet.Duo genera eius:candidius:& nigrum breuiuſq;. Id quod breuius eſt polytrichon:aliq trichomanes uocant. Vtrique ramuli nigro colore uirent foliis filicis:ex quibus inferiora aſpera ac fuſca ſunt. Omnia autem contrariis pediculis denſa inter ſe ex aduerſo radix nulla: umbroſas petras: parietũq; aſpgines: ac fontium maxime ſpecus ſequitur & ſaxa manantia:quod miremur:cum aquas nõ ſentiat.Calculos e corpore mire pellit:frangitq;:utiq; nigrum.Qua de cauſa potius q̃ q in ſaxis naſceretur:et a noſtris ſaxifragum appellatum crediderim. Bibitur e uino quãtũ terni decerpſere digiti. Vrinam cient.Serpentium et araneoꝝ uenenis reſiſtũt. In uino decocti aluum ſiſtunt.Capitis dolores corona ex iis ſedat. Cõtra ſcolopẽdræ morſus illinunt crebro auferendi:ne pereant.Hoc et in alopeciis.Strumas diſcutiũt: furfureſque in facie:& capitis manãtia ulcera.Decoctum ex iis prodeſt ſuſpirioſis:& iocineri:& lyeni:& felle ſuffuſis:& hydropicis.Stranguriæ illinunt:& renibus cũ ab-ſinthio.Secundas cient et menſtrua.Sãguinem ſiſtunt ex aceto:aut rubi ſucco poti. Infãtes quoq; ulcerati perungũtur ex iis cum roſaceo et uino prius.Folium in urina pueri impubis tritum quidem cum afro nitro & illitum uentri mulierum:ne rugoſus fiat:præſtare dicitur. Perdices et gallinaceos purgatiores fieri putãt in cibum eorum additis:pecoriq; eſſe utiliſſimos.

¶DE Picride:Theſio:& Aſphodelo: Halimo:& Acantho:& Bupreſti:Elaphoboſco:Scandice: & Laſina:& de Caucalide: Sio:Syllibo:Scolymo ſiue Limonio: & Soncho:Condrilo ſiue Condrili:et Boletis.

¶Capitulum uigeſimumſecundum.

PIcris ab inſigni amaritudinis cognominatur:ut diximus: rotundo folio. Tollit eximie uerrucas.Theſium quoq; nõ diſſimili amaritudine eſt.ſed purgat aluũ: in quem uſum terit ex aqua. Aſphodelum de clariſſimis herbaꝝ:quam heroion aliq appellauert:Heſiodus & in ſiluis naſci dixit.Dionyſius marem ac fœminã eſſe. De-fectis corporibus et ptyſicis conſtat bulbos eius cum ptiſana decoctos aptiſſime me-deri:panemque ex iis cum farina ſubactum ſaluberrimum eſſe. Nicander & contra ſerpentes ac ſcorpiones uel caulẽ manthericẽ uocamus:uel ſemen:uel bulbos dedit in uino tribus drachmis.Subſtrauitq; ſomno cõtra metus.Dat & contra uenenata ma-rina:& contra ſcolopendras terreſtres.Cochleæ mire in campania caulẽ eũ pſequunt: & ſuggendo arefaciunt.Folia quoq; illinũtur uenenatoꝝ uulneribus ex uino. Bulbi neruis articuliſq; cum polẽta tuſi illinũt.Prodeſt & conciſis ex aceto lichenas fricare. itẽ ulceribus putreſcẽtibus ex aqua imponere.mãmaꝝ quoq; & teſtiũ ĩflãmatiõibus. Decocti in fæce uini oculoꝝ epiphoris ſuppoſito linteolo medẽt. Foliis in quocunq; morbo decoctis magis medici utunt.Itẽ ad tibiaꝝ tetra ulcera:rimaſq; corporꝝ q̃cũq; in parte farina arefactoꝝ.Autumno autẽ colligunt:cum plurimum ualent. Succus

quoq; ex tuſis expreſſus aut decoctus utilis fit corporis dolori cum melle. Item odorẽ corporis iucundum affectantibus cum iri arida & ſale exiguo. Folia etiam ſupradictis medẽtur. Et ſtrumis: panis: ulceribus in facie decocta cum uino. Cinis e radice alope-cias emendat: et rimas pedum. Decoctæ radicis in oleo ſuccus pniones et ãbuſta. Et ad grauitatem aurium infunditur. A contraria aure in dolore dẽtium. Prodeſt et uri-næ pota modice radix: et menſtruis: et lateris doloribus. Item ruptis conuulſis: tuſſi-bus drachmæ põdere in uino pota. Eadem et uomitiones adiuuat cõmãducata. Seĩe ſumpto turbatur uenter. Chryſermus et parotidas in uino decocta radice curauit. Itẽ ſtrumas admixta cacia ex uino. Quidam aiunt: ſi impoſita radice pars eius in fumo ſuſpendatur: & quarta die ſoluatur: una cum radice areſcere ſtrumam. Sophocles ad podagras utroq; modo cocta crudaq; uſus eſt. Ad perniones decoctam ex oleo dedit. et ſuffuſis felle in uino: et hydropicis. Venerem quoq; concitari cum uino et melle perunctis aut bibentibus tradiderũt. Xenacrates & lichenas & pſoras radice in aceto decocta tolli dicit. Item ſi cocta ſit cum hyoſcyamo & pice liquida: alarum quoq; et fœminum uitia. Et capillum criſpiorẽ fieri raſo prius capite: ſi radice ea fricetˀ. Simus lapides renum in uino decocta atq; pota eximit. Hippocrates ſemen eius ad impetus lyenis dari cenſet. Iumentoꝝ quoq; ulcera ac ſcabiem radix illita aut decoctæ ſuccus ad pilum reducit. Mures etiam eadem fugantur. Cauerna præcluſa moriuntˀ. Aſpho-delon ab Heſiodo quidã halimon appellari exiſtimauere: quod falſũ arbitror. Eſt enĩ ſuo nomine halimon non parui et ipſum erroris inter auctores. Alii enĩ fruticẽ eſſe dicunt denſũ: candidum: ſine ſpina: foliis oleæ: ſed mollioribus. Coqtˀ aũt hoc ciboꝝ gratia. Radix tormina diſcutit drachmæ pondere in aqua mulſa pota. Item conuulſa rupta. Alii olus maritimum eſſe dixere ſalſum: & inde nomen foliis in rotunditatem longis: laudatum in cibis. Duoꝝ præterea generꝝ ſilueſtre: & mitius: utrunque ꝓdeſſe dyſentericis & exulceratis cum pane: ſtomacho uero ex aceto. Vlceribus uetuſtis illinitˀ crudum: & uulnerum recentium impetus lenire perhibetˀ: & luxatorum pedum ac ueſicæ dolores. Silueſtri tenuiora folia. ſed in iiſdem remediis effectus maiores: et in ſanãda hominum ac pecoꝝ ſcabie. Præterea nitorẽ corpori fieri: dentibuſq; cãdorem: ſi fricentˀ radice ea. Semine linguæ ſubdito ſitim non ſentiri. Hoc quoque mandi. Et utraq; etiam condiri. Crateias etiam tertium genus tradidit longioribus foliis & hir-ſutioribus: odore cupreſſi: naſci ſub hedera: maxime prodeſſe opiſthotonicis: cõtracti-onibus neruorum tribus obolis in ſextarium aquæ. Acanthos eſt topiaria & urbana herba: e lato longoq; folio crepidines marginum adſurgentiumq; puluinorum toros ueſtiẽs. Duo genera eius ſunt: aculeatum & criſpum: quod breuius. Alteꝝ lene: quod aliq pederoton uocant. alii melamphyllum. Huius radices uſtis luxatiſq; mire ꝓſũt. Itẽ ruptis conuulſis: ptyſin metuẽtibus ĩcoctæ cibo: maxime ptiſana. Podagris quoq; illinuntˀ tritæ et calefactæ calidis. Bupleuron in ſponte naſcentium herbaꝝ numero græci habent: caule cubitali: foliis multis: longiſque: capite anethi: laudatum in cibis: Hippocrate in medicina: Glaucone: et Nicandro. Semẽ cõtra ſerpẽtes ualet. folia ad ſecundas fœminaꝝ uel ſuccum ex uino illinũt. Et ſtrumis folia cum ſale et uino. Ra-dix contra ſerpentes datˀ in uino: et urinæ ciendæ. Bupreſtin magna ĩ cõſtantia græci ĩ laudibus ciboꝝ etiam habuere. Iidẽq; remedia tanq̃ contra uenenum prodiderũt. Et ipſum nomen indicio eſt boum eſſe uenenum: quos diſſilire deguſtata fatentˀ. Qua-propter nec de hac plura dicemus. Eſt uero cauſa quapropter uenena mõſtremus iter gramineas coronas: niſi libidinis cauſa expetenda alicui uidetur: quam nõ aliter ma-gis accẽdi putãt: q̃ potu. Elaphoboſcõ ferulaceum eſt geniculatum: digiti craſſitudĩe: ſeĩe corimbis depẽdẽtibus: ſilis effigie: ſed nõ amaris: foliis oluſatri. et hoc laudatum in cibis. Quippe etiam cõditum ꝓrogatur ad urinam ciendam: lateris dolores ſedã-dos: rupta conuulſa ſanãda: inflationes diſcutiendas: coli quoque tormenta. Contra ſerpẽtium omniumq; aculeatorũ ictus. Quippe fama eſt hoc pabulo ceruos reſiſtere

ſerpentibus.Fiſtulas quoq; radix nitro addito illita ſanat.Siccanda autē in eos uſus prius eſt:ne ſucco eius madeat:qui contra ſerpentiū ictus facit eam deteriorē. Scādix quoq; in olere ſilueſtri a græcis ponit̃:ut Opion et Eraſiſtratus tradūt.Item decocta aluum ſiſtit.Semīe ſingultus confeſtim ex aceto ſedat.Illinitur ambuſtis:urinas cit. Decoctæ ſuccus prodeſt ſtomacho:iocineri:renibus:ueſicæ. Hæc eſt:quā Ariſtophāes Euripidi poetæ obiicit iocularιter matrem eius ne olus quidem legitimum uēditaſſe: ſed ſcandicem.Eadem erat enteriſcus: ſi tenuiora folia & odoratiora hr̃et. Peculiaris laus eius:ꝙ fatigato uenere corpori ſuccurrit:marceſcenteſq; ſenio iā coitus excitat. ſiſtit profluuia alba fœminaꝝ.Et laſinæ olus ſilueſtre habet̃ in terra repens cū lacte multo:florem fert candidum.conciliū uocant.et huius eadē cōmendatio ad ſtimulā/dos coitus. Cruda ex aceto ī cibo ſūpta mulieribus lactis ubertatē præſtat. Salutaris eſt ptyſin ſentiētibus.Infantium capiti illita nutrit capillum:tenacioreq; eius cutem efficit.Eſt & caucalis feniculo ſimilis:breui caule:flore candido:cordi utilis. Succus eius bibitur ſtomacho perq̃commodatus:et urinæ:calculiſq; et arenis pellēdis:& ue/ſicæ pruritibus.Extenuat & lyenis iocineris renumq; pituitas.Semen mēſes fœmīarū adiuuat:bilemq; a partu ſiccat.Datur & contra profluuia genituræ uiris. Chryſippus & conceptionibus eam putat conferre multum . bibitur in uino ieiunis. Illinitur et contra uenena marinorum:ſicut Petricus in carmine ſuo ſignificat.His adnumerant ſion latius apio in aqua naſcens:pinguius:nigrius:copioſū ſemine:ſapore naſturcii. prodeſt urinis:renibus:lyenibus:mulierumq; menſibus:ſiue ipſum in cibo ſumptū : ſiue ius decocti:ſiue ſemē e uino drachmis duabus.Calculos rūpit:aqſq; quæ gignūt eos:reſiſtit.Dyſentericis prodeſt infuſum.Item lentigini illitum:& mulierum uitiis ī facie noctu illitum:momentiq; cutem emendat:et ramices lenit:et ſcabiem equorū. Syllibum chamæleonti albo ſimilem æque ſpinoſam ne in cilicia quidem:aut ſyria : aut phœnice:ubi naſcitur:coquere tanti eſt:ita operoſa eius culina tradit̃.In medicia nullum uſum habet.Scolymon quoq; in cibos recipit oriens:& alio nomine limoniō appellat.Frutex eſt nunq̃ cubitali altior:criſtiſq; foliorum ac radice nigra:ſed dulci. Eratoſtheni quoq; laudata in pauperis cœna.Vrinā ciere præcipue traditur. Sanare lichenas et lepras ex aceto.Venerem ſtimulari in uino:Heſiodo et Alcæo teſtibus :q florente ea cicadas acerrimi cātus eſſe:& mulieres libidinis auidiſſīas:uiroſq; ī coitū pigerrimos ſcripſere:uelut prouidētia naturæ hoc adiumēto tūc ualētiſſimo.Itē gra/ueolētiam alarum emendat:radicis emedullatæ uncia in uini falerni heminis tribus decocta ad tertias:& a balneo ieiuno.Itemque poſt cibum cyathis ſingulis pota.Miꝝ eſt:quod Xenocrates ꝓmittit experimēto uitiū id ex alis per urinā effluere. Eſtur & ſochos : ut quem Theſeo apud Callimachum apponat Hecate caule uterq; albus:& niger.lactucæ ſimiles ambo niſi ſpinoſi eſſēt.caule cubitali āguloſo:intus cauo:ſed q fractus copioſo lacte manet.Albus qui e lacte nitor utilis orthopnoicis lactucaꝝ mō. Eraſiſtratus calculos per urinam pelli eo mōſtrat.et oris graueolētiam cōmanducato corrigi.Succus trium cyathoꝝ mēſura in uino albo & oleo calefactus adiuuat partus: ita ut a potu ambulent grauidæ.Datur et in ſorbitione.Ipſe caulis decoctus facit la/ctis abundātiam nutricibus:coloremq; meliorem infantium. Vtiliſſimus iis:quæ lac ſibi coire ſentiant.Inſtillatur auribus ſuccus:calidusq; in ſtrāguria bibitur cyathi mē/ſura:et in ſtomachi roſiōibus cum ſemine cucumeris:nucleiſq; pineis.Illinit̃ & ſedis collectionibus.Bibitur contra ſerpentes ſcorpioneſq;.radix uero illinitur.Eademque decocta in oleo punici mali calice aurium morbis præſidium eſt.Hæc omnia ex albo. Cleomporus nigro prohibet ueſci:ut morbos faciente:de albo cōſentiens.Agathocles etiam contra ſanguinem tauri demonſtrat ſucco eius uti.Refrigeratoriam tamē uim eſſe conuenit nigro:ex hac cauſa imponendum cum polenta.Zenon radice albi ſtrā/guriam docet ſanari. Chondrilon ſiue chōdrile folia habet intubi circū roſis ſimilia: caulem minus pedali ſucco madētem amaro:radice fabæ ſimili:aliquādo numeroſā.

Habet proximam terræ masticem tuberculo fabæ: quæ apposita fœminarum menses trahere dicit̃. Tusa cum radicibus tota diuidit̃ ĩ pastillos cõtra serpentes argumento ꝓbabili. Siquidem mures agrestes læsi ab iis hanc esse dicunt̃. Succus ex uino coctæ aluum sistit. Eadem palpebrarum pilos inordinatissimos pro gummi efficacissime regit. Dorotheus stomacho et concoctionibus utilem suis carminibus pronunciauit. Aliqui fœminis et oculis: generationiq; uirorum contrariam putauere. Inter ea quæ temere manduntur: boletos merito posuerim. Optimus quidem est is cibus: sed ĩmē-so exemplo in crimen adductus ueneno Tiberio Claudio principi per hãc occasionẽ a coniuge dato Agrippina. quo facto illa terris uenenum alterum sibiq; ante ões Neronẽ suum dedit. Quorundam ex iis facile noscũtur uenena: diluto rubore: rancido aspec-tu: liuido intus colore: rimosa stri pallido per ambitum labro. Non sunt hæc in qui-busdam. siccique et nitri similes ueluti guttas in uertice albas ex tunica sua gerunt. Voluam enim terra ob hoc prius gignit ipsum: postea in uolua ceu in ouo est luteũ. Nec tunicæ minor gr̃a in cibo infantis boleti. Rũpit̃ hoc primo nascente: mox crescẽ-te in pediculo corpus absumit̃: raroq; unq̃ geminis ex uno pede. Origo prima causaq; limo: & acescente succo madentis terræ: aut radicis ferme glandiferæ: initioq; spuma lentior. Dein corpus mẽbranæ simile. mox partus: ut diximus illa ꝑnicialia prorsusq; improbanda: si enim caligaris clauus si ferri uel calybis aliqua rubigo: aut pãni mar-cor affuerit: omnem illico succum alienum saporemq; in uenenum decoq̃t: deprehẽ-disseq; nisi agrestes possunt: atq; qui colligunt. Ducunt ipsi alia uitia. nunc quidẽ si serpentis cauerna iuxta fuerit: si patescentes primo adhalauerit: capaci uenenorum co-gnatione ad uirus accipiendum. Itaq; caueri cõueniet prius q̃ se cõdãt serpẽtes. signa erunt tot herbæ tot arbores fruticesq; ab emersu earum ad latebram usq; uernãtes & uel fraxini tantum folia nec postea nascentia: nec ante decidentia. Et boletis quidem ortus occasusq; omnis intra dies septem est.

¶DE Fungis et Silphio: & de Lasere medo. ¶Cap. xx.

FVngorũ lentior natura: & numerosa genera: & origo non nisi ex pituita arborum. Tutissimi qui rubent callo minus diluto rubore q̃ boleti. Mox candidi: uelut apice flaminis: ĩsignibus pediculis. Tertiũ genus suillis uenenis accommodatissimũ. Familias nuper interemere: & tota conuiuia: Anneum Serenum præfectum Neronis uigilum et tribunos & centuriones quosq;. Voluptas tanta ancipitis cibi. Quidã dis-creuere arborum generibus: fico: ferula: & gummi ferentibus. Nos item fago aut robo-re aut cupresso ut diximus. Sed ista quis spondet ĩ uenalibus? Omniũ colos liuidus. his aberit ueneni argumẽtum: quo similior fuerit arborum fici. Aduersus hæc dixius remedia: dicemusq;. interim sunt aliqua & in iis. Claudius stomacho utiles putat bo-letos. Siccãtur pẽdentes suilli iunco trãsfixi: quales a bithynia ueniũt. Hi fluxiõibus alui: quas rheumatismos uocant: medentur: excrescẽtibusq; in sede carnibus. minuũt enim eas: et tempore absumunt. Item lentigines & mulierum uitia in facie leuãt. La-uantur etiam ut plumbum in oculorum medicamenta. Sordidis ulceribus: et capitis eruptionibus: canum morsibus ex aqua illinuntur. Libet & coquendi dare aliq̃s cões in omni eorum genere obseruatiões: quando ipsæ suis mãibus deliciæ præparãt hunc cibum solum: & cogitatione ãte pascũt̃: succineis nouaculis aut argenteo apparatu comitãte. Noxii erunt fungi: qui in coquendo duriores fiunt. Innocentiores: q nitro addito coquẽt̃: si utiq; percoquãt̃. Tutiores fient cum carne cocti: aut cum pediculo piri. Prosũt & pira cõfestĩ sumpta. Debellat eos & aceti natura cõtraria his. Hymbri-bus proueniũt omnia hæc. Hymbre & silphion uenit primo e cyrenis: ut dictum est. Ex syria nũc hoc maxime ĩportat̃ deterius parthico: sed medico melius: extĩcto omni cyrenaico ut diximus. Vsus silphii ĩ medicina. nam folia ad expurgãdas uuluas: pel-lẽdosq; emortuos partus decoquũt̃ in uino albo odorato: ut bibat̃ mẽsura acetabuli a balneis. Radix prodest arteriis exasperatis: & collectionibus sãguinis illinit̃. Sed &

in cibis cōcoquit̃ ægre. Inflationes facit & ructus. Vrinæ quoq; noxia. Suggillatis cū uino & oleo amicissĭa: et cū cæra strumis. Verrucæ sedis crebriore eius suffitu cadūt. Laser e silphio profluens quo diximus modo: inter eximia est naturæ dona numera-tum. Pluribus compositionibus inserit̃. Per se aūt algores excalfacit. potum neruorū uitia extenuat. Fœminis datur in uino. Et lanis mollibus admouet̃ uuluæ ad menses ciendos. Pedū clauos circūscarificatos ferro mixtū cæræ extrahit. Vrinam ciet ciceris magnitudine dilutum. Andrias spondet copiosius sumptum: nec inflationes facere: & concoctioni plurimum conferre senibus & fœminis. Item hyeme q̃ æstate utilius: ue-runtamen aquam bibentibus: cauendumque ne qua sit exulceratio intra. Ab ægritu-dine recreationi efficax in cibo. Tempestiue enim datum cauterium optin&: assue-tis etiam utilius q̃ expertibus. Extera corporum indubitatas confessiones habent. Ve-nena telorum et serpentium extinguit potum: ex aqua uulneribus iis circunlinitur. Scorpionum tantum plagis ex oleo. Vlceribus uero non maturescentibus cū farina hordeacea uel fico sicca. Carbunculis cum ruta uel cū melle: uel per se uisco suplitū ut hæreat. sic & ad canis morsus. Excrescentibus circa semē cum germine punici mali ex aceto decoctum. Clauis pedum: q uulgo morticini appellantur: nitro mixto. Ante subactas carnes replet cū uino & croco: aut pipere: aut muriū fimo & aceto. Perniões ex uino fouet: et ex oleo coctum imponitur. Sic & callo. Clauis pedum suprasis præci-puæ utilitatis. Contra aquas malas: pestilentes tractus: uel dies. In tussi: uua: fellis ueteris suffusione: hydropicis: raucitatibus. confestim enim purgat fauces: uocemq; reddit. Podagras in spungia dilutum postea lenit. Pleureticis in sorbitione uinū po-turis datur. contractionibus: opisthotonicis: ciceris magnitudine cæræ circunlitū. In angina gargarissatur. Anhelatoribus & in tussi uetusta cum porro ex aceto dat̃: atq; ex aceto iis: qui coagulum lactis sorbuerint. Præcordiorum uitiis: syntecticis: comitia-libus cum uino in aqua mulsa: linguæ: paralysi. Coxendicibus lumborum doloribus cum decocto melle illinitur. Non censuerim: quod auctores suadent: cauernis dentiū in dolore inditum cæra includi: magno experimēto hominis: qui se eadem causa præ-cipitauit ex alto. quippe tauros inflammat naribus illitis. Serpentes auidissimas uini admixtum rumpit: ideo nec inungi suaserim cum attico melle: licet præcipiāt. Quas habeat utilitates admixtum aliis immensum est referre. & nos simplicia tractamus: quoniam in his naturam esse apparet: in illis coniecturam sæpe fallacem: nulli satis custodita ĩ mixturis concordia naturæ ac repugnātia. Qua de re mox plura dicemus.

DE Natura mellis & aqua mulsa. Et quare genere ciborū mores ĩmutē-tur. Et de melitide: & cæra. Capitulum. xxi.

NOn esset mellis auctoritas ĩ precio minor q̃ laseris: ni ubiq; nasceret̃. Illud ipsa fabricata sit natura. Sed huic gignēdo animal: ut diximus innumeros ad usus si quotiens misceatur æstimemus. Prima propolis alueorum de qua diximus. aculeos & omnia ĩfixa corpori extrahit: tubera discutit: dura concoquit: dolores neruorū mul-cet: ulceraq; iam desperātia cicatrice ĩcludit. Mellis quidem ipsius natura talis est: ut putrescere corpora nō sinat iucūdo sapore atq; nō aspero. Alia q̃ salis natūa faucibus: tōsillis: āginæ: omnibusq; oris desideriis utilissimum: arescētiq; in febribus liguæ. Iā uero peripneumonicis pleureticis decoctum. item uulneribus: a serpēte percussis. Et cōtra uenena fungorum. Paralyticis in mulso: quāq̃ suæ mulso dotes cōstāt. Mel au-ribus ĩstillatū cū rosaceo lēdes & fœda capitis animalia necat. Vsus despumati sēper aptior: stomachū tamē ĩflat: bilem auget: fastidiū creat: et oculis per se ĩutile aliqui arbitrant̃. Rursus quidam angulos exulceratos melle tāgi suadēt. Mellis causas atq; differētias natiōesq;: & iudicationem in apium: ac deīde florum natura diximus: cū ratio operis diuidi cogeret miscēda. Rursus naturā rez pernoscere uolētibus ĩ mellis operibus & aqua mulsa tractari debet. Duo genera eius subitæ ac recentis: alterum ĩ-ueteratæ. Repentina despumato melle præclaram utilitatem hab& ĩ cibo ægrotātiū

leui.hoc eſt alicæ elutæ:uiribus recreandis:ore ſtomachoq; mulcẽdo:ardore refrigerã/
do.frigidam enim utilius dari uentri molliendo.Inuenio etiam apud auctores hunc
potũ bibẽdum alſioſis.Itẽ animi humilis & præparci:quos illi dixere micropſychos.
Eſt & ratio ſubtilitatis immẽſæ a Platõe deſcendens.Corpuſculis reꝝ leuibus ſcabris
ãgulosis rotundis magis aut minus ad aliorum naturã accedentibus:ideo non eadẽ
omnibus amara aut dulcia eſſe.ſic & in laſſitudĩe proniores eſſe ad iracundiã:& ĩ ſiti.
Ergo & hæc animi aſperitas:ſeu potius animæ dulciore ſucco mitigatur.Lenit trãſitũ
ſpiritus:& molliores facit meatus:ne ſcindãt euntem redeuntẽq;.Experimenta in ſe
cuiq;.Nullius non ira luctuſq; triſticiæ.Omnis animi impetus cibo mollitur.Ideoq;
obſeruanda ſunt quæ non ſolum corpoꝝ medicinã:ſed & morũ habent.Aqua mulſa
& tuſſientibus utilis traditur.Calefacta incitat uomitiões.Cõtra uenenum pſimythii
ſalutaris addito oleo.Item cõtra hyoſcyamum cum lacte maxime aſinino. Et contra
hallicaccabim:ut diximus.Infundit̃ & auribus:& genitalium fiſtulis.Uuluis ĩponit̃
cum pane molli.Subitis tumoribus:luxatis:leniendiſq; omnibus.Inueteratæ autem
uſũ dãnauere poſteri.Minus ĩnocente aqua:minuſq; uino firmũ.Lõga tñ uetuſtate
tranſit in uinum:ut conſtat inter omnes:ſtomacho inutiliſſimũ:neruiſq; contrariũ.
Sẽper mulſum ex uetere uino utiliſſimum:faciliĩeq; cum melle concorporatur:quod
in dulci nunq̃ euenit.Ex auſtero factum non implet ſtomachum.Neque ex decocto
melle:minuſq; inflat.quod fere euenit.Appetentium quoq; reuocat auiditatem cibi.
Aluum mollit frigido potu pluribus:calido ſiſtit.Corpora auget.Multi ſenectã lõ/
gam mulſi tantum intritu tolerauere: neq; alio ullo cibo. Celebri Pollionis Romuli
exemplo:quem centeſimum annum excedentem cum diuus Auguſtus hoſpes inter/
rogaret:qua nã ratione maxime uigorẽ illum animi corporiſq; cuſtodiſſet:ille rñdit:
Intus mulſo:foris oleo.Varro regium morbum cognominatum aquatorum tradit:
quoniã curetur mulſo.Melitides quo fieret modo ex muſto & melle docuimus in rõe
uini.Sæculis iã fieri non arbitror.Hoc genus inflationibus obnoxium. Solebat tamẽ
inueteratum alui cauſa dari in febre.Item articulario morbo:& neruorum ĩfirmitate
laborãtibus:et mulieribus uini abſtemiis.Mellis naturæ adnexa cæra eſt:de cuius ori/
gine et bonitate nationibuſq; ſuis diximus locis. Omnis autẽ mollit:calfacit: explet
corpora.recens melior.Dat̃ in ſorbitione dyſentericis.Fauiq; ipſi in pulte alicæ prius
toſtæ.Aduerſat̃ lactis naturæ.ac milii magnitudĩe decẽ grana cæræ hauſta:nõ patiũt̃
coagulari lac in ſtomacho.Si inguẽ tumeat:albam cærã in pube fixiſſe remedio eſt.
Nec huius uſus:quos mixta aliis præſtat:enumerare medicina poſſit.ſicuti nec cæte/
roꝝ quæ cum aliis proſunt.Iſta ut diximus ingeniis conſtãt. Non fecit cærata mala/
gmata:emplaſtra:collyria:ãtidota:parens illa ac diuina reꝝ artifex.Officinaꝝ immo
uerius auariciæ cõmẽta ſunt.Naturæ quidẽ opera abſoluta atq; perfecta gignuntur:
paucis ex cauſa nõ ex cõiectura rebus aſſumptis:ut ſucco aliquo ſicca temperãtur ad
meatus:aut corpore alio humẽtia adnixus.ſcrupulatim quidẽ colligere ac miſcere ui/
res:nõ cõiecturæ humanæ opus:ſed impudẽtiæ eſt.Nos nec indicaꝝ arabicarumque
mercium aut externi orbis attingimus medicinas.Nõ placet remediis tã longe naſcẽ/
tia.Nõ nobis gignunt̃.immo ne illis quidẽ:alioquin nõ uenderent. Odorum cauſa:
unguentoꝝq;:& deliciaꝝ:ſi placet etiã ſuperſtitionis gr̃a emant̃:quoniã thure ſup/
plicamus & coſto.Salutẽ quidẽ ſine iis poſſe conſtare:uel ob id probabimus:ut tãto
magis ſui delicias pudeat.Sed medicinas e floribus coronamẽtiſq; & hortẽſiis:quæq;
mandunt̃ herbis ꝑſecuti:quonã mõ frugum omittemus:nimiꝝ & has indicare con/
ueniet.

❡Cõtra cõpoſitiões medicorum medicinæ ex frugibus. ❡Cap. xxii.

i IN primis ſapientiſſima animaliũ eſſe conſtat:quæ fruge ueſcant̃.Siliginis gra/
na combuſta & trita in uino amineo oculis illita epiphoras ſedãt. Tritici uero
ferro combuſta iis:quæ frigus uſſerit:præſẽtaneo ſunt remedio.Farina tritici ex aceto
cocta neruorum contractionibus:cum roſaceo uero & fico ſicca mixiſque decoctis.

Furfures tonſillis faucibuſq; gargariſſatione proſunt. Sex. Pōpeius prætorii uiri pater hiſpaniæ citerioris princeps cum horreis ſuis uentilādis præſideret: correptus dolore podagræ merſit ĩ triticum ſeſe ſuper genua: leuatuſq; ſiccatis pedibus mirabili modo hoc poſtea remedio uſus eſt. Vis tanta eſt: ut cados plenos ſiccet. Paleā quoque tritici uel hordei calidā ĩponi ramicū incōmodis experti iubent. quaq; decoctæ ſunt aqua foueri. Eſt in farre uermiculus teredini ſimilis: quo cauis dentiū cæra incluſo cadere uitiati dicuntur: etiam ſi fricentur. Olyrā arīcam diximus uocari. hac decocta fit me/ dicamentū: quod ægyptii aterā uocant: infantibus utiliſſimū: ſed & adultos illinunt eo. Farina ex hordeo & cruda & decocta collectiones ĩpetuſq; diſcutit: lenit & cōcoqt. Decoquitur alias in mulſa aqua: aut fico ſicca. Ad iocineris dolores eā ĩ poſca ĩpoſitā concoq opus eſt aut cū uino. Cū uero intercōcoquendū diſcutiendūq; cura eſt: tunc ĩ aceto melius: aut in fæce aceti: aut cotoneis piriſue decoctis. Ad multipedum morſus cum melle. ad ſerpentiū in aceto: & cōtra ſuppurantias. ad extrahendas ſuppuratiōes ex poſca: addita reſina & galla. Ad concoctiones uero & ulcera uetera cum reſina. Ad duricias cū fimo colūbaꝝ: aut fico ſicca aut cinere. Ad neruoꝝ inflammationes: aut inteſtinoꝝ uel auriū uel uirilium dolores cum papauere aut meliloto: & quotiens ab oſſibus caro recedit. Ad ſtrumas cū pice & ĩpubis pueri urina. Cū oleo & fœno græco contra tumores præcordioꝝ: uel in febribus cum melle uel adipe uetuſto. Suppuratis triticea farina multo lenior. Neruis cū hyoſcyami ſucco illinitur. Ex aceto & melle lē/ tigini. Zea ex qua alicam fieri diximus: efficatior etiam hordeacea uidetur: trimeſtris mollior. Ex uino rubro ad ſcorpionū ictus tepida: & ſanguinē excreantibus. Item ar/ teriæ. Tuſſi cū caprino ſeuo: aut butyro. Ex fœno græco molliſſīa omniū. Vlcera ma/ nātia ſanat: & furfures corporis: ſtomachi dolores: pedes & mām̄as cum uino & nitro cocta. Herina magis cæteris purgat ulcera uetera & grāgrenas. Cum rhaphano & ſale & aceto lichenas. Lepras cum ſulphure uiuo. Et capitis dolores cū adipe anſerino ĩpo/ ſita fronti. Strumas et panos cōcoquit in fimo columbino et lini ſemine decocta in uino. De polētæ generibus in frugū loco ſatis diximus: locoꝝ ratiōe: quæ a farina hor/ dei diſtat eo ꝙ torretur. Ad ſtomachū utilis: aluum ſiſtit: ĩpetuſq; rubicūdi tumoris. Et oculis illinitur & capitis dolori cum mēta: aut alia refrigerāte herba. Itē pnionibus et ſerpētiū plagis. Itē ābuſtis ex uino. Inhibet quoque puſtulas. Farina in pollinem ſubacta uī extrahēdi humoris habet: ideo et cruore ſuffuſis in faſcias uſque ſanguinē perducit. efficacius ĩ ſapa. Imponitur et pedum callo: clauiſq;. Nam cum oleo uetere ac pice decocta polline cōdylomata et alia omnia ſedis uitia q̄maxīe calido mirabilem ĩ modum curantur. Pulte corpus augetur. Farina qua chartæ glutinantur: ſanguinem excreātibus datur tepida ſorbēda: efficaciter prodeſt. Alica res romana eſt: et nō pridē excogitata: alioquin non ptiſanæ potius laudes ſcripſiſſēt græci. Nōdū arbitror pom/ peii magni ætate ĩ uſu fuiſſe. et ideo uix quicq̄ de ea ſcriptum ab Aſclepiadis ſchola. Eſſe quidem eximie utilem nemo dubitat: ſiue eluta detur ex aqua mulſa: ſiue in ſor/ bitiōes decocta: ſiue in pulte. Eadem in aluo ſiſtenda torretur. dein fauoꝝ cæra coqt̄: ut ſupra diximus. Peculiaris tamen longo morbo ad tabitudinem redactis ſubuenit: ternis eius cyathis in ſextarium aquæ ſenſim decoctis: donec omnis aqua conſumat̄. poſtea ſextario lactis ouilli aut caprini addito per continuos dies mox adiecto melle. Tali ſorbitiōis genere emendantur ſynthexes: quæ ſunt ex iis ſumptæ. Milio ſiſtitur aluus. Diſcutiunt̄ tormina: in quem uſum torretur āte. Neruorum doloribus et aliis feruēs in ſacco ponitur. neque aliud utilius: quoniam leuiſſimum: molliſſimūq; eſt: et caloris capaciſſimum. Itaque talis uſus eius eſt ad omnia: quibus calor ꝓfuturus eſt. Farina eius cum pice liquida ſerpentium et multipede plagis ĩponitur. Panicum Diocles medicus mel frugum appellauit. Effectus habet quos milium. In uino potū prodeſt dyſentericis. Similiter iis: quæ uaporanda ſunt: excalfactum imponitur. Siſtit aluū ĩ lacte caprino decoctum: & bis die hauſtum. Sic prodeſt et ad tormina. Seſama

trita in uino ſumpta inhibet uomitiones. Auriũ inflammationi illinitur: et ãbuſtis. Eadem efficit & dum in herba eſt. Amplius hoc oculis imponit decocta in uino. Stomacho inutilis cibus: et animæ grauitatem facit. Stellionum morſibus reſiſtit: item ulceribus quæ cacoethe uocant. Et auribus oleum: quod ex ea fit: prodeſſe diximus. Seſamoides a ſimilitudĩe nomẽ accipit: grano amaro: folio minore. Naſcit ĩ glarioſis. Detrahit bilẽ in aqua potum. Semẽ illinitur igni ſacro. Diſcutit panos. Eſt etiã nunc aliud ſeſamoides anticyræ naſcens: quod ideo aliqui anticyricon uocãt: cætera ſimile erigerõti herbæ: de qua ſuo dicemus loco. Granum ſeſamæ datur in uino dulci ad detractiones: quantum trinis digitis capitur. Miſcent & elebori albi unum et dimidium obolum. Purgationẽ eam adhibẽtes maxime inſanæ melãcholiæ: comitialibus: podagris. Et per ſe drachmæ põdere exinanit. Hordeum optimum quod candidiſſimum. Succus decocti in aqua cæleſti digeritur in paſtillos: ut infũdatur exulceratis ĩtraneis & uuluis. Cinis eius ãbuſtis illinitur: et carnibus: quæ recedunt ab oſſibus: et eruptionibus pituitæ: muris aranei morſibus. Idẽ aſperſo ſale ac melle cãdorem dentibus & ſuauitatẽ oris facit. Eos qui pane hordeaceo utunt: morbo pedũ tẽtari negãt. Nouẽq; granis ſi furunculum quis circunducat: ſingulis ter manu ſiniſtra & omnia in ignem abiiciat: confeſtim ſanari aiunt. Eſt & herba phœnicea appellata a græcis: a nr̃is uero hordeum murinum. Hæc trita ex uino pota præclare ciet mẽſes. Ptiſanæ quæ ex hordeo fit: laudes uno uolumine condidit Hippocrates: quæ nunc ões in halicã trãſeũt. Contra quanto innocentior eſt halica: Hippocrates tantum ſorbitionis gr̃a laudauit: quoniã lubrica ex facili hauriretur: quoniã ſitĩ arcer&: quoniã ĩ aluo nõ tumeſceret: quoniam facile redderetur. & aſſuetis hic ſolus cibus in febribus die poſſet dari: tantũ remotus ab iſtis qui medicinam fame exercent. Sorbitione tamen dari totum uetuit. Aliudue q̃ ſuccum ptiſanæ. Itẽ uetuit q̃diu pedes frigidi eſſent: tunc qdẽ nec potionẽ dandam. Fit & ex tritico glutinoſior: arteriæq; exulceratæ utilior. Amylõ hebetat oculos: & gulæ inutile contra q̃ creditur. Item ſiſtit aluum. Epiphoras oculoꝝ inhibet: & ulcera ſanat. Item puſtulas & fluitiones ſanguinis. Genas duras emollit. Datur cum ouo iis: qui ſãguinẽ reiecerint. In ueſicæ uero dolore ſemuncia amyli cũ ouo & paſſis tribus ſufferuefacta a balneo. Quin et auenæ farina decocta in aceto tollit neruos. Panis ipſe quo uiuitur innumeras pene cõtinet medicinas. Ex aqua enim & oleo aut roſaceo mollit collectiones. Ex aqua mulſa duricias ualde mitigat. Datur ex uino ad diſcutienda ualens: aut quæ præſtringi opus ſit. Et ſi magis etiamnum ex aceto. Aduerſus acutas pituitæ fluxiões: quas græci rheumatiſmos uocant. Item ad pcuſſa luxata. Ad omnia autẽ hæc fermentatus: q uocat autopyrus: utilior. Illinit & paronychiis: Et callo pedum in aceto ueteri. Nauticus panis tuſus atq; iterum coctus ſiſtit aluũ. Vocis ſtudioſis & cõtra diſtillatiões ſiccum eſſe primo cibo utiliſſimum eſt. Sitanius hoc eſt trimeſtris incuſſa in facie: aut diſquammata cum melle aptiſſime curat. Candidus ægris aqua calida frigidaue madefactus leuiſſimum cibum præbet. Oculorum tumori ex uino imponitur: ſic et puſtulis capitis: aut adiecta arida myrto. Tremulis panem ex aqua eſſe ieiunis ſtatim a balneis demonſtrant. Quin et grauitatem odoꝝ cubiculis uſtus emendat: et uini in ſaccis addito. Auxiliat et faba. Nãque ſolida fricta feruenſque in acri aceto coniecta: torminibus medet. In cibo freſſa et cum allio cocta contra deploratas tuſſes ſuppuratiõeſque pectorum quotidiano cibo ſumit: et commanducata ieiuno ore etiam ad furunculos maturãdos: diſcutiendoſue imponit. Et in uino decocta ad teſtium tumores et genitalium. Lomẽto quoque ex aceto decocto tumores maturat: atque aperit. Item liuoribus combuſtis medet. Voci eam prodeſſe auctor eſt. M. Varro. Fabalium etiam ſiliquaꝝque cinis ad coxendices: et ad neruoꝝ ueteres dolores cũ adipis ſuilli uetuſtate ꝓdeſt. et p ſe cortices decocti ad tertias ſiſtũt aluũ. Lens optima quæ facillime coqt. eaq; quæ maxime aquã abſorbet. Aciem qdẽ oculorum obtundit: et ſtomachum inflat. ſed aluum ſiſtit in cibo: magiſq; diſcocta

cælesti aqua. Eadẽ soluit minus percocta. Pustulas ulcerũ rumpit. Eaq;: quæ intra os sunt: purgat: & adstringit. Collectiões omnes imposita sedat: maximeque exulceratas & rimosas. Oculorum autẽ epiphoras cum meliloto aut cotoneo. Contra suppurãtia cũ polẽta imponitur. Decoctæ succus ad oris exulcerationes & genitalium adhibetur. Ad sedẽ cũ rosaceo aut cotoneo. In iis: quæ acrius remediũ exigũt: cũ putamĩe punici: melle modico adiecto. Ad id demũ: ne celeriter inarescat: adiiciunt & betæ folia. Imponit̃ & strumis panisq; uel maturis uel maturescentibus ex aceto discocta. Rimis ex aqua mulsa: & grangrenis cum punici germine. Item podagris cum polẽta: & uuluis: & renibus: & pernionibus. ulceribus difficile cicatricẽ trahentibus. Propter dissolutionem stomachi. xxx. grana lentis deuorantur. In choleris quoq; & dysenteria efficacior est in tribus aquis cocta. In quo usu melius semper eã torrere: aut tũdere: ut tenuissĩa detur uel per se uel cũ cotoneo malo aut piris aut myrto aut intubo erratico aut beta nigra aut plantagine. Pulmoni est inutilis: & capitis dolori: neruosisq; omnibus: et felli: nec somno facilis. Ad pustulas utilis: ignique sacro & mammis in aqua marina decocta. In aceto autem duricias & strumas discutit. Stomachi quidẽ causa polentæ modo potionibus inspergitur. Quæ sunt ambusta aqua semicocta curat. Postea trita & per cribrum effuso furfure: mox procedente curatione addito melle. Ex posca coqt̃ ad guttura. Est & palustris lens & per se nascẽs in aqua non fluente refrigeratoriæ naturæ. Propter quod collectionibus illinit̃: & maxime podagris: & per se et cum polenta. glutinat et interanea procidentia. Est siluestris et elelisphacos dicta a græcis: ab aliis phacos. Ea est satiua lẽte leuior: & folio minore atq; sicciore: & odoratiore. Est & alterũ genus eius siluestris: odore graui. hæc mitior. Folia habet cotonei mali effigie: sed minora et candida: quæ cum ramis decoquunt̃. Menses cit: et urinas: et pastinacæ marinæ ictus sanat. Torporẽ aũt obducit percusso loco. Bibitur cum absinthio ad dysenteriam. Cum uino eadem cõmorantes mẽses trahit. Abundãtes sistit decocto eius poto. Per se imposita herba: uulnerum sanguinẽ cohibet. Sanat et serpentiũ morsus. Et si in uino decoquat̃ pruritus testiũ sedat. Nostri qui nũc sunt herbarii elelisphacõ græce: latine saluiam uocant mente similem canam odoratam. partus emortuos ea apposita extrahunt. item uermes auriũ ulcerumque. Cicer et siluestre est: foliis satiuo simile: odore graui. Sed si largius sumatur: aluus soluitur: et inflatio contrahitur: et tormina. Tostũ salubrius habet̃. Cicercula etiam nunc magis in aluo proficit. Farina utriusque ulcera manantia capitis sanat: efficacius siluestris. item comitiales et iocinerum tumores: et serpentium ictus. Cit menses et urinas: grano maxime. Emendat et lichenas: et testium inflammatiões: regium morbũ: hydropicos. Lædũt omnia hæc genera exulceratam uesicam et renes. Grangrenis utiliora cum melle et iis: quæ cacoethe uocant̃. Verrucarum in omni genere prima luna singulis granis singulas tangũt. Eaque grana in linteolo deligata abiiciũt post se: ita fugari uitium arbitrãtes. Nostri præcipiũt arietinum in aqua cum sale discoquere: ex eo bibere cyathos binos in difficultatibus urinæ. Sic et calculos pelli: morbumque regium. eiusdem foliis sarmẽtisq; decoctis aqua q̃maxime calida morbos pedum tolli: & ipsum calidum tritũq; illitũ. Columbini decocti aqua horrorem tertianæ et quartanæ minuere tradit̃. Nigrũ autẽ cum gallæ dimidio tritum oculorum ulceribus ex passo medet̃. De eruo quædã ĩ mẽtiõe eius diximus: nec potẽtiã ei minorem ueteres q̃ brassicæ tribuere. Contra serpẽtiũ ictus ex aceto ad crocodilorum: hominumque morsum. Si qs eruũ quotidie ieiunus edat lyenem eius absumi certissimi auctores affirmant. Farina eius (ut ait Varro) maculas ex toto corpore emendat. Serpere uulnera non patit̃. In mammis efficacissimũ. Carbũculos rũpit ex uino. Vrinæ difficultates: inflãmationẽ: uitia iocineris: tenasmõ quæ cibum non sentiãt: atropha appellata: tostum et in nucis auellanæ magnitudinẽ melle collectum deuoratumque corrigit. Item impetigines ex aceto coctũ et quarto die solutum. Panos in melle suppurare prohibet impositum. Aqua decoctum pniões

& pruritus sanat fouendo. Quin et uniuerso corpori: si quis quotidie ieiunus biberit: meliorē fieri colorē existimāt. Cibis idē hominis alienum. Vomitiōes mouet. Aluum turbat. Capiti & stomacho onerosū. Genua quoq; degrauat. Sed madefactū pluribus diebus mitescit. Bubus iumentisque utilissimum. Siliquæ eius uirides: priusq̃ induresc ãt: cum suo caule foliisque cōtritæ capillos nigro colore inficiunt. Lupini quoq; siluestres sunt omnimodo minores satiuis: præterq̃ amaritudine. Ex omnibus quæ eduntur: sicco nulli minus pōderis est: nec plus utilitatis. Mitescunt cinere aut aqua calida. Discolorē hominem frequētiores in cibo exhilarāt. Amari cōtra aspidas ualēt. Vlcera atra aridi decorticatique triti supposito linteolo ad uiuum corpus redigunt. Strumas parotidas in aceto cocti discutiunt. Succus decoctorum cum ruta & pipere uel in febri datur ad uētris animalia pellenda minoribus. xxx. annorum. Pueris uero etiam īpositi in uentrē ieiunis prosunt. Et alio genere tosti: & in defruto poti uel ex melle sumpti. Iidem auiditatē cibi faciūt. fastidium detrahunt. Farina eorum aceto subacta papulas pruritusque in balneis illita cohibet: & per se siccat ulcera. Liuores emēdat. Inflammatiōes cum polenta sedat. Siluestrium efficacior uis est contra coxendicū et lumborum debilitatem. Ex iisdem decocta lentigines & fouentium cutem corrigunt. Si uero ad mellis crassitudinē decoquantur satiui: uitiligīes nigras & lepras emendāt. Satiui quoque rumpunt carbunculos īpositi: panos & strumas minuunt: aut maturāt. Cocti ex aceto cicatricibus candidum colorē reddunt. Si uero cælesti aqua decoquātur: succus ille smegma fit: quo solēt fouere grangrenas: eruptiōes pituitæ: ulcera manātia utilissimum. Expedit ad lyenē bibere: & cum melle menstruis hærentibus. Lyeni crudi cum fico sicca triti ex aceto īponuntur. Radix quoque in aqua decocta: urinas pellit. Medentur pectori cum chameleone herba decocti: aqua in potum collata. Sanant & scabiē quadrupedū omnium ī amurca decocti: uel nitro eo liquore postea mixto. Fumus crematorum culices necat. Irionē inter fruges sesamæ similem esse diximus: & a græcis erysimon uocari. Galli uelarum appellāt. Est autē fruticosum: foliis erucæ āgustioribus paulo: seīe nasturtii. Vtilissimum tussientibus cum melle: & in thoracis purulentis excreationibus. Datur & regio morbo: et lumborum uitiis pleureticis torminibus celiacis. Illinitur uero parotidum & carcinomatum malis. Testium ardoribus ex aqua: alias cum melle. Infantibus quoque utilissimum. Item sedis uitiis & articularis morbis cum melle et fico. Contra uenena etiam efficax potu. Medetur et suspiriosis. Item fistulis cum axungia ueteri ne intus addatur. Orminum semine (ut diximus) cymino simile est: cætero porro dodrantali altitudine. Duorum generum: alteri semen nigrius et oblongum. Hoc ad uenerē stimulandā: et ad oculorum argema et albugines. Alteri candidius semen et rotundius. Vtroque tuso extrahuntur aculei ex corpore per se illitum ex aqua. Folia ex aceto īposita panos per se uel cum melle discutiunt. Item furunculos: priusq̃ capita faciant: ōesque acrimonias. Quī et ipsæ frugū pestes ī aliquo sunt usu. Infœlix dictum est a Virgilio lolium. hoc tamen mollitum ex aceto coctum īpositumq; sanat īpetigines: celerius quo sæpius mutatum est. Medetur et podagris: aliisq; doloribus cū oximelite. Curatio hæc a cæteris differt. aceti sextario uno dilui: mellis uncias duas iustū est. ita tempatis sextariis tribus decocta farina lolii sextariis duobus usque ad crassitudinem: calidumque ipsum īponi dolentibus membris. Eadem farīa extrahit ossa fracta. Miliaria appellatur herba quæ necat milium. Hæc trita et cornu cum uino infusa: podagras iumentorum dicitur sanare. Bromos semen est spicā ferentis herbæ: nascitur inter uitia segetis auenæ græce genere et folio et stipula triticum imitatur. In cacuminibus depēdentes paruulas ueluti lobas habet. Semen utile ad cataplasmata atq; hordeum et similia. Prodest tussientibus succus. Orobanchen appellauimus necantem eruum et legumina. Alii cynomorion eam appellant a similitudine canini genitalis: cuius cauliculus est sine foliis pinguis: rubens. Estur et per se et in patinis: cum tenera est decocta. Et leguminibus innascuntur bestiolæ uenenatæ: quæ manus

pungunt:& periculũ uitæ afferunt.Solifugarum generis. Aduerſus has omnia eadẽ medentur:quæ cõtra araneos:& phalangia demonſtrantur.Et frugum quidẽ hæc ſũt in uſu medico. Ex iiſdẽ fiunt & potus:zythum in ægypto:celia & cerea in hiſpania: ceruiſia & plura genera ĩ gallia:aliiſque prouinciis.quorum omnium ſpuma cutem fœminarum in facie nutrit. Nã ꝙ ad potum ipſum attin&:præſtat ad uini tranſire mentionẽ:atque a uite ordiri medicinas arboꝝ.

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER VICESIMVSTERTIVS. PROHOEMIVM.

PERACTA CEREALIVM IN MEDENdo quoque natura eſt. Omniumq; ciborum aut florũ odorumque gratia proueniunt ſupina tellure:non ceſſit his pomona: parteſque medicas pendentibus quoq; dedit:non cõtenta ꝓtegere: arborumq; alere umbra quæ diximus:ĩmo uelut ĩdignata plus auxilii ineſſe iis: quæ longius a cælo abeſſent:quæq; poſtea cepiſſent.Primum enĩ homini cibum fuiſſe inde:& ſic inductos cælum ſpectare:paſciq; & nũc ex ſe poſſe ſine frugibus. Ergo hercule artes in primis dedit uitibus:nõ cõtenta delicias etiam & odores atq; unguenta omphacio & oenanthæ ac maſſari:quæ ſuis locis diximus:nobiliter inſtruxiſſe.Plurimũ ĩquit homini uoluptatis ex me eſt.Ego ſuccum uini:liquorẽ olei gigno. Ego palmas & poma:totq; uarietates.Neq; ut tellus omnia per labores:arãda tauris:terẽda areis: deinde ſaxis:ut quando quantoue opere cibi fiant.At ex me parata omnia:nec curuo adoranda aratro:nec cura laboranda:ſed ſeſe porrigentia ultro. & ſi pigeat attingere etiam cadentia.Certauit ipſa ſecum:pluſq; utilitatis cauſa genuit etiã:q̃ uoluptatis. Folio uitium & pampino capitis dolores:inflammationeſq; corporum mitigant̃ cũ polẽta.Folia per ſe ardores ſtomachi ex aqua frigida. Cum farina uero hordei articulares morbos.Pampini triti & impoſiti tumorem omnem ſiccant.Succus eorum dyſentericis infuſus medetur.Lachryma uitium:quæ ueluti gũmi eſt:lepras:& lichenas & pſoras nitro ante præparatas ſanat. Eadem cum oleo ſæpius pilis illitis pſilothri effectum habet maximeq; aqua quam uirides accenſæ uites exudant:qua & uerrucæ tolluntur.Pampini ſanguinem excreãtibus:& mulierum a conceptu defectiõi diluti potu proſunt.Cortex uitium & folia arida uulnerum ſanguinem ſiſtunt: ipſumque uulnus conglutinant.Vitis albæ uiridis tuſæ ſucco & thure impetigines tollũtur.Cinis ſarmentorum uitiumque & uinaceorum condylomatis et ſedis uitiis medetur ex aceto. Item luxatis: et ambuſtis:et lyenis tumori cum roſaceo et ruta et aceto. Item igni ſacro ex uino citra oleum aſpergitur:et intertrigines et pilos abſumit.Dant & bibendum cinerem ſarmentorum ad lyenis remedia aceto conſperſum:ita ut uini cyathi in tepida aqua bibantur:utq; qui biberit in lyene iaceat. Clauiculæ ipſæ ꝗbus repunt uites tritæ et ex aqua potæ ſiſtunt uomitionum conſuetudinem.Cinis uitiũ cum axungia uetere cõtra tumores proficit. Fiſtulas purgat:mox et perſanat:neruorum dolores frigore ortos contractioneſque: contuſas uero partes cum oleo:carnes excreſcentes in oſſibus cum aceto et nitro: ſcorpionum et canum plagas cum oleo. Corticis per ſe cinis combuſtus pilos reddit. Omphacium qua fieret ratiõe incipiẽtis uuæ pubertate in unguentorum loco docuimus.Nunc ad medicinam de eo ꝑtinẽtia indicabimus.Sanat ea:quæ in humido ſunt ulcera oris:tonſillarum:genitaliũ.Oculoꝝ claritati plurimũ cõfert.Scabriciæ genaꝝ ulceribuſq; ãguloꝝ:nubeculis:ulceribus

q̄cũq; in parte manãtibus. Cicatricibus marcidis. Oſſibus purulẽte limoſis. Frãgit̃ ue-
hemẽtia eius melle aut paſſo. Prodeſt dyſẽtericis: ſãguinẽ excreãtibus: ãginis. Ompha-
cio cohæret oenãthe: quã uites ſilueſtres ferunt: dicta a nobis in unguẽti ratiõe. Lau-
datiſſĩa in ſyria: maxĩe circa anthiochiæ et laodiceæ mõtes. Et ex alba uite: refrigerat:
aſtringit: uulneribus inſpergitur: ſtomacho illinitur: utilis urinæ: iocineri. Capitis do-
loribus: dyſentericis: cœliacis: cholericis. contra faſtidia obolo ex aceto pota. Siccat
manantes capitis eruptiões. efficaciſſima ad uitia quæ ſunt in humidis. Ideoq; & oris
ulceribus: & uerẽdis: ac ſedi. Cum melle et croco aluum ſiſtit. Genarũ ſcabiẽ emẽdat:
oculoꝝq; lachrymatiões. Ex uino ſtomachi diſſolutionẽ. Ex aqua frigida pota: ſãgui-
nis excreatiões. Cinis eius ad collyria & ad ulcera purganda & paronychia: et pterygia
probat̃. Vritur in furno donec panis percoquatur. Maſſaris odoribus tantum gignit̃
omnia quæ auiditas humani ingenii nobilitauit: rapere feſtinando.

DE Medicinis uuarum recentium: et ſarmentis uuaꝝ: & uinaceis: et de uua theri-
ace: et de uua paſſa: & aſtaphide: & aſtaphiſagria: pituitaria: & labruſca: & de uite al-
ba et nigra: & de muſtis: et uini generibus. Capitulum. ii.

MAtureſcentium autem uuæ uehementiores nigræ: ideoque uinum ex iis minus
iucundũ. ſuauiores albæ: quoniã e tralucido facilius accipitur aer. Recentes ſto-
machum & ſpiritum inflant: aluumq; turbant. Itaq; in febri damnãt̃ utiq; largiores.
grauedinem enim capiti: morbumq; lethargicum faciũt. Innocentiores quæ decerptæ
diu pependere: qua uentilatione etiã utiles fiunt ſtomacho ægriſq;. Nã & refrigerant
leniter: & faſtidium auferunt. Quæ autem in uino dulci conditæ fuere: caput tẽtant.
Proximæ ſunt penſilibus in palea ſeruatæ. nam et uinaceis ſeruatæ et caput et ueſicã
et ſtomachum infeſtant. Siſtunt tamen aluum: ſãguinẽ excreantibus utiliſſĩæ. Quæ
uero in muſto fuere: peiorem uim etiamnum habent: q̃ quæ in uinaceis. Sapa quoq;
ſtomacho inutiles facit. Saluberrimas putant medici in cæleſti aqua ſeruatas: etiã ſi
minime iucundas: ſed uoluptatem earum in ſtomachi ardore ſentient: & in amaritu-
dine iecoris felliſq; uomitiõe. In choleris hydropicis cũ ardore febrium ægrotãtibus.
At in ollis ſeruatæ et os et ſtomachum et auiditatem excitant. Paulo tamẽ grauiores
exiſtimantur fieri uinaceorum halitu. Vuæ florem in cibis ſi edere gallinacei: uuas nõ
attingũt. Sarmenta eaꝝ in q̄bus acini fuere: aſtringendi uim optinent. Efficaciora ex
ollis. Nuclei acinorũ eandẽ uim optinent. Hi ſunt qui in uino capitis dolorẽ faciũt.
Toſti tritiq; ſtomacho utiles ſunt. Inſpergitur farina eorum polentæ modo potionis
dyſentericis: et cœliacis: et diſſolutis ſtomacho. Decocto etiam eorum fouere pſoras:
et pruritum utile eſt. Vinacei per ſe minus capiti aut ueſicæ nocent q̃ nuclei. Mãmaꝝ
inflationi triti cum ſale utiles. Decoctura eorũ ueteres dyſentericos et cœliacos iuuat
et potione et fotu. Vua theriace de qua ſuo loco diximus: cõtra ſerpentium ictus ua-
let. Pampinos quoq; eius edendos cenſent. imponendoſq;: uinumq; et acetum ex iis
factum auxiliarem contra eadem uim habet. Vua paſſa: quam aſtaphida uocant: ſto-
machũ uentrẽ interanea tẽtaret: niſi ꝓ remedio in ipſis acinis nuclei eſſent. Iis exẽptis
ueſicæ utilis habetur et tuſſi alba utilior. Vtilis et arteriæ et renibus: ſicut ex iis paſſũ
priuatim e ſerpentibus. Contra emorrhoiam potens. Teſtium inflammationi cum
farina cumini: aut coriandri imponuntur. Item carbunculis: articularibus morbis ſĩe
nucleis tritæ cum ruta. Fouere ãte uino ulcera oportet. Sanãt epinictidas et dyſẽteriã
cum ſuis nucleis: et in oleo coctæ grangrenis illinunt̃ cum cortice rhaphani et melle.
Podagris et unguium mobilibus cum panace: et per ſe ad purgãdum os caputq; cum
pipere cõmanducãtur. Aſtaphiſagria: ſiue aſtaphis: quã uuam taminiam aliq̄ uocãt
falſo: ſuum enĩ genus habet: cauliculis nigris rectis foliis labruſcæ: fert folliculos ue-
rius q̃ acinos uirides ſimiles ciceri. In iis nucleum triãgulũ. Matureſcit cũ uindemia:
nigreſcitque cum taminiæ rubẽtes norimus acinos. ſciamuſq; illam in apricis naſci.
hãc nõ niſi in opacis. His nucleis ad purgationẽ uti nõ cenſuerim propter ancipitem

ſtrãgulationẽ:nec ad pituitam oris ſiccandam:fauces enim lædunt. Phthiriaſi caput
et reliquum corpus liberant triti.Facilius admixta ſandaraca.item pruritu et pſoris.
Ad dentium dolores decoquũtur ĩ aceto.Ad aurium uitia:rheumatiſmum:cicatricũ:
ulcerum manãtia.Flos tritus in uino contra ſerpentes bibit̃.Semẽ enim abdicauerim
propter nimiam uim ardoris. Quidam eam pituitariam uocant:& plagis ſerpentiũ
utiq; illinunt. Labruſca quoque oenanthen fert ſatis dictã:quæ a græcis ãpeloſagria
appellatur:ſpiſſis & candicantibus foliis geniculata:rimoſo cortice.Fert uuas ruben-
tes cocci modo:quæ cutem in facie mulierum purgãt:& uariis coxendicum & lũborũ
uitiis tuſæ cum foliis et ſucco proſunt. Radix decocta in aqua & in uini coi cyathis
duobus humorem alui ciet:ideo hydropicis datur. Hanc potius crediderim eſſe:quã
uulgus uuam taminiam uocat. Vtrunque ea pro amuleto:& ad expiationẽ ſãguinis
quoque adhibent nõ ultra gargariſſatiões:& ne quid deuoret̃:addito ſale thymo ace-
to mulſo.Iidẽ & purgatiõibus ancipitẽ tentant.Eſt huic ſimilis:ſed in ſalictis naſcẽs:
ideo diſtinguitur nomine cum eoſdem uſus habeat & ſalicaſtrum uocat̃.ſcabiem &
pruriginẽ hominũ & q̃drupedũ aceto mulſo trita hæc efficacius tollit. Vitis alba quã
græci ampeloleucen:alii ſtaphylen:alii melothrõ:alii pſilothrum:alii arceſoſtin:alii
cedroſin:alii madon appellant. Huius ſarmenta lõgis & exilibus ĩternodiis gẽiculata
ſcandunt.Folia pampinoſa ad magnitudinem hederæ diuiduntur ut uitium. Radix
alba grandis:rhaphano ſimilis initio:ex ea caules aſparagi ſimilitudine exeunt. Hi
decocti in cibo aluum & urinam ciẽt.Folia & caules exulcerãt corpus:utique ulcerum
phagedenis & grangrenis tibiaꝝque tedio cũ ſale illinũtur.Semen in uua raris acinis
dependet ſucco rubente poſtea croci.Nouere id qui coria perficiũt:illo enĩ utuntur.
Pſoris & lepris illinitur.Lactis abũdãtiam facit coctum cum tritico potumq;. Radix
numeroſis utilitatibus nobilis:contra ſerpentium ictus trita drachmis duabus bibit̃.
Vitia cutis in facie uaroſq; & lentigines & ſuggillata emendat et cicatrices. Eademq;
præſtat decocta in oleo decocto:datur & in comitialibus potus.item mẽte cõmotis:et
uertigine laborantibus drachmæ pondere quotidie anno toto. Et ipſa autem largior
aliq̃nto purgat ſenſus.Illa uis præclara ꝙ oſſa fracta extrahit in aqua ĩpoſita bryenia.
quare quidam hanc albam bryeniam uocant.Alia uero nigra efficacior in eodem uſu
cum melle et thure.Suppuratiões incipientes diſcutit:ueteres maturat & purgat. Cit
menſes & urinam.Eligma ex ea fit ſuſpirioſis et contra lateris dolores:uulſis ruptis.
Splenem ternis obolis pota.xxx.diebus conſumit.Illinitur eadẽ cum fico & pterygiis
digitorum.Ex uino ſecũdas fœminarum appoſita trahit & pituitam drachma pota ĩ
aqua mulſa.Succus radicis colligi debet ãte maturitatem ſeminis.Qui illitus per ſe
et cum eruo lætiore quodam colore et cutis teneritate mangonizat corpora. Serpẽtes
fugat.Tũdit̃ ipſa radix cum pĩgui fico:erugatque corpus:ſi ſtatim bina ſtadia ambu-
lent̃:alias urit:niſi frigida ſtatim abluat̃.Iucũdius hoc idem præſtat nigra uitis:quo-
niam alba pruritum affert.Eſt ergo et nigra:quã proprie etiam bryeniam uocant.alii
chironiam.alii gynæcanthen aut aproniam:ſimilem priori:præterq̃ colore.Huius ſe-
men nigrum eſſe diximus aſparago ſimile. Diocles prætulit ueris aſparagis in cibo
urinæ ciendæ:lyenique minuendo. In frutetis et harundinetis maxime naſcit̃.Radix
foris nigra:intus buxeo colore:oſſa ĩfracta efficacius extrahit q̃ ſupradicta.Cæterum
eidem peculiare eſt:ꝙ iumentorum ceruicibus unice medetur.Aiunt ſiquis in uilla eã
extruxerit:fugere accipitres:tutaſq; fieri aues uillaticas.Aliter eadẽ in iumento hoĩeq;
flegma aut ſãguinem q ſcreat̃:talo circũligata ſanat.Et hactenus de uitiũ generibus.
Muſta differentias habent naturales has ꝙ ſunt cãdida aut nigra:aut inter utrunq;.
alia ex aliis.ex quibus uinum fiat.alia ex quibus paſſum.curaq; differẽtias ĩnumera-
biles facit.In plenum ergo hoc dixiſſe cõueniet.Muſtũ omne ſtomacho ĩutile:uenis
iucundum.A balneis raptim et ſine ĩterſpiratiõe potum necat.cantharidum naturæ
aduerſatur:item ſerpentibus maxime hæmorrhoiæ et ſalamandræ.Capitis dolores:et

gutturi ĩutilis. Prodest renibus: iocineri et interaneis uesicæ: colleuat enĩ ea. Priuatim
cõtra bupestrin ualet. Contra meconiũ. lactis coagulationem. Cicutã: toxica: dorycni/
dium ex oleo potum: redditũq; uomitiõibus. Ad omnia infirmius album: iucundius
passi mustũ. & ꝙ minorem capitis dolorem afferat. Vini gña differẽtiasq; pq̃multas
exposuimus: & fere cuiusque proprietates. neque est ulla pars difficilior tractatu: aut
numerosior. Quippe cum sit tardũ dictu pluribus prosit an noceat. Præterea q̃ ãcipi/
ti euentu potu statim auxiliũ sit aut uenenum. Etenĩ de eius natura: quæ ad remedia
tantũ pertinent nunc loquimur. Vnum de dando eo uolumen Asclepiades condidit:
ab eo cognominatũ. Qui uero postea de uolumine illo disseruere: ĩnumeri. Nos ista
romana grauitate artiumque liberalium appetẽtia nõ ut medici: sed ut iudices salutis
humanæ diligenter distinguemus. De generibus singulis differere ĩmensum & ĩexpli/
cabile est discordibus medicorũ sententiis. Surrentinũ ueteres maxime probauere:
Sequens ætas albanum: aut falernum. Deĩde alia alii iniquissĩo genere decreti: quod
cuique gratissimum: cæteris omnibus pronunciãdo. Quin ut constarẽt sẽtẽtiæ quota
portio tamẽ mortalium iis generibus posset uti? Iã uero nec proceres usq̃ sinceris. Eo
uenere mores: ut nomina cellaꝝ modo ueneãt: statĩq; in lacubus uĩdemiæ adulterent̃.
Ergo hercle mirũ dictu innocẽtius iã est: quodcunq; et ignobilius. Hæc tamen facere
constãtissime uident̃ sententiæ uictoriã: quoꝝ mentionẽ fecimus: siquis hoc quoque
discrimẽ exigat. Falernum nec in nouitate nec in nimia uetustate corpori salubre est.
Media eius ætas a quintodecimo ãno incipit. Hoc nõ rigido potu stomacho utile: nõ
item in calido. Et in diutina tussi sorbetur merum utiliter a ieiunis: item in q̃rtanis.
Nullo æque uenæ excitãtur. aluum sistit. corpus alit. Creditum est obscuritatẽ uisus
facere. nec prodesse neruis: aut uesicæ. Albana neruis utiliora. Stomacho minus quæ
sũt dulcia uẽl austera. Falerna utiliora. Concoctionẽ minus adiuuãt. Stomachũ mo/
dice implẽt. At surrẽtina nullo modo: nec caput tentãt: stomachi & intestinorũ rheu/
matismos cohibẽt. Cecubum iã nõ gignitur. At quæ supersunt setina cibos concoqui
cogunt. Viriũ plus surrentino: austeritatis albano: uehementiæ minus falerno. Ab iis
statana nõ lõgo interuallo absfuerũt. Aluo citæ signinum maxĩe cõducere indubitatũ
est: reliqua in cõmune dicẽtur. Vino alũtur uires: sãguis: colosq; hominũ. Hoc quoq;
distat orbis medius & mitior plaga a circuniectis: quantum illis feritas facit roboris:
tãtum nobis hic succus. Lactis potus ossa alit. Frugum neruos. Aquæ carnes: ideo mi/
nus ruboris est in corporibus illis: et minus roboris: cõtraque labores patientiæ. Vino
modico nerui iuuãtur: copiosiore læduntur. sic & oculi. Stomachus recreatur. Appe/
tẽtia ciborum inuitatur. Tristitiæ cura hebetatur. Vrina & algor expellitur. Somnus
conciliatur. Præterea uomitionem sistit. Collectiones extra lanis humidis impositis
mitigat. Asclepiades utilitatem uini æquari uix deorum potẽtia posse pronuntiauit.
Vetus copiosiore aqua miscetur. Magis nouũ urinã expellit: minus siti resistit. Dul/
ce minus inebriat: sed stomacho innatat. Austerum facilius cõcoquitur. Leuissimum
est: quod celerrime inueteratur. Minus infestat neruos quod uetustate dulcescit. Sto/
macho minus utile est pĩgue nigrum: sed corpora magis alit. Tenue & austeꝝ minus
alit: magis stomachum nutrit. Celerius per urinam transit: tantoq; magis capita ten/
tat. Hoc & in omni alio succo semel dictum sit. Vinum si sit fumo inueteratum in/
saluberrimum est. Mãgones ista in apothecis excogitauere. Iã & patresfamilias ætatẽ
ademere iis: quæ per se cariem traxere. quo certe uocabulo satis consilii dedere prisci:
quoniam & in materiis cariem fumus erodit. At nos e diuerso fumi amaritudine ue/
tustatem indui persuasum habemus. Quæ sunt admodum exalbida hæc uetustate
ĩsalubria fiunt. Quo generosius uinum est: hoc magis uetustate crassescit: & in ama/
ritudinem corpori minime utilem coit. Condire eo aliud minus annosum insalubre
est. Sua cuiq; uino saliua innocentissima. Sua cuiq; ætas gratissima: hoc est media.
Corpus augere uolentibus: aut mollire aluum: conducit inter cibos bibere. Contra

minuentibus:aluumque cohibentibus sitire in edendo.postea parum bibere. Vinum ieiunos bibere nouitio inuento inutilissimum est. Curas uigoremq; animi impedit ad procinctum tendentibus. Somno uero accōmodatū ac securitatibus. Iāq; dudum hoc fuit:quod homerica illa Helena āte cibum ministrauit. Sic quoq; ī prouerbiū cessit: Sapientiam uino obumbrari. Vinosos dicimus homines:q̄ soli animalium nō sitiē-tes bibimus. Aquæ potum interponere utilissimū. Itemq; iugi superbibere ebrietati: quam qdem frigidæ potus extēplo discutit. Meracis potionibus per.xx.dies āte canis ortū totidēq; postea suadet Hesiodus uti. Merum quidē remedio est contra cicutas: coriandrū:aconita:uiscum:meconium:argentū uiuum:apes:uespas:crabrones:pha-langia:serpentum scorpionumque ictus:contraq; omnia quæ refrigerando nocent. Priuatī cōtra hemorrhoidas:presteras:fungos.item contra inflāmationes:rosionesq; præcordiorꝝ:& quorum stomachus in uomitiōes effunditur. Et si uenter aut īteranea rheumatismū sentiant. Dysentericis:sudatoribus:in lōga tussi:in epiphoris meracū. At uero cardiacis in māma leua merum in spungia īponi prodest. Ad omnia autem maxime album inueterascens. Vtiliter etiā fouetur uino calido uirilitas iumētis:quo etiā infuso cornu lassitudinē auferri aiūt. Simias quadrupedesque quibus digiti sūt: negāt crescere assuetas meri potu. Nūc circa ægritudines sermo de uinis erit. Saluber-rimum liberaliter genitis campaniæ quodcūq; tenuissimum. Vulgo uero quod quēq; maxime iuuerit:ualidum. Vtilissimum omnibus sacco uiribus fractis. Meminerimus succum esse:qui feruēdo uires e musto sibi fecerit. Misceri plura genera oībus inutile. Saluberrimum cui nihil in musto additum est. meliusque si in uasis pix affuit. Mar-more enī & gypso aut calce cōdita quis nō etiā ualidus expauerit? In primis igr̄ uinū marina aqua factū inutile est stomacho:neruis:uesicæ. Resina condita frigidis stoma chis utilia existimantur. Nō expedire uomitionibus:sicut neque mustū:neque sapa: neque passum. Nouitiū resinatum nulli conducit. Capitis dolorem & uertigīes facit: ab hoc dicta crapula est. Tussiētibus:& in rheumatismo nominata prosunt. item cœ-liacis:& dysētericis:mulierꝝ mensibus. In hoc genere rubrū nigrumue magis cōstrīgit: magisque calefacit. Innocentius pice sola cōditum. Sed & picem meminisse debemus nō aliud esse q̄ cōbustæ resinæ fluxum. Hoc genus uini calefacit:concoquit:purgat: pectori uētri utile. Item uuluarꝝ dolori si sine febre sit. ueteri rheumatismo:exulcera-tiōi:ruptis cōuulsis:uomicis:neruorꝝ īfirmitati:īflatiōibus:tussi:āhelatiōibus:luxatis in succida lana impositum. Ad omnia hæc utilius id quod spōte naturæ suæ piceum recipit:picatumque appellat̄. heleniatro quoque tamen nimio caput tētari cōueniet. Quod ad febrium ualitudīes attinet:certū est nō dādum in febre:nisi ueteribus ægris uinum:nec nisi declināte morbo. In acutis uero periculis nullis nisi qui māifestas re-missiōes habeāt:& has noctu potius. Dimidia enim pars periculi est noctu:hoc ē spe somni bibentibus:nec a partu abortuue:nec a libidine ægrotātibus:nec in capitis do-loribus:nec quorum accessiōes cum frigore extremitatū fiant:nec in febri tussiētibus: nec in tremore neruorꝝque doloribus:uel faucium:aut si uis morbi circa illa ītelligat̄: nec in duricia præcordiorꝝ:uenarꝝ uehemētia:neq; in opisthotonio:tetano:& singulti-entibus:nec si cum febre dyspnoea sit. Minime uero oculis rigentibus:& genis stanti-bus:aut defectis:grauibusq;:nec quorꝝ cōniuentium perlucebunt oculi:neu palpebris nō coeuntibus. Vel si dormiētibus hoc idem eueniet. Aut si cruore suffundunt̄ oculi: uel si lachrymæ in oculis erunt. Minime līgua fungosa:nec graui:et subinde īpfecta loquentibus:nec si urina difficile reddetur. Neq; expauescentibus repente. Nec spasti-cis:aut rursus torpentibus:nec si per somnos genitura effundet̄. Cardiacorum morbo unicam spem hāc in uino esse certum est. Sed id dādum quidam nō nisi in accessiōe cēsent:alii in remissiōe. Illi ut sudorem coerceāt. Hi qa tutius putāt minuēte se mor-bo:quam plurium sententiam esse uideo. Dari utiq; nō nisi in cibo debet. nec a sōno: nec præcedente alio potu:hoc est utiq; sitienti:nec nisi in desperatiōe summa:& uiro

facilius q̄ fœminæ:seni q̄ iuueni:iuueni q̄ puero:hyeme q̄ æstate:assuetis potius q̄ expertibus. Modus dandi pro uehemētia uini:item mixtura. Atq; uulgo satis putant unum uini cyathum duobus aquæ misceri. Si dissolutio sit stomachi dandum:& si cibus nō descēdat. Inter uini genera quæ fingi docuimus:nec fieri iā arbitror:est sup/uacaneus eorum usus:cum ipsis rebus ex quibus fingitur doceamus uti:& alias modū excesserat medicoꝝ in his ostentatio:ueluti in apiis uinum utile esse ab armorū equi/tatusue lassitudine præcipiētiū:atq; ut reliqua omittamus:etiā ī iunipero. Et si quis satius censeat absinthite uino utendum potius q̄ absinthio ipso. in reliquis omittat̃. Et palmeū capiti noxium uētriq; tātum molliendo & sanguinē excreantibus nō inu/tile. Ficticiū nō potest uideri:quod bieon appellauimus:cū sit ī eo sola pro arte festi/natio. Prodest stomacho dissoluto:aut cibos nō perficiēte:pregnantibus:defectis:pa/ralyticis:tremulis:uertigini:torminibus:ischiadicis. In pestilētia quoq; ac pegrinatio/nibus uim magnā auxiliādi habere dicitur. Vini etiā uitiū trāsit in remedia. Aceto summa uis est in refrigerando:non tamē minor in discutiendo. Ita fit ut infuso terræ spumet. Dictū est sæpius:diceturq; quotiēs cum aliis prosit. Per se haustum fastidia discutit. Sīgultus cohibet. Sternutamenta olfactu. Vī in balneis æstus arcet:si cōtine/atur ore. Quin & cū aqua bibitur. Multorum stomacho utiliter gargarissat̃. Cū eadē conualescētium:& a solis ardoribus. Oculis quoque illo modo saluberrimū. Plurimū fotu medetur post uredines. Item lepris:furfuribus:ulceribus manantibus:canis mor/sibus:scorpionum ictibus:scolopendrarum:murisaraneiq;. Contra omniū aculeatoꝝ uenena & pruritus. item cōtra multipedum morsum. Calidum in spungia appositū: aut adiecto sulphuris sextante sextariis tribus aceti aut hyssopi fasciculo medet̃ sedis uitiis. in sāguinis fluxione post excisos calculos et omnes alias rosiones foris ī spūgias īpositum:intus potus cyathis binis q̄ acerrime. Cōglobatum utiq; sanguinē discutit. Contra lichenas & bibitur & īponitur. Sistit aluos:& rheumatismos īteraneoꝝ īfusū. item procidentia sedis:uuluæque. Tussim ueterē inhibet:& gutturis rheumatismos: orthopnœā:dentium labefactionem. Vesicæ nocet:neruoꝝ infirmitatibus. Nesciere medici quātum contra aspidas polleret. Nuper ab aspide calcata percussus utrē aceti ferens:quotiēs deposuisset sentiebat ictum:alias illæso similis. Intellectum ibi reme/dium est:potuque succursum. Neque altero os colluunt uenena exugentes. In totum uomitrix uis hæc non ciborum modo est:uerum & reꝝ plurimaꝝ. Saxa rūpit infusū: quæ non ruperit ignis antecedens. Cibos quidem & sapores non alius magis succus commendat:aut excitat. In quo usu mitigatur tosto pane aut uino. Vel accēdit̃ pipe ac lasare. utique sale compescitur. Non est prætereundum in eo exemplum ingens. Siquidē. M. Agrippa supremis suis annis cōflictatus graui morbo pedum cum dolorē eum perpeti nequiret:unius medicorum portentosa sciētia ignorante diuo augusto: tanti putauit usu pedum sensuq; omni carere:dummō & dolore illo careret:demersis in acetum calidum cruribus in acerrimo impetu morbi euasit.

DE Aceto scyllino:& oxymelle:& sapa:& fæce uini:aceti:& sapæ. Cap. iii.

ACetum scyllinum inueteratum magis probatur. Prodestq; sup ea quæ diximus: acescentibus cibis. gustatum enim discutit pœnā eam:& iis qui ieiuni uomūt. Callum enim faucium facit:ac stomachi:odorem oris tollit:gingiuas adstrīgit:dētes firmat:colorem meliorem præstat. Tarditatem quoq; aurium gargarissatiōe purgat: & transitum auditus aperit. Oculorum aciem obiter exacuit:comitialibus:melācholi/cis:uertiginosis:uuluaꝝ strangulationibus:percussis:aut præcipitatis. Et ob id sāguīe conglobato. Neruis infirmis:renum uitiis perq̄utile. Cauendum exulceratis. Oxymel antiq(ut Dieuces tradit)hoc mō tempabant. Mellis heminas. x. aceti ueteris heminas qnq;:salis marini pondo:thymbræ quadrantem:aquæ marinæ sextarios. v. pariter co/quebant decies deferuescente cortina:atq; diffundebāt:inueterabantq;. Sustulit totū id Asclepiades:coarguitq;. Nam etiam in febribus dabant. Profuisse tamen fatentur

contra serpentes:quos sepas uocant:& contra meconium:ac uiscum:& ãginas calidũ
gargarissatum:& auribus:& oris:gutturisque desideriis.quæ nunc omnia oxyhalme
cõtigũt.id sale & aceto recẽte efficacius est.Vino cognata res sapa est:musto decocto:
donec tertia pars supersit.Ex albo hoc melius.Vsus cõtra cãtharidas:bupresti:pinoꝝ
erucas:quas pityocampas uocãt.salamandras:& cõtra mordẽtia uenenata. Secundas
partusq; mortuos trahit cum bulbis potum. Fabianus auctor est:uenenũ esse siquis
ieiunus a balneis id bibat.Cõsequẽs horum est fæx uini:sui cuiusq; generis.Ergo uini
fæci tãta uis est:ut descẽdentes in cupas enecet.Experimentũ dimissa præbet lucerna
q̃diu extinguatur descensiõis periculũ denuntiãs.Illota miscetur medicamenti.Cum
iridis uero pari põdere eruptiõibus pituitæ illinitur. Et sicca uel madida cõtra phalã-
gias:& testium:mãmarũq; iflãmatiões:uel ĩ q̃cũq; parte corporis.itẽ cum hordeacea
farina & thuris polline in uino decocta crematur:& siccatur.Indeq; experimentũ est
legitimæ coctæ:ut refrigerata linguã tactu uideatur urere.Celerrime exanimatur non
incluso condita.Crematio ei multum uirium adiicit.Vtilissima est ad compescendas
lichenas:furfuresq; cum fico decocta.Sic & lepris & ulceribus manantibus imponit᷑.
Fungoꝝ naturæ contraria est pota:sed magis cruda.Oculorum medicamẽtis cocta &
lota miscetur.Medetur illita & testibus et genitalibus.In uino autem aduersus stran-
gurias bibitur. Cum expirauerit quoq; lauandis corporibus & uestibus utilis:tuncq;
usum acaciæ hẽt.Fæx aceti pro materia acrior sit necesse est:multoq; magis exulceret.
Resistit suppurationũ incremẽtis:stomachum:interanea:uentrẽ illita adiuuat.Sistit
earum partium rheumatismos:et mulierum menses.Panos discutit nondum exulce-
ratos:et ãginas.Sacros ignes cum cæra. Mãmas lactis sui impatiẽtes eadem extĩguit.
Vngues scabros aufert.E serpentibus contra cerastas ualidissima cum polenta.Cum
melanthio autẽ contra crocodili morsus:& canis.Et hæc cremata ampliat uires.Tunc
addito lentiscino oleo illita una nocte ruffat capillum.Eadem ex aqua in lĩteolo ap-
posita:uuluas purgat.Sapæ fæce ambusta sanãtur.Melius addita lanugine arũdinis.
Eadem quoq; fæce decocta potaq; tusses ueteres. Decoquitur in patinis cum sale et
adipe:ad tumorem quoq; maxillarum & ceruicum.

DE Oleis et foliis oleæ & flore et cinere:et de oliua alba et nigra:et de amurca. Capitulum quartum.

OLearum proxima auctoritas intelligitur.Folia earum uehementissime astrĩgũt:
purgant:sistunt.itaque manducata ĩposita ulceribus medentur:& capitis dolo-
ribus illita cum oleo.Decoctum eorum cum melle iis quæ medici usserint.Gingiuaꝝ
inflammationibus:paronychiis sordidisq; ulceribus excrescentibus. Cum melle ꝓflu-
uium sãguinis e neruosis partibus cohibet.Succus eoꝝ carbunculantibus circa oculos
ulceribus excrescentibus:et pustulis:ꝓcidentiq; pupillæ efficax.quapropter ĩ collyria
additur.Nam et ueteres lachrymationes sanat:et genarum erosiones.Exprimitur aũt
succus tusis:affuso uino ex aqua cælesti.Siccatusque in pastillos digeritur.Sistit mẽ-
ses in lana admotus uuluæ. Vtilis et saniem emanãtibus.item cõdylomatis.ignibus
sacris:quæq; serpunt ulcera.epinyctidi. Eosdem et flos earum habet effectus. Vrunt᷑
cauliculi florescentes ut spodii uicem cinis præstet.Vinoq; infuso iterum urit᷑. Sup-
purationes et panos illinunt cinere eo:uel foliis tusis cum melle. Oculos uero cum
polenta. Succus fruticis recentis accensi distillans sanat lichenas:furfures:manantia
ulcera. Nam lachrymam:quæ ex arbore ipsa distillat æthiopicæ maxime oleæ:mirari
satis non est.Reperti sunt qui dentium dolores illinendos censerent:cõtra uenenum
esse prædicantes:atq; etiam in oleastro quærendam. E radice oleæ q̃ tenerrime cortex
derasus:in melle crebro gustatu medetur sanguinem reiicientibus:et suppurata tussi-
ẽtibus. Ipsius oleæ cinis cum axungia tumores sanat:extrahitq; fistulis uitia:et ipsas
sanat. Oliuæ albæ stomacho utiliores:uentri minus.Præclarum habẽt anteq̃ cõdiant᷑
usum:recentes per se cibi modo deuoratæ.Medentur enĩ harenosæ urinæ:itẽ dẽtibus:

aut attritis:aut conuulsis. Nigra oliua stomacho inutilior:uentri facilior:capiti et oculis non conuenit. Vtraque ambustis prodest trita & illita. Sed nigra cōmāducat͛: & protinus ex ore imposita pustulas gigni prohibet. Colymbades sordida ulcera pur/gāt. Inutiles difficultatibus urinæ. De amurca poteramus uideri satis dixisse Catonē secuti:sed reddenda medicinæ quoq; ratio est. Gingiuis & oris ulceribus:dentiū stabi/litati efficacissime subuenit. Item ignibus sacris infusa:& iis quæ serpunt. pnionibus nigræ oliuæ amurca utilior:item infantibus fouendis. Albæ uero mulierum uuluæ in lana admouetur. Multo autem omnis amurca decocta efficacior. Coqt͛ ī cupreo uase ad crassitudinē mellis. Vsus eius cū aceto:aut uino uetere:aut mulso:ut quæq; causa exigat:in curatione oris:dentium:aurium:ulcerum manantiū:genitalium:rhagadū. Vulneribus in linteolis imponitur:luxatis in lana. Ingens hic usus:utique inueterato medicamento. Tale enim fistulas sanat. Infundit͛ sedis genitaliū:uuluæ exulceratiōi. Illinitur uero podagris incipientibus:item articularibus morbis. Si uero cū omphacio recoquatur ad mellis crassitudinem:casuros dentes extrahit. item iumentorꝝ scabiem cum decocto lupino et chamæleonthæ herba mire sanat. Cruda amurca podagras fo/ueri utilissimū.

¶DE Foliis oleastri & oenanthino oleo:& coccino:& amygda/lino:& laurino:& myrteo chamemyrsino:& cupressino:& citreo:& caryino. ¶Ca. v.

OLeastri foliorum eadem natura. Spodiumq; e cauliculis uehementius inhibet rheumatismos. Sedat inflammatiōes oculorum. Purgat ulcera. alienata explet. excrescentia leniter erodit. Siccat:& ad cicatricem perducit. cætera et in oleis. In hoc autem peculiare:ꝙ folia decoquuntur ex melle:danturq; coclearibus contra sāguinis excreationes. Oleum tamen acrius atq; efficacius. & os quoq; colluitur illo. Ad dētiū infirmitatem imponuntur folia:& paronychiis:& carbunculis:& contra omnem col/lectionem cū uino. Iis uero quæ purgāda sint:cū melle. Miscēt͛ oculorꝝ medicamētis: & coctum foliorum:& succus oleastri. Vtiliter etiā auribus instillatur cum melle:uel si pus effluat. Flore oleastri condylomata illinuntur et epinyctides. Item cum farina hordeacea uēter. In rheumatismo cū oleo. Capitis doloribus. Cutē ī capite ab ossibus recedentem cauliculi decocti et cum melle impositi comprimunt. Ex oleastro maturi in cibo sumpti sistunt aluum. Tosti autem et cum melle triti nomas repurgant. Car/bunculos rumpūt. Olei naturam causasq; abunde diximus. Ad medicinam ex olei generibus hæc pertinent. Vtilissimū est omphacinum:proxīe uiride. Præterea q̄maxie recens:nisi cum uetustissimum quæritur:tenue:odoratum. quodq; non mordeat:e diuerso q̄ in cibos eligitur. Omphacium prodest gingiuis. Si cōtineat͛ in ore:dolorem dentium custodit magis q̄ aliud. Sudores cohibet. Oenāthino idem est effectus:qui rosaceo. Omni autem oleo mollitur corpus:uigorem et robur accipit. Stomacho cō/trarium. Auget ulcerum īcrementa. Fauces exasperat. Et uenena omnia cohibet:hebe/tatq;. Præcipue psimythii et gypsi ī aqua mulsa. Aut ficorum siccarum decoctū potū contra meconium. Ex aqua cōtra cātaridas buprestin salamandras pityocampas. Per se lotum:redditumq; uomitionibus. Cōtra omnia supradicta laudatissimum:et lassi/tudinum perfrictionumq; refectio est. Tormina calidum potum cyathis. vi. magisq; ruta simul decocta pellit. item uētris animalia. Soluit aluū heminæ mēsura cū uino et calida aqua potum:aut ptisanæ succo. Vulnerariis emplastris utile. Faciē purgat. Bubus infusū per nares donec ructēt:īflationē sedat. Vetus autē magis excalfacit cor/pora:magisq; discutit sudores. Duricias magis diffundit. Lethargicis magis auxiliare et īclinato morbo. Oculorū claritati cōfert aliquid cum pari portione mellis:ac opii. Capitis doloribus remedium est:item ardoribus in febri cū aqua. Et si uetusti non sit occasio:decoquit͛ ut uetustatē repræsētet. Oleum coccinū bibitur ad purgatiōes uen/tris cū pari caldæ mēsura. Priuatī dicitur purgare præcordia. Prodest et articulorum morbis:duritiis omnibus:uuluis:auribus:ambustis. Cum cinere uero muricum sedis īflāmationibus:itē psoræ. Colorē cutis cōmēdat:capilluq; fertili natura euocat. Semē

ex quo fit:nulla animans attingit.Ellychnia ex uua fiunt claritatis præcipuæ.Ex oleo
lumen obſcurum propter nimiã pĩguitudinẽ.Folia igni ſacro illinũtur ex aceto.Per
ſe autẽ recẽtia mãmis:et epiphoris.Eadem decocta in uino ĩflãmatiõibus cũ polenta
et croco.Per ſe autem triduo impoſita faciem purgãt.Oleum amygdalinum purgat.
mollit corpora.cutẽ erugat.nitorem cõmẽdat.uaros cum melle tollit a facie. Prodeſt
et auribus cum roſaceo et melle et mali punici germine decoctum.Vermiculoſque in
his necat:& grauitatem auditus diſcutit:ſonos ĩcertos & tinnitus.obiter capitis do-
lores:& oculorum.Medet̃ furunculis:& a ſole uſtis cum cæra.Vlcera manantia & fur-
fures cũ uino expurgat:cõdylomata cũ meliloto.Per ſe uero capiti illitum ſomnum
allicit.Oleũ laurinũ utilius quo recẽtius:quoq; uiridius colore.Vis eius excalfactoria:
& ideo paralyticis:ſpaſticis:iſchiadicis:ſuggillatis capitis doloribus ĩueteratis diſtil-
latiõibus auribus in calice punici calfactũ illinitur.Similis & myrtei olei ratio:adſtrĩ-
git:indurat.medetur gingiuis:dentium dolori:dyſenteriæ:uuluæ exulceratæ:ueſicis:
ulceribus uetuſtis uel manãtibus cũ ſquãma æris & cæra:itẽ eruptiõibus ãbuſtiõibus.
Attritas ſanat & furfures rhagadas cõdylomata:articulos luxatos:odorẽ grauẽ corpo-
ris.Aduerſatur cãtharidi bupreſti:aliiſq; malis medicamẽtis:quæ exulcerãdo nocent.
Chamemyrſinæ:ſiue oxymyrſiæ eadẽ natura. Cupreſſinũ oleum eoſdẽ effectus habet
quos myrteũ:itẽ citreum.E nuce uero iuglãdium:quod caryinum appellauimus:alo-
petiis utile eſt:& tarditati aurium infuſũ:item capitis doloribus illitum.Cæteꝝ iners
et graue ſapore corpori.Enĩuero ſiquid ĩ nucleo putridi fuerit:totus modus deperit.
Ex gnidio grano factũ uĩ habet quã coccinũ. Ex lentiſco factum utiliſſimum acopo
eſt.Idẽq; proficeret æq; ut roſaceum:ni durius paulo intelligeretur.Vtunt̃ eo & cõtra
nimios ſudores:papulaſq; ſudorum.Scabiẽ iumentoꝝ efficaciſſime ſanat. Balaninũ
oleum repurgat uaros:furunculos:lentigines:gingiuas.Cypros qualis eſſet:& quẽad-
modum ex ea fieret oleum:docuimus.Natura eius excalfacit:emollit neruos. Folia
ſtomacho illinuntur.et uuluæ cõcitatæ ſuccus quoq; eorum apponitur. Folia recẽtia
cõmãducata:ulceribus ĩ capite manãtibus:itẽ oris medẽt̃ collectiõibus cõdylomatis.
Decoctum folioꝝ ãbuſtis & luxatis prodeſt.Ipſa ruffãt capillum tuſa:adiecto ſtrutei
mali ſucco.Flos capitis dolores ſedat cum aceto illitus.Idem combuſtus ĩ cruda olla
nomas ſanat:& putreſcentia ulcera per ſe uel cum melle.Odor floris olet:q ſomnum
facit.Aſtrĩgit gleucinum et refrigerat eadem ratione qua et oenãthinum. Balſaminũ
longe precioſiſſimum omnium:ut in unguentis diximus:cõtra ões ſerpentes efficax.
oculorum claritati plurimum cõfert.caliginem diſcutit.item diſpnoeas.collectiones
omnes duriciaſque lenit.ſanguinem denſari prohibet.ulcera purgat.auribus capitis
doloribus tremulis ſpaſticis ruptis perq̃utile.Aduerſat̃ aconito ex lacte potũ.Febres
cum horrore uenientes punctis leuiores facit.utẽdum tamen modice:quoniã adurit:
augetq; uitia nõ ſeruato tempamento.Malobathri quoq; naturã et gñ̃a expoſuimus.
Vrinã cit.Oculoꝝ epiphoris uino expreſſum utiliſſime ĩponitur.item frontibus dor-
mire uolentibus: efficacius ſi et nares illinantur:aut ſi ex aqua bibatur. Oris halitus
et ſuauitatem cõmendat linguæ ſubditum folium:ſicut et ueſtium odorem ĩterpoſi-
tum. Hyoſcyaminum molliendo utilius eſt:neruis inutile. Potum quidem cerebri
motus facit.Therminum e lupinis emollit proximum roſaceo effectum habens.Nar-
ciſſinum dictum eſt cum ſuo flore.Rhaphaninum phthiriaſes longa ualitudĩe cõtra-
ctas tollit.Scabriciaſque cutis in facie emendat.Seſaminum aurium dolores ſanat:
& ulcera quæ ſerpunt:et quæ cacoethe uocant ulcera.Lilinum:quod & phyllinum &
ſyrium uocauimus:renibus utiliſſimum eſt:ſudoribuſq; euocãdis:uuluæ molliendæ:
cõcoquẽdoque intus.Selgiticum neruis utile eſſe diximus:ſicut herbaceum quoque:
quod eugubini circa flaminiã uiã uendunt.Eleomeli:quod in ſyria ex ipſis oleis ma-
nare diximus:ſapore melleo nõ ſine nauſea aluum emollit.Bilem præcipue detrahit:
duobus cyathis in hemina datis:qui bibere torpeſcunt:excitãturq; crebro.Pugnatores

certaturi præſumunt ex eo cyathum unū. Piſſino oleo uſus eſt paſſim ad q̄drupedum ſcabiem. Eſt autem uitibus oleiſq; proxima nobilitas palmis. inebriant recētes. capitis dolorē afferunt: minus ſiccæ. Nec quātū uidetur utiles ſtomacho. tuſſim exaſperant. corpus augēt. Succū decoctaꝝ antiqui pro hydromelite dabant ægris ad uires recreandas: ſitim ſedandā: in quē uſum præferebant thebaicas. Sanguinē quoq; excreātibus utiles: in cibo maxime. Illinuntur caryotæ ſtomacho ueſicæ: uentri inteſtinis. Cum cotoneis & cæra & croco ſugillata emendant. Nuclei palmarum cremati in fictili nouo cinere loto ſpodii uicem efficiunt. miſcenturq; collyriis: & caliblephara faciunt addito nardo.

DE Myrobalano palma: & de palma elata. Cap. vi.

PAlma quæ fert myrobalanum probatiſſia in ægypto. Oſſa non habet reliquarū mō in balanis. Aluū & menſes cit in uino auſtero. et uulnera cōglutiat. Palma elata ſiue ſtate medicinæ confert gramina folia corticem. Folia īponuntur præcordiis ſtomacho iocineri: ulceribuſq; quæ ſerpunt cicatrici repugnātia. Pſoras cortex eius tener cū reſina & cæra ſanat diebus. xx. Decoquitur & ad teſtiū uitia. Capillum denigrat ſuffitu. Partus extrahit. Datur bibendus renum uitiis: & ueſicæ: & præcordiorū. Capiti et neruis inimicus. Vuluæ ac uentris fluctionem ſiſtit decoctū eius. Itē cinis ad tormina potus in uino albo. In uuluarum uitiis efficaciſſimus.

Medicinæ ex ſingulorum generum flore: foliis: fructu: ramis: cortice: ligno: ſucco: radice: cinere. Capitulum. vii.

PRoximæ uarietates generum medicinarumq;: quæ mala habent. Ex iis uerna acerba ſtomacho inutilia ſunt. Aluū ueſicā circūagunt. Neruos lædunt. Cocta meliora. Cotonea cocta ſuauiora. Cruda tamen dūtaxat matura proſunt ſanguinem excreātibus: ac dyſentericis: cholericis: cœliacis. Non idem poſſunt decocta: quoniam amittunt conſtringentem illā uim ſucci. Imponunt̄ et pectori in febris ardoribus: et tum decoquuntur in aqua cæleſti: ad eadē quæ ſupraſcripta ſunt. Ad ſtomachi autē dolores cruda decoctaue cærati modo imponuntur. Lanugo eorum carbūculos ſanat: cocta in uino & illita cum cæra. Alopeciis capillū reddunt. Quæ ex iis cruda in melle condiuntur: aluum mouent. Mellis autē ſuauitati multum adiiciunt: ſtomachoque id utilius faciunt. Quæ uero in melle condiuntur cocta: quidā ad ſtomachi uitia trita cum roſaceo foliis decoctis dant pro cibo. Succus crudorum lyenibus: orthopnoicis: hydropicis prodeſt: item mām̄is condylomatis: uaricibus. flos & uiridis & ſuccus iflāmationibus oculorum: excreatiōibus ſanguinis: menſibus mulierum. Fit et ſuccus ex iis mitis cum uino dulci tuſus: utilis cœliacis: & iocineri. Decocto quoq; eoꝝ fouent̄: ſi procidant uuluæ & interanea. Fit et oleū ex iis: quod melinum uocauimus quotiēs nō fuerint in humidis nata. Ideo utiliſſia quæ ex ſicilia ueniūt. Minus utilia ſcruthia quāuis cognata. Radix eorum circunſcripta terra manu ſiniſtra capitur: ita ut q facit dicat quæ capiat: & cuius cauſa. Sic adalligata ſtrumis medet̄. Melimela & reliq̄ dulcia ſtomachū & uentrē ſoluunt: ſiticuloſa: æſtuoſa: ſed neruos nō lædunt. Orbiculata ſiſtunt aluū: & uomitiōes et urinas ciunt. Silueſtria mala ſimilia ſunt uernis acerbis: aluumq; ſiſtunt. Sane in hunc uſum immatura opus ſunt. Citrea contra uenenum ī uino bibunt̄: uel ipſa uel ſemē. faciūt oris ſuauitatē decocto eorum colluto aut ſucco expreſſo. Hoꝝ ſemen edendum præcipiunt in malacia pregnantibus. Ipſa uero cōtra infirmitatē ſtomachi: & nō niſi ex aceto facillime mādunt̄. Punici mali nouē genera nunc iterare ſuperuacuum. Ex iis dulcia: quæ apyrina alio nomine appellauimus: ſtomacho inutilia habent̄. inflationes pariunt. dentes gingiuaſq; lædunt. Quæ uero ſapore proxima uinoſa diximus: paruū nucleū habentia: utiliora paulo intelliguntur. Aluum ſiſtunt & ſtomachū duntaxat pauca citraq; ſatietatem. Sed hæc minime danda quanq̄ omnino nulla in febri nec carne acinorum utili nec ſucco. Cauentur æque uomitionibus: ac bilem reiicientibus. Vuam in iis ac ne muſtum quidem: ſed ꝓtinus uinum ꝓpuit natura. Vtrunq; uero aſpiore cortice. hic acerbus ī magno uſu. Vulgus

coria maxime perficere illo nouit:ob id malicoriũ appellãt medici. Vrinã cieri eodem mõstrant:mixtaq; galla in aceto decocto mobiles dẽtes stabilire. Expetit͛ in grauidaꝝ malacia:et quoniã gustatu moueat ĩfantẽ. Diuiditur malũ:cælestique aqua madescit ternis fere diebus. Hæc bibitur frigida cœliacis:& sãguinem excreãtibus. Ex acerbo fit medicamentũ:stomachice uocatur. utilissimũ oris uitiis:narium:aurium:oculorum caligini:pterygiis:genitalibus:& iis quæ nomas uocãt:& quæ in ulceribus excrescũt. Contra leporẽ marinum hoc mõ acinis detracto cortice tusis mellis attici selibris. Alii hoc modo faciunt. Punica acida multa tunduntur. Succus in cacabo nouo coquitur mellis crassitudine:ad uirilitatis et sedis uitia:& omnia quæ lycio curant͛:aures puru-lẽtas:epiphoras incipiẽtes:rubras maculas. In manibus rami punicoꝝ serpẽtes fugãt. Cortice punici ex uino cocti et ĩpositi perniones sanãtur. Cõtusum malum ex tribus heminis uini decoctum ad heminã:tormina & tineas pellit. Punicũ ĩ olla noua oper-culo indito in furno tostũ & cõtritum potumq; in uino sistit aluum. discutit tormĩa. Primus pomi huius partus florere incipiẽtis cytinus uocat͛ a græcis:mire obseruatiõis multoꝝ experimẽto. Si quis unum ex iis solutus uĩculo omni cĩctus & calciatus:atq; etiã annuli decerpserit duobus digitis pollice & quarto sinistræ manus:atq; ita lustra-tis leui tactu oculis:mox in os additum deuorauerit ne dẽte cõtingat:affirmat͛ nulliã oculoꝝ ĩbecillitatẽ passuꝝ eo ãno. Idẽ cytini siccati tritiq; carnes excrescentes cohibẽt. Gingiuis et dẽtibus medẽtur. Vel si mobiles sĩt:decocto succo. Ipsa corpuscula trita ulceribus:quæ serpunt putrescuntue:illinuntur. item oculorũ ĩflãmatiõi:ĩtestĩorũq;. & fere ad omnia quæ cortices malorum. Aduersat͛ scorpiõibus. Nõ est satis mirari cu-rã diligẽtiãq; priscoꝝ:qui omnia scrutati nihil ĩtentatum reliquere. In hoc ipso cytino flosculi sunt:ãteq̃ scilic& malum ipsum prodeat:erumpẽtes:quos balaustium uocari diximus. Hos quoq; ergo experti ĩuenerunt scorpiõibus aduersari. Sistũt potu mẽses fœminaꝝ. sanãt oris ulcera:tõsillas:uuam:sãguinis excreatiões:uẽtris & stomachi so-lutiões:genitalia:ulcera quacunque in parte manãtia. Siccauere etiam:ut sic quoque experiretur. Inuenerũtque tusoꝝ farina dysẽtericos a morte reuocari. Aluũ sisti. Quĩ & nucleos ipsos acinoꝝ experiri nõ piguit. Tosti tusique stomachum iuuãt. Cibo aut potiõe ĩspersi bibuntur ex aqua cælesti ad sistendũ aluum. Radix decocta succũ emit-tit:qui tineas necat uictoriati pondere. Eadem discocta in aqua quas lycium præstat utilitates. Est & siluestre punicum a similitudĩe appellatũ. Eius radices rubro cortice denarii pondere ex uino potæ sõnos faciunt. Semine poto aqua quæ subierit:cutem siccat. Mali punici corticis fumo culices fugãtur.

¶DE Piris:& eorum obseruatiõibus:& de ficorum obseruatiõe:& caprifico:et her-meta:& aliorum generibus medicinæ. ¶Cap. viii.

PIrorum omnium cibus etiam ualẽtibus onerosus. ægris quoq; uini mõ negatur. Decocta eadem mire salubria et grata:præcipue crustumina. Quæcunque uero cum melle decocta stomachum adiuuãt. Fiũt cataplasmata e piris ad discutiẽda cor-poꝝ uitia:et decocto ad duricias utuntur. Ipsa aduersãtur boletis atq; fũgis:pelluntq; põdere & pugnãte succo. Pirum siluestre tardissime maturescit. Cõcidit͛:suspẽsumq; siccatur ad sistendam aluum:quod et decoctum eius potum præstat. Decoquunt͛ et folia cum pomo ad eosdem usus. Pirorum ligni cinis contra fungos etiam nunc effi-cacius proficit. Mala piraque portatu iumentis mire grauia sunt uel pauca. Remedio aiunt esse:si prius edenda dentur aliqua:aut utique ostendantur. Fici succus lacteus aceti naturam habet. Itaque coaguli modo lac contrahit. Excipitur ante maturitatem pomi:et in umbra siccatur ad aperienda ulcera:cienda menstrua appositus cum luteo oui:aut potus cum amylo. Podagris illinitur. Cum farina fœnograeci et aceto. Pilos quoque detrahit. Palpebrarumque scabiem emendat:item lichenas et psoras. aluum soluit. Lactis ficulni natura aduersatur crabronum uesparumq; et similium uenenis: priuatim scorpionum. Idẽ cum axungia uerrucas tollit. Folia et quæ non maturuere

fici:ſtrumis illinunt᷑.omnibuſq; quæ emollienda ſunt diſcutiendaue.Præſtant hæc & per ſe folia.Et alii uſus eorum tanq̃ in fricādo lichenæ et alopeciis:et quæcūq; exulce- rari opus ſit:et aduerſus canis morſus. Ramorū teneri cauliculi cuti īponunt᷑. Iidem cū melle ulceribus:quæ cæria uocantur:illinunt᷑. Extrahūt infracta oſſa cū papaueris foliis ſilueſtris.Canum rabioſorum morſus folio trito ex aceto reſtinguūt.E nigra fi- cu candidi cauliculi illinunt᷑ furunculis:muriſaranei morſibus cum cæra. Cinis earū e foliis grāgrenis: cōſumēdiſq; quæ excreſcunt. Fici maturæ urinā ciūt.aluū ſoluunt. ſudorem mouent:papulaſq;.Ob id autumno īſalubres:quoniam ſudātia huius cibi opa corpora refrigeſcūt.Nec ſtomacho utiles.Sed ad breue tempus.Et uoci cōtrariæ intelliguntur.Nouiſſimæ ſalubriores q̃ primæ.Medicatæ uero nōnunq̃ iuuenū uires augēt.Senibus meliorem ualitudinē faciūt: minuſq; rugaꝶ.Sitim ſedāt.Calorem re- frigerant.ob id nō negandæ in febribus conſtrictis:quas ſtegenas uocāt.Siccæ fici ſto- machum lædunt.Gutturi et faucibus magnificæ utiles.Natura iis excalfaciēdi.Sitim afferunt.Aluum molliunt.Rheumatiſmis eius et ſtomacho contrariæ. Veſicæ ſemꝑ utiles:& anhelatoribus:ac ſuſpirioſis:item iocinerum renum lyenum uitiis. Corpus & uires adiuuant:ob id ante athletæ hoc cibo paſcebantur.Pythagoras exercitator pri- mum ad carnes eos tranſtulit.Recolligentibus ſe a longa ualitudine utiliſſimæ:item comitialibus & hydropicis.Omnibuſq; quæ maturanda aut diſcutienda ſūt:īponūt᷑. efficacius calce aut nitro admixto. At coctæ cū hyſopo pectus purgant:pituitā:tuſſī ueterem.Cum uino autem ad ſedē et tumorem maxillaꝶ et furunculos:panos:paro- tidas decoctæ illinunt᷑.Vtile et decocto earum fouere fœminas. Decoctæ quoq; eædē cum fœnogræco utiles ſunt pleureticis:& peripneumonicis.Cum ruta coctæ & ōibus proſunt tibiaꝶ ulceribus.Cū æris flore et ſpaſticis et pterygiis.Cum punico malo am- buſtis:pernionibus.Cum cæra hydropicis coctæ in uino & cū abſinthio & farina hor- deacea nitro addito.Aluum ſiſtunt manducatæ.Scorpionum ictibus cum ſale tritæ illinunt᷑.Carbunculos extrahunt in uino coctæ et īpoſitæ.Carcinomati:ſi ſine ulcere eſt:q̃pinguiſſimam ficum imponi:pene ſīgulare remedium eſt:itē phagedenæ. Cinis non ex alia arbore aciem purgat acrior:non conglutinat replet aſtringit.Bibitur & ad diſcutiendum ſanguinem cōcretum:item percuſſis:præcipitatis.Conuulſis ruptis ci- neris cyathis ſingulis aquæ et olei datur tetanicis et ſpaſticis:item potus uel infuſus cœliacis dyſentericis.Et ſi quis eo cum oleo perungatur:excalfacit.item cum cæra et roſaceo ſubactus ambuſtis cicatricem tenuiſſimam obducit.Luſcioſos ex oleo illitus emendat:dentiumq; uitia crebro fricatu.Produnt etiā ſi quis inclinata arbore ſupino ore aliquem nodū eius morſu abſtulerit nullo uidente : atque in aluta īligatum licio e collo ſuſpenderit:ſtrumas et parotidas diſcutit.Cortex tritus cum oleo uētris ulcera ſanat.Crudæ groſſi uerrucas thymo nitro farina additis tollunt.Spodiiq; uicem ex- hibet fruticum a radice exeuntium cinis.Bis toſtus adiecto pſimythio digerit᷑ ī paſtil- los ad ulcera oculorum et ſcabriciā.Caprificus etiamnū multo efficacior fico. Lactis minus habet.Surculo quoq; eius lac coagulatur in caſeo.Exceptum id coactumq; in duriciam ſuauitatem carnibus affert.Fricatur diluto ex aceto.miſcetur exulceratoriis medicamentis.Aluum ſoluit.uuluam cū amylo aperit.Pota menſes cit cū luteo oui. Podagris cum farina fœnogræci illinitur.Lepras:pſoras:lichenas:lētigines expurgat. itē uenenatorum ictus:& canis morſus.Dentium quoq; dolori hic ſuccus appoſitus ī lana ꝓdeſt:aut in cauis eoꝶ additus.Cauliculi et folia admixto eruo contra marinoꝶ uenena proſunt.Adiiciunt et uinum.Bubulas carnes additi caules magno ligni com- pēdio ꝑcoquūt.Groſſi illitæ ſtrumas:et omnium collectionē emolliunt & diſcutiūt. aliq̃tenus et folia.Quæ molliſſima ſunt ex iis cum aceto ulcera manātia et epynicti- das et furfures ſanāt.cū melle itē et foliis cærea ſanant:et canis morſus.Recētes cum uino phagedenas.Cum papaueris foliis oſſa extrahunt.Groſſi caprifici inflāmatiōes diſcutiunt ſuffitu.Reſiſtunt & ſāguini taurino poto:& pſimythio et lacti coagulato

potæ.Item aqua decoctæ atq; illitæ parotidas sanãt.Cauliculi aut grossi eius q̃minu-
tissimæ ad scorpionum ictus e uino bibuntur.Lac quoq; instillatur plagæ:& folia im-
ponuntur:item aduersus muremaraneum.Cauliculorum cinis uuam faucium sedat.
Arboris ipsius cinis ex melle:rhagadia.Radix deferuefacta in uino dentium dolores.
Hyberna caprificus in aceto cocta et trita impetigines tollit.Illinuntur ramenta rami
sine cortice q̃minutissima ad scobis modum. Caprifico quoq; medicinæ unius mira-
culum additur.Corticem eius impubescẽtem puer impubis si defracto ramo detrahat
dentibus medullam ipsam adalligatam ante solis ortũ prohibere strumas.Caprificus
tauros quãlibet feroces collo eorum circũdata in tantũ rabidam naturã compescit:ut
ĩmobiles præstet.Herba quoq;:quã græci erin uocãt:reddẽda in hoc loco ꝓpter genti-
litatem. Palmo alta est cauliculis quinis fere ocimi similitudine flos candidus:semẽ
nigrum paruum tritum cum melle attico oculorum epiphoris medetur.manat' lacte
multo et dulci.Herba perq̃utilis aurium dolori nitri exiguo addito.folia resistunt ue-
nenis.Pruni folia decocta tonsillis gingiuis uuæ prosunt in uino decocta:et subinde
ore colluto.Ipsa pruna aluum molliunt:stomacho nõ utilissima:sed breui momẽto.
Vtiliora persica:succusq; eorum etiã in uino aut in aceto expressus. Nec est alius eis
pomis innocentior cibus.Nusq̃ minus odoris.Succi plus:qui tamen sitim stimulet.
Folia eius trita illita hemorrhoiã sistũt. Nuclei persicorum cum aceto & oleo:capitis
doloribus illinuntur.Siluestrium quidẽ prunorum baccæ:uel e radice cortex in uino
austero si decoquantur ita:ut triens ex hemina supersit:aluũ et tormina sistũt.Satis
est singulis cyathos decocti sumi.Et in iis & satiuis prunis est limus arborum: quem
græci lichen appellãt:rhagadis et cõdylomatis mire utilis.Mora ĩ ægypto et cypro sui
generis(ut diximus)largo succo abundant.Sũmo cortice desquammato altiore plaga
sicca mirabili natura.Succus aduersat' uenenis serpentiũ.Prodest dysentericis.Discu-
tit panos:omnesq; collectiones.Vulnera cõglutinat.Capitis dolores sedat:itẽ auriũ.
Splenicis bibitur.Illinitur et contra perfrictiones.Celerrime teredinẽ sẽtit.Nec apud
nos succo usus minor.Aduersatur aconito & araneis in uino potũ.Aluum soluit. Pi-
tuitasq; ac tineas et similia uẽtris animalia extrahit. Hoc idẽ præstat & cortex tritus.
Folia tingunt capillũ cũ fici nigræ et uitis cortice simul coctis in aqua cælesti. Pomi
ipsius succus aluũ soluit protinus.Ipsa poma ad præsens stomacho utilia:refrigerãt:
sitĩ faciunt.Si non superueniat alius cibus:ĩtumescunt.Ex ĩmaturis succus:sistit al-
uum:ueluti animalis alicuius in hac arbore obseruandis miraculis:quæ ĩ natura eius
diximus.Fit ex pomo pãchrestos stomachice:eadẽ arteriace appellata hoc mõ.Sextarii
tres succi e pomo leui uapore ad crassitudinẽ mellis rediguntur.Post additur õphacii
aridi põdo duodecĩ:aut myrrhæ.xi.croci.xi.Sed hæc simul mixta uel trita miscentur
decocto.Neq; est aliud oris arteriæ uuæ stomachi iucundius remediũ.Fit & alio mõ.
Succi sextarii duo mellis attici decoquuntur ut supra diximus. Mira sunt præterea
quæ produntur.Mora germinatione prius q̃ in folia exeant:sinistra decerpi iubẽtur
futura poma.rhicinos græci uocant. Hi terrã si nõ attigere:sãguinẽ sistũt adalligati.
siue ex uulnere fluat:siue ore:siue naribus:siue hæmorrhoidis.Ad hoc seruãt' repoĩti.
Idẽ præstare et ramus dicitur:luna plena defractus incipiens fructũ habere. Si terrã
non attigerit priuatĩ mulieribus alligatus lacerto contra abundantiã mensium. Hoc
& quocunq; tẽpore ab ipsis decerptũ ita:ut terrã non attingat:adalligatũq; existimãt
præstare.Folia mori trita aut arida decocta:serpentiũ ictibus imponuntur. Ad idẽq;
potu proficitur.Scorpionibus aduersat' e radice corticis succus ex uino aut posca po-
tus.Reddenda est ãtiquorum cõpositio.Succũ expressum pomi maturi immaturiq;
mixtũ coquebant in uase æreo ad mellis crassitudinem.Aliqui myrrha adiecta et cu-
presso præduratum uas sole torrebant:permiscẽtes spata ter die.Hæc erat stomachice:
quæ et uulnera ad cicatricem ꝑducebat.Alia ratio:succum siccato exprimebãt pomo
multum sapori obsoniorum conferente.In medicina uero contra nomas et pectoris

pituitas:& ubicunq; opus esset astringi uiscera. Dentes quoq; colluebant eo. Tertiū genus succi foliis et radice decoctis ad ambusta ex oleo illinenda. Imponuntur & per se folia. Radix per messes incisa succum aptissimum dentium dolori collectiōibusq; & suppurationibus habet. aluum purgat. Folia mori in urina madefacta pilū coriis detrahunt. Cerasia aluum molliunt. stomacho inutilia. Eadem siccata aluū sistunt. urinam ciunt. Inuenio apud auctores siquis matutino roscida deuoret cum suis nu-cleis: intantum leuari aluum: ut pedes morbo liberentur. Mespila exceptis setaniis: quæ malo propriorem uim habent: reliqua astringunt stomachum: sistuntq; aluū: item sorba sicca. Nam recentia stomacho & aluo citæ ꝓsunt.

¶DE Pineis & amygdalis & nuce auellana: & de nuce iuglande: & pistaciis: & casta-neis: & siliquis: & cornu: & unedine et lauro. ¶Cap. ix.

NVces pineæ quæ resinam habēt cōtusæ leuiter additis in singulis sextariis aquæ ad dimidiū decoctæ sāguinis excreatiōi medētur: ita ut cyathi bini bibantur ex eo. Cortex e pino ī uino decoctus cōtra tormīa datur. Nuclei nucis pineæ sitī sedant: et acrimoniam stomachi: rosionesq; et cōtrarios humores consistentes ibi: et infirmi-tatem uirilium roborant: renibus & uesicæ utiles. Fauces uidentur exasꝑare & tussim. Bilem pellunt poti ex aqua aut uino aut passo: aut balanorum decocto. Miscetur iis cōtra uehementiores stomachi rosiōes cucumeris semē & succus portulacæ. item ad uesicæ ulcera et renes: quoniam et urinam cient. Amygdalæ amaræ radicum decoctū cutem ī facie corrigit: coloremq; hilariorem facit. Nuces ipsæ somnum faciūt & aui-ditatem. Vrinam et menses ciunt. Capitis dolori illinuntur. maximeq; in febri: si ab ebrietate in aceto & rosaceo ex aquæ sextario: et sanguinē sistunt. Cū amylo & menta lethargicis comitialibusq; prosunt. Capite peruncto epynictidas sanant. E uino uete-re ulcera putrescentia. Canum morsus cum melle. Et furfures ex facie ante fotu præ-parata. item iocineris et renum dolores ex aqua potæ. Et sæpe ex eligmate cum resina terebinthina. Calculosis et difficili urinæ in passo: et ad purgandam cutem in aqua mulsa tritæ sunt efficaces. Prosunt eligmate iocineri tussi et colo cū elelisphaco mo-dice addito. In melle sumitur nucis auellanæ magnitudine. Aiunt quoq; quinis fere præsumptis ebrietatis non sentiri putores. Vulpesq; si ederint eas nec contigat e uici-no aquam lambere: mori. Minus ualēt in remediis dulces: & eæ tamē purgāt & urinā ciunt. Recentes stomachum implent. Nucibus græcis cum absinthii semine ex aceto sumptis morbus regius sanari dicitur. item illitis per se uitia sedis. Et priuatim cōdy-lomata. item tussi & sanguinis relictioni prodest. Nuces iuglandes græci a capitis gra-uedine appellauere. Etenim arborum ipsarum foliorūq; uires in cerebrum penetrant. hocq; minore momento: sed in cibis nuclei faciunt. Sunt autem recentes iucūdiores. Siccæ uinosiores: et stomacho inutiles: difficiles concoctu: dolorem capitis inferētes. Tussientibus inimicæ: & uomituris ieiunis. Aptæ tenasmo solo. trahūt enim pituitā. Eædem præsumptæ uenena hebetant. item āginam cum ruta & oleo. item aduersātur cepis: leniuntq; earum saporem. Aurium īflāmatiōi imponūtur cum mellis exiguo. item ruta mammis & luxatis. Cum cepa autem & sale & melle canis hominisq; mor-sui. Putamine nucis iuglandis dens cauus inuritur. Putamen combustum tritūque ī oleo aut uino infātium capite peruncto nutrit capillum: & ad alopecias eo sic utunt̃. Quo plures quis nuces ederit: hoc facilius tineas pellit. Et quæ perueteres sūt nuces grangrenis et carbunculis medētur: item sugillatis. Cortex iuglandium lichenū uitio & dysentericis prodest. Folia trita cum aceto aurium dolori. In sanctariis Mithridatis maximi regis deuicti Cn. Pompeius īuenit in peculiari cōmētario ipsius manu cōpo-sitionem antidoti e duabus nucibus siccis: item ficis totidem: & rutæ foliis. xx. simul tritis: addito salis grano: & qui hoc ieiunus sumat: nullum uenenum nociturum illo die. Cōtra rabiosi quoq; canis morsus nuclei a ieiuno homine commanducati illitiq; præsenti remedio esse dicunt̃. Nuces auellanæ capitis dolorem faciūt & īflāmationē

ſtomachi: et pinguedini corporis conferunt plus q̃ ſit ueriſimile. Toſtæ et diſtillatiõi medentur. Tuſſi quoq; ueteri tritæ et in aqua mulſa potæ. Quidam adiiciunt grana piperis. Alii e paſſo bibunt. Piſtacia eoſdem uſus et effectus habẽt: quos pinei nuclei: præterq̃ ad ſerpẽtium ictus ſiue edãtur ſiue bibãtur. Caſtaneæ uehemẽter ſiſtunt ſto-machi & uẽtris fluctiões. Aluum ciunt. Sanguinem excreãtibus proſunt. Carnes alũt. Siliquæ recẽtes ſtomacho ĩutiles. aluum ſoluunt. Eædem ſiccatæ ſiſtunt: ſtomachoq; utiliores fiunt. Vrinam ciunt. Syriacas in dolore ſtomachi ternis in aqua ſextariis de-coquunt. Quidã ad dimidiũ: eumq; ſuccũ bibunt. Sudor uirgæ cornu arboris lamĩa ferrea cãdẽte exceptus: non contingente ligno illitaq; inde ferrugo ĩcipientes lichenas ſanat. Arbutus ſiue unedo fructum fert difficilẽ cõcoctiõi: & ſtomacho ĩutilẽ. Laurus excalfactoriã naturã habet & foliis: & cortice: et baccis. Itaq; decoctum ex iis maxime e foliis prodeſſe uuluis et ueſicis cõuenit. Illita uero ueſpaꝝ crabronumq; et apiũ. Itẽ ſerpentium uenenis reſiſtunt: maxime ſepis dipſadis & uiperæ. Proſunt et menſibus fœminarum cum oleo cocta. Cũ polẽta autem: quæ tenera ſunt trita ĩflatiões oculorũ cum ruta: teſtiũ cum roſaceo: capitis dolores: aut cum irino. Quin manducata atque deuorata per triduũ terna: liberãt a tuſſi. Eadẽ proſunt ſuſpiriis trita cũ melle. Cortex radicis cauendus grauidis. Ipſa radix calculos rumpit. iocineri prodeſt: tribus obolis ĩ uino odorato pota. Folia pota uomitiões mouent. Baccæ mẽſes trahũt appoſitæ tritæ uel potæ. Tuſſĩ ueterẽ et orthopnoeã ſanãt binæ detracto cortice in uino potæ. Si et febris ſit: ex aqua. aut eligmate ex aqua mulſa aut ex paſſo decoctæ. Proſũt et phthi-ſicis eodẽ modo: & omnibus thoracis rheumatiſmis. Nam et excoquunt pituitam: et extrahunt. Aduerſus ſcorpiones quaternæ ex uino bibũtur. Epinyctidas ex oleo illitæ et lentigines. Et ulcera manantia: et ulcera oris: et furfures. Cutis pruriginẽ ſuccus bac-carũ emendat et phthiriaſin. aurium dolori et grauitati inſtillatur cum uino uetere et roſaceo. Perunctos eo fugiunt uenenata omnia. Prodeſt et contra uenenatoꝝ ictus potus. Maxime autem eius laurus: quæ tenuiora habet folia. Baccæ cum uino ſerpen-tibus et ſcorpionibus et araneis reſiſtunt. Ex oleo et aceto illinunt̃ & lyeni et iocineri. Grangrenis cum melle: et in fatigatiõe etiam aut perfrictione ſucco eo perungi nitro adiecto prodeſt. Sunt qui celeritati partus multũ cõferre putẽt radice acetabuli men-ſura pota in aqua. Efficacius recentem q̃ aridam. Quidam aduerſus ſcorpionũ ictus decem baccas dari iubẽt potui. Item et ĩ remedio uuæ iacẽtis quadrãtem põdo baccaꝝ foliorũue decoqui in aqua ſextariis tribus ad tertias. eamq; calidam gargariſſare et in capitis dolore impari numero baccas cum oleo cõterere et calfacere. Laurus delphicæ folia trita olfactaq; ſubĩde peſtilentiæ cõtagia prohibẽt: tãto magis ſi et urant̃. Oleũ ex delphica ad cærata acopumq; ad pfrictiões diſcutiẽdas neruos laxandos lateris do-lores febreſq; frigidas utile eſt. itẽ ad auriũ dolorem: in mali punici cortice tepefactũ. Folia decocta ad tertias partes aquæ uuam cohibẽt gargariſſatione. pota alui dolores: inteſtinoꝝq;. Tenerrima ex iis trita in uino papulas prurituſq; illita noctibus proxĩe ualẽt. Cætera lauri genera. Laurus alexãdrina ſiue idea partus celeres facit radice pota trium denariorũ pondere in uini dulcis cyathis tribus. Secundas etiam pellit: mẽſeſq; eodem modo pota. Daphnoides ſiue iis nominibus: quæ diximus ſilueſtris laurus ꝑ-deſt: aluum ſoluit recẽti folio uel arido drachmis tribus cum ſale et hydromelite mã-ducata. Pituitas extrahit folium et uomitus: ſtomacho inutile. Sic et baccæ quæ de-næue purgationis cauſa ſumuntur.

¶DE Myrto ſatiua et myrtidano: et de myrto ſilueſtri. ¶Cap. x.

MYrtus ſatiua candida minus utile eſt medicinæ q̃ nigra. Semẽ eius medetur ſan-guinẽ excreantibus. itẽ contra fungos in uino potum. Odorẽ oris cõmendat uel pridie cõmanducatũ. item apud Menandrum ſynariſtuſin hoc edunt. Datur et dyſẽ-tericis denarii pondere in uino. Vlcera difficilia in extremitatibus corporis ſanat cum uino ſubferuefactũ. Imponitur lippitudini cum polenta. Et cardiacis ĩ mãma ſiniſtra.

Et cõtra scorpionis ictus in mero:et ad uesicæ uitia. Capitis dolores et ægilopas:ãteq̃ suppurent:item tumoribus. Exemptisq; nucleis in uino uetere tritum eruptionibus pituitæ. Succus seminis aluum sistit. Vrinas cit. Ad eruptiões pustularum pituitæq; cum cærato illinit̃:et contra phalangias. Capillum denigrat. Lenius succo oleum est ex eadem myrto et uinum:quo nunq̃ ĩebriant̃. Inueteratumq; sistit aluum et stoma/chum. tormina sanat. fastidium abigit. Foliorum arentium farina sudores cohibet in/spersa:uel in febri. Vtilis et cœliacis:et procidentiæ uuluarum: sedis uitiis:ulceribus manantibus:igni sacro fotu:capillis fluentibus:furfuribus:item aliis eruptionibus: ambustis. Additur quoq; in medicamento:quod alephas uocãt:eadem de causa qua oleum ex iis efficacissimũ ad ea:quæ in humore sunt:tanq̃ in ore et uulua. Folia ipsa fungis aduersantur trita ex uino:cum cæra uero articularibus & collectionibus. Eadẽ in uino decocta dysentericis & hydropicis potui dantur. Siccantur in farina quæ in/spergitur ulceribus:aut emorrhoiæ. Purgant et lentigines:pterygia et paronychia:et epinyctida:condylomata testes:tetra ulcera:item ambusta cum cærato. Ad aures pu/rulẽtas & foliis crematis utuntur & succo decocto. Comburuntur & in antidota. Item cauliculi flore decerpti in nouo fictili operto cremati in furno:dein triti ex uino. & ambustis foliorum cinis medetur. Inguen ne intumescat ex ulcere:satis est surculum tantũ myrti habere secum nec ferro nec terra contactum. Myrtidanũ diximus quomõ fieret. uuluæ prodest appositum fotu:et illitu. multo efficacius & cortice:et folio:& semine. Exprimitur et foliis succus mollissimis in pila tusis adfuso paulatim uino austero. Alias aqua cælesti:atq; etiam expresso utuntur ad oris sedisq; ulcera uuluæ. & uentris. Capillorum nigriciam:malarum perfusiones purgationes lentiginũ: et ubi constringendũ aliquid est. Myrtus siluestris siue oxymyrsine siue chamemyrsine bac/cis rubentibus et breuitate a satiua distat. Radix eius in honore est:decocta uino ad renum dolores pota. Et difficili urinæ:præcipueq; crassæ et grauiter olenti. Morbo re/gio et uuluarum purgationi trita cum uino. Cauliculi quoq; incipientes asparagorũ modo in cibo sumpti:& in cinere cocti. Semen cum uino potum aut oleo aut aceto calculos frangit. item in aceto & rosaceo tritum capitis dolores sedat:et potũ morbũ regiũ. Castor oxymyrsinen myrti foliis acutis:ex q̃ fiunt ruri scopæ:ruscũ uocauit:ad eosdẽ usus. Et hactenus habẽt se medicinæ urbanaꝶ arboꝶ. Trãseamus ad siluestres.

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER VI/CESIMVSQVARTVS. PROOEMIVM.

Medicinæ ex arboribus siluestribus.

NE SILVAE QVIDEM HORRIDIORQ; naturæ facies medicinis carent:sacra illa parente rerum omnium nusq̃ non remedia disponente homini:ut medicina fieret etiam solitudo ipsa: sed ad singula illius discordiæ atq; cõcordiæ mi/raculis occursantibus. Quercus et olea tã ptinaci odio dissident:ut altera ĩ alterius scrobe depactæ moriantur. Quercus uero & iuxta nucẽ iugl&ẽ. Pernicialia et brassicæ cum uite odia. Ipsumque olus quo uitis sugatur:aduersum cyclamino & origano arescit. Quin & annosas iã & quæ sternã/tur arbores:difficilius cædi:ac celerius inarescere tradunt:si prius manu q̃ ferro attingantur. Pomorum onera a iumentis statĩ sentiri. ac nisi prius ostendantur iis:quis pauca portent:sudare illico. Ferulæ asinis gratissiæ

sunt ĩ pabulo: cæteris uero iumētis præsētaneo ueneno. qua de causa id aĩal Libero pr̃i assignatur: cui ferula. Surdis etiam rerum sua cuiq; sũt uenena: ac minimis quoque. Phyllyra coci et poline nimium salem cibis eximunt. Prædulcium fastidiũ sal tēpat. Nitrosæ aut amaræ aquæ polenta addita mitigantur: ut intra duas horas bibi possit. Qua de causa & in saccos uinarios additur polenta. Similis uis rhodiæ cretæ: & argillæ nostrati concordia ualentium. Pix oleo extrahitur quando utrunq; pĩguis naturæ est. Oleum solũ calci miscetur quando utrũq; aquas odit. Gũmi aceto facilius eluit. Atramentum aqua. Innumera præterea alia: quæ suis locis dicētur assidue. Hic nata medicina. Hæc sola naturæ placuerat esse remedia parata uulgo: inuentu facilia ac sine impendio: ex quibus uiuimus. Postea fraudes hominum et ingeniorum capturæ officinas inuenere istas: in quibus sua cuiq; homini uenalis promittitur uita. Statĩ compositiones & mixturæ inexplicabiles decātantur. Arabia atq; india in medio æstimāt. Vlceriq; paruo medicina a rubro mari imputatur: cũ remedia uera quotidie pauperrimus quisq; cœnet. Nam si ex horto aut petat herba: uel frutex quæratur: nulla artiũ uilior fiet. Ita est profecto: magnitudo populi romani perdidit ritus: uincēdoq; uicti sumus. Paremus externis. Et una artium imperatoribus quoq; imperat. Verũ de his alias plura. Lothon herbam: itemq; ægyptiam eodem nomine: alias et syrticã arborē diximus suis locis.

Lotos. Cap. ii.

Haec lotos: quæ fabagræca appellatur a nostris: aluum baccis sistit. Ramēta ligni decocta in uino prosunt dysentericis: menstruis: uertigini: comitialibus. cohibēt et capillum. Mirũ his ramentis nihil esse amarius: fructuq; dulcius. Fit et e scobe eius medicamentum: ex aqua myrti decocta subacta et diuisa in pastillos: dysentericis utilissimum pondere uictoriati cum aquæ cyathis tribus.

Glans. Cap. iii.

Glans intrita duricias: quas cacoethe uocãt cum salsa axungia sanat: uehemētioresq; lichenas. In omnibus cortex ipse corticiq; tunica subiecta. Hæc decocta iuuat iliacos. Dysentericis etiam illinitur: uel ipsa glans. eademq; resistit serpentium ictibus: rheumatismis: suppurationibus. Folia & baccæ uel cortex uel succus decocti prosunt contra toxica. Cortex illinitur decoctus lacte uaccino serpētis plagæ. Datur & ex uino dysentericis. Eadem et ilici uis.

DE Coco ilicis & galla & uisco pilulis glãde: de cerri radice & subere. Cap. iiii.

Cocum ilicis uulneribus ex aceto recentibus imponit. Epiphoris ex aqua. & oculis suffusis sãguine instillat. Est autem genus ex eo in attica fere & asia nascēs: celerrime in uermiculum se mutans: quod ideo scoletylon uocant: ĩ ꝓbãtq;. Prĩcipalia eius genera diximus. Nec pauciora genera gallæ fecimus: solidã: perforatam. itē albã: nigram: maiorem: minorem. Vis omnium similis. Optima comagena. Excrescētia in corpore tollit. Prosunt gingiuis uuæ. Oris exulcerationi. Cræmatæ & in uino extinctæ cœliacis: dysentericis illinuntur. Paronychiis ex melle: et unguibus scabris: pterygiis: ulceribus manantibus: cõdylomatis: uulneribus: quæ phagedenica uocantur. In uino autem decoctæ auribus instillantur: oculis illinuntur. Aduersus eruptiones & panos cum aceto. Nucleus commanducatus dentium dolorem sedat. itē intertrigines: & ambusta. Immaturæ ex iis ex aceto potæ lyenem consumunt. Eædem crematæ et aceto salso extinctæ menses sistunt: uuluasq; procidētes. Potu omnes capillos denigrãt. Viscum e robore præcipuum diximus haberi. et quo conficeretur modo. Quidam in aqua contusum decoquunt: donec innatet. Quidam commãducantes acinos expuũt cortices. Optimum est: quod sine cortice est: quodq; leuissimum: extra fuluum: intus porraceum. quo nihil est glutinosius: emollit: discutit: humores siccat: strumas cum resina & cæra. panos mitigat omnis generis. Quidam & galbanũ adiiciũt pari põdere singulorum: eoq; modo et ad uulnera utuntur. Vnguium scabricias expellit: si septenis diebus soluantur. nitroq; colluantur. Quidam ad religionem efficacius fieri putãt prima luna collectum e robore sine ferro. Si terram nõ attigerit comitialibus mederi.

Cōceptum fœminarum adiuuare:si omnino secum habeant. Vlcera commāducatu
īpositūq; efficacissime sanari.Roboris pilulæ ex adipe ursino alopecias capillo replēt.
Cerri folia & cortex et glās siccat collectiōes:suppuratiōesq;.fluctiōes sistit.Torpētes
mēbroꝝ ptes corroborat decoctū eius fotu:cui et īsidere expedit siccādis astrīgēdisue
partibus.Radix cerri aduersatur scorpionibus.Suberis cortex tritus ex aqua calida et
potus sanguinem fluentem ex utralibet parte sistit.Eiusdem cinis ex uino calido san-
guinem excreantibus mangnopere laudatur.

¶DE Fago et cupresso & cedro magna:de cedride:galbano. ¶Cap.v.

FAgi folia māducantur in gīgiuarum labiorumq; uitiis. Calculis glādis fagineæ
cinis illinitur:item cum melle alopeciis.Cupressi folia trita serpentium ictibus
īponūt̃:& capiti cū polēta si a sole doleat.itē ramici:qua de causa & bibunt̃. Testium
quoq; tumori cū cærato illinūt̃.Capillū denigrāt ex aceto.Eadē trita cū duabus parti-
bus panis mollis et e uino amineo subacta:pedū ac neruoꝝ dolores sedāt.Pilulæ ad-
uersus serpētiū ictus bibūt̃.Aut si eiiciat̃ sāguis:collectiōibus illinūt̃.Ramici quoq;
teneræ tusæ cū axungia & lomēto prosūt.Bibunt̃ ex eadem causa.Parotidi et strumæ
cum farina imponuntur. Exprimitur succus tusis cū semine:qui mixto oleo caligīnē
oculorum aufert.Item uictoriati pōdere in uino potus illitusq; cum fico sicca pigui
exemptis granis uitia testiū sanat.Humores discutit:et cū fermento strumas. Radix
cum foliis trita potaq; uesicæ & stranguriæ medetur.et contra phalangias. Ramenta
pota menses ciunt.Scorpionum ictibus aduersantur.Cedrus magna:quā cedrelaten
uocant:dat picem quæ cedria uocatur:dentium doloribus utilissimam.frangit enim
eos:& extrahit:dolores sedat.Cedri succus ex ea quomodo fieret diximus.Magni ad
lumina usus:ni capitis dolorem inferret. Defuncta corpora īcorrupta conseruat. Vi-
uentia corrumpit mira differentia:cum uitam auferat spirantibus:defunctisque pro
uita sit. Vestes quoq; corrumpit:& animalia necat.Ob hoc non censeam in anginis
hoc remedio utendum:neq; in cruditatibus:quod suasere aliqui.Gustu dentes quoq;
colluere ex aceto ī dolore timuerim:uel grauitati aut uermibus aurium īstillare. Por-
tētum est quod tradunt:abortiuum fieri in uenere āte perfusa uirilitate. Phthiriases
perungere eo non dubitauerim:itēq; prurigines.Suadent et contra uenenum leporis
marini bibere in passo.Facilius in elephantia:si illinātur & ulcera sordida & excrescē-
tia in iis.Auctores quidam & oculorum albugines caliginesq; inunxere eo.Et contra
pulmonis ulcera cyathum eius sorbere iusserunt:item aduersus tineas.Fit ex ea oleū:
quod pisseleon uocant:uehementioris ad omnia eadem usus. Cedri scobe serpentes
fugari certum est:item baccis tritis cum oleo siqui perungant̃.Cedrides hoc ē frutices
cedri tussī sanāt.urinam ciunt.aluū sistūt.utiles ruptis cōuulsis:spasticis:strāguriæ:
uuluis admoti.Cōtra lepores marinos eadē:quæ supra collectiōibus īflāmatiōibusq;.
De galbano diximus neq; humidum neq; aridum probatur:sed quale docuimus.Per
se bibitur ad tussim ueterem:suspiria: rupta conuulsa.Imponit̃ ischiadicis:lateris do
loribus:panis:furunculis:corpori ab ossibus recedēti.Strumis:articuloꝝ nodis:dētiū
quoq; doloribus.Illinitur et cum melle capitis ulceribus.Purulentis īfūditur auribus
cum rosaceo:aut nardo.Odore comitialibus subuenit:& uuluæ in strangulatu:& sto-
machi defectu.Abortus non exeūtes trahit appositu uel suffitu.item ramis hellebori
circunlitum atque subiectum.Serpētes nidore urentium fugari diximus.Fugiunt &
perunctos galbano.Medetur & a scorpione percussis.Bibitur et in difficili partu fabæ
magnitudine in uini cyatho:uuluasq; conuersas corrigit.In myrrha autem et in uino
mortuos partus extrahit.Aduersatur & uenenis maxime toxicis cum myrrha & uino.
Serpentes oleo & spondylio mixto tactu necat.Nocere urinæ existimatur.

¶DE Hāmoniaco & styrace:& spondylio & sphano:& terebintho & chamepite et
picio et resinis et picea et lentisco. ¶Cap. vi.

SImilis hāmoniaci natura atque lachrymæ ꝓbandæ ut diximus.mollit:calfacit:

discutit:dissoluit. Claritati uisus in collyriis conuenit. pruritum:cicatrices:albugines oculorum tollit. dentium dolores sedat:efficacius accensum. Prodest dispnoicis: pleureticis:pulmonibus:uesicis:urinæ cruentæ:lyeni:ischiadicis potum. Sic et aluum soluit. Articulis & podagræ cū pari pōdere picis aut cæræ et rosaceo coctum. Maturat panos:extrahit clauos cum melle. Sic et duricias emollit. Lyeni cum aceto et cæra cypria uel rosaceo efficacissime īponitur. Lassitudīes perūgi cum aceto et oleo exiguoq; nitro utile. Et styracis naturā in peregrinis arboribus diximus. Placet præter illa quæ diximus:maxime pinguis:purus:albicantibus fragmentis. Medetur tussi:faucibus: pectoris uitiis:uuluæ præclusæ:duriciaue laborāti. Cit menses potu:appositúq;.aluū mollit. Inuenio potu modico tristiciam animi resolui:largiore cōtrahi. Sonitus auriū emendat infusu:strumas illitu neruorumq; nodos. Aduersatur uenenis:quæ frigore nocent:ideo & cicutæ. Spondylion una demonstratum. Infūditur capitibus phreneticorum:et lethargicorum. item capitis doloribus longis. Cū uetere oleo bibitur et in iocinerū uitiis:morbo regio:comitialibus:orthopnoicis:uuluaꝝ strangulatione. qbus et suffitu prodest. aluum mollit. Illinitur ulceribus serpentibus cū ruta. Flos auribus purulentis efficaciter infūditur. Sed succus cū exprimit̃:integēdus est:quoniam mire appetitur a muscis & similibus. Radix derasa et in fistulas coniecta callum earum derodit. Auribus quoq; instillat̃ cum succo. Datur et ipsa contra morbum regium:et in iocineris uitio:& uuluaꝝ. Capillos crispos facit pūcto capite. Sphagnos siue sphacos siue bryon:et ī gallia(ut indicauimus)nascitur:uuluis insidentiū utilis. Item genibus & fœminum tumoribus mixtus nasturcio et aqua salsa tritus. Cum uino aut resina succus potus urinam pellit celerrime. Hydropicos inanit cum uino et iunipero tritus et potus. Terebinthi folia et radix collectionibus imponūt̃. Decoctum eoꝝ stomachū firmat. Semen in capitis dolore bibitur in uino:& contra difficultatem urinæ. Ventrē leniter emollit. Venerem excitat. Piceæ & laricis folia trita & decocta in aceto dentiū dolori prosunt. Cinis corticū intertrigini & ambustis. Potus aluū sistit. urinā mouet. suffitu uuluas corrigit. Piceæ folia priuatim & iocineri utilia sunt drachmæ pondere ī aqua mulsa pota. Siluas eas duntaxat:quæ picis resinæq; gratia raduntur:utilissimas esse phthisicis:aut qui longa ægritudine non recolligunt uires:satis constat. et illum cæli aera plus ita q̄ nauigationem ægyptiam proficere:plus q̄ lactis herbidos p mōtiū æstiua potus. Chamepitis latīe aiuga appellat̃. diciturq; propter abortus ab aliis thus terræ. Cubitalibus ramis:flore pinus et odore. Altera breuior & incuruæ similis. Tertia eodem odore:& ideo nomine quoq; paruula collicola:crassitudine digitali:foliis scabris:exilibus:albis:in petris nascēs. omnes herbæ:sed propter cognationē nominis nō differendæ. Prosunt aduersus scorpionum ictus:item iocineri illitæ cum palmis aut cotoneis. Renibus et uesicæ decoctum earum cum farina hordeacea. Morbo quoq; regio & urinæ difficultatibus ex aqua decoctæ bibunt̃. Nouissima cōtra serpentes ualet cum melle. Sic et apposita uuluas purgat. Sanguinem dēsatum extrahit pota. Sudores facit perunctis ea. Peculiariter renibus utilis est. Fiunt ex ea et hydropicis pilulæ cū ficu aluum trahentes. Lumborum quoq; dolorem uictoriati pondere in uino finit:et tussim recentem. Mortuos partus ex aceto cocta potaq; eiicere protinus dicitur. Cum honore & pityusa simili de causa dicetur:quam quidam in titymalli genere numerāt. Frutex est similis piceæ:flore paruo purpureo. Bilem et pituitam p aluum detrahit. Radix decocti hemina aut seminis lingula in balanis. Folia in aceto decocta:furfures cutis emendant. Mammas quoq; mixto rutæ decocto:& tormina:et serpentiū ictus: et in totum collectiōes incipientes. Resinam e supradictis arboribus gigni docuimus: et genera eius et nationes in rationæ uini ac postea in arboribus. cuius sūmæ species duæ sicca et liquida. Sicca:quæ e pinu et picea fit. Liquida e terebintho:larice:lētisco: cupresso. nam et eæ ferunt in asia et syria. Falluntur qui eandem putant esse e picea atq; larice. Picea enim pinguem et succosam fundit. larix gracilem ac mellei liquoris

uirus redolentem. Medici liquida raro utuntur et in ouo fere. Larice propter tussim ulceraq; uiscerum. Nec pinea magnopere in usu. Cæteris non nisi coctis. Et coquendi genera satis demonstrauimus. In arborum differẽtia placet terebinthina odoratissima atq; leuissima nationũ cypria & syriaca utraq; mellis attici colore. Sed cypria carnosi/or: sicciorq;. In sicco genere quærunt ut sit candida: pura: perlucida. In omni autem ut montana potius q̃ campestris: item aquilonia q̃ ab alio uento. Resoluitur resina ad uulnerum usus & malagmata oleo: in potiones amygdalis amaris. Natura in medẽdo contrahere uulnera: purgare: discutere collectiones: item pectoris uitia. Therebĩthina illinitur & eadem calida membrorum doloribus spasticisq; illinitur in sole: totisque corporibus. Mangonum maxĩe cura ad gracilitatem emendandam: spatiis ita laxãtiũ cutem per singula membra: capacioraq; ciborum facienda corpora. Proximum locũ optinet e lentisco. Inest ei uis astringendi. Mouet et ante cæteras urinam. Reliquæ uẽ/trem emolliunt. cruda concoquunt. tussim ueterem sedant. Uuluæ onera extrahunt etiã suffitæ. Priuatim aduersantur uisco. Panos et similia cum seuo taurino & melle sanant. Palpebras lentiscina commodatissime replicat. Fractis quoque utilissima: et auribus purulentis: item in pruritu genitaliũ. Pinea capitis uulneribus optĩe medet᷑.

DE Pice spissa & liquida: & palimpissa: & pissasphaltos: & zopissa: et tæda: et lentisco. Cap. vii.

PIx quoque: unde & quibus conficeretur modis: ĩdicauimus. Et eius duo genera. Spissum liquidumq;. Spissaꝝ utilissima medicinæ est brutia: quoniã pĩguissĩa & resinosissima: utrasq; præbet utilitates. Ob id magis rutila q̃ cæteræ. Id enĩ quod in hoc adiiciunt: ex mascula arbore meliorẽ esse: nõ arbitror posse intelligi. Picis natũa excalfacit: explet. Aduersatur priuatim cerastæ morsibus cum polenta. item ãginæ cũ melle. Distillationibus & sternutamentis. Pituitis aurium ĩfũditur cũ rosaceo. Illinit᷑ cum cæra. sanat lichenas. aluum soluit. Excreationes pectoris adiuuat eligmate aut il/lita. Tonsillis cum melle. Sic et ulcera purgat. Explet cum uua passa & axungia. Car/bunculos purgat: et putrescentia ulcera. Quæ uero serpunt cum pineo cortice aut sul/phure. Phthisicis etiam cyathi mensura quidam dederunt: et contra ueterem tussim. Rhagadas sedis & pedum: panosq;: & ungues scabros emendat. Uuluæ duricias & cõ/uersiones odore: item lethargicos: strumas. Item cum farina hordeacea & pueri ĩpubis urina decocta ad suppurationem pducit. & ad alopecias sicca pice utũtur. Ad mulieꝝ mammas brutia ex uino subferuefacta cum poline farraceo q̃calidissimis impositis. Liquida pix oleũq;: quod pisseleon uocant: queãdmodum fieret: diximus. Quidam iterum decoquunt: & uocant palimpissa. Liquida anginæ perunguntur intus & uua. Ad aurium dolores: claritatem oculorum: oris circunlitiões: suspiriosas: uuluas: tussĩ ueterem. Et crebras excreationes pectoris: spasmos tremores: opisthotonos: paralyses: neruoꝝ dolores præstantissimum. Ad canum & iumentoꝝ scabiem. Est & pissasphal/tos mixta bitumini pice: naturaliter ex apolloniatarum agro. Quidam autem ipsi miscent. præcipuum ad scabiem pecorum remedium. Aut si fœtus mammas læse/rit. Maturum optimum ex eo: quod cum feruet: innatat. Zopissam eradi nauibus diximus cæra marino sale macerata. Optima hæc a tyrocinio nauium. Additur autem in malagmata ad discutiendas collectiones. Tædæ decoctæ in aceto dentium dolores efficaciter colluunt. Lentisci & arbores & semen et cortex et lachryma urinam ciunt. aluum sistunt. Decoctum eoꝝ ulceribus quæ serpũt fotu. Illinitur in humidis et igni sacro. gingiuas colluit. Folia dentibus in dolore atterunt᷑. Mobiles decocto colluũtur. Capillum tingunt. Lachryma sedis uitiis prodest: cum quid siccari excalfieriue opus sit. Decoctum et e lachryma stomacho utile ructũ et urinam mouens: quod et capitis dolori cum polenta illinitur. Folia uero tenera oculis inflammatis illinunt᷑. Itẽ masti/ce lentisci replicandis palpebris: et ad exterendam cutẽ in facie et smegmata. Adhibet᷑ & sanguinem reiiciẽtibus: tussi ueteri: et ad omnia quæuis. Medet᷑ et attritis partibus

siue oleo e semie eius facto ceraeq; mixto: siue foliis ex oleo decoctis: siue cũ aq̃ uitilia foueantur. Scio Democritũ medicũ in ualitudine considiae. M. Seruilii consularis filiae omnem curationem austeram recusãtis diu efficaciter usum lacte caprarum: quas lentisco pascebat.

DE Platano et fraxino et acere et alba populo et ulmo et tilia et sambuco et iunipero. Capitulum. viii.

PLatani aduersantur uespertilionibus. Pilulae earum in uino potae. xiiii. pondere omnibus serpentiũ & scorpionum uenenis: ambustis tusae aut cum aceto acri magisq; scyllitino sanguinẽ omnem sistunt: & lentiginem & carcinomata. Meladrias quoq; ueteres addito melle emendant. Folia & cortex illinuntur collectiõibus & suppuratiõibus: & decoctum eorum. Cortex autem in aceto dentium remedium ẽ. Folia eorum tenerrima in uino albo decocta oculorum. Lanugo foliorũ et auribus & oculis inutilis. Cinis pilulaꝝ sanat ambusta igni uel frigore. Cortex e uino scorpionũ ictus restinguit. Fraxinus quam uim aduersus scorpiones haberet: ĩdicauimus. Semẽ foliis eius inest: quae medentur iocineris et lateris doloribus in uino. Aquam quae subit cutẽ extrahunt. Corpus obesum leuãt onere sensim ad maciem reducentia iisdem foliis cũ uino tritis ad uirium portionem: ita ut puero quinq; folia tribus cyathis dentur. Robustioribus. vii. folia quinq; cyathis uini. Non omittendum ramenta eius et scobem a quibusdam cauenda praedici. Aceris radix cõtusa iocineris doloribus utilissĩe ĩponit᷑. Populi albae uuarũ in unguentis usum exposuimus. Cortex potus ĩschiadicis & stranguriae prodest. Foliorum succus calidus aurium dolori. Virgam populi in manu tenẽtibus intertrigo nõ metuatur. Populus nigra efficacissima habetur quae ĩ creta nascit᷑. Comitialibus semen ex aceto utile. Fundit illa et resinam exiguam: qua utuntur ad malagmata. Folia podagris in aceto decocta imponunt᷑. Humor e cauis populi nigrae effluens uerrucas papulasq; ex attritu odoratus tollit. Populi ferunt in foliis guttam: ex qua apes propolin faciunt. Gutta quoq; aquae propolis ex aqua remediũ q̃ efficax est. Vlmi & folia et cortex et rami uim habent spissandi et uulnera contrahendi. Corticis utiq; interior tilia lepras sedat: et folia ex aceto illita. Corticis denarii põdus potũ in hemina aquae frigidae: aluum purgat. Pituitasq; & aq̃s priuatim trahit. Imponit᷑ & collectionibus lachryma. Et uulneribus ambustisq; decocto fouere prodest. Humor ĩ folliculis arboris huius nascens cuti nitorem inducit: faciemq; gratiorẽ praestat. Cauliculi foliorum primi uino decocti tumores sanant: extrahuntque per fistulas. Idem praestant et tiliae cortices. Multi corticem commanducatum uulneribus utilissimum putant. folia trita aqua aspersa pedum tumori. Humor quoq; e medulla uti diximus castratae arboris effluens: capillum reddit capiti illitus: defluẽtesq; cõtinet. Arbor tilia leniter tusa ad eadem fere utilis est atq; oleaster. Folia autem tantum in usu. & ad infantium ulcera in ore. & commanducata et decocta urinam ciunt. mẽses sistũt illita. sanguinem pota detrahũt. Sambucus habet alteꝝ genus magis siluestre: quod graeci chameacten: alii hellon uocant multo breuius. Vtriusq; decoctum in uino ueteri foliorum uel seminis uel radicis ad cyathos binos potum stomacho inutile est: aluo detrahens aquam. Refrigerat etiam inflammationẽ: maxime recentis ambusti. Et canis morsum cum polẽta mollissimis foliorum illitis. Succus cerebri collectiões: priuatiq; membranae: quae circa cerebrum est: lenit infusus. Acini eius infirmiores q̃ reliq̃ tĩgũt capillum poti acetabuli mensura. Vrinã mouet. Foliorum mollissima ex oleo & sale eduntur ad pituitam bilemq; detrahendam. Ad omnia efficacior quae minor. Radicis eius in uino decocti duo cyathi poti hydropicos exinaniunt. Vuluas emolliunt. Has et foliorum decocto ĩsidentium. Caules teneri minoris sãbuci in patinis cocti aluum soluunt. Resistunt folia et serpentium ictibus in uino pota. Podagris cũ seuo hircino uehementer prosunt cauliculi illiti. Iidemque in aqua macerãtur: ut ea sparsa pulices necentur. Foliorum decocto si locus spargatur: muscae necãtur. Boa appellat᷑ morbus

papularum cum rubent corpora.ſambuci ramo uerberatur. Cortex interior tritus ex uino albo potus aluum ſoluit.Iuniperus uel ante cætera omnia excalfacit:extenuat: cedro aſſimilis.Et eius duo genera.altera maior:altera minor. Vtraq; accenſa ſerpẽtes fugat.Semen ſtomachi pectoris lateris doloribus utile.Inflammationes algoreſq; diſ/cutit.Tuſſes concoquit et duricias.Illitum tumores ſiſtit.Item aluum:bacis ex uino nigro potis:item uentris tumores illitis.Miſcetur & ãtidotis oxyporis.Vrinas cit.Illi/nitur et oculis in epiphoris. Datur cõuulſis ruptis:torminibus:uuluis:iſchiadicis cũ uino albo potum pilulis quaternis aut decoctis uiginti in uino.Sunt qui & pungant corpus e ſemine eius in ſerpentium metu.

DE Salice & amerina & uitilibus et eriſtro

SAlicis fructus ante maturitatem in araneam abit.Sed ſi prius colligat̃:ſãguinẽ reiiciẽtibus prodeſt.Corticis e ramis primis cinis clauum & callum aqua mixta ſanat.Vitia cutis in facie emendat:magis admixto ſucco ſuo.Eſt autem triũ generũ. Vnũ arbor ipſa exudat gummi modo.Alterũ manat in plaga cum flore exciſo cortice trium digitorum magnitudine.Hic ad purgãda quæ obſtent oculis:item ad ſpiſſãda quæ opus ſunt:ciendãq; urinam:& ad omnes collectiones intus extrahẽdas. Tertius ſuccus eſt detruncatione ramorum a falce diſtillans.Ex iis ergo aliquis cum roſaceo ĩ calice punico calfactus auribus infunditur.Vel folia cocta & cum cæra trita ĩponunt̃: item podagricis.Cortice et foliis in uino decoctis foueri neruos utiliſſimũ.Flos tritus cum foliis furfures purgat in facie.Folia contrita et pota intemperantiã libidinis co/ercent:atq; in totũ auferũt uſũ ſæpius ſũpta.Amerinæ nigræ ſemẽ cũ ſpuma argẽti pari pondere a balneo illitum pſilothrũ eſt.Nõ multum a ſalice uitilium uſu diſtat uitex:foliorum quoque aſpectu:niſi odore gratior eſſet.ſed græci ligon uocant:alii agnon:quoniam matronæ in theſmophoriis athenienſium caſtitatem cuſtodiẽtes iis foliis cubitus ſibi ſternũt.Duo genera eius.Maior in arborem ſalicis modo aſſurgit. Minor ramoſa foliis candidioribus lanuginoſis.Prima arborum florem mittit cum purpureo:quæ et candida uocatur.Nigra:quæ tantum purpureum.Naſcunt̃ in pa/luſtribus campis.Semen potum uini quẽdam ſaporem habet:et dicitur febres ſolue/re.Et cum ungãtur oleo admixtum ſudorẽ facere:ſic et laſſitudines diſſoluere.Vrinã ciunt et menſes.Caput tentant uini modo:nam et odor ſimilis eſt.Inflatiões pellũt ĩ inferiora.aluum ſiſtunt.Hydropicis & lyenibus perq̃utiles.Lactis ubertatem faciũt. Aduerſantur uenenis ſerpentium:maxime quæ frigus inferunt.Minor efficacior ad ſerpentes.bibitur ſeminis drachma in uino uel poſca:aut duabus foliorũ tenerrimo/rum.Illinuntur & utræq; aduerſus araneorum morſus uel perunctis tantũ. Suffitu quoq; aut ſubſtratu fugant uenenata.At ueneræ rei impetus inhibent. Eoq; maxĩe phalangiis aduerſantur:quorum morſus genitale excitat.Capitis dolorem ex ebrieta/te ſedant cum roſaceo flos teneriq; cauliculi.Seminis decoctum uehemẽtiorẽ capitis dolorem diſſoluit fotu:et uuluam etiam ſuffitu uel appoſitu.Purgat aluum cũ pu/legio & melle potum.Vomicas panoſq; difficile cõcoquentes cum farina hordeacea mollit.Lichenas & lentigines cum aphronitro & aceto ſemen ſanat:et oris ulcera et eruptiones cũ melle.Teſtium cum butyro et foliis uitium.Rhagadas ſedis cum aqua illitum.Luxatis cum ſale et nitro & cæra & ſemine & folio. Additur in malagmata neruorum & podagras.Semẽ inſtillatur in oleo decoctum capiti in lethargia & phre/neſi.Virgam qui in manu habeant aut cinctu:negantur intertriginem ſentire.Ericen græci uocant fruticem non multum ab ilice differentem colore roris marini:& pene folio.Hoc aduerſari ſerpentibus tradunt.Geniſta quoque uinculi uſũ præſtat.Flores apibus gratiſſimi.Dubito an hæc ſit:quam græci auctores ſparton appellauere:cum ex ea lina piſcatoria apud eos factitari docuerim.Et nunquid hanc deſignauerit Ho/merus:cum dixit nauium ſparta diſſoluta?Nondum enĩ fuiſſe africanum uel hiſpa/num ſpartum in uſu certum eſt. Et cum ſutiles fierent naues:lino tamen nõ ſparto

unq̃ ſutas. Semen eius: quod græci eodẽ nomine appellant: in folliculis paſſiolorum modo naſcens: purgat hellebori uice drachma & dimidia pota in aquæ mulſæ cyathis quattuor ieiunis. Ramis ſimiliter fronde in aceto maceratis pluribus diebus & tuſis ſuccum dant iſchiadicis utilem cyathi unius potu. Quidam marina aqua macerare malunt: & infundere clyſtere. Perunguntur eodem ſucco iſchiadici addito oleo. Quidam ad ſtranguriã utuntur ſemine. Geniſta tuſa cum axungia genua dolentia ſanat. Myricen quam & amaricẽ uocat Leneus ſimilem ſcopis amerinis. Sanari dicit ea carcinomata ĩ uino decocta tritaq; cum melle illita. Arbitrantur quidam hãc eſſe tamaricam. Sed ad lyenem præcipua eſt: ſi ſuccus eius expreſſus in uino bibatur. Adeoque mirabilem eius antipathiam cõtra ſolum hoc uiſcerum faciunt: ut affirment: ſi ex ea alueis factis bibant ſues: ſine lyene inueniri. & ideo homini ſplenetico cibũ potumq; dant in uaſis ex ea factis. Grauis autem auctor ĩ medicina uirgam ex eadem fractam: ut neq; terram neq; ferrum attingeret: ſedare uentris dolores aſſeuerauit ĩpoſitam: ita ut tunica cinctuq; corpori appnmeret. Vulgus infœlicem eam arborem appellat: ut diximus: quoniam nihil ferat: nec ſeratur unq̃. Corinthus & quæ circa eſt regio: brian eam uocat. Eiuſque duo genera facit. ſilueſtrem plane ſterilem: alteram mitiorẽ. Hæc fert in ægypto ſyriaque etiam abundanter lignoſum fructum maiorem galla: aſperũ guſtu: quo medici utuntur uice gallæ: & in compoſitionibus: quas antheras uocant. Lignum autem & flos & folia & cortex in eoſdem uſus adhibẽtur quanq̃ remiſſiora. Datur ſanguinem reiicientibus cortex tritus: & contra profluuia fœminarũ: cæliacis quoque. Idẽ tuſus impoſituſq; collectiones omnes inhibet. Foliis exprimitur ſuccus. Ad hæc eadem & ĩ uino decoquũtur. Ipſa uero adiecta melle grangrenis illinunt̃. Decoctum eorum in uino potum uel impoſitum cum roſaceo & cæra ſedat. Sic et epinyctidas ſanãt. Ad dentium dolorem auriumque decoctum eorum ſalutare eſt: radix ad eadem: ſimiliter folia. Hæc amplius ad ea: quæ ſerpunt: imponuntur cum polẽta. Semen drachmæ pondere aduerſus phalangias & araneos bibitur. Cum altiliũ uero pigui furunculis imponitur. Efficax & contra ſerpentiũ ictus præterq̃ aſpidũ. Necnõ morbo regio: phthiriaſi: lendibuſque decoctum infuſum prodeſt. Abundantiamque mulierũ ſiſtit. Cinis arboris ad omnia eadem prodeſt: ſi bouis caſtrati urinæ ĩmiſceat̃ uel in potu uel in cibo uenerem finiri. Carboq; ex eo genere urina ea reſtictus in ũbra cõdit̃. Idẽ cũ libeat accẽdere reſoluit̃. Magi et id ex ſpadonis fieri urina tradiderũt.

¶DE Virga ſanguinea & ſilere & liguſtro: & alno: et edera & cyſtho: & ciſſo: et erythrano: & chameciſſo: et milace: et de clematida. ¶Cap. x.

NEc uirga ſãguinea fœlicior habetur. Cortex eius interior cicatrices: quæ præſanare aperit. Sileris folia illita fronti capitis dolores ſedant. Eiuſdem ſemẽ tritũ in oleo phthiriaſes coercet. Serpentes et hunc fruticem refugiunt: baculũq; ruſtici ob id ex eo gerunt. Liguſtrum eadẽ arbor eſt: quæ in oriente cypros. ſuos in europa uſus habet. Succus eius neruis articulis algoribus: folia ubiq; ueteri ulceri cum ſalis mica: et oris exulcerationi proſunt. Acini contra phthiriaſin: item contra intertrigines: foliaue. Sanant et gallinaceorum pituitas acini. Folia alni ex feruenti aqua certiſſimo remedio ſunt tumori. Hederæ genera. xx. demonſtrauimus. Natura omniũ ĩ medicĩa anceps. Mentẽ turbat: et caput purgat largius pota. Neruis intus nocet. Iiſdem neruis adhibita foris prodeſt. Eadẽ natura quæ et aceto ei eſt. Omnia genera eius refrigerãt. Vrinam ciunt potu. Capitis dolorem ſedãt: præcipue cerebro: continentiq; cerebrum mẽbranæ utiliter mollibus impoſitis foliis cũ aceto et roſaceo tritis et decoctis addito poſtea roſaceo oleo. Illinũtur autem fronti et decocto eorum fouetur os: caputq; perungitur. Lyeni et pota et illita ꝓſunt. Decoquuntur et contra horrores febriũ: eruptioneſq; pituitæ: aut in uino terunt̃. Corymbi quoq; poti uel illiti lyenẽ ſanãt: iocinera autem illiti. Trahunt et menſes appoſiti. Succus hederæ tedia narium graueolentiãq; emendat: præcipue albæ ſatiuæ. Idem infuſus naribus caput purgat. Efficacius addito

nitro. Infunditur etiā purulentis auribus aut dolētibus cum oleo. Cicatricibus quoq; decorem facit. ad lyenes efficacior albæ est ferro calefactus. Satisq; est acinos sex ī uini cyathis duobus sumi. Acini quoq; ex eadē alba terni in aceto mulso poti tineas pellūt. In qua curatione uentri quoq; īposuisse eos utile est. Hederæ: quam chrisolarion appellamus: bacis aurei coloris uiginti in uini sextario tritis ita ut terni cyathi potentur: aquam: quæ cutem subierit: per urinam educit. Erasistratus eiusdē acinos. v. tritos in rosaceo oleo: calefactosq; in cortice punico instillauit dentium dolori a contraria aure. Acini qui croci succum habent: præsumpti potu a crapula tutos præstant. Item sanguinem excreantes aut torminibus laborantes. Hederæ nigræ candidiores corymbi poti steriles etiā uiros faciūt. Illinitur decocta in uino omnium ulcerū generi: etiam si cacohetæ sint. Lachryma hederæ psilothrum est: phthiriasinque tollit. Flos cuiuscūq; generis triū digitorum carptu dysentericos et aluum citam emendat ī uino austero bis die potus. Et ābustis illinitur utiliter cū cæra. Denigrant capillū corymbi. Radicis succus in aceto potus cōtra phalangias prodest. Huius quoq; ligni uase splen eticos bibentes sanari inuenio. Et acinos terunt: moxque comburunt. et ita illinunt ambusta prius perfusa aqua calida. Sunt qui et incidant succi gratia. eoq; utantur ad dentes erosos. frangiq; tradunt proximis cæra munitis ne lædantur. Gummi etiam ī hedera quærunt: quod ex aceto utilissimū dētibus promittunt. Græci uicino uocabulo cisthon appellāt fruticem maiorē thymo foliis ocimi. Duo eius gñа. Flos masculo rosaceus: fœminæ albet. Ambo prosunt dysentericis & solutionibus uentris in uino austero trinis digitis flore capto: & similiter bis die poto. Vlceribus ueteribus & ambustis cum cæra: & per se oris ulceribus. Sub his maxime nascitur hypocisthos: quam inter hederas diximus. Cissos erythranos ab iisdem appellatur similis hederæ: coxendicibus utilis e uino potus: item lumbis. tantamq; uim accipiunt: ut sanguinē urina detrahant. Item chamecisson appellant hederā uon attolentem se a terra. Et hæc contusa in uino acetabuli mēsura lyeni medetur. Folia ambustis cū axūgia. Milax quoq;: qui et autophoros cognomīatur: similitudinem hederæ habet: tenuioribus foliis. Coronam ex eo factam impari foliorum numero aiunt capitis doloribus mederi. Quidā duo genera milacis dixere. Alterum immortalitati proximum conuallibus opacis cādentem. Alterum comantibus acinorum corymbis cōtra uenenata omnia efficacissīs: intantum ut acinorum succo infantibus sæpe stillato nulla postea uenena nocitura sint. Alterum genus culta amare: & in iis gigni nullius effectus. Illam esse milacem priorē cuius lignū ad aures sonare diximus. Similē huic aliq clematida appellauerūt repentem per arbores geniculatam & ipsam. Folia eius lepram purgant. Semen aluū soluit acetabuli mensura in aquæ hemina aut aqua mulsa. Datur ex eadē causa & decoctum eius. ¶DE Harundine & papyro: & hebeno: & rhododendro: de rhusē: & hydro: & canchry & sabina: & selagine: & samulo: & gūmi medicis. ¶Cap. xi.

HArundinis genera. xxix. demonstrauimus: nō aliter euidentiore illa natā quam continuis iis uoluminibus tractamus. Siquidem harūdinis radix cōtrita et imposita filicis stirpem corpore extrahit. item harūdinem filicis radix. ex quo plura gñа fecimus. Illa quæ in iudea syriaq; nascitur odorum unguentorumque causa: urinam mouet cum gramīe aut apii semine decocta. Cit & mēstrua admotu. Medet̃ cōuulsis duobus obolis pota: iocineri: renibus: hydropi: tussi etiam suffitu: magisq; cū resina. Furfuribus ulceribusq; manātibus cum myrrha radix decocta. Excipit̃ et succus eius: fitq; elaterio similis. Efficacissima autem ī omni harūdine quæ proxima radici. Efficacia et genicula. Harūdo cypria: quæ donax uocatur: cortice cinere alopecias emēdat: item putrescentia ulcera. Foliis eius ad extrahendos eius aculeos utuntur. Efficacius et contra ignes sacros: collectionesq; omnes. Vulgaris harūdo extractoriam uī habet: et recens tusa: non in radice tantum. Multum enim et ipsam harūdinem ualere tradunt. Medetur et luxatis: et spinæ doloribus radix in aceto illita. Eadem recens trita

&in uino pota:uenerem concitat.Harundinū lanugo illata auribus obtūdit auditū. Cognita res est in ægypto de harundine.Papyro præcipuæ utilitates cum inaruerit:ad laxandas siccandasq; fistulas:& in tumescendo ad introitum medicamentorum api/endas.Carta quæ fit ex ea cremata:inter caustica est.Cinis eius ex uino potus somnū facit.Ipsa ex aqua imposita:callum sanat. Ne in ægypto quidem nascit̃ hebenus:ut docuimus.nec tractamus in medicina alienos orbes. Non omittetur tamen propter miraculum.Scobem eius oculis unice mederi dicūt.Lignoq; ad cotem trito cū passo caliginem discutit.Ex aqua uero & radice albugines oculorū.Item tussim pari modo dracunculi radicis cum adiecto melle. Hebenum medici & ĩter erodentia assumunt. Rhododendros ne nomen quidem apud nos inuenit latinum. Rhododaphnen uocant aut nerium. Mirum folia eius quadrupedum uenenum esse. Homini uero contra serpentes præsidium:ruta addita & e uino pota.Pecus etiam & capræ si aquā biberint:in qua folia ea maduerint:mori dicuntur.Nec rhus latinum nomen habet: cum in usum pluribus modis ueniat.Nam & herba est siluestris:foliis myrti caulicu/lisq; breuibus:quæ uenena & tineas pellit.& frutex excoriarius appellatur:subrutilus: cubitalis:crassitudine digitalis.cuius aridis foliis & malicorio coria pficiunt̃. Medici autem rhoicis utuntur ad contusa:item cæliacos & sedis ulcera:aut quæ phagedenas uocant:trita cum melle & illita cum aceto.Decoctū eorum ĩstillat̃ auribus purulẽtis. Fit & stomachice decoctis ramis:ad eadẽ quæ ex moris:sed efficacior admixto alumĩe. Illiniturq; eadem hydropicorum tumoribus.Rhus quæ erythros appellat̃:frutex est: & huius fruticis semen uim habet adstringendi refrigerandique. Aspergitur pro sale obsoniis.Aluos soluit.Omnesq; carnes cum silphio suauiores facit.Vlceribus medet̃ manantibus cum melle.Asperitati linguæ:percussis:liuidis:desquãmatis eodem mõ. Capitis ulcera ad cicatricem celerrime perducit:& fœminarum abūdantiā sistit cibo. Erythrodanus quam aliqui ereuthodanum uocant:nos rubiam qua tinguntur lanæ pellesq; perficiūtur:in medicina urinam ciet.Morbum regium sanat ex aqua mulsa: Et lichenas ex aceto illita.Et ischiadicos:& paralyticos:ita ut bibentes lauẽt quotidie. Radix semenq; trahunt menses.Aluum sistunt:& collectiones discutiūt.Contra ser/pentes rami cum foliis imponuntur.Folia & capillum tingūt.Inuenio apud quosdā morbum regium sanari hoc frutice:etiam si adalligatus spectetur tantum .Distat ab eo qui alisson uocatur:foliis tantum et ramis minoribus. Quique nomen accepit ꝙ a cane emorsos rabiem sentire non patitur:potus ex aceto adalligatusque. Mirumq; est quod additur:insaniam conspecto eo omnino frutice sanari. Tĩgẽtibus & radicu/la ramos præparat:quam struthion uocari diximus a græcis.Medet̃ morbo regio ipsa decocta & ius potum:item pectoris uitiis. Vrinam ciet. Aluum soluit.& uuluas pur/gat.quamobrem aureum poculum medici uocant. Ea et ex melle prodest magnifice ad tussim.Orthopnoeæ coclearis mensura.Cum polenta uero & aceto lepras tollit. Eadem cum panace et capparis radice calculos frangit:pellitq;.Panos discutit cū fa/rina hordeacea uino decocta.Miscetur et malagmatis et collyriis:claritatis causa. Ad sternutamenta utilis inter pauca. Lyeni quoq; ac iocineri.Eadem pota denarii unius põdere ex mulsa aq̃:suspiriosos sanat.Sic et pleureticos et ões lateris dolores.Apocyni semen ex aqua frutex est:folio hederæ:molliore tamen et minus longis uiticulis: sẽie acuto diuiso lanuginoso:graui odore.Canes et omnes quadrupedes necat ĩ cibo datū. Est et rosmarinum.Duo genera eius.alterum sterile:alterum cui et caulis et semen resinaceum:quod canchrys uocatur.Foliis odor thuris. Radix uulnera sanat uiridis imposita et sedis procidẽtia:condylomata hemorrhoidos.Succus et fruticis et radicis morbum regium:et ea quæ repurganda sunt.Oculorum aciem exacuit.Semen ad uetera pectoris uitia datur potui.Et ad uuluas cum uino et pipere.Menses adiuuat. Podagris illinitur cum erinea farina.Purgat et lentigines:et quæ excalfacienda sunt: aut cum sudor quærendus illitum:item conuulsis.Auget et lac in uino potum: item

radix. Ipsa herba strumis cum aceto illinitur: ad tussim cum melle prodest. Canchrys multa genera habet ut diximus. Sed hæc: quæ ex rore supradicto nascit̃: si fricetur resinosa est. Aduersatur uenenis et uenenatis: præter ãguibus. Sudorẽ mouet. tormina discutit. lactis ubertatem facit. Herba sabina brathy appellata a græcis duorũ generũ est. Altera amaraci similis folio est: altera cupresso. Qua ex re quidã creticã cupressũ dixerunt: utilis in suffitus pro thure assumitur. In medicamentis uero duplicato põdere eosdem effectus habere quos cynnamum traditur. Collectiões minuit: & nomas compescit. Illita ulcera purgat. Partus emortuos apposita extrahit et suffita. Illinitur igni sacro et carbunculis. Cum melle et uino pota regio morbo medetur. Gallinacei generis pituitas fumo eius herbæ sanari tradunt. Similis herbæ huic sabinæ est selago appellata. Legitur sine ferro dextra manu per tunicã: qua sinistra manu exuit̃ uelut furãte: candida ueste uestito pureque lotis nudis pedibus. sacro facto prius q̃ legat̃: pane uinoq;. Fertur in mappa noua. Hãc cõtra omnem perniciem habendam prodidere druidæ gallorum: et contra omnia oculorum uitia fumum eius prodesse. Iidem samolũ herbã nominauere nascẽtẽ in humidis. Et hanc sinistra manu legi a ieiunis contra morbos suum boumq;. nec respicere legentem: nec alibi q̃ in canali deponere: ibiq; cõterere poturis. Gũmi genera diximus. Ex iis maiores effectus melioris cuiusq; erunt. Dentibus inutiles sunt. Sanguinem coagulant: & ideo reiicientibus sãguinem prosunt: item ambustis: arteriæ uitiis. Inutilem urinam ciunt. Amaritudines hebetãt astrictis cæterisq;. Et amygdala amara est spissandiq; uiribus efficacior. Habet excalfactorias uires. Præponuntur autem prunorum & cerasorum ac uitium. Siccãt illitæ & astringunt. Ex aceto uero infantium lichenas sanãt. Prosunt et tussi ueteri: quattuor obolis in mixto potis. Credũtur et colorem gratiorem facere: ciborumq; appetẽtiã: & calculosis prodesse cum passo potæ. Oculorum et uulnerum inutilitatibus maxĩe conueniunt.

¶DE Spina ægyptia & spina alba et acãtho: & acatia. ¶Ca. xii.

HAB spina ægyptia spinæ arabicæ laudes in odorum loco diximus. & ipsa spissat: stringitq; distillationes omnes: & sanguinis excreationes: mẽsiũq; abundantiã: etiam nunc radice ualentior. Spinæ albæ semen cõtra scorpiões auxiliatur. Corona ex ea imposita capitis dolores minuit. Huic similis est spina illa: quam græci acanthon uocant: minoribus multo foliis aculeatis per extremitates & araneosa lanugine obductis. Qua collecta etiam uestes quædam bombicinis similes fiunt in oriẽte. Ipsa folia uel radices ad remedia opisthotoni bibuntur. Est & acaciæ spina. Fit in ægypto alba nigraq; arbore: item uiridi: sed longe melior est prioribus. Fit & in gallatia tenerrima spinosior arbore. Semen omnium lenticulæ simile: minore est tantũ & grano & folliculo. Colligitur autũno: ante collectum nimio ualidius. Spissatur succus ex folliculis aqua cælesti perfusis. mox in pila tusis: exprimit̃ organis. tunc densatur ĩ sole mortariis in pastillos. Fit ex foliis minus efficax. Ad coria perficiẽda semine ꝓ galla utunt̃. Foliorum succus & galatiacæ acaciæ nigerrimus improbatur: item qui ualde ruffus. Purpurea aut leucophea: & quæ facillime diluitur. Vis summa ad spissandum refrigerandumq; est. Oculorũ medicamentis ante alias utiles. Lauant̃ in eos usus pastilli. ab aliis torrentur. ab aliis capilli tinguntur. Sanãt ignem sacrum. Vlcera quæ serpũt: & humida uitia corporis: collectiones: articulos contusos: perniones pterygia. Abundantiam mensium in fœminis sistunt: uuluamque et sedem procidẽtem: itẽ oculos: oris uitia et genitalium.

¶DE Vulgari spina: & siluestri: et de syrisceptro: et de appendice spina: et pyracãtho: et paliuro: aquifolia: et taxo: et rubis: medicinæ. ¶Cap. xiii.

VVlgaris quoq; hæc spina: ex qua uenæ fulloniæ implẽtur: radicis usus habetur. Per hispanias quidem multi et inter odores et ad unguenta utuntur illa aspalathũ uocantes. Est sine dubio hoc nomine spina siluestris ĩ oriente (ut diximus) candida magnitudine arboris iustæ. Sed et frutex humilior: atque spinosus. In syria et

rhodiorum insulis: quam alii syrisceptrum: alii adipsatheum siue dipsacon siue diacheron uocant. Optimus qui minime ferulaceus: rubeus: et in purpuram uergẽs detracto cortice. nascitur pluribus locis: sed nõ ubiq; odoratus. Quã uim haberet cælesti arquu in eum innixo: diximus. Sanat tetra oris ulcera: et ozenas: genitalia exulcerata: aut carbunculantia: item rhagadia: inflationes potu. Discutit et strangurias cortex. Sanguinem reddentibus medetur decoctũ eius. Aluum sistit cortex. Similia præstare siluestrem quoq; putant. Spina est appendix appellata: quoniã baccæ puniceo colore in ea appendices uocantur. Hæ crudæ per se et aridæ in uino decoctæ aluum citant: ac tormina compescunt. Pyrachanti baccæ contra serpentiũ ictus bibuntur. Paliurus quoq; spinæ genus est. Semen eius afri zurã uocant contra scorpiones efficacissimũ: item calculosis et tussi. Folia astrictoriã uĩ habent. Radix discutit panos: collectiões: uomicas. urinas trahit pota. Decoctum eius in uino aluum sistit. Serpentibus aduersatur. radix præcipue datur in uino. Alioqn folia cõtusa addito sale articulorũ morbis imponunt. Prosunt baccæ purgatiõi fœminarum: cæliacis: dysentericis: ac cholericis. In uino potæ aluum sistunt. Radix decocta et illita extrahit infixa corpori. Vtilissima est et luxatis tumoribusq;. Aqfolia arbor in domo aut uilla sata ueneficia arcet. Flore eius aquam glaciari Pythagoras tradit. Itemq; baculum ex ea factum in quoduis aĩal emissum etiam si citra ceciderit defectu mittentis: ipsum per sese recubitu ꝓpius adlabi: tam præcipuam naturam inesse arbori. Taxi arboris fumus mures necat. Nec rubros ad maleficia tantũ genuit natũa: ideoq; ex eis mora bestiis uel hoibus cibos dedit. Vim habent siccandi: astringẽdi. Gingiuis: tonsillis: genitalibus accommodatissimi. Aduersantur serpentium sceleratissimis hemorrhoidi et præsteri flos aut mora. Scorpionum uulnera sine collectionũ periculo iungunt. Vrinas ciunt. Caules eorũ tũdũtũ teneri. exprimiturq; succus. mox sole cogitur ĩ crassitudinem mellis singulari remedio contra mala oris oculorumq;: sanguinem excreantes: anginas: uuluas: sedes: cæliacos: potus aut illitus. Oris quidem uitiis etiam folia commãducata prosunt. & ulceribus manantibus: aut quibuscunq; in capite illinuntur cardiacis. uel sic per se imponũtur a mamma sinistra. Item stomachi doloribus: oculisq; procedentibus. Instillatũ succus eorum et auribus. Sanat condylomata cũ rosaceo cærato. Calculorumue ex uino decoctum uel præsentaneum remedium est. Item per se in cibo sumpti cymæ modo: aut decocti in uino austero labantes dentes firmant. Aluum sistunt et ꝓfluuia sãguinis. Dysentericis prosunt. Siccantur in umbra ut cinis crematorum uuam reprimat. Folia quoque arefacta et contusa iumentorum ulceribus utilia traduntur. Mora quæ in iis nascũtur uel efficaciotem stomachicẽ præbuere q̃ satiua morus. Eademq; cõpositiõe uel cum hypocistide tantum et melle bibuntur in cholera: & a cardiacis: & contra araneos. Inter medicamenta: quæ styptica uocãt: nihil efficacius rubi mora ferẽtis radice decocta in uino ad tertias partes: ut colluantũ eo oris ulcera & sedis foueantur. Tãtaq; uis est: ut spongiæ ipsæ lapidescãt. Alterum genus rubi est in quo rosa nascitũ. Gignit pilulam castaneæ similem: præcipuo remedio calculosis. Alia est cynorhoda: quam proximo dicemus uolumine.

❡DE Cynobato: & idæo rubo: & rhamno: et lycio: & sarcocolla: & oporice mediciæ.
❡Capitulum quartumdecimum.

CYnobaton: quam alii cynospaston: alii neurospaston uocãt: folium hẽt uestigio hominis simile. Fert & uuam nigram: in cuius acino neruum hẽt. unde neruuspassus dicitur. Alia est cappari: quã medici cynobaton appellauerunt. Huius thyrsus ad remedia splenis & inflationes cõditus ex aceto mãditur. Neruus eius cum mastice chia commãducatus os purgat. Ruborum rosa alopecias cum axungia emẽdat. Mora capillum tingunt cum õphacino oleo. Flos mori per messes colligitur: candidus pleureticus præcipuus ex uino potus: item cæliacis. Radix ad tertias decocta: aluum sistit & sanguinem: item dentes collutos decocto. Eodẽ succo fouentur sedis atq; genitaliũ

ulcera.Cinis e radice deprimit uuam.Idæus rubus appellatus est:quoniam in ida nõ
alias nascitur.Est autem tenerior ac minor rarioribus calamis innocentioribusq;:sub
arborum umbra nascens. Huius flos cum melle epiphoris illinitur & ignibus sacris.
Stomachicisq; ex aqua bibendus datur.Cætera eadem præstat quæ supradicta. Inter
genera ruborum rhamnos appellatur a græcis candidior:& fruticosior.Is floret ramos
spgẽs rectis aculeis nõ ut cæteri aduncis:foliis maioribus.Alterũ genus eius siluestre
nigrius & quadantenus rubens.Fert ueluti folliculos.Huius radice decocta in aqua:
fit medicamẽtũ:quod uocatur lycium.Semen secundas trahit.Alterq; ille candidior
astringit magis:refrigerat:collectionibus & uulneribus accommodatior. Folia uero
utriusq; & cruda & decocta illinuntur cum oleo.Lycium præstãtius e spina fieri tra-
dunt:quam et pyxacanthon chironiam uocant:quales in indicis arboribus diximus:
quoniam longe præstantissimum existimatur indicũ.Coquuntur in aqua tusi rami:
radicesq; summæ amaritudinis æreo uase fere per triduum.iterumque exẽpto ligno
donec mellis crassitudo fiat.Adulteratur amaris succis:etiam amurca ac felle bubulo.
Spuma eius ac flos quidem oculorum medicamentis additur.Reliquo succo faciem
purgat.& psoras sanat:erosos angulos oculorum:ueteresq; fluctiones:aures purulen-
tas:tonsillas:gingiuas:tussim:sanguinis excreatiões:fabæ magnitudine deuoratum.
aut si ex ulceribus fluat:illitum rhagadas:genitalium ulcera:attritus: ulcera recentia
& serpentia ac putrescentia:in naribus clauos:suppurationes.Bibitur et a mulieribus
ĩ lacte contra profluuia.Indici differentia glebis extrinsecus nigris intus ruffis:cũ fre-
geris:cito nigrescentibus.Astrĩgit uehementer cum amaritudine.Ad eadẽ omnia uti-
lis est:sed præcipue ad genitalia.Sũt qui & sarcocollã & spinæ lachrymam putẽt pol-
lini thuris similem cum quadam acrimonia dulcem.Cum uino tusa sistit fluctiones.
Illinitur ĩfantibus maxime.Vetustate & hæc maxime nigrescit.melior quo cãdidior.
Vnum etiamnum arborum medicinis debetur nobile medicamentum:quod oporicẽ
uocãt.Fit ad dysẽtericos stomachiq; uitia in congio musti albi lento uapore decoctis
malis cotoneis quinq; cum suis seminibus:puniceis totidem:sorboꝝ sextario & pari
mensura eius:quod rhun syriacon uocant:croci semuncia.Coquitur usq; ad crassitu-
dinem mellis.His subnectemus ea:quæ græci cõmunicatione nominum in ambiguo
fecere an ne arborum essent.

¶DE Chamedrye & chamedaphne:& chamelea:& chamesice:& chamecisso:& cha-
meleuce:& chamecyparisso:& ãpeloprasso:& stachye:& clinopodio:& centunculo:&
clematide ægyptia medicinæ. ¶Cap.xv.

CHamedrys herba est:quæ latine trixago dicitur.Aliqui eam chameropem: alii
teucriam appellauere.Folia habet magnitudine mentæ colore & diuisura quer-
cus.Alii serratam:& ab ea serram inuentam esse dixere flore pene purpureo.carpitur
prægnans succo.In petrosis aduersus serpẽtium uenena potu illituque efficacissima.
Item stomacho tussi uetustæ pituitæ in gula cohærescẽti:ruptis conuulsis:lateris do-
loribus.Lyenem consumit.urinam & menses cit.ob id incipientibus hydropicis effi-
cax manualibus scopis eius in tribus heminis aquæ decoctis usq; ad tertias.Faciũt &
ex ea pastillos terentes eam ex aqua ad supradicta.Sanat et uomicas et uetera ulcera
uel sordida cum melle.Fit et uinum ex ea pectoris uitiis.Foliorum succus cum oleo
caliginem oculorum discutit.Ad splenem ex aceto sumitur.Excalfacit perunctiones.
Chamedaphne unico ramulo est cubitali fere:folio tenui lauri similitudine. Semen
rubens admixtum foliis illinitur capitis doloribus recens.Ardores refrigerat. Ad tor-
mina cum uino bibitur.Menses succus eius et urinam cit potu:partusq; difficiles in
lana appositus.Chamelea similitudinem foliorum oleæ habet.Sunt autem ei mora
odorata:in petrosis nascens palmi altitudinem non excedens.Aluũ purgat.Detrahit
pituitam bilemq;:foliis in duabus partibus absinthii decoctis:succoq; eo cum melle
poto.Foliis impositis & ulcera purgantur.Aiunt siquis ante solis ortũ capiat:dicatq;

ad albugines oculorum se capere:adalligata discuti id uitium.Quoquo mõ collectā iumentorum pecorumq; oculis salutarem esse.Chamesice lentis folia habet nihil se attollentia:in aridis petrosisq; nascens.Claritati oculorum et contra suffusiones utilissiã:et cicatrices caligines muriculas nubeculas in uino cocta:inũcta. Vuluæ dolores sedat apposita in linteolo. Tollit et uerrucas omnium generum illita.Prodest et orthopnoicis.Chamecissos spicata est tritici modo:ramulis quinis fere foliosa.cũ floret existimari potest alba uiola:radice tenui.Cuius bibunt ischiadici folia tribus obolis:ĩ uini cyathis duobus septem diebus admodum amara potione. Chameleucen apud nos farranum siue farfugium uocant.Nascit' secus fluuios:folio populi:sed ãpliore. Radix eius imponitur carbonibus cupressi.atque is nidor per infurnibulũ imbibitur ĩ uetere tussi.Chamepeuce laricis foliis similis lumborum et spinæ doloribus ꝓpitia est.Chamecyparissos herba ex uino pota contra uenena serpẽtiũ omniũ scorpionũq; pollet.Ampeloprason in uineis nascitur:foliis porri:ructu grauis.Contra serpentiũ ictus efficax. Vrinam & menses cit.eruptiones sanguinis per genitale ĩhibet potum : impositumq;.Datur & a partu mulieribus:& contra canis morsum.Ea quoque quæ stachys uocatur:porri similitudinem habet:longioribus foliis pluribusq; et odoris iucundi:colorisq; in luteũ inclinati.Pellit mẽstrua.Clinopodion:quod alii clinopictõ: alii zopyrocheron:alii encimoides appellant:serpillo similem:surculosam palmi altitudine.nascitur in petrosis:orbiculato foliorum ambitu:speciem lectipedũ præbẽs. Bibitur ad conuulsa rupta stranguriás:serpentium ictus:item decocti succus. Nunc subtexemus herbas mirabiles quidem:sed minus claras:nobilibus in sequentia uolumina dilatis.Itali centũculum uocant rostratis foliis ad similitudinẽ capitis penulaꝝ iacentem in aruis:græci autem clematidem.Est eius egregius effectus ad sistẽdã aluũ in uino austero.Idem sanguinem sistit tritus cum oxymelite:aut aquæ calidæ cyathis quinq; denarii unius pondere.Sic & ad secundas mulierum efficax.Sed græci clematidas & alias habent:unam quam aliqui echiten uocant:alii laginem:nonnulli tenuẽ scamoneam:& pedales foliosos:nõ dissimiles scamoneæ ramos habet:nisi ꝙ nigriora minoraq; sunt folia.Inuenit' in uineis aruisq;.Estur usu ut olus cum oleo et sale.Aluum cit.Eadem a dysentericis cum lini seĩe in uino austero sorbetur.Folia epiphoris imponuntur cũ polenta:supposito udo linteolo.Strumas imposita ad suppurationẽ perducunt.deinde axungia adiecta percurant:itẽ hemorrhoidas cũ oleo uiridi.Phthisicos iuuant cum melle.Lactis quoq; ubertatem faciunt in cibis sũpta.Et infantibus illita capillum alunt.Ex aceto dentium dolores sedant.Venerem stimulãt.Est & alia clematis ægyptia cognomine:quæ ab aliis daphnoides:ab aliis polygonoides uocatur folio lauri longo:tenuiq;.aduersus serpẽtes ac priuatim aspides ex aceto pota efficax. Aegyptus hanc maxime gignit.

¶DE Aron:& dracunculo:& dracontio:& eri:& millefolio:et herba eiusdẽ nomĩs : et pseudouunio:et myrrhi:et onobryche medicinæ. ¶Cap.xvi.

EST et aron de qua inter bulbos diximus magnæ cum dracuntio litis.Quidã enĩ esse dixerunt eandem.Glaucias fatu discreuit:dracõtium siluestrem arum pronuntiando.Aliqui radicem aron appellauerunt:caulem uero dracuntium:in totum alium.Si modo hic est:qui uocatur apud nos dracunculus. Nanq; aros radicẽ nigrã in latitudinem rotundam habet:multo quoque maiorem.et qua manus impleatur. Dracunculus subrutilam et draconis conuoluti modo:unde ei et nomen. Quĩ et ipsi græci immensam posuere differentiam.Semen dracũculi feruens mordaxq; tradẽdo. tantumq; inesse ei uirus ut olfactum grauidis abortum inferat. Aron miris laudibus extulere:primum in cibis fœminarum præferentes:quoniam mas dulcior esset:et ĩ coquendo lentior:pectorisque uitia purgaret.Aridum impositiõe insp̃sũ aut eligmate: urinam et menses cieret.sic et in oxymelite potum stomacho interaneisq; exulceratis ex lacte ouillo bibendum. Ad tussim in cinere coctum ex oleo dedere.Alii coxere in

lacte:ut decoctum biberetur. Epiphoris elixum imposuere:item sugillatis:tōsillis. Ex oleo hæmorrhoidū uitio īfudere:lentigines ex melle illinentes. Laudauit Cleophantus & pro antidoto contra uenena:pleureticis:peripneumonicis quoq; & tussiētibus. Semen intritum cum oleo aut rosaceo infundens auriū dolori Dieuches. Cleophātus tussientibus aut suspiriosis & orthopnoicis & purulenta excreantibus farina pmixtū in pane cocto dedit. Diodotus phthisicis e melle eligmate et pulmonis uitiis. ossibus etiam fractis imposuit. Partus omnium animalium extrahit naturæ circūlitū. Succus radicis eius cum melle attico:oculorum caligines:ac stomachi uitia discutit:tussi decocti ius cum melle. Vlcera omnium generum siue phagedenæ sīt:siue carcinomata: siue serpant:siue polypi in naribus:succus mire sanat. Folia ambustis prosūt ex uino & oleo cocta. Aluum inaniunt ex sale & aceto sumpta. Etiam luxatis cocta cum melle prosunt. Item articulis podagricis cum sale recentia uel sicca. Hippocrates quaslibet ad collectiones cum melle īposuit. Ad menses trahendos seminis uel radicis drachmæ duæ in uini cyathis duobus sufficiunt. Eadem potio si a partu non purgantur:& secundas trahit. Hippocrates & radicē ipsam apposuit. Dicunt & in pestilētia salutarē esse in cibis. Ebrietatem discutit. Serpentes nidore cum crematur:priuatimq; aspides fugat:aut inebriat:ita ut torpentes inueniantur. Perūctos quoq; areo aut laureo oleo fugiunt. Ideo et contra ictus dari potu in uino nigro putant utile. In foliis ari caseus optime seruari traditur. Dracunculus quem dixi:hordeo maturescente effodit luna crescente. omnino habentem serpentes fugiunt. Ideo percussis prodesse in potu aiunt maiorem:ut & menses:si ferro non attingatur:sistat. Succus eius et auriū dolori prodest. Id autem quod græci dracontion uocant triplici effigie mihi demonstratum est foliis betæ:non sine thyrso:flore purpureo. Hoc est simile aro. Alii radice lōga ueluti signata articulosaq; monstrauere tribus omnino cauliculis. Folia eius ex aceto decoq contra serpentium ictus iubentes. Tertia demonstratio fuit folio maiore q̄ cornus:radice harundinea:totidem ut affirmabant geniculata nodis:quot hēret ānos:totidem esse folia. Hi ea ex uino uel aq̄ cōtra serpentes dabant. Est & eris quæ in eadē ægypto nascitur similis aro:minor tātum:minoribusq; foliis & utiq; radice:quæ tamē oliuæ grandis magnitudinem implet. Alba geminum caulem:altera unum tantū emittens. Medetur utraq; ulceribus manantibus:item combustis ac fistulis. Collyrio īmixta:& nomas sistunt:decoctarum in aqua & postea tritarum rosaceo addito. Sed unū miraculū ingēs:contacto genitali cuiusq; fœminini sexus:animal ī perniciem agi. Myriophyllon:quod nostri millefolium uocāt:caulis est tener. Similis est feniculo plurimis foliis:unde & nomen accepit. Nascitur in palustribus:magnifici usus ad uulnera. Cū aceto bibitur ad difficultates urinæ & uesicæ:& suspiria:præcipitatisq; ex alto. Efficacissima eadem ad dētium dolores. Etruria hoc nomine appellat herbam ī bratis tenuē a lateribus capillamenti mō foliosam:eximii usus ad uulnera:boum neruos abscisos uomere solidari ea:rursusq; iungi addita axungia affirmās. Pseudouunion napi folia habet:fruticans palmi altitudine. Laudatissima in creta. Cōtra tormīa atq; strāguriā: laterum præcordiorumq; dolores bibuntur rami eius quinis cyathis e niue. Myrrhis: quam alii myrrhizam:alii myrrhā uocant simillima est cicutæ. Caule foliisq; & flore minor tātum & exilior:cibo nō īsuauis. Cit mēstrua et partus cum uino. Aiunt quoq; eandem potam in pestilentia salutarem esse. Subuenit & phthisicis in sorbitiōe. Auiditatē cibi facit. Vlcera in facie aut capite succus eius in aqua triduo maceratæ sanat. Onobrychis folia habet lentis lōgiora paulo:florem rubētem:radicem exiguā et gracilem. Nascitur circa fōtes. Siccata in farinæ modum & inspersa uino albo stranguriás finit. Aluum sistit. Succus eius perunctis cum oleo sudores mouet.

¶DE Coriacesia:& callicia:& menaide:& aliis. xxiii. & medicinis earum:q̄s q̄dam magicas esse dicunt:& de cōsidia:& de aproxi:& recidiuis morbo℞. ¶Cap. xvii.

IN promisso herba℞ mirabilium occurrit aliqua dicere et de magicis. Quæ enī

mirabiliores fũt. Primi eas ĩ nr̃o orbe celebrauere Pythagoras atq; Democritus cõsectati magos. Coriacesiã et calliciã Pythagoras qua aquam glaciari tradit: et quarũ mentionem apud alios nõ reperio: nec apud eum alia de his. Idem menaidem appellat et nomine alio corinthadem: cuius decocto in aqua succo protinus sanari ictus serpẽtiũ si foueantur: dicit. Eundemque effusum in herba qui uestigio contigerint: aut forte respersi fuerint insanabiles perire: mõstrifica prorsus natura ueneni præterq̃ cõtra uenena. Ab eodem Pythagora aproxis appellatur herba: cuius radix e lõgĩquo concipiat ignes ut napta: de qua in terræ miraculis diximus. Idem tradit: siqui morbi humano corpori acciderint florente aproxi: q̃uis sanatos admonitionem eorũ sentire quotiens florere eam cõtigerit: et frumentum: et cicutam: et uiolam similem cõditionẽ habere. Nec me fallit hoc uolumen eius a quibusdam Cleemporo medico ascribi. Pythagoræ uero esse pertinax fama antiquitasq; uendicant. Et idipsum auctoritatem uolumĩbus affert: siquis alius curæ suæ opus illo uiro dignũ iudicauerit: quod fecisse scimus Cleẽporum: cum et alia suo ex nomĩe ederet quis credet. Democriti certe chirocineta esse constat. At in iis ille post Pythagoram magorum studiosissimus quanto portẽtosiora tradit. Aglaopotin herbam: quæ admiratione hominum propter eximium colorẽ acceperit nomen: in marmoribus arabiæ nascentem persico latere: qua de causa & marmaritidẽ uocari. Magos utique ea uti: cum uelint deos euocare. Achemenidon colore est electri sine folio nascens in taradastilis indiæ. Cuius radix ĩ pastillos digesta ĩ dieq; pota in uino noxii per cruciatus nocte cõfiteantur omnia per uarias numinũ imaginationes. Eãdem hippophoruadem appellat: quoniam equæ præcipue caueant eam. Theõbrotion. xxx. schoenis a Choaspe nasci pauonis picturis similem odore eximio. Hanc autem a regibus persarum comedi aut bibi cõtra omnia corporum incõmoda. stabilitatemq; mentis & iusticiæ uocari. Eãdem deniq; semniona potentiæ maiestate appellari. Aliã deinde adamãtidem armeniæ cappadociæq; alumnã. Hac admota leones resupinari cum hiatu laxo. Nominis causam esse q̃ cõteri nequeat. Arianidem in arianis gigni igneam colore. Colligi cum sol in leone sit. Huius tactu peruncta oleo ligna accẽdi. Theriocarna in cappadocia & mysia nascẽte: omnes feras torpescere: nec nisi hyenæ urinæ aspsu recreari. Ethiopida in meroe nasci. ob id & meroidẽ appellari: folio lactucæ: hydropicis utilissimã e mulso potã. Ophiusã in elephãtine eiusdẽ ethiopiæ liuidã: difficilemq; aspectu: qua pota: terrorem minasq; serpẽtium obuersari: ita ut mortem sibi eo metu cõsciscãt. ob id cogi sacrilegos illam bibere. Aduersari autem ei palmeum uinum. Thalasseglen circa indum amnem ĩueniri: quæ ob id nomĩe alio potamautis appellatur. Hac pota lymphari homines obuersãtibus miraculis. Theangelida in libano syriæ dicteo cretæ montibus & babylone & susis persidis nasci: q̃ pota magi diuinent. Gelotophyllida in bactris et circa borysthenẽ. Hæc si bibat cũ myrrha & uino: uarias obuersari species: ridendiq; finem nõ fieri: ni potis nucleis pineæ nucis cũ pipere & melle in uino palmeo. Syssitieterida a conuictu in perside noĩari: quoniã hilarẽtur illa. eadem protomedia: qua primatum apud reges optineant. Casigneten: quoniã secum ipsa nascatur: nec cum ullis aliis herbis. Eãdem dionysionymphadem: quoniam uino mire cõueniat. Heliathen uocãt in themisyriaca regione et ciliciæ mõtibus maritimis: folio myrti. Hac cum adipe leonino decocta addito croco et palmeo uino perungi magos et persarum reges: ut fiat corpus aspectu iucundũ. Ideo eãdem heliocallidem nominari. Hermesias ab eodẽ uocatur ad liberos generandos pulchros bonosq;. Nõ herba: sed cõpositio e nucleis pineæ nucis tritis cum melle myrrha croco uino palmeo. postea admixto theõbrotio & lacte bibere generatos iubet: et a cõceptu puerperas partum nutriẽtes. ita fieri excellentes animo et forma: atq; bonos. Harũque omnium magica quoq; uocabula põit. Adiecit his Apollodorus assectator eius herbã eschynomenem: quoniã appropinquante manu folia cõtraheret. Aliã crocidem: cuius tactu phalãgia morerent. Crateias oenotheridẽ: cuius aspersu e uino feritas omnium

animaliũ mitigaretur. Anacãpſerotẽ celeber arte grãmatica pauloante. cuius omnino tactu redirent amores uel cũ odio depoſita. Et abunde ſit hactenus attigiſſe inſignia magorum in iis herbis: alio de his aptiore dicturus loco.

¶DE Eriphia & lanaria & ſtracioti medicinæ. ¶Capitulum. xviii.

ERiphiam multi prodidere. Scarabeum hæc in habena habet ſurſum deorſumq; decurrentem cum ſono hedi: unde et nomen accepit. Hac ad uocẽ nihil præſtã tius eſſe tradũt. Herba lanaria ouibus ieiunis data: lactis abundãtiã facit. Eq; nota lactoris uulgo eſt plena lactis: quod deguſtatum uomitiones concitat. Eandem hanc aliqui eſſe dicunt: & alii ſimilem illi: quam militarem uocant: quoniam uulnus ferro factum nullum non intra dies quinq; ſanat ex oleo ĩpoſita. Celebrat̃ autẽ & a græcis ſtraciotes. Eſt & ea in ægypto tantum: & inundatione nili naſcit̃ aizoo ſimilis: ni maiora haberet folia. Refrigerat mire: & uulnera ſanat ex aceto illita: item ignes ſacros ac ſuppuratiões. Saguinẽ quoq; q defluit a renibus pota cũ thure maſculo mirifice ſiſtit.

¶DE Herba quæ naſcitur ĩ capite ſtatuæ: & de herba de fluminibus: & herba lĩgua: & cribro: & fimetis: & rhodora: & impia: & ueneris pectine: & nodia: & philanthropo: & canaria lappa: & tordyle: & de graĩe: & dactylo: & fœno græco: medicĩæ. ¶Ca. xviiii.

HErba in capite ſtatuæ nata collectaq; alicuius in ueſtis panno: & alligata in lino ruffo capitis dolorem cõfeſtim ſedare traditur. Herba quæcunque e riuis aut fluminibus ante ſolis ortum collecta: ut nemo colligẽtem uideat: contra tertianas adalligata leuo brachio: ita ut æger quid ſit illud ignoret tertianas arcere tradit̃. Lĩgua herba naſcitur circa fontes. Radix eius combuſta et trita cum adipe ſuis: adiiciunt ut nigra ſit & ſterilis: alopecias emẽdat ungẽtiũ in ſole. Cribro in limite abiecto: herbæ intus extãtes decerptæ: adalligatæq; grauidis: partus accelerant. Herba quæ gignitur ſupra fimeta ruris: cõtra anginas efficaciſſime pollet ex aqua pota. Herba iuxta quã canes urinam fundũt euulſa ne ferro attĩgatur: luxatis celerrime medet̃. Rũbotinũ arborem demonſtrauimus inter arbuſta. Iuxta hãc uiduam uite naſcitur herba: quã galli rhodoram uocãt. caulem habet uirgæ ficulneæ modo geniculatum folia urticæ ĩ medio exalbida. eadẽ procedẽte tẽpore tota rubẽtia: florẽ argenteum: præcipua contra tumores feruoreſq; & collectiones. Cum axungia uero ueteri tuſa: ita ut ferro nõ attĩ gatur: qui perunctus eſt: ſi deſpuat ad ſuã dexterã ter: efficacius remedium eſſe aiũt. ſi tres quoq; trium nationũ homines perũgant dextrorſus. Herba ĩpia uocat̃ ĩcana: toris marini aſpectu thyrſi modo ueſtita atq; capitata. Inde alii ramuli aſſurgunt ſua capitella gerẽtes. ob id impiam appellauere: quoniam liberi ſuper parentem excellãt. Alii potius ita appellatam: ꝙ nullum animal eam attingat: exiſtimauere. Hæc inter duos lapides trita feruet: præcipuo aduerſus anginas ſucco lacte & uino admixto: mirũq; tradit̃: nunq̃ ab eo morbo tentari qui guſtauerint. Itaq; & ſuibus dari: quæq; medicamẽtũ id noluerint haurire: eo morbo ĩterire. Sunt qui & in auiũ nidis inſeri aliq̃d ex ea putẽt: atq; ita nõ ſtrangulari pullos auidius deuorantes. Veneris pectinem appellant a ſimilitudine pectinum. Cuius radix cum malua tuſa omnia corpori infixa extrahit. Veternoſa curat: quæ exedũ uocatur. Nodia herba coriariorũ officinis etiã hilaris eſt: aliiſue. Nomas curat. Efficaciſſimãq; aduerſus ſcorpiones eſſe potã ĩ uino aut poſca reperio. Philãtropõ herbam græci appellant naſutẽ: quoniam ueſtibus adhæreſcat. Ex haccorona ĩpoſita capitis dolores ſedantur. Nã quæ canaria appellatur lappa cum plantagine et millefolio trita ex uino carcinomata ſanat: ternis diebus ſoluta. Medetur & ſuibus hæc effoſſa ſine ferro & addita in colluuiem poturis uel ex lacte & uino. Quidã adiiciunt et fodientem dicere oportere: hæc eſt herba argemon: quã Minerua repperit ſuibus iis remediũ: q de illa guſtauerint. Tordylen alii ſemen ſilis eſſe dixerũt: alii herbam per ſe: quã et ſyreon uocauerunt. Neq; aliud de ea ꝓditũ inuenio q̃ in montibus naſci. Combuſtam potu ciere menſes: et pectoris excreatiões. Efficacior eſt etiam nunc radice. Succo eius ternis obolis hauſto renes ſanari. Addi

radicem eius et in malagmata. Gramen ipsũ est inter herbas uulgatissimum. Genicu-
latis serpit internodiis. crebroq; ab iis et ex cacumine nouas radices spargit. Folia eius
in reliquo orbe in exilitatem fastigãtur. In parnaso tantum hederacea specie densius
q̃ usq̃ fruticante: flore odorato candidoq;. Iumentis herba non alia gratior siue uiri-
dis siue in fœno siccata. Tũditur aspersa aqua. Succum quoq; eius in parnaso excipi
tradunt propter ubertatẽ. Dulcis enim hic est. In uicẽ eius in reliqua parte terrarũ suc-
cedit decoctũ ad uulnera cõglutinãda: quod et ipsa herba tusa præstat. Tueturque &
ab inflãmatiõibus placat. Decocto adiicitur uinũ ac mel: ab aliquibus & thuris & pi-
peris myrrhæq; tertiæ portiones. Rursusq; coquitur in æreo uase ad dentium dolores
et epiphoras. Radix decocta in uino torminibus medet̃ & urinæ difficultatibus. Vlce-
ribus uesicæ. Calculos frãgit. Semẽ uehemẽtius urinã ĩpellit. Aluũ uomitiõesq; sistit.
Priuatim autem draconum morsibus auxiliat̃. Sunt qui genicula. ix. uel unius uel e
duabus tribusue herbis ad hunc articulorum numerum inuolui lana succida nigra
iubeant: ad remedia strumæ panorumue. Ieiunum debere esse qui colligat. Ita ire in
domum absentis cui medeatur: superueniẽtiq; ter dicere: ieiuno ieiunũ medicamen-
tum dare. Atq; ita adalligare: triduoque id facere. Quod e graminum genere septem
internodia habet: efficacissĩe capiti contra dolores adalligatur. Quidã propter uesicæ
cruciatus decoctũ ex uino gramẽ ad dimidias e balneis bibi iubẽt. Sũt q & aculeatũ
gramẽ uocãt trium generum: cum in cacumĩe aculei sint plurimũ: quod illi dactylon
uocant: hos cõuolutos naribus inserunt extrahuntque sanguinis ciendi gratia. Altero
quod est aizoo simile ad paronychia & pterygia unguium: & cum caro unguibus ex-
creuerit utuntur cum axungia. Ideo dactylon appellãtes quia digitis medeat̃. Tertiũ
genus dactyli sed tenuis nascitur in parietinis aut tegulis. huic caustica uis est. Sistit
ulcera quæ serpunt. Gramen capiti circundatum sãguinis e naribus fluctiones sistit.
Camelos autem necare traditur in babylonis regione id quod iuxta uias nascitur. Nec
fœnogræco mĩor auctoritas: quod telin uocãt: alii carphos. Aliq buceras: alii egoceras:
quoniam corniculis semẽ est simile: nos siciliam. quod quomodo sereretur: suo loco
diximus. Vis eius siccare: mollire: dissoluere. Succus decocti fœminarũ pluribus malis
subuẽit: siue duricia: siue tumor: siue cõtractio sit uuluæ: fouẽtur: ĩsidũt: ĩfusũ quoq;
prodest. Furfures in facie extenuat. Spleni addito nitro decoctum & ĩpositũ medet̃:
itẽ ex aceto. Sic iocineri decoctum. Diocles difficile parientibus semen eius dedit ace-
tabuli mẽsura tritum in nouẽ cyathis sapæ ad tertias partes bibere: ut qui biberint in
calida lauarẽtur. Et in balneo sudãtibus dimidium ex relicto iterum dedit: mox a bal-
neo reliquum pro summo auxilio. Farinã fœnogræci cum hordeo aut lini semine de-
coctã aqua mulsa contra uuluæ cruciatus subiecit. Itemq; imposuit ĩmo uẽtri. Lepras
lẽtigines: sulphuris pari portiõe mixta farina curauit nitro ãte præparata cute sæpius
die illinens: perungiq; præcipiẽs. Theodorus fœnogræco miscuit quartã partẽ purgati
nasturtii acerrimo aceto ad lepras. Damion fœnogræci semen acetabuli dimidia men-
sura cum sapæ & aquæ nouem cyathis ad mẽses ciendos dedit potu. Nec dubitat̃ qn
decoctum eius utilissimum sit uuluis interaneisq; exulceratis: sicuti semen articulis
atq; præcordiis. Si uero cũ malua decoquatur: postea addito mulso potus ante cætera
uuluis interaneisq; laudatur: quippe cum uapor quoq; decocti plurimum prosit.
Alarũq; etiã graueolentiã decoctũ fœnogræci semẽ emendat. Farina prurigĩes capitis
furfuresq; cũ uino et nitro celeriter tollit. In hydromelite aũt decocta addita axungia:
genitalibus medet̃: item pano: parotidi: podagræ: chiragræ: articulis carnibusque quæ
recedunt ab ossibus. Aceto uero subacta luxatis. Illinitur et lyeni decocta in aceto et
melle tantũ. Carcinomata subacta ex uino purgat. Mox addito melle psanat. Sumit̃
et sorbitio e farina ad pectus exulceratũ lõgãq; tussim diu decoqt̃ donec amaritudo
desinat. postea mel additur. Nunc ipsa claritas herbarum dicetur.

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER VICESIMVSQVINTVS.

PROOEMIVM.

Natura herbarum spōte nascētium. Ca.i.

IPSA QVAE NVNC DICETVR HERbarum claritas:medicinæ tantum gratia gignēte eas tellure in admirationem curæ priscorū diligētiæq; animū agit. Nihil ergo intentatū inexptūq; illis fuit. Nihil deinde occultatū quod nō ꝓdesse posteris uellent. At nos elaborata iis abscondere ac supprimere cupimus:& fraudare uitam etiam alienis bonis. Ita certe recondunt:qui pauca aliq̄ nouere: inuidentes aliis:& neminem docere in auctoritatem scientiæ est. tantum ab excogitādis nouis ac adiuuanda uita mores absunt. Sūmūq; opus ingeniorum diu in hoc fuit:ut intra unumquenq; recte facta ueterum perirent. At hercule singula quosdam inuenta deorum numero addidere:omniumque uitam clariorem fecere cognominibus herbarum tam benigne gratiā memoria referente. Nō æq; hæc cura eorum mira esset in iis: quæ satu blandiuntur aut cibo inuitāt:sed culmina quoq; montiū inuia & solitudines abditas omnisq; terræ fibras scrutati īuenere:quid quæq; radix polleret:ad quos usus herbaꝝ folia ptinerent:etiam quadrupedum pabulo intacta ad salutis usus uertentes.

Qui latine usus herbarum scripserint:& quādo ad romanos notitia eaꝝ puenerit: & qui primi græcorum de his composuerint:& de herbarum inuentione:& antiqua medicina:& quare minus exerceantur earum remedia:et de cynorhodo:& de dracūculo medicinæ. Capitulum secundum.

MInus hoc q̄ par erat:nostri celebrauere omnium utilitatū & uirtutū rapacissimi. Primusque & diu solus idem ille. M. Cato omnium bonarum artium magister paucis dūtaxat attigit. Boum etiam medicamina nō omissa. Post eum unus illustriū tentauit. C. Valgius eruditione spectatus:imperfecto uolumine ad Diuū Augustū: inchoata etiam præfatione religiosa:ut omnibus malis humanis illius potissimū pricipis semper medicetur maiestas. Ante condiderat solus apud nos:quod eqdē inueni: Pompeius Leneus Magni Pompeii libertus :quo primum tempore hanc sciētiam ad nostros peruenisse animaduerto. Nāq; Mithridates maximus sua ætate regum:quem debellauit Pompeius:omnium ante se genitoꝝ diligentissimus uitæ fuisse argumentis præterq̄ fama ītelligitur. Vni ei excogitatum quotidie uenenum bibere:præsūptis remediis:ut consuetudine ipsa innoxiū fieret. Prima inuenta genera ātidoti: ex qbus unum etiam nomen eius retinet. Illius inuentum autumant manatum ponticorum miscere antidotis:quoniam ueneno uiuerent. Ad illum Asclepiadis medēdi arte clari: uolumina composita extant:cum sollicitatus ex urbe roma præcepta pro se mitteret. Illum solum mortalium Mithridatē. xxii. linguis locutum certum est. Nec de subiectis gentibus ullum hominem per interpretem appellatum ab eo annis. lvi. quibus regnauit. Is ergo in reliqua ingenii magnitudine medicinæ peculiariter curiosus ab hominibus subiectis: qui fuere pars magna terrarum singula exquirens:scriniū cōmētationum harum & exemplaria effectusq; in archanis suis reliquit. Pompeius autem omni regia præda potitus:transferre ea sermone nostro libertum suum Leneū grammaticæ artis doctissimum iussit. Vitæque ita profuit nō minus q̄ reipublicæ uictoria illa. Præter hos græci auctores medicinæ ꝓdidere:quos suis locis diximus. Ex iis Crateias:Dionysius:Metrodorus ratiōe blandissīa:sed q̄ nihil pene aliud q̄ rei difficultas

XXV

ĩtelligatur. Pinxere nãq; effigies herbarum: atq; subscripsere effectus. Verũ & pictura fallax est ex coloribus tam numerosis: præsertim in æmulatione naturæ. multumque degenerat transcribentiũ sors uaria. Præterea parum est singulas earũ ætates pingi: cũ quadripititis uarietatibus anni faciem mutent. Quare cæteri sermone eas tradidere. Aliqui effigie quidẽ indicata & nudis quidem plerunq; nominibus defuncti: quoniã satis uidebat potestates uiq; demõstrare quærere uolentibus. Nec ẽ difficile cognitu. Nobis certe exceptis admodum paucis contigit reliquas cõtemplari scientia Antonii Castoris: cui summa auctoritas erat in ea arte nostro æuo. Visẽdo hortulo eius: ĩ quo plurimas alebat: centesimum ætatis annum excedens nullum corporis malũ exptus: ac ne ætate quidem memoria aut uigore concussis. Nec aliud mirata magis antiqtas reperietur. Inuenta iam pridem ratio est prænuncians horas non modo dies ac noctes solis lunæq; defectum. Durat tamen tradita persuasio ĩ magna parte uulgi ueneficiis & herbis id cogi. In eo nanq; fœminarũ scientiam præualere. Certe quid non repleuere fabulis colchis Medea: aliæq;: In primisq; italica Circe diis etiã adscripta: ũde arbitror natũ ut Aeschylus e uetustissimis in poetica re refertam italiam herbarũ potẽtia proderet. Multiq; circeios agros ubi habitauit illa: in magno argumento etiamnum durãte in marsis a filio eius orta gente: quos esse domitores serpẽtiũ cõstat. Homerus quidem primus doctrinarũ & antiquitatis parens: multus alias in admiratiõe Circes: gloriam herbarum ægypto tribuit: tum etiam cum rigaretur ægyptus illa non autem esset postea fluminis limo inuecta. Herbas certe ægyptias ab regis uxore traditas suæ Helenæ plurimas narrat: ac nobile illud Nepenthes obliuionẽ tristiciæ ueniamq; afferens: & ab Helena utiq; omnibus mortalibus propinãdum. Primus autem omnium: quos memoria nouit: Orpheus de iis herbis curiosius aliq̃ prodidit. post eũ Museus & Hesiodus polion herbam inq̃tum mirati fũt: diximus. Orpheus & Hesiodus suffitiones commendauere. Homerus & alias nominatim herbas celebrat: quas suis locis dicemus. Ab eo Pythagoras clarus sapientia primus uolumen de earum effectu cõposuit: Apollini: Aesculapioq;: & in totum diis immortalibus inuentiõe & origine assignata. Composuit et Democritus: ambo peragratis persidis arabiæ ethiopiæ ægyptiq; magis. Adeoq; ad hæc attonita antiquitas fuit: ut affirmaret etiam incredibilia dictu. Xanthus historiarum auctor in prima earum tradidit occisum draconis catulũ reuocatum ad uitam a parente herba: quam balin nominat. Eademque tillonem quem draco occiderat: restitutum saluti. Et Iuba in arabia herba reuocatũ ad uitã hominem tradit. Dixit Democritus: credidit Theophrastus esse herbam: cuius cõtactu illatæ ab alite: quam rettulimus exiliret cuneus a pastoribus arbori adactus. Quæ etiam si fide carent: admirationem tamen implent: coguntq; confiteri multum esse: quod uero supersit. Inde & plerosq; uideo existimare: nihil non herbarum ui effici posse. Sed plurimarum uires esse incognitas. Quorum numero fuit Herophilus clarus in medicina a quo ferunt dictum quasdam etiam fortassis calcatas prodesse. Obseruatũ certe est: inflammari uulnera ac morbos superuentu eorum: qui pedibus iter confecerint. Hæc erat antiqua medicina: quæ tota migrabat in græciæ lĩguas. Sed quare nũc nõ plures noscunt causæ: nisi q̃ eas agrestes litterarumq; ignari experiuntur: utpote q soli ĩter illas uiuant. Præterea securitas quærendi obuia medicorũ turba. Multis etiã inuentis nomina desunt: sicut illi quam rettulimus in frugum cura: scimusq; defossã ĩ angulis segetis præstare ne qua uis ĩtret. Turpissima causa raritatis: q̃ etiam qui sciũt: demõstrare nolunt: tanq̃ ipsis periturum sit quod tradiderint aliis. Accedit ratio inuẽtiõis anceps. Quippe etiam in repertis: alias inuenit casus: alias (ut uere dixerim) deus. Insanabilis ad hosce annos fuit rabidi canis morsus: pauorem aquæ: potusque omnis afferens odium. Nuper cuiusdam militantis in prætorio mater uidit in quiete radicẽ siluestris rosæ: quam cynothodõ uocant: quãq; blanditã sibi aspectu pridie ĩ fruteto mitteret filio bibendam in lacte. In lusitania res gerebatur hispaniæ proxima parte.

Casuque accidit: ut milite a morsu canis incipiente aquas expauescere superueniret epistola orantis: ut pareret religioni. Seruatusque est ex insperato. Et postea quisquis auxilium simile tentauit. Alias apud auctores cynorhodi una medicina erat: spõgiolæ quæ in mediis spinis eius nascitur cinere cum melle alopecias capitis expleri. In eadẽ prouincia cognoui in agro hospitis nuper ibi repertum dracunculum appellatũ caulẽ pollicali crassitudine uersicoloribus uiperarum maculis: quam ferebant cõtra omniũ morsus esse remedium. Alius est quem nos in priori uolumine eiusdẽ nominis diximus: sed huic alia figura. Aliudq; miraculum exeuntis e terra ad primas serpentium uernationes bipedali fere altitudine. rursusq; cum iisdem in terram se condẽtis: nec omnino occultato eo apparet serpens: uel hoc per se satis officioso naturæ munere: si tantum præmoneret: tẽpusq; formidinis demonstraret.

¶DE Quodam pestifero fonte germaniæ: & de britannica: & maximis morborum doloribus. ¶Capitulum tertium.

NEc bestiarum solum ad nocẽdum scelera sunt: sed interim aquarum quoq; ac locorũ. In germania trans rhenũ castris a germanico Cæsare ꝓmotis maritimo tractu fons erat aquæ dulcis solus: qua pota intra bienniũ dẽtes deciderẽt. Cõpagesq; in genibus soluerentur. Stomachacen medici uocabant: & sceletorben. Ei malo repta auxilio est herba: quæ uocatur britannica non neruis modo & oris malis salutaris: sed contra anginas quoq; & contra serpentes. Folia habet oblonga nigra: radicem nigrã. Succus eius exprimitur et ex radice. Florem uibones uocant: qui collectus priusq̃ tonitrua audiantur: & deuoratus securos in totum reddit. Fida in qua castra erãt nostris monstrauere illam. Miror quidem quæ nominis esset causa: nisi forte confini oceano britanniæ ueluti propinquæ dicauere. Non enim inde appellatam eam: quoniam ibi plurima nasceretur: certũ est. Etiã tum britannia libera fuit quidem. Nec hic quondã ambitus nominibus suis eas adoptãdi: ut docebimus fecisse reges: ut res tãta debeat: herbam inuenire: uitam iuuare: nõ fortassis credet aliquis: cum hæc nr̃a friuola quoq; existimentur: adeo deliciis sordent: etiam quæ ad salutem pertinent. Auctores tamen quarum inueniuntur in primis celebrare par est: effectu earum digesto ĩ genera morborum. Qua quidem in reputatione misereri sortis humanæ subit: & præter fortuita casusq; et nomina quæ omnis hora excogitat: ad milia morborum singulis mortalibus timenda. Qui grauissimi ex iis sint: discernere stulticia prope uideri potest: cum suus cuiq; ad præsens quisq; atrocissimus uideatur. Et de hoc tamen iudicauere aui experimento asperrimos cruciatus esse calculorum a stillicidio uesicæ. Proximũ stomachi. Tertium eorum qui ĩ capite doleant. Nõ ob aliud fere morte conscita græcis & noxias herbas demonstratas. miror equidem. nec uenenorum tantum: quoniam ea conditio uitæ est: ut mori plerunq; etiam optimi portus sit: tradatq; Varro Seruium Clodiũ equitem romanum magnitudine doloris in podagra coactum ueneno crura pũxisse: & postea caruisse sensu omni æque q̃ dolore in ea parte corporis. Sed quæ fuit uenia monstrandi: qua mentes soluerent? Partus eliderent? multaq; similia? Ego nec abortiua dico. Ac ne amatoria quidem memoro. Lucullum imperatorem clarissimũ amatorio periisse. Nec alia magica portenta: nisi ubi cauenda sunt aut coarguẽda ĩ primis fide eorum damnata. Satis opere fuit abundeque præstitum uitæ: salutares dixisse ac postea inuenta.

¶DE Moly: & dodecatheo: & pæonia uel pentorobo uel glycyside: & panace uel asclepio: & heracleo panace: chironio: & panace cẽtaureo: uel pharmaceo: & heracleo siderio: & hyoscyamo uel apollinari siue altercangeno. ¶Capitulum quartum.

LAudatissima herbarum est Homero teste: quam uocari ab diis putat moly. Ast inuentionẽ eius Mercurio assignat. Contraque summa ueneficia demonstrat. Nasci eam hodie circa pheneum & in cyllene arcadiæ tradunt. Specie illa homerica radice rotunda nigraque: magnitudine cepæ: folio scyllæ. effodi autẽ difficulter. Græci

auctores florem eius luteum pinxere: cum Homerus candidum scripserit. Inueni e pitis herbarum medicis: qui & i italia nasci eam diceret. afferriq; campania mihi aliquot diebus effossam inter difficultates saxeas radicis triginta pedes longæ. ac ne sic quidē solidæ: sed abruptæ. Ab ea maxima auctoritas herbæ ē: quā dodecatheō uocāt: omniū deorum maiestatem commēdantes. In aqua potam omnibus morbis mederi tradūt. Folia eius septem lactucis simillima exeunt: lutea radice. Vetustissima iuētu peonia est. Nomenq; auctoris retinet. Quam quidam pentorobon appellāt: alii glycysiden. Hæc quoq; difficultas est: q eadem aliter alibi nuncupatur. Nascitur opacis mōtibus caule inter folia digitorum quattuor ferēte in cacumine ueluti græcas nuces quattuor aut quinq;. Inest iis semen copiosum: rubrum: nigrumq;. Hæc medetur & faunorum in quiete ludibriis. Præcipiunt eruere noctu: quoniam si picus martius uideat: tuēdo in oculos impetum faciat. Panaces ipso nomine omnium morborum remedia pmittit: numerosum & diis inuentoribus adscriptum. Vnum quippe asclepeō cognoīat: quoniam is filiam panaciam appellauit. Succus eius est coactus ferulæ qlē diximus. Radix ē multi corticis & salsi. Hac euulsa scrobem repleri uario genere frugū religio est: ac terræ piamentum. Vbi: & quo fieret modo: & quale maxime probaretur: iter peregrina docuimus. Id quod e macedonia affertur: bucolicon uocant: armētariis spōte erumpentem succum excipientibus. hoc celerrime euanescit. Et in aliis aūt generibus improbatur maxime nigrum ac molle. id enim argumētum est cæra adulterati. Alterum genus heracleon uocant: & ab Hercule inuentum tradūt. Alii origanum heracleoticū siluestre: quoniam est origano simile: radice inutili. De origano diximus. Tertiū panaces chironeon cognominatur ab inuentore. Foliū eius lappato simile: maius tamē & hirsutius. Flos aureus: radix parua. Nascitur pinguibus locis. Huius flos efficacissimus eoq; amplius q supradicta prodest. Quartum genus panaces ab eodē Chirone reptum centaurion cognominatur. Sed & pharnaceon in controuersia inuentionis a Pharnace rege deductū. Seritur hoc longioribus q cætera foliis: & serratis. Radix odorata in umbra siccatur: uinoq; gratiam adiicit. Huius genera duo fecere: alterum leuioris folii: alterum tenuioris. Heracleon siderion & ipsum ab Hercule inuentum est: caule tenui digitorum quattuor altitudine. Flore puniceo: foliis coriādri. Iuxta lacus & amnes inuenitur. Omniaq; uulnera ferro illata efficacissime sanat. Et Chironis inuētum ampelos quæ uocatur chironia: de qua diximus īter uites. Sicuti de herba cuius inuentio assignatur Mineruæ. Herculi quoq; eā adscribūt: quæ apollinaris apud arabas altercum siue altercangenū: apud græcos uero hyoscyamos appellatur. Plura eius genera. Vnum nigro semine: foliis pene purpureis spinosum. Talis nascitur in galacia. Vulgare autem candidius est & fruticosius: altius papauere. Tertii semen trionis semini simile: & omnia insaniam gignentia: capitisq; uertigines. Quartum genus molle: lanuginosū pinguius cæteris. Candidi seminis: in maritimis nascēs. hoc recepe medici. Item ruffi seminis nonnūq ante candidum ruffescit: si nō ematuruit: improbaturq;. Et alioquī nullum: nisi cum inaruerit legitur: natura uini. Ideoq; mentem caputque infestans. Vsus seminis & per se & succo expresso. Exprimitur separatim: & caulibus foliisq; utuntur & radice: temeraria ī totum (ut arbitror) medicinæ. Quippe etiā foliis constat mētem corrumpi: si plura q quattuor bibantur. Etiam antiqui in uino febrē depelli arbitrabantur. Et oleum fit ex semine ut diximus: quod ipsum auribus īfusū tentat mētem. mireq; cōtra uenenum remedia prodidere iis: qui id bibissēt: & ipsum pro remediis. adeo nullo omnia experiendi fine: ut cogerentur etiā uenena prodesse.

¶DE Linozoste parthenio hermipora siue potius mercuriali: & achillea: & panace heraclea sideriti millefolio: & de scopa regia: et hermineo teucrio splenio de melāpodio siue helleboro: quotue eorum genera: et de nigro helleboro: et albo medicinæ: et quando detur: et quomodo sumendum: et quibus non dandum: et q mures necat.

¶Capitulum quintum.

LInozoſtis ſiue parthenion a Mercurio ĩuẽtus eſt:ideo apud græcos hermupoan
multi uocant. Eam apud nos omnes mercurialem. Duo eius genera:maſculus
& fœmina quæ efficacior:caule cubitali interdũ ramoſo in cacumine:ocimo ãguſtio/
ribus foliis:geniculis denſis:alaꝝ cauis multis:ſemine in geniculis depẽdẽte:fœminæ
copioſo:mari iuxta genicula ſtãti rariore ac breui:contortoqꝫ. Fœminæ ſoluto & cã/
dido. Folia maribus nigriora:fœminis candidiora:radix ſupuacua:prætenuis. Naſcũt
in campeſtribus cultis. Mirum eſt quod de utroqꝫ eorum genere proditur. Vt mares
gignantur hunc facere:ut fœminæ:illam. Hoc contingere ſi a conceptu ſuccus pro/
tinus bibatur in paſſo:edãtue folia decocta ex oleo uel ſale:uel cruda ex aceto. Quidã
decoquunt eam in nouo fictili cum heliotropio:& duabus aut tribus ſpicis donec de/
coquatur. Decoctum dari iubent:& herbam ipſam in cibo altero die purgatiõi:muli/
eribus per triduũ. quarto die a balneo coire eas. Hippocrates miris laudibus ĩ mulieꝝ
uſu prædicauit illas. Eaſqꝫ ad hunc modum adhuc medicorum nemo nouit. Ille eas
uuluæ cum melle uel roſaceo uel lilino uel irino admouit:item ad ciendos menſes ſe
cundaſqꝫ. Hoc idem præſtare potu fotuque dixit. Inſtillauit auribus ſurdis ſuccum
inunxitqꝫ cum uino uetere. Aluo folia impoſuit:epiphoris:ſtranguriæ:& ueſicæ. De/
coctum eius dedit cum myrrha et thure. Aluo quidem ſoluendæ:uel in febri decoqt
quantum manus capiat in duobus ſextariis aquæ ad dimidias. bibitur ſale et melle
admixto:necnon cum ungula ſuis aut gallinaceo decoctum ſalubrius. Purgationis
cauſa putauere aliqui utranqꝫ dandam:ſiue cum malua decoctum. Thoracẽ purgãt.
Bilem detrahunt. Sed ſtomachum lædũt. Reliquos uſus dicemus ſuis locis. Inuenit
et achilleon Achilles diſcipulus Chirõis:qua uulneribus mederet:quæ ob id achilleos
uocatur. Hac ſanaſſe Telephum dicitur. Alii primum eruginem inueniſſe utiliſſimã
emplaſtris:ideo depingitur ex cuſpide decutiens eam gladio in uulnus Telephi. Alii
utroque uſum medicamento uolunt. Aliqui et hanc panacem heracleõ:alii ſideriten.
Hanc apud nos millefoliam uocãt cubitali ſcapo ramoſam:minutioribus q̃ fœniculi
foliis ueſtitam ab imo. Alii fatentur quidem illam uulneribus utilem:ſed uerã achil/
leon eſſe ſcapo cæruleo pedali:ſine ramis ex omni parte ſĩgulis foliis rotũdis elegãter
ueſtitam. Alii quadrato caule:capitibus marrubii folio quercus. Hãc etiam præciſos
neruos glutinare faciunt. Alii ſideriten in maceriis naſcentem cum terit fœdi odoris.
Etiamnum aliam ſimilem huic:ſed candidioribus foliis et pinguioribus tenuioribus
cauliculis in uineis naſcentem. Aliam uero quinum cubitorum ramulis exilibus triã/
gulis:folio filicis pediculo longo:betæ ſemine:omnes uulneribus præcipuas. Noſtri
eam quæ eſt latiſſimo folio:ſcopam regiam uocant. Medetur anginis ſuum. Inuenit
& teucer eadem ætate teucrion:quam quidam hermeneon uocant:ſpargentem iũcos
tenues:folia parua aſperis locis naſcentem:auſtero ſapore:nunq̃ florentẽ. Neqꝫ ſemẽ
gignit. Medetur lyenibus. Conſtatqꝫ ſic inuentam:cum exta ſuper eã proiecta eſſent:
fertur adhæſiſſe lyeni:eumqꝫ inaniſſe. ob id a quibuſdam ſplenion uocatur. Narrant
ſues qui radicem eius edunt:ſine ſplene inueniri:ramis hyſopi ſurculoſã folio fabæ.
eodem nomine appellant:& colligi florentem adhuc iubent adeo florere nõ dubitãt:
maximeqꝫ ex ciliciis et pyſidiæ montibus laudãt. Melampodis fama diuinationis ar/
tibus nota eſt. Ab hoc appellatur unum hellebori genus melampodion. Aliq paſtorẽ
eodem nomine inueniſſe tradunt:capras purgari paſtore illo animaduertente:datoqꝫ
lacte earum:ſanaſſe parotidas furentes. Quamobrem de omnibus eius generibus dici
ſimul conuenit. Prima duo ſunt cãdidum ac nigrum. hoc radicibus tantum ĩtelligi
tradũt pleriqꝫ. Alii folia nigri platani ſimilia & minora nigrioraqꝫ:& pluribus diuiſu/
ris ſciſſa. Alii betæ incipientis. Hæc quoqꝫ nigriora et canaliũ dorſo rubeſcẽtia. Vtraqꝫ
caule palmi ferulaceo bulborum tunicis cõuoluto radice fibrata ceparum mõ. Nigro
equi boues ſues necantur. Itaqꝫ cauent id:cum candido ueſcantur. Tempeſtiuũ eſſe
tradunt meſſibus. Plurimum autem naſcitur in oeta monte. Et optimum uno eius

loco circa epirum. Nigrum ubiq; prouenit: sed melius in helicone: qui mons & aliis laudatur herbis. Candidum probatur oeteum. Secundum ponticum. Tertio loco heleaticum: quod in uitibus nasci ferunt. Quarto parnasium quod adulteratur ætolico ex uicino. Nigrum ex iis melampodion uocant: quo & domos suffiunt purgantque aspergentes se & pecora. Cum precatione solenni hoc & religiosius colligitur. Primũ enim gladio circũscribitur. Deinde qui succisurus est: ortum spectat. Et precatur: ut id liceat sibi concedẽtibus diis facere. Obseruatq; aquilæ uolatus: fere enim secãtibus interest. Et si prope aduolauerit: moriturum illo anno qui succidit: augurium ẽ. Nec albũ facile colligit': caput aggrauans maxime: nisi præsumatur alliũ. & subinde uinũ sorbeatur: celeriterq; fodiatur. Nigrum alii euchymon uocãt: alii polyrrhyson. purgat per inferna. Candidum autem uomitione. Causasq; morborum extrahit. quondã terribile. postea tam promiscuum: ut pleriq; studiorum gratia ad prouidẽda acrius quæ commentabantur: sæpius sũptitauerint. Carneadem responsurum Zenonis libris: Drusum quoq; apud nos tribunorum popularium clarissimum: cui ãte omnes plebs adstans plausit: optimates uero bellum marsicum ĩputauere: cõstat hoc medicamẽto liberatum comitiali morbo in anticyra insula. ibi enim tutissime sumitur: quoniam ut diximus: sesamoides admiscent. Italia ueratrũ uocat. Farina eorum per se & mixta radiculæ: qua lanas diximus lauari: sternutamentũ facit. Amboq; somnum. Leguntur autem tenuissimæ radices breuesq; ac uelut decurtatæ etiam hæ. Nã summa quæ est crassissima cepis similis canibus tantum datur purgationis causa. Antiqui radicẽ corticemque carnosissimum eligebant: quo tenuior eximeretur medulla. Hanc humidis spongiis opertam turgescentemq; in longitudinem findebant. Deinde fila in umbra siccabant iis utentes. Nunc ramulos ipsos ab radice sua grauissimi corticis: ita dãtes. Optimum quod acre gustu feruensq; in frangendo puluerem emittit. Durare uĩ eius .xxx. annis ferunt. Nigrum medetur paralyticis insanientibus hydropicis dummodo citra febrim: podagris ueteribus: articularis morbis. Trahit aluũ & bilem pituitasq;. Ex aqua datur ad leniter molliendam aluum plurimum drachma: modice quattuor obolis. Miscuere aliqui & scamoneam: sed tutius salem. In dulcibus datum copiosius periculum infert. Oculorum caliginem fotu discutit. ob id quidam et ĩunxere. Tritũ strumas suppurata duricias concoquit: & purgat: item fistulas tertio die exemptum. Verrucas tollit cum squamis æris: & sandaraca. Hydropicorum uẽtri ĩponit' cũ farina hordeacea & uino. Pecorum et iumentorum pituitas sanat surculo per aurẽ traiecto: & postero die eadẽ hora exẽpto. Scabiẽ quadrupedũ cũ thure et cæra aro pice uel cum pisseleo. Album optimum: quod celerrime mouet sternutamenta: sed multũ terribilius nigro: præcipue siquis apparatum poturorum apud ãtiquos legat: cõtra horrores strangulatus intempestiuas somni uires singultus infinitos aut sternutamẽta stomachi dissolutiones: tardiores uomitus aut longinquiores: exiguos aut nimios. Quippe alia dare soliti: quæ concitarent uomitiones: ipsumq; helleborum extraherent medicamentis aut clysteribus: sæpe etiam sanguine uenis emisso. Iã uero & cum prospere cedat terribilibus uisu in uariis coloribus uomitionũ: & post uomitiones obseruatiõe alui: balnearum dispensatiõe: totius corporis cura antecedente: omnia hæc magno terrore & fama. Nanq; tradunt absumi carnem si coquatur una. Sed antiquorũ uitiũ erat: q propter hos metus parcius dabant: cum celerius erumpat: quo largius sumit'. Themison binas non amplius drachmas donauit: sequentes et q̃ternas dedere. Claro Herophili preconio: qui helleborum fortissimi ducis similitudini æquabat. Cõcitatis enim intus omnibus: ipsum in primis exire. Præterea mirum inuẽtum est: q incisum forficulis ut diximus: scribãt: cortex remanet. hoc inanito medulla cadit. Hæc ĩ nimia purgatione data: uomitiones sistit. Cauendum est fœlici quoq; cura: ne nubilo detur die: quippe impetibiles cruciatus existunt. Nam æstate potius q̃ hyeme dandum non est in dubio. Corpus septem diebus præparandum cibis acribus: abstinẽtia uini: q̃rto

& tertio die uomitionibus:pridie cœnæ abstinentia. Albū e dulci datr:aptissime uero in lacte aut pulte. Nuper inuenere dissectis rhaphanis inserere helleborum:rursusq; comprimere rhaphanos:ut transeat ius:atque eo lenimēto dare. Reddi post quattuor fere horas incipit. Totum opus septenis peragitur horis. Medetur ita morbis comitialibus ut diximus:uertigini:melācholicis:insaniētibus:lymphaticis:elephantiæ albæ: lepris:tetano:tremulis:podagricis:hydropicis:īcipiētibusq; tympanicis:stomachicis: spasticis:clinicis:ischiadicis:quartanis quæ aliter nō desinant:tussi ueteri:inflāmationibus:torminibus redeuntibus. Vetant dari senibus et pueris. Itē mollibus ac fœminei corporis animæue exilibus aut teneris:& fœminis minus q̄ uiris. Itē timidis:aut si exulcerata sint præcordia:uel tumeant. minimeue sāguinem excreantibus:causaris uel latere:uel faucibus. Medetur extra corporis eruptionibus pituitæ cū axungia salsa illitum:item suppurationi ueteri. Mures polenta admixtum necat. Galli sagittas in uenenato helleboro tingunt:circuncisoq; uulnere teneriorem sentiri carnē affirmāt. Muscæ quoq; necantur albo trito & cū lacte sparso. Eodē & phthiriasis emendatur.

¶DE Mithridatia & scordoti siue scordio & polemonia uel philæteria uel chiliodynamia:et eupatoria & cetaurea siue chironia:& de lecto cētaureo libadio felle terræ et triorche medicinæ. ¶Cap. vi.

IPsi Mithridati Crateias adscripsit unā mithridatiam uocatam. Huic folia duo a radice achanto similia. Caulis inter utraq; sustinens roseum florē. Alterā lenē scordotin siue scordion:ipsius manu adscriptam:magnitudine cubitali:quadrāgulo caule ramosam quernæ similitudine foliis lanuginosis. Reperitur in ponto campis pinguibus humidisq;:gustus amari. Est & alterius generis:latioribus foliis:mētastro similis:plurimosq; utraq; ad usus:per se & inter alia in antidotis. Polæmoniam alii philæteriam a certamine regum inuentionis appellāt. Cappadoces aūt chiliodynamā radice crassa:exilibus ramis:quibus in summis corymbi dependent:nigro semine. cætero rutæ similis. Nascitr in montosis. Eupatoria quoq; regiam auctoritatem habet. Caulis lignosi nigricantis hirsuti:cubitalis aliquando:& amplioribus foliis p īterualla. v. folia ut cannabis per ambitum incisis quinq; partito:nigris & ipsis plumosisq; radice superuacua. Semē dysentericis in uino potum auxiliatur unice. Centauria curatus dicitur Chirō cum Herculis exceptus hospitio ptractanti arma:sagitta excidisset in pedem. quare aliqui chironium uocant. Folia sunt lata & oblonga:serrata ābitu dēsa ab radice:caules ternum cubitorum geniculati. In iis capita ceu papauerꝭ. Radix uasta:rubescens:tenera fragilisq; ad bina cubita madida. Succo amara cum quadam dulcedine. Nascitur in collibus pingui solo. Laudatissima in arcadia:elide:messenia: pholoe & lyceo atq; in alpibus:pluribusq; locis in lycia. Quidā et ex ea lyciū faciunt. Vis in uulneribus tanta ut cohærescere etiam carnes tradant si coquatr simul. In usu radix tātū duabus drachmis bibēda qbus dicetur:si febris sit:ī aq̄ trita:cæteris ī uino. Medetur & ouium morbis decoctæ succus. Est alterum centaurion cognomīe lecton: minutis foliis:quod aliqui libadion uocant:quoniam secundum fontes nascitur:origani simile:angustioribus & longioribus foliis angulosо caule paululū alto fruticāti flore lichenidis:radice tenui & supuacua succo efficax. Ipsa herba autumno legitur. succus e fronde. Quidam caules concisos madefaciūt diebus. xviii. atq; ita exprimūt. Hoc centaurion nostri fel terræ uocant:propter amaritudinem sūmā. Galli exacum: quoniam omnia mala medicamenta potum e corpore exiccat per aluum. Tertia est centauris cognomine triorches. Qui eam secat rarum est ut non uulneret sese. Hæc succum sanguineum mittit. Theophrastus defendi eam:impugnariq; colligentes tradit a triorche accipitrū genere:a quo et nomen accepit. Imperiti confundunt hæc oīa: & uini generi assignant.

¶DE Climeno & gentiana:& lysimachia:& parthenide:& artemisia:& ambrosia:et nymphea:et heracleo siue rhopalo:et euphorbia: medicinæ. ¶Capitulum septimum.

CLimenos a rege herba appellata est hederæ foliis ramosa caule inani: articulis præcīcta: odore graui et semine hederæ: siluestribus et mōtosis nascēs. Quibus morbis pota medeatur: dicemus. Sed hic indicandum est dum medeatur: sterilitatem pota etiam in uiris fieri. Græci plantagini similem esse dixerunt: caule quadrato: foliculis cum semine inter se implexis: uelut in polyporum cirris. Et succus autē in usu. Vis eius summa in refrigerando. Gentianam inuenit Gentianus rex illyriorū ubique nascētem: in illyrico tamen præstantissimam folio fraxini: sed magnitudine lactucæ: caule tenero pollicis crassitudine: cauo et inani: ex interuallis foliato: trium aliquādo cubitorum: radice lenta: subnigra sine odore aquosa: montibus subalpinis plurima. Vsus ī radice & succo. Radicis natā ē excalfactoria: sed prægnātibus nō bibēda. Inuēit & Lysimachus herbā lysimachiā: quæ ab eo nomē retinet: celebrata Erasistrato. Folia hēt salicis uiridia: florē purpureū: fruticosū: ramulis erectis odore graui. gignit̄ ī aquosis. Vis eius tanta est ut iumētis discordantibus iugo īposita asperitatē cohibeat. Mulieres quoq; hac gloriā affectauere. in quibus Artemisia uxor Mausoli adoptata herba quæ ātea parthenis uocabatur. Sūt qui ab artemide artemisiam cognominatā putēt: quoniam priuatim medicatur fœminarum malis. Absinthii autem modo fruticosa maioribus foliis pinguibusq;. Ipsius duo genera. Altera latioribus foliis: altera tenera tenuioribus: & non nisi in maritimis nascens. Sūt qui in mediterraneis eodē nomine appellant simplici caule: minimis foliis flores copiosi erūpentes: cū una maturescit odore non iniucūdo: quam quidam botryn: alii ābrosiā uocant. Talis in cappadocia nascit̄. Nymphea nata tradit̄ a nympha Zelotypia erga Herculem rhopalo mortua. q̄re heracleon uocant aliqui: alii rhopalon a radice clauæ simili. Ideoq; eos qui bibāt eam. xii. diebus coitu genituraq; priuari. laudatissima in orchomeno & marathone boetiæ. Timalon uocāt: quæ semen edunt. Nascitur in aquosis foliis magnis: & in summa aqua & aliis ex radice ꝓdeuntibus flore lilio simili: & cū defloruerit capiti papaueris. In caule secatur autūno. Radix nigra in sole siccat̄. Aduersatq; et allium. Est et alia nymphea in thessalia amne pæonio: radice alba: capite luteo: rosæ magnitudine. Inuenit et patrū nostrorū ætate rex Iuba: quē appellauit euphorbiā medici sui fratris nomine & musæ: a quo diuū Augustū cōseruatū īdicauimus. Iidē frēs īstituere a balneis frigida multa corpora astrīgi. Antea nō erat mos nisi calida tātū lauari sicut apud Homerum etiam inuenimus. Sed Iubæ uolumē quoq; extat de ea herba et clarū preconiū. Inuenit eā in monte atlante. spectatur foliis acāthinis. Vis tāta est: ut uel e lōginquo succus excipiatur incisæ cōto. Suscipitur excipulis uētriculo hædino. Humor lactis uidetur effluere. Siccat̄ cōto: sic thuris effigiē habet. Qui colligūt clarius uidēt. Contra serpentes medet̄. Quacūq; ꝑte percussa uertice inciso & medicamēto addito. Ibi geruli qui legūt: hædino lacte adulterāt. sed discernitur igni. id enī quod sincerū non est: fastidiēdū odorē habet. Multū infra hunc succū est qui in gallia fit ex herba chamelea granū cocci ferēte. Fractus āmoniaco similis est: etiam leui gustu os accēsū diu detinens: et magis ex īteruallo donec fauces quoq; siccet.

¶ DE Plātagīe & buglosso: & cynoglosso: et buphthalmo: et scythica: et de spartania: et hippice: et ischæmōe: et de betōica: et cātabiaca: et cōsiligīe: et hiberida: et chelidonia: et canaria: et elaphobosco: et dictamno: et aristolochia: et ꝙ eius delectatiōe īuoluāt pisces et statim capiantur: et medicinæ cōtra serpentium ictus ex herbis: quas superius nominauit. ¶ Capitulū. viii.

CElebrauit et Themison medicus uulgarē herbā plantaginē tanq̄ inuentor uolumine de ea edito. Duo eius genera. minor angustioribus foliis et nigrioribus: linguæ pecorum simillimis: caule anguloso in terram īclinato in pratis nascens. Altera maior foliis laterꝫ modo inclusa: quæ quia septena sūt quidā eā heptapleurō uocauere. Huius et caulis cubitalis ē et napi similis. Nascit̄ ī humidis multo efficacior. Vis mira in siccando densandoq; corpore cauterii uicē optinens. Nulla res æque sistit

fluctiones:q̄s græci rheumatiſmos uocãt.Iungitur huic bugloſſo boũ linguæ ſimilis: cui præcipuũ ꝙ in uinum deiecta animi uoluptates auget.et uocatur euphraſynum. Iungitur & cynogloſſos caninas imitans linguas:topiariis operibus gratiſſia.Aiũtq; eam:quæ thyrſos ſeminis emittat:eius radicem potam ex aqua ad tertianas prodeſſe: quæ quattuor ad quartanas.Eſt alia ſimilis ei et quæ ferat lappas minutas.Eius ra/ dix pota ex aqua ranis & ſerpentibus aduerſatur.Eſt & buphthalmos ſimilis boum oculis:folio fœniculi:circa oppida naſcens fruticoſa caulibus:qui & mãdũt̃ decocti. Quidam chalcian uocant.hæc cum cæra ſcirromata diſcutit.Inuenere herbas & uni/ uerſæ gentes.Scythia eam primũ:quæ ſcythice uocatur:circa boetiã naſcẽs prædulcis. Aliam quoq; utiliſſimam quam ſpartaniam uocant.Magna & ea commendatio:ꝙ in ore ea habentes famem ſitimq; non ſentiunt.Idem præſtat apud eos hippice dicta:ꝙ in equis quoq; eundem effectum habeat.Traduntq; his duabus herbis ſcythas etiã in duodenos dies durare in fame ſitiq;.Iſchemonẽ thracia inuenit:q̄ ferunt ſanguinem ſiſti:nõ aperta modo uena:ſed etiam præciſa.Serpit e terra milio ſimilis:foliis aſpis & lanuginoſis.farcitur in nares.Quæ in italia naſcitur:& ſanguinem eodẽ adalligata ſiſtit.Vetones in hiſpania eam:quæ betonica dicitur in gallia.In italia autẽ ſerratula a græcis ceſtron aut pſychroteron ante cunctas laudatiſſima.Exit anguloſo caule cu/ bitorum duum a radice ſpargens folia fere lappati ſerrata ſemine purpureo.Folia ſic/ cantur in farinam plurimos ad uſus.Fit uinum ex ea et acetum ſtomacho & claritati oculorum. tantumq; gloriæ habet:ut domus in qua ſata ſit:tuta exiſtimet̃ a piaculis omnibus.In eadem hiſpania inuenta eſt cantabrica per Diui Auguſti tempora a can/ tabris reperta.Naſcitur ubiq; caule iunceo pedali in quo ſunt floſculi oblongi uelut calathi.In iis ſemen perq̄minutum.Nec alias defuere hiſpaniæ herbis exquirẽdis:ut in quibus etiamnum hodie in numero ſit lætiore conuictu potionem egentẽ herbis mulſo additis credidere ſaluberrimam ſuauiſſimamq;.Nec quiſq̄ genera earum iam nouit aut multitudinem.numerus tamen conſtat in nomine.Noſtra ætas meminit herbam ĩ marſis repertam.Naſcitur & æquiculis circum uicum nerueſiæ:uocat̃ con/ ſiligo.Prodeſt ut demõſtrauimus ſuo loco deploratis in phthiſi. Inuenit nup & Ser/ uilius Democrates primus medẽtium:quam appellauit hiberidam quanq̄ ficto noĩe inuentioni eius aſſignato carmine.Naſcitur maxime circa uetera monumenta parie/ tinaſq; & occulta itinerum.Floret ſẽper folio naſturtii:caule cubitali: ſemine tã puo ut uix aſpici poſſit.Radici odor naſturtii.Vſus æſtate efficacior:& recenti tantũ.Tũ/ ditur difficulter.Coxendicibus & articulis omnibus cum axungia modica utiliſſima: uiris plurimum quaternis horis:fœminis minus dimidio adalligata:ut dein ĩ balneũ deſcendatur in calidam.& poſtea oleo & uino corpus perungat̃.diebuſq; uicenis iter/ poſitis idem fiat ſiqua admonitio doloris ſuperſit.Hoc modo rheumatiſmos omnes ſanat occultos.Imponitur non in ipſa inflãmatione:ſed imminuta.Animalia quoq; inuenere herbas:in primiſq; chelidoniã.Hac enim hirundines oculis pulloꝝ in nido reſtituunt uiſum:ut quidam uolunt etiam erutis oculis.Genera eius duo.Maior fru/ ticoſo caule:folio paſtinacæ erraticæ ampliore:ipſa altitudine duum cubitorũ.Colos albicans:flos luteus.Minori folia hederæ rotundiora minus candida. Succus croci mordax.Semen papaueris.Florent aduentu hirundinum.Diſceſſu marceſcũt.Florẽ/ tibus ſuccus exprimitur:& in æreo uaſe cũ melle attico leniter cinere feruenti decoq̄t: ſingulari remedio contra caligines oculorum.Vtuntur & per ſe ſucco in collyriis:quæ chelidonia appellantur ab ea.Inuenerunt & canes canariam:qua faſtidium deducũt. eamque in noſtro conſpectu mandunt:ſed ita ut nunq̄ intelligatur quæ ſit.etenim depaſta cernitur. Notata eſt autem animalis huius malignitas in alia herba maior. Percuſſus enim a ſerpente:mederi quadam ſibi dicitur.ſed illam homine inſpectãte non decerpit. Simplicius ceruæ monſtrauere elaphoboſcon:de qua diximus.item helxinem a partu dictam. Oſtendere(ut indicauimus)dictamum uulneratæ eo paſtæ

stati decidentibus telis.Nõ est alibi q̃ in creta:ramis prætenue:pulegio simile:feruẽs
& acre gustu:foliis tãtum utuntur.Flos nullus ei est.Semen ut caulis.Radix tenuis
& superuacua.Et in creta autem non spatiose nascitur.mireq; a capris expetitur.Pro
eo est et pseudodictamum multis in terris nascens:folio simili:ramulis minoribus a
quibusdã condris uocatum.Minoris effectus statim intelligitur. Dictamum enim
minima portione accendit os.Qui legere eã:in ferula uel arundine cõdũt:prælígãtq;:
ne potentia euanescat.Sunt qui dicant utranq; nasci multifariam:sed deteriores in
agris pinguibus:ueram quidam dictamum non nisi in asperis. Est & tertium genus
dictamnum uocatum:sed neq; facie neq; effectu simile folio sisymbrii:ramis maiori/
bus procedente persuasione illa:quicquid in creta nascitur:infinito præstare cæteris
eiusdem generis alibi genitis.Proxime quod ĩ parnaso:alioquĩ herbiferum esse.Et pe/
lium montem in thessalia.Et eletrium in eubœa.Et totam arcadiam ac lycaoniam.
Tradunt arcades quidem non medicaminibus uti:sed lacte circa uer:quoniam tunc
maxime succis herbæ turgeãt: medicenturq; ubera pascuis.Bibũt autem lac uaccinũ:
quoniam boues omnino uoriferæ sunt in herbis.Potẽtia earum per q̃drupedes etiam
nunc duobus claris exemplis manifesta fit.Circa abderam & limitem:qui Diomedis
uocatur:equi pasti inflammantur rabie:circa pothniam uero & asini.Inter nobilissĩas
aristolochiæ nomen dedisse grauidæ uidentur:quoniam esset ariste tecuses. Nostri
malumterræ uocant.& quattuor genera eius seruant.Vnum tuberibus radicum ro/
tundis foliis inter maluam et hederam nigrioribus pĩguioribusq;.Alterum masculæ
radice longa quattuor digitorum longitudine:baculi crassitudine. Tertium lõgissĩæ
tenuitatis uitis nouellæ cui sit præcipua uis:quæ & clematitis uocatur:ab aliis cre/
tica. Omnes colore buxeo:caulibus paruis:flore purpureo.Ferunt baculas paruas ut
cappari. Valent radice tãtum.Est et quæ pistolochia uocatur quarti generis:tenuior
q̃ proxime dicta:densis radicis capillamentis iunci plenioris crassitudine.Hãc quidã
polyrrhizon cognominant.Odor omnium medicatus.Sed oblonga radice tenuioriq;
gratior.Carnosi enim est corticis:unguẽtis quoq; nardinis cõueniẽs.Nascũtur pingui/
bus locis et campestribus.Effodere eas messibus tempestiuũ:ita desquãmato terreno
seruantur.Maxime tamen laudatur põtica.Et ĩ quocũq; genere põderosissima quæq;
medicinis aptior.Rotũda cõtra serpẽtes.Oblõga in summa tamẽ gloria est etiã mõ.
A cõceptu admota uuluis in carne bubula mares figurat:ut traditur.Piscatores cam/
paniæ radicem eam:quæ rotũda est:uenenum terræ uocãt.coramq; nobis contusam
immixta calce in mari spargere.aduolãt pisces cupiditate mira:statimque exanimati
fluitãt.Quæ polyrrhizos cognominatur:cõuulsis contusis ex alto præcipitatis radice
pota ex aqua utilissima esse traditur.Semĩe pleureticis & neruis cõfirmare excalface/
re.Eadem satyrion est.Verum et effectus earum ususq; dicendi sunt. Ordiendumq;
a malorum omnium pessimo:id est serpentium ictu.Medentur ergo britãnica herba.
Panaces generum omnium radix e uino.Chironiæ & flos et semen potum illitumq;
ex uino et oleo.Priuatiq; quæ cunila bubula appellatur.Polymõia uel phileteris radicis
drachmis quattuor ex mero.Teucria:sideritis:scordotis:ex uino priuatĩ ad ãgues po/
tæ & illitæ:siue succo siue folio siue decocto.Cẽtauriæ maioris radice drachma ĩ uini
albi cyathis tribus.Gentiana præcipue aduersus ãgues duabus drachmis cũ pipere &
ruta uini cyathis.vi.siue uiridis siue sicca.Et lysimachiæ odorem fugiũt serpẽtes.Datur
ex uino percussis chelidonia.Morsibus imponitur uetonica præcipue:cuius uis tanta
perhibetur:ut inclusæ circulo eius serpentes ipsæ sese interimant flagellando. Datur et
ad ictus semen eius denarii pondere cum tribus cyathis uini:uel farina drachmis tri/
bus sextario aquæ imponitur. Cãtabricæ:dictami:aristolochiæ radicis drachma ĩ ui/
ni hemina sæpius bibenda:prodest et illita ex aceto.Similiter pistolochiæ.Quin & oĩ/
no suspensa supra focum fugat e domibus serpentes.

¶DE Argemonia:et agarico:et echyo:& hyoscyamo:& hierabotane:& blattaria:et

lemonia:& quinquefolio:& dauco:& persolata:& arctio:& cyclamino:& peucedano.

Capitulum nonum.

ARgemonia quoq; radice eius denarii pōdere in uini cyathis tribus potat̃. Plura de ea cōuenit dici:cæterisq; quæ primū nominabūt̃. In eo autem genere medē di primum conuenit quanq; nominari:in quo maxime ualebit. Folia habet anemonæ æqualia diuisa apii modo:caput ĩ cauliculo papaueris siluestris:item radicē. Succum croci colore acrem et acutum. Nascitur et ĩ aruis apud nos. Nostri tria genera eius faciunt. et id demum probāt:cuius radix thus redoleat. Agaricon ut fungus nascitur in arboribus circa bosphorum:colore cādido. Datur obolis quattuor cōtritum cū binis cyathis aceti mulsi. Id quod in gallia nascitur:ĩfirmius habetur. Præterea mas spissior amariorq;. Hic et capitis dolores facit. Fœmina solutior in initio gustus dulcis:mox ĩ amaritudinē trāsit. Echyos utriusq; gñis pulegio similis. Foliis coronata:drachmis duabus ex uini cyathis quattuor datur. Item altera quæ lanugine distĩguitur spinosa: cui et capitula uiperæ similia sunt. hæc ex uino et aceto. Quidam echyon personatā uocant:cuius folio nullū est latius:grandes lappas ferentem. Huius radicē decoctam ex aceto dant potui. Hyoscyamum contusū cum foliis ex uino dat̃ peculiariter contra aspidas. Nulla tamē romanæ nobilitatis plus habet q̃ hierabotane. Aliq peristereon:nostri uerbenacam uocant. Hæc est quam legatos ferre ad hostes indicauimus. Hac Iouis mensa uerritur. Domus purgantur:lustranturq;. Genera eius duo sũt. Foliosa:quam fœminam putant. Mas rarioribus foliis. Ramuli utriusq; plures:tenues: cubitales:angulosi. Folia minora q̃ quercus:angustioraque:diuisuris maioribus. Flos glaucus:radix longa:tenuis. Nascitur ubiq; in planis aquosis. Quidā non distĩguunt sed unum omnino genus faciunt:quoniam utraq; eosdem effectus habeat. Vtraque sortiuntur galli:& præcinunt responsa. Sed magi utiq; circa hanc insaniunt. Hac p̄ unctos impetrare quæ uelint:febres abigere:amicicias conciliare:nulliq; non morbo mederi. Colligi circa canis ortum debere:ita ut ne luna aut sol conspiciatur:fauis āte & melle terræ ad piamentū datis. circunscriptā ferro effodi sinistra manu:et ĩ sublime tolli. Siccari in umbra separatim:folia:caulem:radicem. Aiuntque si aqua spargatur triclinium:qua maduerit:lætiores conuictus fieri. aduersus serpētes conterit̃ ex uino. Est ei similis uerbascon herba:quæ sæpe fallit pro ea capta:foliis minus candidis:cauliculis pluribus:flore luteo. Hæc abiecta blattas in se contrahit:ideoq; romæ blattaria uocatur. Lemonium succum lacteum mittit:cōcrescentem gummi modo humidis locis. Datur denarii pondus in uino. Quinquefolium nulli ignotum est:cum etiam fraga gignēdo commēdetur. Græci uocant pētapeton siue chamezeleon:siue penthaphillon. Cum effoditur rubram habet radicem. Hæc marcescens nigrescit & angulosa fit. Nomen a numero folioꝝ habet. Et ipsa herba incipit & desinit cum uite. Adhibet̃ & purgandis domibus. Aduersus serpētes bibitur & eius radix:quæ sparganion uocat̃ ex uino albo. Dauci genera quattuor fecit Petronius Diodotus: quæ persequi nihil attinet:cum sint differentiæ duæ. Probatissimæ in creta:mox in achaia & in siccis ubicunq; nati:fœniculi similitudine:candidioribus foliis & minoribus hirsutisq;. Caule pedali recto:radice suauissimi gustus & odoris. Hoc genus in saxosis nascit̃ meridianis. Reliqua genera ubiq; nascuntur terrenis collibus limitibusq; nec nisi pĩgui solo: foliis coriādri:caule cubitali capitibus rotūdis:sæpe pluribus q̃ ternis:radice lignosa:sed cum inaruerit superuacua. Semen eius cymino simile. prioris milio albū acre odoratū ōibus & feruens. Secundū priore uehementius est:ideoq; parce sumi debet. Si iā maxime tertium genus facere libeat ē simile staphylino:quod pastinacā erraticā appellant:semine oblongo:radice dulci. Omnia hæc & hyeme & æstate sunt intacta quadrupedi:nisi post abortus. Ex aliis usus fœminis. Ex creta dulcis & magis ad serpētes est. Bibitur e uino drachma una. Datur et quadrupedibus percussis. Theonarca alia q̃ magica & in nr̄o orbe nascit̃:fruticosa:foliis subuiridibus:flore roseo. Serpētes

necat cuicunq; admota fuerit. Et hæc torporem affert. Persolatã quã nemo ignorat:
græci uero arction uocãt: folia habet maiora etiam cucurbitis & hirsutiora nigrioraq;
& crassiora: radicem albam & grãdem. Hæc ex uino bibitur denariorum duũ põdere.
Item cyclamini radix cõtra serpentes omnes. Folia habet minora q̃ hedera nigriora &
tenuiora sine ãgulis: in quibus albicant maculæ. Caule exiguo inani: floribus purpu/
reis radice lata ut rapum uideri possit: cortice nigro. Nascitur in umbrosis. A nostris
tuber terræ uocat̃. In omnibus serenda domibus: si uerum est ubi sata sit nihil nocere
mala medicamenta. Amuletũ uocant: narrantq; ea ebrietatem repræsentari. Addita
in uinum radice & siccata scyllæ modo conscisa reponit̃: decoquit̃q; eadem ad crassi/
tudinem mellis. Suũ tamen uenenum inest ei. traduntq; si prægnans radicẽ trãsgre/
diat̃: abortum fieri. Est et altera cyclaminos cognomĩe cissanthemos geniculatis cau/
libus supuacuis a priore distans circa arbores se uoluens acinis hederæ: sed mollibus.
Flore candido specioso radice superuacua. Acini tantum in usu: gustu: acri: sed lenti.
Siccantur in umbra: tusiq; diuiduntur in pastillos. Mihi et tertia cyclaminos demon/
strata est: cognomĩe chamecissos uno omnino folio: radice ramosa: q̃ pisces necabãt̃.
Sed inter primas celebratur peucedanũ: laudatissimum in arcadia: mox samothrace.
Caulis est ei tenuis longus: fœniculo similis: iuxta terrã foliosus radice nigra crassa:
graui odore succosa. Gignitur in montibus opacis. Foditur exitu autumni. Placẽt te/
nerrimæ & altissimæ radices. Hæ conciduntur in quaternos digitos osseis cultellis.
funduntque succum in umbra capite prius & naribus rosaceo perunctis: ne uertigo
sentiatur. Et alius succus inuenit̃ caulibus adhærens incisisq; manat. Probat̃ crassitu/
dine mellea: colore ruffo: odore suauiter graui: feruens gustu. Et hic in usu & radix: &
decoctum eius pluribus medicamentis. Succo tamen efficacissimo q resoluit̃ amaris
amygdalis aut ruta. Bibiturq; contra serpentes & ex oleo pũctos tuetur. Ebuli quoq;
quem nemo ignorat: fumo fugantur serpẽtes. Priuatim aduersatur scorpionibus po/
lymoniæ radix uel alligata tantum. item phalangio ac cæteris minoribus uenenatis.
Scorpionibus aristolochia agaricum obolis quattuor ĩ uini mixti cyathis totidẽ. Ver/
benaca & phalangio cum uino aut posca. Item quinque folium daucum. Verbascum
græci plomon uocant. Genera habet prima duo. Album in quo mas intelligit̃. Alterũ
nigrum: in quo fœmina. Tertium genus nõ nisi in siluis ĩuenitur. Sũt folia brassicæ
latiora: pilosa: caulis erectus: cubitali amplior. Semen nigrum inutile. radix una cras/
situdine digiti. Nascuntur & in campestribus. Siluestri folia elelisphaci: alta: ramis
lignosis. Sũt & plomides duæ: hirsutæ: rotũdis foliis: humiles. Tertia lichnitis uocat̃.
Ab aliis autem thryalis foliis ternis aut cum plurimum quaternis crassis pĩguibusq;:
ad lucernarum lumina aptis. Aiũt in foliis eius quam fœminam diximus: ficus õino
nõ putrescere. Distĩgui genera hæc pene supuacuũ est: cũ sint omnia eiusdẽ effectus.
Cõtra scorpiões bibitur radix cum ruta ex aqua: magna amaritudĩe: sed effectu pari.
Telegonon herba ab aliis scorpiõ uocatur propter similitudinem radicis: cuius tactu
moriuntur scorpiones. Itaq; contra eorum ictus bibitur. Scorpionem mortuum siqs
helleboro candido linat: reuiuiscere aiunt. Telegonon omnẽ q̃drupedẽ necat ĩposita
uerendis radice. Folio quidem intra eũdem diem quod est simile cyclamino. Ipsa ge/
niculata nascit̃ ĩ opacis. Scorpiõibus aduersat̃ & betonicæ succus ac plãtaginis. Sunt
& ranis uenena rupetinis maxime uidimusq; psyllos in certamine patinis cãdefactas
admittẽtes ociore etiam q̃ aspidum pernicie. Auxiliatur eis phrynon ĩ uino pota. Aliq
neurada appellãt: alii polyrrhizon floribus paruis: radicibus multis neruosis bene olẽ/
tibus. Item alcima quam alii damasonion: alii pyron appellant. Folia ei plantaginis:
nisi angustiora essent: & magis laciniosa: conuexaq; in terram. Alias etiam uenenosa
similiter. Caule simpliciter tenui: cubitali: capite thyrsi: radicibus densis: tenuibus:
ut ueratri nigri: acribus: odoratis: pĩguibus. Nascitur in aquosis. Alterꝝ genus eiusdẽ ĩ
siluis nigrius maioribus foliis. Vsus in radice utriusque aduersus ranas et lepores

marinos drachmæ pondere ĩ uino potum. Lepori marino aduersatur & cyclaminos. Veneni uim canis quoq; rabidi morsus habent: contra quos erit cynorhodum: de quo diximus. Plātago ad omnes bestiarum morsus pota atque illita prodest. Betonica ex mero ueteri. Peristereos uocat̃ caule alto foliato cacumine in alios caules se spargens: columbis admodum familiaris. Vnde et nomen. Hanc habentes negant latrari a canibus. Proxima ab his malis uenena sunt: quæ sibimetipsis homines excogitāt. Cōtra hæc omnia: magicasq; artes erit primum illud Homericum moly: dein mithridatia et scordotis & centaurium. Pota omnia mala medicamenta exigit per aluum. Betonicæ semen in mulso aut passo uel farinæ drachma ĩ uini ueteris cyathis quattuor uomere cogendi atq; iterum bibere. Iis qui quotidie gustent eam nulla nocitā mala medicamenta tradunt. Poto ueneno aristolochia subuenit eadem mensura q̃ cōtra serpētes. Quinq; folii succus. Agaricū postq̃ uomuerint denarii pōdere ex aquæ mulsæ cyathis tribus. Antirrinū uocat̃ siue phanarinon lychnis agria similis lino radice nulla: flore hiacynthi: semine uitulinario. Ex hoc perunctos uenustiores fieri: nec ullo malo medicamento lædi posse aut ueneno: siqs in brachiali habeat: arbitrant̃ magi. Similiter eam quam eupleam uocant: traduntq; ea perunctos cōmendationis esse famæ. Artemisiam quoq; secum habentibus negant nocere mala medicamenta bestiamue ullā: ne solem quidem. Bibitur & hæc ex uino aduersus opium. alligata priuatim potens tradit̃: potaue aduersus ranas. Pericarpū bulbi genus ē. Duæ eius spēs: corticē rubro alterum: alterū nigro papaueri simile. Sed uis maior q̃ priori: utriq; aūt excalfaciēdo. Ideo contra cicutam dantur: contra quam & thus et panaces: & chironium præcipue. Hoc uero et contra fungos. Verum & generatim membratīq; singulis corpoꝝ morbis remedia subtexemus. Orsi a capite. Alopecias emēdat nymphæa & cicutæ radix: si una tritæ illinantur. Polytricha distat a callitricha ꝙ iuncos albos habet & folia plura maioraq;. Frutice quoq; maior est: & defluentem capillum confirmat: & densat. Itē ligulaca circa fontes nascens: cuius radix admixta combusta teritur cum adipe suis nigræ. id quoq; excipitur ut eius sit suis: quæ nunq̃ pepererit. Sol deinde plurimum confert illitæ. Similis usus est cyclamini radicis. Pruriginem ueratri radix tollit ĩ oleo decocta uel in aqua. Capitis dolori medetur panacis omnium generum radix in oleo cōtrita. Aristolochia & hiberis adalligata hora: uel diutius si pati possit comitāte balnei usu. Medetur & daucum. Purgat autem cyclaminos cum melle in nares addita: & ulcera capitis sanat illita. Medetur & peristereos. Calcalla siue leantides uocatur semē margaritis minutis simile dependens inter folia grandia in montibus fere. Huius grana .xv. in oleo macerantur: atque ita aduerso capillo caput ungitur. Fit & ex callitriche sternutamētum. Folia sunt lenticulæ similia. Caules iuncis tenuissimis: radice minima. Nascitur in opacis & humidis: gustatu feruēs. Hysopum ĩ oleo contritū phthiriasi resistit & prurigini in capite. Est autem optimum cilicium e tauro monte. Dein pamphylium: & smyrnæum. Stomacho contrarium. Purgat cum fico sumptum per inferna: cum melle uomitionibus. putant & serpentium ictibus aduersari tritum cū melle & sale & cumino. Lonchitis nō (ut pleriq; existimauerūt) eadē ē: quæ & xiphiō: aut phasganion quanq̃ cuspidi similis semine. Habet enim folia porri rubentia ad radicem & plura q̃ in caule capitula personis comicis similia paruam exerentibus līguam radicibus prælongis. Nascitur in sitientibus. E diuerso xiphion & phasganion ĩ humidis: cum primum exit: gladii præbet speciem caule duum cubitorum: radice ad nucis auellanæ figuram fimbriata: quam effodi ante messes oportet: siccari ĩ umbra. Superior pars eius cum thure trita æquo pondere admixto uino: ossa fracta e capite extrahit: aut siquid in corpore suppurat: uel si calcata sunt ossa. Serpentis eadē cōtra uenena efficax. Caput ĩ dolore ueratro ĩ oleo uel rosaceo decocto tritoq; ūgi cōuenit. Peucedano ex oleo uel rosaceo et aceto. Tepidum hoc prodest et doloribus: q pleruq; ex dimidia parte capitis sentiūtur: et uertigini. Perungūt et radice eius sudoris causa

eliciendi:quoniā caustica uis ei est.Psyllion:alii cynoides:alii chrysalion:alii sicelicō: alii cynomylam appellant:radice tenui:supuacua:sarmentosum:fabæ granis in cacuminibus:foliis canino capiti nō dissimilibus:semīe autē puniceo:unde et nomē hoc ī bacis.Ipsa herba in uineis inuenitur.Vis ei ad refrigerandum & discutiendū ingens. Semē in usu.frōti imponitur in dolore:et temporibus:ex aceto et rosaceo:aut posca. ad cætera illinitur acetabuli mensura sextario aquæ densat ac contrahit.Tunc terere oportet:et crassitudinem illinere cuicunq; dolori et collectioni inflāmationique. Et uulneribus capitis medetur aristolochia:fracta extrahens ossa:et in alia quidē parte corporis:sed maxime e capite.Similiter plystolochia.

¶DE Rhysellio:& centaurea:& chelidonia:& panace:& hyoscyamo:& euphorbio. ¶Capitulum decimum.

Hysellium nō dissimile apio.Huius radix cōmāducata purgat capitis pituitas. Oculorum aciem centaurio maiore putant adiuuari:si addita aqua foueantur. Succo uero minoris cum melle culices nubeculas obscuritatem discuti cicatrices extenuari.Albugines quidem etiam iumētorum siderite.Iā chelidonia supradictis ōibus mire medetur.Panacis radicem cum polenta epiphoris imponitur.Hyoscyami semē bibunt obolo tantundem meconii adiicientes:uinūq; ad epiphoras inhibendas. Adiungunt & gentianæ succum:quem collyriis acrioribus pro meconio miscent. Facit claritatem & euphorbium inunctis.Instillatur plantaginis succus lippitudini.Caligines aristolochia discutit.Iberis adalligata capiti cum quinquefolio epiphoras:& siq̄ in oculis uitia sunt:emendat.Verbascum epiphoris imponit᷑.Peristereos ex rosaceo uel aceto.Ad hypochysis & caliginē cyclaminon in pastillos diluūt.Peucedani succū ut diximus ad claritatem & caligines cum meconio et rosaceo.Psyllion illitum frōti epiphoras suspendit. ¶DE Anagallide siue acoro:& mandragora:siue circelo:& cicuta:& cremno agrio:et molibdena:et capno:et alia:et acoro:et iride:et cotyledo:et aizoo:et andrachne:et erigero:et de ephemero:& de labro ueneris:et de raminculo medicinæ:et de oris uitiis. ¶Cap.xi.

Nagallida aliqui acoron uocāt.Duo genera eius.Mas flore phœniceo:fœmina ceruleo:nō altiores palmo:frutice tenero:foliis pusillis rotūdis ī terra iacētibus. nascuntur in hortis & aquosis.Prior floret cerulea. Vtriusq; succus oculorū caliginē discutit cum melle:et ex ictu cruorem:et argema rubens:magis cum attico melle inunctis.pupillas dilatat:et ideo hoc iunguntur ante:quibus paracentesis fit.Iumētorꝝ quoq; oculis medentur.Succus caput purgat per nares īfusus:ita ut deinde uino colluatur.Bibitur et contra angues succi drachma in uino. Mirum ꝙ fœminam pecora uitant.At si decepta similitudine(flore enim tantum distant)degustauere:statim eā quæ asyla uocatur: in remedio quærunt.Ea a nostris ferus oculus nuncupatur. Præcipiunt aliqui effossuris ante solem ortum priusq̄ quicq̄ aliud loquantur:ter salutare eam.tunc sublatam exprimere.ita præcipuas esse uires. De euphorbio satis dictum est:cuius succus lippitudini si tumor erit:item absinthium cum melle tritum:itemq; betonicæ farina cōueniet.Et egilopas sanat herba eodē nomine:quæ in hordeo nascit᷑ tritici folio semine contrito cum farina permixta impositaq; uel succo.Exprimit᷑ hic e caulibus foliisq; prægnantibus dempta spica:et in trimestri farina digerit᷑ in pastillos. Aliqui et mandragora utebantur.Postea abdicatus in hac curatione est.Sed epiphoris:quod certum est:medetur:et oculorum dolori:radix tusa cū rosaceo et uino. Nam succus multis oculorum medicamentis miscetur. Mandragoram alii circelon uocāt.Duo eius genera.Candidus qui et mas:niger quæ fœmina existimat᷑. Angustioribus foliis q̄ lactucæ.Hirsutis et caulibus:radicibus binis:ternisue ruffulis.Intus albis carnosis:tenerisq; pene cubitalibus.Ferunt mala auellanarum nucū magnitudīe. Et iis semen ceupirorum album.Hoc alii arsen:alii morion:alii hypoplomon uocāt. Huius folia alba.Alterius latiora ut lappati satiuæ.Cauēt effossuri contrariū uentū.

Et tribus circulis ante gladio circũſcribunt. Poſtea fodiunt ad occaſum ſpectantes.
Succus fit et e malis et e caule deciſo cacumine et radice:punctis aperta aut decocta
utilis uel ſurculo.Cõciſa quoq; in orbiculos ſeruatur in uino.Succus non ubiq; ĩue/
nitur:ſed ubi poteſt:circa uindemias quæritur.Odor grauis ei:ſed radicis et mali gra/
uior.Mala maturata in umbra ſiccantur.Succus ex iis ſole dẽſatur.Item radicis tuſæ:
uel in uino nigro ad tertias decoctæ.Folia ſeruantur in muriis efficacius.Albus rore
tantum ſuccus peſtis eſt.Sic quoq; noxiæ uires:grauedinem afferunt etiam olfactu:
quãq̃ mala in aliis terris mãdant̃.Nimio tamen odore obmuteſcũt ignari.Potu qdẽ
largiore etiam moriuntur.Vis ſomnifica pro uiribus bibentium.Media potio cyathi
unius.Bibitur et contra ſerpẽtes:et ante ſectiones punctioneſq; ne ſentiant̃.Ob hæc
ſatis eſt aliquibus ſomnum odore quæſiſſe.Bibitur et pro helleboro duobus obolis in
mulſo.Efficacius helleborum ad uomitiones et ad bilem nigram extrahẽdam.Cicuta
quoq; uenenum eſt:publica athenienſium pœna inuiſa. Ad multa tamen uſus non
omittendi.Semen habet noxium.Caulis autem eſt uiridis:et urit plerunq; ut in pla/
tanis.Leuis hic et geniculatus ut calami nigricans. Altior ſæpe binis cubitis:in cacu/
minibus ramoſus.Folia coriandri tenuiora:graui odoratu.Semen aniſo craſſius: ra/
dice concaua:nullius uſus.Semini & foliis refrigeratoria uis:quæ ſi enecat:incipiunt
algere ab extremitatibus corporis.Remedium eſt:prius q̃ perueniat ad uitalia:uini
natura excalfactoria.Sed in uino pota irremediabilis exiſtimatur.Succus exprimitur
foliis floribuſq;:tunc enim maxime tempeſtiuus eſt & melior.Semine trito expreſſus
& ſole denſatus in paſtillos necat:ſanguinem expiſſando.Hæc altera uis.Et ideo ſic
necatorum maculæ in corporibus apparent. Ad diſſoluenda medicamenta utuntur
illo pro aqua.Fit ex eo ad refrigerãdum ſtomachum malagma.Præcipuus tamen eſt
ad cohibendas epiphoras æſtiuas oculorumq; dolores ſedãdos circunlitum. Miſcetur
collyriis.Et alios omnes rheumatiſmos cohibet.Folia quoq; tumorẽ omnẽ doloreq;
& epiphoras ſedant.Anaxilaus auctor eſt mãmas a uirginitate illitas ſemper eſſe ſta/
turas.Quod certum eſt:lac puerperarum mammis impoſita extinguit.Veneremque
teſtibus circa pubertatem illita.Remedia liberationi quibus bibẽda cenſet̃:nõ equidẽ
præcepimus.Maxima uis terræ parthoꝝ:mox laconicæ:creticæ:aſiaticæ.In græcia ue/
ro megaricæ:deĩde atticæ. Cremnos agrios gremias tollit oculoꝝ impoſitus:tumorẽ
quoq; polẽta addita.Naſcitur uulgo molibdena ideſt plumbago etiam in aruo:folio
lappati:craſſa:radice hiſpida.Hæc commãducata:ſi oculis ſubĩde religat̃:plumbum
quod eſt genus uitii:ex oculis tollit. Capnos prima quam pedes gallinaceos uocãt:
naſcens ĩ parietinis & ſepibus:ramis tenuiſſimis ſparſiſque:flore purpureo uiridis:
ſucco caliginẽ diſcutit.Itaq; in medicamento oculorum additur.Similis & nomĩe &
effectu alia eſt capnos fruticoſa:prætenera foliis coriãdri:cineracei coloris: flore pur/
pureo.Naſcitur in hortis et ſegetibus hordeaceis.Claritatem facit inunctis oculis de/
lachrymationeq; ceu fumus:ũde nomẽ accepit.Eadẽ euulſas palpebras renaſci ꝓhibet.
Acorõ iridis folia habet ãguſtiora tãtũ & lõgiore pediculo:radices nigras:minuſque
uenoſas.Cætero & has ſimiles iridis:guſtu acres:odore nõ ĩgratas:ructu faciles.Optĩæ
põticæ:dein galaticæ:mox creticæ.Sed primæ ĩ cholchide iuxta phaſin ãnẽ:et ubicũq;
in aquoſis.Recẽtibus uirus maius q̃ uetuſtis.Creticæ candidiores ponticis.Siccantur
utribus in umbra digitalibus fruſtis.Necnõ inueniũtur qui oxymyrſine radicẽ acorõ
uocãt.Ideoq; quidã hanc acron agriõ uocare malunt.Vis ei ad calfaciendum extenu/
ãdumq; efficax cõtra ſuffuſiões & caligines oculorum ſucco eiuſdem poto:cõtraque
ſerpẽtes. Cotyledõ paruula herba cauliculo tenero:puſillo:pingui:cõcauo:ut coxẽdi/
ces.Naſcit̃ in maritimis petroſiſq;:uiridis:radice oliuæ modo rotunda.Oculis medet̃
ſucco.Eſt & aliud genus eiuſdem ſordidis foliis:latioribus:denſioribuſq; circa radicẽ
uelut oculum cĩgentibus:aſperrimi guſtus:lõgiore caule:ſed pergracili.Vſus eius ad
eadem quæ iridis. Aizoi duo genera:maius in fictilibus uaſculis ſeritur:quod aliqui

buphthalmon uocãt:alii zoophthalmon:alii erogennetõ:quod amatoriis cõueniat. Alii hypogeson:quoniam in suggrundis fere nascitur. Sunt qui ambrosiam potius uocãt:& qui amerimnon. Itali sedum magnum:aut oculum:aut digitellũ. Alterum minusculũ:quod eritheles uocant:alii tritheles quia ter floreat:alii chrysotheles:aliq isoetes. Sed alii itali sedum:alii aizoum. Vtrũq; quoniam uireat semper. Aliq semp/uiuum. Maius cubiti altitudinẽ excedit:crassitudine plusq̃ pollicari. Aliud ĩ cacumĩe linguæ simile carnosum:pingue:largo succo:latitudine pollicari. Alia ĩ terrã cõuexa: alia stantia:ita ut ambitu effigiem imitentur oculi. Quod minus est:ĩ muris parieti/nisq; nascitur:et tegulis. Fruticosũ a radice & sursum usq; ad cacumen. Foliis ãgustis mucronatis:succosis:palmo alto caule. radix inutilis. Huic similis est:quam græci andrachnen agriam uocant. Itali celebrant in pastillos latioribus foliis & breuiori ca/cumine. Nascitur in petris:et colligitur cibi causa. Omniũ harum uis eadẽ:pfrigerare & astringere. Medentur epiphoris folia imposita:uel succus inunctus. Purgant enim ulcera oculorum explentq;:et ad cicatricem perducunt palpebras deglutinãt. Eædem capitis doloribus medentur:succo uel folio tẽporibus illitis. Aduersant' phalangiorũ ictibus. Aconito uero maius aizoum præcipue. A scorpionibus quoq; feriri id habẽtẽ negant. Medentur & aurium dolori. Item succus inunctus hyoscyami modice. Item achilleæ:& minoris centaureæ:& plãtaginis peucedani cum rosaceo & meconio. Acori succus cum rosa. Omnis autem strigili calefactus infunditur. Cotyledon etiã infũdit' purulentis cũ medulla ceruina calefacta. Ebuli radices tritæ et succus linteo colatus: mox in sole densatus & cum opus est rosaceo dilutus & calefactus parotidas. Verba/naca quoq;:item plantago sanat:item sideritis cum axungia ueteri. Narium ozenas emendat aristolochia cũ cypero. Dentibus remedio sunt panacis radix cõmanducata: præcipue chironiæ:item collutis succo. Radix hyoscyami ex aceto manducata. Item polymoniæ commanducantur:& plantaginis radices:aut colluũtur in aceto decoctæ succo. Et folia sũt utilia. Vel si sanguine gingiuæ putrescant:uel semen eiusdẽ apostẽ/mata:& collectiones gingiuarum sanat. Et aristolochia gingiuas dentesue confirmat. Verbenaca cum radice manducata et decoctæ ex uino aut aceto succus collutus. Item quinquefolii radices decoctæ ad tertias uino aut aceto. Prius uero q̃ decoquant':aqua marina aut salsa lauantur. Decoctum diu tenendum in ore. Quidã cinere qnq;folii fricare malunt. Et uerbasci radix decoquitur in uino ad colluendos dentes. Et hysopo colluuntur:& peucedani succo cum meconio uel radicum anagallidis magis fœmĩæ succo:ab altera nare quam doleat ĩfuso. Erigeron a græcis:quæ a nostris uocatur se/necio. Hanc si ferro circũscriptam effodiat aliquis:tangatq; ea dentem et alternis ter despuat ac reponat in eundẽ locum:ita ut uiuat herba aiunt dentem eum postea non doliturum. Herba est theriffagum specie & mollicia:cauliculis subrubicũdis. Nascit' & in tegulis & in muris. Nomẽ hoc græci dederunt:quia uere canescit. Caput eius nu/merosa diuiditur lanugine:qualis e spinæ ĩter diuisuras exeũte. Quare eam Callima/chus acanthida appellat:alii pappum. Nec deinde græcis de ea constat. Alii erucæ fo/liis esse dixerunt:alii roboris:sed minoribus multo. Radice alii superuacua:alii neruis utili:alii potu strangulante. E diuerso quidam regio morbo cum uino dederunt. Et contra omnia uesicæ uitia:item cordis & iocineris. Renibus extrahere arenam dixere. Ischiadicis drachmam cũ oxymelite ab ãbulatione propinauere. Torminibus quoq; in passo utilissimam:præcordiis etiam:cibo ex aceto eam prædicantes:ferentesque in hortis. Nec defuere qui et alterum genus facerent. Nec quale esset demonstrarent: contra serpentes in aqua bibendam edendamq; comitialibus dantes. Nos eã romanis experimentis per usus digeremus. Lanugo eius cũ croco & exiguo aquæ frigidæ trita: illinitur epiphoris. Tosta cum mica salis strumis. Ephemeron folia habet psillii:sed minora:caulem parem:florem cæruleum:semẽ superuacuum:radicem unã digitali crassitudine dentibus præcipuam:concisam in aceto:decoctãq; ut tepido colluantur.

Et ipsa etiã radix mobiles sistit. Cauis et exesis imprimitur. Chelidoniæ radix ex aceto trita continetur ore. Erosis ueratrum nigrum imponitur. Mobiles dentes utralibet decocta in aceto firmantur. Labrum uenerium uocant in flumine nascentem. Est ei uermiculus qui circa dentes ligatur: aut cauis dentium cæra includitur. Cauẽdum ne euulsa herba terram tangat. Ranũculum uocamus: quam græci uatrachion. Genera eius quattuor: unum pĩguioribus q̃ coriandri foliis: & ad latitudinem maluæ accedẽtibus: colore liuido: caule albo gracili & radice alba. Nascitur in limitibus humidis & opacis. Alterum foliosius pluribus foliorum incisuris: altis caulibus. Tertiũ minimũ est graui odore: flore aureo. Quartum simile huic flore luteo. Omnibus uis caustica si cruda folia imponantur: pustulasq; ut ignis faciunt. Ideo ad lepras & psoras utũť: & ad tollẽda stigmata. Causticisq; omnibus miscent. Alopeciis imponũt: celeriter remouentes. Radix in dolore cõmanducata diutius rumpit dentes. Eadem sicca concisa sternutamentum facit. Nostri herbarii strumeam uocãt: quoniam medetur strumis et panis parte in fumo suspensa. Creduntque ea rursus sata rebellare quæ curauerint uitia. Quo celere & plantagine utunť. Oris ulcera intus succus plantaginis emendat & folia radicesq; commanducata: uel si rheumatismo laboret os. Vlcera fetoremque quinquefolium. Vlcera psyllium. Composita quoq; ad fetorem uel maxĩe pudendũ uitium trademus. Ergo folia myrti & lentisci pari pondere gallæ syriacæ dimidium põdus simul terere in uino uetusto sparsa mandere matutino optimũ est. Vel ederæ baccas cum casia & myrrha pari pondere ex uino. Naribus utilissimum est dracõtii semen corticum ex melle: etiam si carcinomata in iis sunt. Suggillata hysopo emẽdãť. Stigmata in facie mandragora illita delet.

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER VICESIMVSSEXTVS. ¶PROOEMIVM.

¶Reliquæ per morborum genera medicinæ: & de nouis morbis: & de lichene qd sit: & quãdo primũ in italia cœperint: & de carbũculo: et elephantiasi: et colo. ¶Cap. i.

SENSIT ET FACIES HOMINVM NOuos omniq; æuo priore incognitos nõ italiæ mõ: uerum etiã uniuersæ prope europæ morbos. Tũc quoq; nec tota italia nec per illyricum galliasue aut hispanias magnope uagatos: aut alibi q̃ romæ circaque sine dolore quidem ullo: aut sine pnicie uitæ: sed tanta feditate: ut quæcũq; mors præferenda esset. Grauissimum ex his lichenas appellauere græco nomine: latine quoniã a mento fere oriebatur ioculari primum lasciuia: ut est procax natura multorum ĩ alienis miseriis: mox & usurpato uocabulo mentagram: occupantem multis & intuitus: totosque utique uultus oculis tantũ ĩmunibus: descendentem uero & in colla pectusq; ac manus fedo cutis furfure. Non fuerat hæc lues apud maiores patresque nostros. Et primum Tiberii Claudii Cæsaris principatu medio irrepsit in italia quodam Persino equite romano quæstorio scriba cũ in asia apparuisset: inde contagionem eius importãte. Nec sensere id malũ fœiæ aut seruitia: plebesque humilis et media: sed proceres ueloci transitu osculi maxime fediore multorum: qui perpeti medicinam tolerauerant cicatrice q̃ morbo. Causticis nanq; curabatur: nec nisi usq; in ossa corpus exustum esset non rebellante tedio. Adueneruntq; ex ægypto genitrice talium uitiorum medici hanc solam operã afferentes

magna sua præda. Siquidem certum est Manilium Cornutum ex prætoriis legatum aquitanicæ prouinciæ sestertia.cc.elocasse in eo morbo ad curandum sese. Acciditque sæpius: ut noua contra genera morborum gregatim sentirentur. Quo mirabilius quid potest reperiri? aliqua gigni repente uitia terrarum in parte certa: certisque membris hominum: uel ætatibus: aut etiam fortunis. tanq̄ malo eligente: hæc ĩ pueris grassari: illa in adultis. hæc ꝓceres sentire: illa paupes. L. Paulo. Q. Martio censoribus primũ in italia carbunculum uenisse: annalibus cõscriptum est peculiare narbonẽsis ꝓuĩciæ malum: quo duo consulares obiere: condentibus hæc nobis. eodem anno Iulius Ruffus: & Q. Lecanius Bassus: ille medicorũ inscitia sectus: hic uero pollice leuæ manus euulso acu ab semetipso tam paruo uulnere ut uix cerni posset. Nascitur ĩ occultissimis corporum partibus: & plerunque sub lingua duricia rubens uariis modis: sed nigricans capite alias liuida corpus intendens neq; ĩtumescens: sine dolore: sine prurit: sine alio q̄ somni indicio: quo grauatos in triduo aufert: aliquando & horrorem afferens: circaq; pustulas paruas: rarius feriens stomachum. Faucesque cum inuaserit ocissime exanimans. Diximus elephantiasin ante Pompeii Magni ætatẽ nõ accidisse in italia: & ipsam a facie sæpius incipientem. In nare prima ueluti lenticula mox inualescente per totum corpus maculosa uariis coloribus & inæquali cute alibi crassa: alibi tenui dura ceu scabie aspera: ad posterum uero nigrescente: & ad ossa carnes apprimente intumescẽtibus digitis in pedibus manibusq;. Aegypti peculiare hoc malũ: et cum in reges incidisset: populis funebre. Quippe in balneis solia tẽpabãt humano sanguine ad medicinam eam. Et hic quidem morbus in italia celeriter restinctus est: sicut & ille quem gemursam appellauere prisci inter digitos pedum nascentem etiã nomine oblitterato. Idipsum mirabile: alios desinere in nobis morbos: alios durare: sicuti colum. Tiberii Cæsaris principatu irrepsit id malum. Nec quisq̄ prior ĩpatore ipso sensit: magna ciuitatis ambage cum edicto eius excusantis ualitudinem legeret nomen incognitum. Quid hoc esse dicemus? aut quas deorum iras? Parũ enim erant homini cætera morborum genera: cum supra.ccc.essent: nisi etiam noua timerentur. Neq; ipsi homines pauciora sibi opere suo negocia important. Hæc apud priscos erãt quæ memoramus remedia medicinam ipsa quodã mõ reꝝ natã faciẽte & diu fuere.

¶Laus Hippocratis. ¶Capitulum secundum.

HIppocratis certe qui primus medendi præcepta clarissime condidit: referta herbarum mentione inuenimus uolumina. nec minus Dioclis Caristii qui secũdus ætate famaque extitit. Item Praxagoræ & Chrysippi: ac deinde Erasistrati. Herophilo quidem quanq̄ subtilioris sectæ cõditori ante omnes celebratam rationem eã paulatĩ usu efficacissimo rerum omnium magistro peculiariter utiq; medicinæ ad uerba garrulitateq; descendẽte. Sedere nanq; in iis scholis auditioni occupatum gratius erat: q̄ ire per solitudines: & quærere herbas alias aliis diebus anni.

¶DE Noua medicina et Asclepiade medico: & qua ratione ueterem medicinã mutauerit. ¶Capitulum tertium.

DVrabat tamen antiqtas firma: magnasq; confessæ rei uindicabat reliqas: donec Asclepiades ætate Magni Põpeii rhetoricæ magister: nec satis ĩ ea arte quæstuosus ut ad alia sagacis ingenii huc se repente conuertit: atq; ut necesse erat homini qui nec id egisset: nec remedia nosset oculis usuq; pcipiẽda torrenti ac meditata quotidie oratione blandiẽs: omnia abdicauit. totamq; medicinam ad casũ reuocãdo cõiecturã fecit. Quinq; res maxime cõmunium auxiliorum professus. Abstinentiam cibi: alias uini: fricationem corporis: ambulationem: gestationesq;: cum unusqsq; semetipsum sibi præstare posset intelligere. Fauentibus cunctis ut esset uera: quæ facillima erant: uniuersum prope humanum genus circũegit in se: non alio modo q̄ si cælo emissus aduenisset. Trahebat præterea mẽtes artificio mirabili uino promittẽdo ægris dãdoq; tẽpestiue tum frigidã aquam. Et quoniam causas morboꝝ prior scrutari Herophilus

instituerat:uini ratione illustrauerat Cleophantus apud priscos:ipse cognominari se
frigidā dando præferens.& ut auctor est.M.Varro:alia quoq; blādimēta excogitabat
iam suspēdēdo lectulos:quorum iactatu aut morbos extenuaret:aut sōnos alliceret:
iam balneas auidissima hominum cupidine instituēdo:& alia multa dictu grata atq;
iucunda magna auctoritate.nec minore fama cū occurrisset ignoto funeri:relato ho-
mine ab rogo atque seruato:ne quis leuibus momentis tātam conuersionem factam
existimet.Id solum possumus indignari unū hominem e leuissima gente sine opibus
ullis orsum uectigalis sui causa repente leges salutis humano generi dedisse:qs tamē
postea abrogauere multi.Asclepiadem uero adiuuere multi:quorum cura nimis āxia
& rudi aut obruendi ægros ueste'sudoresque omni modo ciēdi:nunc corpora ad ignes
torredo:solesue assidue quærendo in urbe umbrosa:immo uero tota italia impatrice
tum primum pēsili balnearum usu ad infinitum blādiēte.Præterea ī qbusdā morbis
medēdi cruciatus detraxit:ut in anginis quas curabant in fauces organo demisso.Dā-
nauit merito & uomitiones tūc supra modū frequentes.Arguit & medicamentorum
potus stomacho inimicos:quod est magna ex parte uetitum.Itaq; nos in primis quæ
sunt stomacho utilia signemus.

¶ Irrisio magicæ artis:& de lichene:& tapsia.¶ Capitulum.iiii.

SVper omnia adiuuere eum magicæ uanitates:intātum euectæ ut abrogare her-
bis fidē cunctis possēt.Aethiopide herba amnes ac stagna siccari cōiectu.Tactu
clausa omnia apiri.Achemenide coniecta in aciē hostium trepidare agmina ac terga
uertere.Latacen dari solitam a persarum rege legatis:ut quocunq; uenisset omnium
rerum copia abundarent:ac multa similia.Vbi nam istæ fuere:cum cimbri teutoniq;
terribili Marte ulularent?Aut cum Lucullus tot reges magoꝝ paucis legionibus ster-
neret?Curue romani duces primam semper in bellis rationem commercioꝝ habuere?
Cur Hercules Cæsaris miles in pharsalica famē sensit:si abundantia omnis cōtingere
unius herbæ fœlicitate poterat?Non satius fuit Aemilianū Scipionē carthaginis por-
tas herba patefacere:q̄ machinis claustra per tot ānos q̄tere?Siccēt æthiopide pōtinæ
paludes:tantumq; agri suburbanæ reddatur italiæ.Nanq; apud eundem Democritū
inuenitur compositio medicamenti:quo pulchri boniq; et fortunati gignātur liberi.
Cur nunq̄ persarum regi talis est dedita?Mirum esset profecto hucusq; prouectā cre-
dulitatem antiquorum saluberrimis ortā initiis si in ulla re modum humana īgenia
nouissent.Atq̄ nos hanc ipsam medicinam ab Asclepiade repertam suo loco ꝓbaturi
cessemus:euectam ultra magos etiam.Sed hæc est omni in re animorum cōditio:ut
a necessariis orsa primum cuncta uenerint ad nimium.Igitur demonstratarū priore
libro herbarum reliquos effectus dicemus:adiiciemusq; quas ratio dictauerit.Sed in
lichenis remediis atq; tam fedo etiam malo:plura undiq; aceruabimus:quanq̄ non
paucis iam demonstratis.Medetur ergo plantago trita.Quīquefoliū.Radix albuci ex
aceto.Ficulni caules aceto decocti.Hibisci radix cum glutino & aceto acri decocta ad
quartas.Defricantur etiam pumice.Et rumicis radix trita ex aceto illinitur.Et flos
uisci cum calce subactus.Laudatur & tithymalum cum resina decoctū.Lichen uero
herba his omnibus præfertur:inde nomine inuento.Nascitur in saxosis folio uno ad
radicem lato:caule uno:paruo:longis foliis dependētibus.Hæc delet & stigmata.Te-
ritur cum melle.Est aliud genus lichenis petris tantum adhærēs:ut muscus:q & ipse
illinitur.Hic et sanguinem sistit uulneribus instillatus:& collectiones illitus.Morbū
quoq; regium cum melle sanat ore illito & lingua.Qui ita curantur:aq̄ salsa lauari
iubentur:ungi oleo amygdalino:hortensibus abstinere.Ad lichenas & tapsiæ radice
utuntur trita cum melle.Anginæ & argemonia medetur sumpta ex uino.Et hysopū
cum uino decoctum & gargarissatum.Peucedanum cum coagulo uituli marini æqs
partibus.Proserpinata cum muria et ex oleo trita uel sub lingua habita.Item succus
de quīquefolio potus cyathis tribus.Hic et oībus faucium uitiis medet̄ gargarissatus.

Verbascum priuatim tonsillis in aqua potum.

¶AD Strumas:& ad digitos:& ad pectus:& ad tussim medicinæ. ¶Cap.v.

STrumis plantago. Chelidonia cum melle & axungia. Quiquefolium. Et radix persolatæ. Item cũ axungia operitur folio suo imposita. Item artemisia. Radix mãdragoræ ex aqua. Sideritis lata folia clauo sinistra manu circunfossa adalligantur custodienda sanatis:ne rursus sata diro herbariorum scelere:ut in qbusdam rebellet. Quod & in iis:quos artemisia sanauerit:prædici reperio. Item in iis quos plantago. Damasion:quæ & caucalis uocatur:sub solstitio collecta imponitur ex aqua cælesti folium tritum uel radix cum axungia tusa:ita ut imposita folio suo operiatur. Sic & ad omnes ceruicis dolores tumoresq; quacũq; in parte. Bellis in pratis nascitur:flore albo aliq̃tenus rubente. Hãc cum artemisia illitã efficaciorem produnt. Condurdon herba solstitialis flore rubeo suspensa in collo cõprimere dicit' strumas. Itẽ uerbenaca cum plantagine digitorum uitiis omnibus:& priuatim pterigiis. Quinquefoliũ medetur pectoris uitiis. Vel quod grauissimum est tussis huic medetur panacis radix in uino dulci. Succus hyoscyami etiam sanguinem excreantibus. Nidor quoque accensi tussientibus. Item scordotis mixto nasturtio & resina cum melle tusa arida. facit & p se faciles excreationes. Item centaurium maius:& sanguinem reiicientibus. Cui uitio & plantaginis succus medetur. Et betonica obolis tribus in aqua cõtra purulentas cõtraq; cruentas excreationes. Persolatæ radix drachmæ põderis cum pineis nucleis. xi. Peucedani succus. Pectoris doloribus & acorum subuenit:& ideo antidotis miscetur. Tussi daucum:item scythiaca herba. Ea demum omnibus pectoris uitiis tussi & purulenta excreantibus obolis tribus in passo.

¶DE Verbasco:& chameleuce uel tussilagĩe:& bechio:& aqlegia:& saluia. ¶Ca.vi.

TOtidem obolis bibitur uerbascũ:cuius flos aureus. Tanta huic uis ẽ:ut iumẽtis etiam non tussientibus modo:sed ilia quoq; trahentibus auxiliet' potus. Quod & de gentiana reperio. Radix chameleuce:quæ tussilago dicitur:commanducata:& ĩ uino madefacta non tussi tantum:sed & faucibus prodest. Hysopi quoque. v. ramis cum duobus rutæ & ficis tribus decoctis thoracem purgãt. Tussim sedat bechiõ:quæ et tussilago dicitur. Duo eius genera. Siluestris ubi nascitur:subesse aquas credunt:et hoc habent signum aquileges. Folia sunt maiuscula q̃ hederæ. v. aut. vii. subalbida a terra superne pallida:sine caule:sine flore:sine semine:radice tenui. Quidam eãdem esse bechion et alio nomine chameleucen putant. Huius aridæ cum radice fumus per harũdinẽ haustus aut deuoratus ueterem sanare dicitur tussim. Sed ĩ singulos haustus passum gustandum est. Altera a quibusdam saluia appellatur similis uerbasco: cõteritur ea et colata calefit. atq; ita ad tussim laterisq; dolores bibitur. Contra scorpiones eadem et dracones marinos efficax. Contra serpentes quoq; ex oleo perungi ea ꝓdest. Hysopi fasciculus cum quadrante mellis decoquitur ad tussim.

¶AD Lateris dolores et pectoris ad orthopnoeas ad iocineris dolorẽ:cordis dolori pulmoni urinæ tussi pectori ulceribus renibus epaticis:ad uomitiones ad singultus: pleureticis lateri. ¶Cap.vii.

LAteris et pectoris dolores uerbascum cum ruta ex aqua. Betonicæ farina bibitur ex aqua calida. Stomachum corroborat scordotis succus:centaurium:gentiana ex aqua potæ. Plantago autem per se sumpta in cibo cum lente halicæue sorbitione. Betonica alias grauis stomacho uitia tamẽ sanat pota uel foliis commãducata. Item aristolochia pota. Agaricum mãducatum siccum ut ex interuallo merum sorbeatur. Nymphea heraclea illita. Peucedani succus. Psyllion ardoribus ĩponitur uel cotelydõ trita cum polenta:uel aizoum. Molon scapo est striato foliis mollibus paruis radice quattuor digitoꝝ:in aqua extrema potatur. Vocatur a quibusdam syron:ex uino stomacho et dispnoeæ medetur. Centaurium maius eligmate. Plantago succo uel cibo. Betonicæ tusæ pondo libra mellis attici semuncia ex aq̃ calida quotidie bibentibus.

Ariſtolochia uel agaricon obolis ternis ex aq̄ calida aut lacte aſini pota. Ciſſāthemos ad orthopnoeas bibitur. Item hyſopum. Et aſmaticis. Peucedani ſuccus ī iocineris dolonbus et pectoris laterīſque ſi febres nō ſūt. Sāguinem quoq; expuentibus ſubuenit agaricum uictoriati pōdere tritum et in mulſa quīque cyathis datum. Idē et amomō facit. Iocineri priuatim teucria bibitur recēs drachmis q̄ttuor in poſcæ hemina. Betonicæ drachma una ī aq̄ calida cyathis tribus ad cordis uitia: in frigida cyathis duobus. Quinquefolii ſuccus iocineris et pulmōis uitiis: ſāguinemque reiicietibus et cuicūq; ſāguinis uitio intus occurrit. Iocineri anagalides mire proſunt. Capnion herbā qui edere: bilem per urinā trahunt. Acoron iocineri medetur thoraci quoq; et præcordiis. Caucum quæ et ephedra: ab aliis anabaſis uocata naſcitur uentoſo fere tractu ſcādēs arborem: et ex ramis propendens folio nullo: cirris numeroſa qui ſunt iunci geniculati: radice pallida. Datur ex uino nigro auſtero trita ad tuſſim: ſuſpiria tormina et ſorbitione facta in quā uinum addi cōuenit. Item gentiana madefacta pridie cōtrita denarii pōdere in uini cyathis tribus. Geum radiculas tenues habet nigras beneolētes. medetur non modo pectoris doloribus aut lateris: ſed et cruditates diſcutit iucundo ſapore. Verbenaca uero omnibus uiſceribus medetur lateribus pulmonibus iocineribus thoraci. Peculiariter autem pulmonibus & quos ab iis phthiſis tētat. Radix uero herbæ conſiliginis: quam nuper inuentam diximus: ſuum quidem et pecoꝝ omnium remedium præſens eſt. Pulmonum uitio uel traiecta tātum in auricula. Bibi debet ex aqua: haberiq; in ore aſſidue ſub lingua. Superficies huius herbæ an ſit in aliquo uſu adhuc īcertū eſt. Renibus ꝓdeſt plātaginis cibus. Betonicæ potus. Agaricū potū ut in tuſſi. Tripolium in maritimis naſcitur ſaxis: ubi allidit unda: neq; in mari neq; ī ſicco folio ſatis craſſiore: palmo alto in mucrone diuiſo: radice alba odorata craſſa calidi guſtus. Datur epaticis in farre cocta. Hæc herba eadem uidetur quibuſdā quæ poliū: de qua ſuo loco diximus. Syomphona uel cromphena alternis uiridibus roſeiſq; per caulem foliis in poſca ſanguinē reiicientibus medetur. Iocineri autē herba meladryū naſcens in ſegete ac pratis flore albo odorata. Eius cauliculus conteritur ex uino uetere. Item herba chalcetum e uineis contrita imponitur. Faciles præſtat uomitiōes radix betonicæ hellebori modo quattuor drachmis ī paſſo aut mulſo. Hyſopum tritum cū melle utilius præſumpto naſturcio aut irione. Molemonium denarii pondere. Eſt et pſyllibus lacteus ſuccus qui denſatus in gummi ſumitur cum melle ſupradicto pondere: præcipueq; bilem trahit. Rurſus ſiſtunt uomitionem cyminū ſilueſtre: betonicæ farina. ſumuntur ex aqua: abſtergūtq; faſtidia. cruditateſq; digerunt daucū betonicæ farina ex aqua mulſa: plantago decocta caulium modo. Singultus hermionū ſedat. Item ariſtolochia. Suſpiria dimenus. Pleureticis & peripneumonicis cētauriū maius. Item hyſopum bibitur. Pleureticis peucedani ſuccus. Halus autē: quā galli ſic uocant: ueneti cotoneam: medetur lateri. item renibus cōuulſiſq; & ruptis. Similis eſt cunilæ bubulæ cacuminibus thymo dulcis: & ſitim ſedat: raſæ radicis alibi albæ alibi nigræ. Eoſdem effectus lateris doloribus habet chamerops: myrteis circa caules geminos foliis capitibus græculæ roſæ ex uino pota. Iſchiadicos dolores & ſpinæ leuat agaricum potū ut in tuſſi. Item & theocadis aut betonicæ farina ex aqua mulſa.

¶DE Omnibus uitiis uētris & remediis: & eorum quæ circa uel intra ſūt: & de aluo ſiſtenda uel ſoluenda. ¶Cap. viii.

PLurimum tamen negocii humano generi aluus exhibet. cuius cauſa maior pars mortalium uiuit. Alias enim cibos non tranſmittit: alias non continet: alias nō capit: alias non conficit. Eoq; mores uenere: ut homo maxime cibo pereat. Peſſimum corporum uas. Inſtat ut creditor: et ſæpius die appellat. Huius gratia præcipue auaricia expetitur. huic luxuria conditur. huic nauigatur ad phaſin. huic profunda uada exquiruntur. Et nemo uilitatem eius æſtimat conſūmationis feditate. Ergo numeroſiſſima eſt circa hanc medicinæ opera. Siſtit eā ſcordotis recentis drachma cū uino

trita uel decocta pota. Polemonia quoq;. Et dysetericis ex uino datur. Verbasci radix pota ex aqua duorum digitorum magnitudine. Nympheæ heracliæ semen cum uino potum. Radix superior ex sylphio drachmæ pondere ex aceto. Semen plantaginis in uino tritum: uel ipsa ex aceto cocta: aut halica ex succo eius sumpta. Item cũ lẽticula cocta uel aridæ farina ĩspersa potioni cum papauere tosto & trito. Vel succus infusus aut potus betonicæ ĩ uino ferro calefacto. Eadem cœliacis in uino austero datur. Iis & iberis imponitur: ut dictum est. Tenasmo radix nympheæ heracliæ e uino bibit̃. Psyllium ĩ aqua cum radicibus decoctum. Aizoi succus aluũ sistit & dysenterias & tineas rotundas pellit. Symphytis radix dyseteriam sistit. Item dauci. Aizoum foliis cõtritis ex uino torminibus resistit. Alcmeæ siccæ farina torminibus pota cum uino. Astragalus folia habet longa incisuris multis obliqua circa radicem caules. iii. aut. iiii. foliorũ plenos: florem hiacynthi: radices uiollosas ĩplicatas rubras præduras. Nascit̃ in petrosis apricis: & iisdem niualibus: sicut pheneo arcadiæ. Vis ei ad spissanda corpora. Aluũ sistit radix ĩ uino pota. quo fit ut moueat urinam repercusso liquore: sicut pleraque quæ aluum sistunt. Sanat & dysentericos in uino rubro tusa. Difficile autem tundit̃. Eadem gingiuarum suppurationi utilissima est fotu. Colligitur exitu autũni cũ folia amiserit. Siccatur in umbra. Et ladano sistitur aluus utroq;. Quod ĩ segetibus nascit̃ contuso & cribrato: bibitur ex aqua mulsa: item nobili e uino. Ledon appellat̃ herba ex qua ladanum fit in cypro barbis caprarum adhærescens: nobilius in arabia. Fit iã etiam in syria atq; africa: quod taxicon uocant. Neruos enim in arcu circundatos lanis trahunt adhærescente roscida lanugine. Plura de eo diximus inter unguenta. Hoc grauissimum onere est: durissimum tactu. Plurimum enim terræ colligit: cũ ꝓbetur maxime purum: odoratum: molle: uiride: resinosum. Natura ei molliẽdi siccandi coquendi somnum alliciendi. Capillum fluẽtem cohibet: nigriciamq; custodit. Auribus cum hydromelite aut rosaceo infunditur. Furfures cutis & manãtia ulcera sale addito sanat. Tussim ueterem cum storace sumptum. Efficacissimum ad ructus. Aluũ sistit & chondris: siue pseudodictamũ: hypocisthis: orobation uel orobarche a quibusdam dictum malogranato ĩmaturo similis. Nascitur ut diximus sub cistho: unde nomen hoc. Arefacta in umbra sistit aluum: ex uino austero nigro utraq;. Duo enim genera eius cãdida & ruffa. Vsus in succo. spissat: siccat. Et ruffa magis stomachi rheumatismos emendat. Pota tribus obolis sanguinis excreatiões. Cum amylon dyseterias pota & infusa. Item uerbenaca ex aqua data aut carentibus febre ex uino amineo coclearibus. v. additis in cyathis tribus uini. Lauer quoque nascens in riuis condita et cocta torminibus medetur. Potamogetõ uero ex uino dysentericis etiam & cœliacis similis betæ foliis minoribus tantum hirsutioribusq; paululum supereminens extra aquam peculiariter refrigerant: spissant. Vsus in foliis cruribus uitiosis utilia. & cõtra ulcerũ nomas cum melle uel aceto. Castor hanc aliter nouerat tenui folio uelut eqnis setis: thyrso longo & leui in aquosis nascentem. Radice sanabat strumas & duricias. Potamogeton aduersatur & crocodilis: itaq; secum habent eam qui uenãtur illos. Aluum sistit & achillea. Eosdẽ effectus præstat & statice. vii. caulibus ueluti rosæ capita sustinens. Ceratia uno folio radice nodosa & magna in cibo cœliacis & dysetericis medet̃. Leontopodion alii liceoron: alii dorypetron: alii toriuẽtoron uocant: cuius radix aluũ sistit: purgatq; bilem in aqua mulsa addito pondere denariorum duum. Nascitur in campestri & gracili solo. Semẽ eius potum lymphatica sõnia facere dicitur. Lagopus sistit aluum e uino pota aut in febri ex aqua. Eadem inguini adalligatur in tumore. Nascitur in segetibus. Multi super omnia laudant ad deploratos dysentericos qnquefolium decoctis in lacte radicibus & potis: & aristolochiam in uictoriati pondere in cyathis uini tribus. Quæ ex supradictis calida sumentur: hæc cãdente ferro temperari aptius erit. E diuerso purgat aluum succus cẽtaurii minoris drachma in hemia aquæ cum exiguo salis & aceti. bilemque detrahit. Maiore tormina discutiuntur. Betonica

aluum soluit drachmis quattuor:in hydromelitis cyathis nouē.Item euphorbium uel agaricum drachmis duabus cum sale modico potum ex aqua:aut ī mulso obolis tribus.Soluit & cyclaminos ex aqua pota aut balanis subditis.Item chamæcissi balanus.Hysopi manipulus decoctus ad tertias cū sale pituitas trahit illitus:uel cōtritus cum oxymelite & sale.Pellitq; uētris animalia. Pituitā & bilem detrahit peucedani radix. Aluum purgat anacallis ex aqua mulsa.Item epithymō:qui est flos e thymo satureiæ similis.Differētia q̄ hic herbaceus ē:alterius thymi albus.Quidā hypopheō uocant:ac stomacho minus utilis.uomitiones mouet.sedat tormina.& inflāmatiōes discutit.Sumitur et ex eligmate ad pectoris uitalia cum melle & aliquādo iride.Aluū soluit a quattuor drachmis ad sex cum mellis exiguo:salisq; & aceti.Quidam aliter epithymū tradunt sine radice nasci tenui similitudine pallioli rubens:siccari ī ūbra. Bibi ex aqua acetabuli mensura.dimidia detrahere pituitam bilemq;.Aluum leniter soluit & nymphæa in uino austero. Soluit & pygmocomon erucæ foliis crassioribus & acrioribus radice rotunda lutei coloris terram olente caule quadrāgulo modico tenui flore ocimi.Inuenitur in saxosis locis.Radix eius in aqua mulsa.xii.pōdere denariorum & aluum & bilem & pituitam exinanit.Semē somnia tumultuosa facit una drachma in uino potum.Et capnos strumā discutit.detrahit bilem polypodion: quā nostri filiculā uocāt:similis enim est filici.Radix in usu pilosa:coloris intus herbacei: crassitudīe digiti minimi acetabulis cauernosa ceu polyporum cirri subdulcis:ī petris nascēs:aut sub arboribus uetustis.Exprimitur succus aqua madefacta:& ipsa concisa inspergitur oleri & betæ uel maluæ uel salsamento.uel cum pulticula coquit̄ ad aluū leuiter soluendam uel in febri.Detrahit bilem & pituitam.Stomachū offēdit.Aridæ farina indita naribus polypum consumit.floret:et semen nō fert. Scamoniū quoq; dissolutionem facit.bilem detrahit.aluum soluit:præterq̄ si adiiciāt̄ aloes drachmæ duæ obolis eius duobus. Est autem succus herbæ ab radice ramosæ pinguibus foliis triangulis albis radice crassa madida nauseosa.Nascitur pingui et albo solo. Radix circa canis ortum excauatur:ut in ipsā confluat succus:qui sole siccatus digeritur in pastillos.Siccatur et ipsa uel cortex. Laudat̄ natiōe colophonium mysiū priennense. Specie autem nitidum:et q̄simillimum taurino glutini fungosū tenuissimis fistulis cito liquescens uirus redolēs suminosum linguæ tactu lactescens:q̄leuissimum cum diluitur albescens.Hoc euenit et adulterino:quod fit herbæ farina et tithymalli marini succo in iudæa fere:quod etiam strāgulat sumptum.Deprehēditur gustu.Tithymallus enim linguam excalfacit bulbi more:nec ante nec postea utile.Dedere et per se ex aqua uel mulsa et sale quaternis obolis.Sed utilissime cum aloe:ita ut īcipiente purgatione mulsum bibatur.Fit et decoctum radicis in aceto ad crassitudinē mellis: quo lepræ illinuntur.Et caput ungitur in dolore cum oleo. Tithymallū nr̄i herbam lactariam uocāt:alii lactucā caprinā.Narrātq; lacte eius inscripto corpore cū inaruerit si cinis inspergatur apparere litteras.et ita quidam adulteras alloqui maluere:q̄ codicillis.Genera eius multa.Primus cognomiatur carachias:qui et masculus existimat̄: ramis digitali crassitudine rubris rugosis quiq; aut sex cubitali longitudine a radice foliis peneleæ.in cacuminibus coma iunci. Nascitur in asperis maritimis.Legit̄ semē autumno cum coma:siccatum sole tunditur:et reponitur.Succus uero īcipiente pomorum lanugine defractis ramulis excipitur farina erui aut fici:ut cum iis arescat. Quinas autem guttas singulis excipi satis est.Traduntq; etiam totiēs purgari hydropicos fico sumpta:quot guttas et lactis exceperit.Succus cum colligitur:ne attingat oculos cauendum est.Fit et foliis tusis priore minus efficax.Fit et decoctum e ramis. Est et semen in usu cum melle decoctum ad catapotia soluendæ alui gratia.Semē et dentium cauis cæra includitur.Colluuntur et radicis decoctæ uino aut oleo.Illinunt et lichenas succo.Bibuntq; eum ut purgēt uomitiones et aluo soluta:alias stomacho inutilem.Trahit pituitam sale adiecto in potu:bilem afro nitro.Si p aluum purgari

libeat in posca. Si uomitione: in passo aut aqua mulsa. Media potio tribus obolis cõ-
stat. Ficos a cibo sumpsisse melius est. Fauces urit leniter. Est enim tã feruentis natæ:
ut per se extra corpori impositum pustulas ignium modo faciat: et pro caustico ĩ usu
sit. Alterum genus tithymalli myrsiniten uocant: alii caryoten foliis myrti acutis &
pungentibus: sed mollioribus: & ipsum etiam in asperis nascens. Colligũt comæ eius
hordeo turgescente. siccatæq; in umbra diebus. ix. in sole inarescunt. Fructus nõ piter
maturescit: sed pars anno sequente: & nux uocatur. Inde cognomen græci dedere. De-
metitur cum messium maturitate. Lauatum deinde siccatur: & datur cum papaueris
nigri duabus partibus: ita ut sit totũ acetabuli mõ. minus hic uomitiõibus q̃ supior:
cæteri iidem. Aliqui sic et folium eius dedere: nucem uero ipsam in mulso aut passo:
uel cum sesama. Trahit bilem & pituitã per aluum. Oris ulcera sanat. Ad nomas oris
foliũ cum melle estur. Tertium genus ẽ tithymalli: paralius uocatur siue tithymalis
folio rotundo: caule palmum alto: ramis rubentibus: semine albo: quod colligit inci-
piente uua: & siccatum teritur. sumiturq; acetabuli mensura ad purgatiões. Quartũ
genus heliscopion appellant: foliis porculacæ: ramulis stantibus a radice q̃ttuor aut
quinque rubentibus semipedali altitudine succi plenis. Quintum cyparissian uocant
propter foliorum similitudinem: caule gemino aut triplici nascente in campestribus:
cui eadẽ uis quæ heliscopio aut characiæ. Hoc circa oppida nasci: semĩe albo colũbis
gratissimo: quod colligitur incipiente uua. Nomen accepit: quoniam capita cum sole
circũagit. Trahit bilem per inferna in oxymelite dimidio acetabulo. Cæteri usus qui
characiæ. Sextum platyphillon uocãt: alii corymbiten: alii amygdaliten a similitudĩe.
Nec ullius latiora sunt folia. Pisces necat. aluum soluit: radice: uel foliis: uel succo in
mulso aut aqua mulsa drachmis quattuor. Detrahit priuatim aquas. Septimum dẽ-
droides cognominant: alii codion: alii leptophyllon in petris nascens: comosissimum
ex omnibus: maxime cauliculis rubentibus: & semine copiosissimum. eiusdẽ effectus:
cuius characias. Oposcylla siue rhaphanosagria iuncos duos siue tres spargit in terra
rubẽtes: foliis rutæ: radice cepe: sed amplior. quare quidam rhaphanum siluestrẽ uo-
cãt. Intus habet mãmã cãdidam: extra cortices nigros. Nascitur in montosis & aspis:
aliquando et herbosis. Effoditur uere: tusaq; in fictili mergitur. Deiectoq; quod sup-
natat: reliquus succus purgat utraq; parte sesqobolo ĩ aqua mulsa. Sic & hydropicis
datur acetabuli mensura. Inspergitur & aridæ radicis farina potioni. aiũtq; superiorẽ
partẽ eius uomitione biles extrahere: inferiorẽ per aluum. Tormĩa discutit. quodcũq;
betonica et panaces præterq̃ a cruditate. Peucedani succus: inflatiões & ructus gignit.
Acori radix daucumue si lactucæ modo sumatur. Ladanum cyprium potum in-
testaneorum uitiis occurrit. Item gentianæ farina ex aqua tepida fabæ magnitudine.
Plantago mane sumpta duabus linguis et tertia papaueris in uini non ueteris cyathis
quattuor datur in somnum euntibus addito nitro seu polenta. Simul si post cibum
detur. Colo infunditur hemina succi: uel in febri. Agaricum potum obolis tribus in
uini ueteris cyatho uno lyeni medetur. E panace omniũ generum radix in mulso: sed
teucria præcipue pota arida et decocta q̃tum manus capiat ĩ aceti heminis tribus. Ad
uulnus illinitur eadem cum aceto: aut si tolerari nõ possit ex ficu uel aq̃. Polemonia
bibitur ex uino. Betonicæ drachma in oxymelitis cyathis tribus. Aristolochia contra
serpentes. Argemonia. vii. diebus in cibo sumpta lyenem consumare dicitur. Agaricũ
ĩ aceto mulso obolis duobus. Nympheæ heracliæ radix in uino pota & ipsa cõsumit.
Cissanthemus drachma bis die sumpta ĩ uini albi cyathis duobus per dies. xl. lyenem
dicitur paulatim emittere per urinã. Prodest & hysopum cũ ficu decoctũ. Lõchitidis
radix decocta priusq̃ semẽ emittat. Peucedani quoq; radix decocta & lyeni & renibus.
Lyen acoro poto consumitur. Præcordiis & ilibus utilissimæ radices. Climeni semen
potum diebus. xxx. pondere denarii in uino albo. Betonicæ farina ex melle et aceto
scyllite pota. Radix lonchitidis in aqua et teucrium illinitur. Item scordium cũ cæra

agaricum cum farina fœnogræci uesicæ malis: contraq; calculos grauissis cruciatibus ut diximus: auxilio est. Polemonia ex uino pota: item agaricum. Plantago radice uel foliis potis ex passo. Et betonica ut in iocinere diximus. Item ramici pota atq; illita. Eadem ad strangurias efficacissima. Ad calculos quidam betonicam & uerbenacam & millefolium æquis portionibus ex aqua pro singulari remedio bibere suadēt. Strangurias discutere & dictamnū certum est. Item quinquefolium decoctum ad tertias ī uino ictericis dari atq; illini utilissimum est. Xiphii quoq; radix superior urinam ciet infantibus. Enterocœlicis datur ex aqua: & illinitur uesicæ uitiis. Peucedani succus infātium ramici: et umbilicis eminentibus psyllion illinitur. Vrinā cient anagallides: achoriq; radicis decoctum: uel ipsa trita potaq;. & omnia uesicæ uitia sanat. & calculos herba et radix cotelydonis. Itemq; genitalium inflammationem pari pondere: et caulis et seminis & myrrhæ. Ebulū tenerū cum foliis tritum ex uino potū calculos pellit. Impositum testes sanat. Erigeron quoq; cū farina thuris & uino dulci: testiū inflammationes sanat. Symphyti radix illita enterocelas cohibet: & genitaliū nomas hypocisthis alba. Artemisia quoq; dat' contra calculos ex uino dulci: & ad stranguriā. Dolores uesicæ sedat ex uino nymphææ heracliæ radix. Eadē uis crethmo ab Hippocrate admodum laudata. Est autem inter eas quæ eduntur siluestrium herbaꝝ. Hācq; certe apud Callimachū apponit rustica illa hecale. Species quæ elatæ hortēsis. Caulis palmum unum altus. Semen feruens: odoratum ceu libanotidis: rotundum. Siccatū rumpitur. Habet ītus nucleum candidum: quem aliqui cachryn uocant: folio pīgui: albicante: ueluti oliuæ: crassiore: & salso gustu. radices digiti crassitudīe tres aut q̄ttuor. Nascitur in maritimis petrosis. Estur crudū coctumue cum olere odorati saporis & iucundi. Seruatur etiam in muria: præcipueque eius usus ad stranguriam folio uel caule aut radice ex uino. Colorem quoque corporis gratiorem facit. Verum largior quoq; inflationes. Aluum soluit decocto. Vrinamq;: & a renibus dolorem trahit. Sic & alcmeæ siccæ farina in uino pota stranguriam tollit: efficacius addito dauco. Lyeni quoq; utilis. Aduersus serpentes bibitur. Iumētis quoq; in pituita aut strāguria hordeo inspsa succurrit. Anthyllion est lenti simillima: quæ in uino pota uesicas uitiis liberat. Sāguinē sistit. Altera est anthylis chamæpityos similis: flore purpureo: odoris grauis: radice ītubi: uel magis cepe: similis porculacæ: nigriore radice: sed iutili: nascēs in littoribus arenosis: gustu amara. In uino cū asparagi radice uesicæ plurimū ꝓdest. Eadē præstat hypericon: quā alii chamæpityn: alii corycon appellant: oleraceo frutice: tenui: cubitali: rubente: folio rutæ: odore acri: semine siliquæ: nigro: maturescente cū hordeo. Natura semini spissandi. Aluum sistit. Vrinā cit. Ad calculos uesicæ cū uino bibitur. Est aliud hypericon: quod alii charō appellāt: folio tamarici: & sub ea nascit': sed pinguioribus foliis: & minus rubentibus: odoratum: palmo altius: leniter suaue: aculeatū. Vis semini excalfactoria: & ideo īflationē facit enterocœlicis: sed stomacho nō inutile: præcipue ad stranguriam si exulcerata nō sit uesica. Medetur & pleureticis ex uino potum. Vesicæ autem callitrichon trita similis cumino medet' et data ex uino albo. Verbenaca quoq; foliis decocta ad tertias. uel radix eius e mulso calido calculos eiicit. Itemq; perpressa: quæ arretii & ī illyrico nascit': in aqua decocta e tribus hemīs ad unum & pota. Trifolium ex uino sumptum: & chrysanthemū primum. Anthemū quoq; calculos eiicit: paruis e radice foliis quinis caulibus longis duobus flore roseo. radices tritæ per se: uel lauer crudū. Silaus nascitur glareosis & pennibus riuis: cubitalis: apii similitudine. Coquit' ut olus acidum: magna utilitate uesicæ. Quæ si scabiē sentiat: panacis radice sanatur. aliter iutilis uesicis. Calculos pellit malum erraticum radicis libra in uini cōgio decocta ad dimidias. Inde heminæ sumuntur per triduum. Reliquum ex uino cū zio: & urtica marina: et daucum: et plantaginis semen ex uino. Et herba fuluiana trita ex uino: quæ et nomē inuētoris habet nota tractātibus urinas cit. Scordion testium tumores sedat. Hyoscyamum genitalibus medetur. Peucedani

fuccus ex melle et semen strãguriæ. Agaricũ obolis tribus in uini ueteris cyatho uno.
Trifolii radix drachmis duabus in uino: dauci una drachma uel seminis. Ischiadici et
semĩe et foliis erythridani tritis sanantur panace pota. et ĩfricata polemonia. aristolo-
chiæ decoctæ foliis. Agarico quidem et neruus qui platys appellatur: atque humerorꝫ
dolor sanatur obolis tribus ĩ uini ueteris cyatho uno poto. Quĩquefolium ischiadicis
& bibitur & imponitur. Item scamonia decocta cum hordei farina. Semen hyperici
utriusqꝫ bibitur ex uino. Sedis uitia & attritus celerrime sanat plãtago. Cõdylomata
uero quinquefolium. Sedem cõuersam cyclamini radix ex aceto. Anagallides cærulea
procidentia sedis retro agit. E diuerso rubens proritat. Cotelydon condylomata et hæ-
morrhoidas mire curat. Testium tumores acori radix decocta in uino tritaqꝫ et illita.
Intertrigines negat fieri Cato absinthium ponticum secum habentibus.

¶DE Pulegio & argemone. ¶Cap. x.

ALii adiiciunt et pulegium quod ieiunus quis legerit: si post se alliget. Inguinis
dolores ꝓhibet aut sedat cœptos inguinaria: quã quidã argemonẽ uocãt: passim
in uepribus nascens. Vt prosit inguinibus in manu tantum habenda est. Panos sanat
panaces cum melle. Plantago cum sale. Quĩquefolium. Persolatæ radix ut ĩ strumis.
Item damasonium. Verbascũ cum sua radice tusum uino aspersum: folioqꝫ ĩuolutũ:
& ita in cinere calfactum: ut imponatur calidum. Expertique affirmauere plurimum
remedium esse: si uirgo imponat nuda ieiuna ieiuno: & manu supina tangens dicat:
Negat Apollo pestem posse crescere: quã nuda uirgo restinguat. atqꝫ ita retorsa manu
ter dicat. totiensque despuant ambo. Medetur & radix mandragoræ ex aqua: radicis
scamoniæ decoctum cum melle. Sideritis cum adipe ueteri: uel chrysippea cum ficis
pinguibus: quæ hoc ab inuentore habet nomẽ.

¶DE Nymphea & abstinentia & appetentia ueneris: & de satyrio erythrococco: et
crategi et sideriti. ¶Capitulum. xi.

VEnerem in totum adimit (ut diximus) nymphea heraclia: eadem semel pota ĩ. xl.
dies. Insomnia quoqꝫ ueneris a ieiuno pota & in cibo sũpta. Illita quoqꝫ radix
genitalibus inhibet non solum uenerem: sed affluentiam genituræ: ob id corpus alere
uocẽqꝫ dicitur. Appetentiam ueneris facit radix e xiphio superior data potu in uino.
Item quã cremnon agrion appellant. Et orminos agrios cum polenta contritus. Sed
inter pauca mirabilis est orchis herba: siue sarapias: foliis porri: caule palmeo: flore
purpureo: gemina radice testiculis simili: ita ut maior: siue (ut aliqui dicunt) tenuior:
ex aqua pota excitet libidinem: minor siue mollior e lacte caprino inhibeat. Quidam
folio scyllæ esse dicunt leuiori ac minori: caule spinoso. Eiusqꝫ radices sanant oris
ulcera: thoracis pituitas. aluum sistũt e uino potæ. Concitatricẽ uim habet satyrion.
Duo eius genera: una longioribus foliis q̄ oleæ: caule quattuor digitorũ: flore purpu-
reo: radice gemina ad formam hominis testium alternis annis ĩtumescẽte ac residẽte.
Altera satyrion orchis cognominatur: et fœmina esse creditur. Distinguitur ĩternodiis
et ramosiore frutice: radice fascinis utili. Nascit᷑ fere iuxta mare. Hæc tumores & ui-
tia ꝑtium earum erũpentia cum polenta illita sedat: uel p se trita. Superioris radix in
lacte ouis colonice data: neruos intendit. Eadẽ ex aqua remittit. Græci satyrion: foliis
lilii rubri minoribus et tribus nõ amplius e terra exeuntibus tradunt: caule leui cubi-
tali nudo: radice gemina. cuius inferior pars et maior mares gignit: superior ac minor
fœminas. Est et aliud genus satyrion: erythrococcon appellãt: semine uiticis: maiore:
leui: duræ radicis: cortice rubro: intus album includitur: sapore subdulci. Fert᷑ ĩ mõto-
sis inueniri. Venerem etiam si omnino manu teneatur radix stimulat. Magis adeo si
bibatur in uino austero. Arietibus quoqꝫ et hircis segnioribus ĩ potu dari. Et a sarma-
tis equis ob assiduum laborem pigrioribus in coitu: quod uitium prosedamũ uocant.
Vim eius restinguit aqua mulsa aut lactuca sũpta. In totum quidem græci cũ conci-
tationem hanc uolunt significare: satyrion appellant. Sic et crategin cognominantes

& teliconon:quarum semen testium simile est. Tithymalli quoque ramoꝝ medullã habentes:ad uenerem proniores fieri dicuntur. Prodigiosa sunt quæ circa hoc tradit Theophrastus auctor alioqn grauis:septuageno coitu durare libidinẽ cõtactu herbæ cuiusdã:cuius nomẽ speciemq; nõ posuit. Sideritis adalligata uarices minuit et sine dolore præstat. Podagræ morbus rarior solebat esse nõ mõ patrum auoꝝq; memoria: uerum etiã nostra. Peregrinus et ipse. Nam si italiæ fuisset antiquitus:latinũ nomẽ ĩuenisset. Insanabilis nõ est credendus. quippe quoniam in multis & sponte desinit: & in pluribus curatur. Medetur panacis radices cum uua passa:succus hyoscyami cũ farina:uel semen scordion ex aceto. Iberis uti dictum est. Verbenaca cũ axũgia trita. cyclamini radix:cuius decoctum & pernionibus prodest. Podagras refrigerat radix e xiphio. Semẽ e psyllio. Cicuta cum lythargyrio aut axungia. Aizoum in primo ĩpetu podagræ rubentis hoc est calidæ. Vtrilibet uero conuenit erigeron cum axungia. Plã-taginis folia trita addito sale modico. Argemõia tusa ex melle. Medetur & uerbenaca illita:aut si pedes macerentur in eius decocto. Est et lappago similis anagallidi nisi esset ramosior ac pluribus foliis:aspera:rugosa:aspioris succi:grauis odoris. quæ talis ẽ mollugo uocatur. Similis & asperioribus foliis asparago. Supioris succus expressus põdere. xi. denariorum in uini cyathis duobus quotidie sumitur. Præcipue uero libe-rat eo malo phycosthalassion: id est fucus marinus lactucæ similis:qui conchyliis substernitur:nõ podagræ modo:sed omnibus articulorum morbis impositus priusq̃ exarefiat. Tria autem genera eius. Latum. Et alterum longius:quadantenus rubens. Tertium crispis foliis:quo in creta uestes tinguntur. omnia eiusdem usus. Nicander eam & aduersus serpentes in uino dedit. Salutare est & semẽ eius herbæ:quã psylliõ appellauimus:madefactum aqua admixtis in heminam seminis resinæ colophoniæ coclearibus duobus:thuris uno. Laudantur & mãdragoræ folia cum polenta tusa.

¶ Medicinæ generales de pedibus:talis:articulis:neruis:& remedia contra morbos:q totum corpus occupant:& de myrtido:& uigiliis:& paralysi:& de febribus frigidis: & febre iumẽtorum:& freneticis:& chameacta:& aizoo:& igne sacro. ¶ Cap. xii.

TAlis uero tumẽtibus limus aquaticus cum oleo subactus mire ꝓdest. Articulis succus e centaurio minore. Idem neruis utilissimus:item centaurium. Betonica neruis discurrẽtibus per scapulas humeris:spinæ:lumbis:pota ut ĩ iocinere. Articulis quinquefolium impositum. Mandragoræ folia cum polenta. uel radix recens tusa cũ cucumere siluestri:uel decocta in aqua. Cubitorum ac pedum rimis polypodii radix. Articulis succus hyoscyami cum axungia. Amomi succus cum decocto. Itẽ cẽtũculus decocta:uel muscus recẽs ex aqua obligatus donec inarescat. Item lappæ boariæ radix e uino pota. Cyclaminos decocta in aqua perniunculos curat:omniaque alia frigoris uitia. Perniunculos curat & cotelydon cum axungia. folia ex batrachio. epithymi suc-cus. Clauos pedum extrahit ladanum cum castoreo. Verbenaca ex uino. Nunc pactis malis:quæ mẽbratim sentiunt̃:dicemus de iis:quæ totis corporibus grassãt̃. Remedia autem hæc communia inuenio. Ante omnes pota dodecatheũ de qua diximus. Deĩde panacis omnium generum radices peculiariter lõginquis morbis. Et semẽ ĩteraneoꝝ uitiis. Ad omnes uero corporis dolores succum e scordio. Item betonicæ:quæ pota co-lorem plumbeum corporis priuatim emendat:gratioremq; reducit. Geranion aliqui myrrhin:alii myrtida appellãt. Similis est cicutæ foliis minutioribus & caule breuiori rotundo:saporis et odoris iucundi. Nostri sic eam tradunt. Græci foliis cãdidioribus paulo q̃ maluæ:caulibus tenuioribus & pilosis ramosam ex ĩteruallis binum palmoꝝ & in iis foliis:inter quæ in cacuminibus capitula sunt gruum. Alterum genus foliis anemones:diuisuris longioribus:radice mali modo rotunda:dulci:reficientibus se ab imbecillitate utilissima:& fere talis uera est. Bibitur contra phthisin drachma in uini cyathis tribus bis die. Item cõtra inflatiões. quæ & cruda idem præstat. Succus radicis auribus medetur. Opisthotonicis semẽ drachmis quattuor cũ pipere & myrrha potũ

phthiſin ſanat.& plātagīs ſuccus:ſi bibat̃.& ipſa decocta ī uino cū ſale et oleo a ſōno
matutino refrigerat.Eadē dat̃ iis:quos atrophos uocant:interpoſitis diebus.Betonica
phthiſicis eligmate cum melle fabæ magnitudine.Agaricum potum duobus obolis ī
paſſo uel dauco cum centaurio maiore in uino.Phagedenis:quod nomen ſine modo
eſurientiū ē:et alias ulcerum:tithymalli medentur cum ſeſamis ſumpti.Inter mala
uniuerſi corporis uigiliæ ſūt pleriſq;.Harum remedio mōſtratur panaces:clymenos:
ariſtolochia:et odore et puncto capite.Ayzoum ſiue ſedum ſi īuolutum pāno nigro
ignorātis puluino ſubiiciatur. Et onothera ſiue onear hilaritatem afferunt in uino.
Amygdalino eſt folio:flore roſaceo:fruticoſa:longa radice:& cū ſiccata ē uinū olēte.
Hæc in potu data feras quoq; mitigat.Cruditates:quæ nauſeam faciunt:digerit beto-
nica. Eadem pota a cœna concoctionem facit in oxymelitis cyathis tribus drachmæ
pondere & crapulā diſcutit.Item agaricum poſt cibos in aqua calida potū.Paralyſin
betonica ſanare dicitur.Item iberis ut dictum eſt.Eadem & torpētibus mēbris ꝑdeſt.
Item argemonia omniaq; quæ periclitentur ſecari diſcutiendo.Comitiales ſanantur
panacis:quam heracleam diximus:radice pota cum coagulo uituli marini:ita ut ſint
panacis tres partes.Plantago pota.Betonica in oxymelitis drachma:uel agarici obolis
tribus.Folia quinquefolii ex aqua.Sanat et archezoſtis:ſed cum amineo pota.Sanat
& bacaris radix arida in puluerem contrita cyathis tribus cum coriandro ī aq̃ calida.
Et centunculus trita in aceto aut melle aut in aqua calida. Verbenaca ex uino pota.
Hyſopi baccæ ternæ cōtritæ & in aqua potæ diebus ſedecim.Peucedanum cū coagulo
uituli marini æquis portionibus potum.Quinquefolii contrita folia ex uino ſumpta
diebus.xxx.in betonicæ farinæ pōdo denariorum.xiii.cū aceti ſcyllitici cyatho mellis
attici uncia.Scamonium obolis duobus cum caſtorei drachmis quattuor.Febres fri-
gidas leuiores facit agaricum potum in calida aqua.Tertianas ſideritis cum oleo.Itē
ladanum:quod in ſegetibus naſcitur:contuſū.Plantago ex aqua mulſa duabus horis
āte acceſſionem pota binis drachmis.Vel ſuccus radicis madefactæ uel tuſæ.Vel ipſa
radix trita in aqua ferro calfacta.Quidamq; ternas radices in tribus cyathis aquæ de-
dere.Iidem in quartanis quaternas fecerunt. Bugloſſo inareſcente ſiquis medullam
e caule eximat:dicatq; ad quem liberādum febre id faciat:& alliget ei.vii.folia ante
acceſſionem:aiunt a febre liberari.Itemq; betonicæ drachmā in aquæ mulſa cyathis
tribus uel agaricum:maxime in iis febribus:quæ cum horrore ueniunt.Quinquefolii
folia quidam terna tertianis dedere:quaterna quartanis:plura cæteris.aliis omnibus
obolis tribus cum pipere ex aqua mulſa.Verbenaca quidem & iumentorum febribus
in uino medetur.Sed in tertianis a tertio geniculo inciſa:quartanis a quarto.Bibitur
& ſemen hyperici utriuſq; in q̃rtanis & horroribus betonicæ farina:quæ ōes horrores
coercet.Item panaces adeo excalfactoria natura:ut per niuem ituris bibere id ac pūgi
eo præcipiant.Et ariſtolochia perfrictionibus reſiſtit. Phreneticos ſomnus ſanat:qui
contingit peucedano ex aceto capiti infuſo anagallidum ſucco.E diuerſo lethargicos
excitari labor eſt.Hoc præſtat euphorbium(ut perhibēt)ex aceto naribus tactis peuce-
dani ſucco.Cōtra inſanias betonica bibitur.Carbunculos rumpit panaces.Sanat be-
tonicæ farina ex aq̃ aut braſſica cū thure frequēti potu calidæ:uel e carbone ī cōſpectu
extincto fauilla digito ſublata et illita:uel plātago tuſa.Tithymallus characites hy-
dropicos ſanat.panaces.plātago in cibo:cum prius panem ſiccum commederint ſine
potu.Betonica drachmis duabus in duobus cyathis uini aut mulſi.Vel agaricum:uel
ſemen lonchitidis duabus lingulis ex aqua potum.Pſyllium ex uino.Anagallidum
ſuccus.Cotelydonis radix ex mulſo.Ebuli recentis radix excuſſa tantum nec colluta
q̃tum duo digiti comprehendāt:ex uini ueteris calidi hemina.Trifolii radix drachmis
duabus in uino.Tithymallū:platyphyllon cognomine.Semen hyperici:quod charos
appellatur.Actæ quā quidam eſſe ebulū putant radice contrita in uini cyathis tribus
ſi febris abſit:uel ſemine ex uino nigro.Itē uerbenaca faſciculo manus plenæ decocta

ĩ aqua ad dimidias. Præcipue tamen chameactæ ſuccus aptiſſimus credit᷑. Eruptiões pituitaſq; emendat plantago. Cyclamini radix cũ melle. Ebuli folia cõtrita & e uetere uino impoſita etiam boam ſanant: ideſt rubẽtes papulas. Pruriginem ſuccus ſtrychni illitus. Igni ſacro medetur ayzoum. Folia trita cicutæ. Mãdragoræ radix. Siccat᷑ ĩ aere ut cucumis: primoq; ſuper muſtum ſuſpenditur: mox in fumo. dein tundit᷑ in uino: aut aceto. Prodeſt & uino myrteo fouere: mentæ ſextãs: uiui ſulphuris uncia ex aceto ſimul trita: fuligo ex aceto. Ignis ſacri plura ſunt genera. Inter quæ medium hominẽ ambiens qui zoſter appellatur. & enecat: ſi cinxerit. Medetur plãtago cũ creta cymolia. & periſtereos p ſe. Radix perſolatæ. Aliis quæ ſerpũt cotelydonis radix cũ mulſo. Ayzoum. Succus linozoſtis ex aceto

¶ Ad eluxata membra: & contra morbum regium: & contra furunculos: & fiſtulas: & ĩflationes & ãbuſtionẽ: & cõtra alios morbos ad neruos & ſãguinẽ. ¶ Cap. xiii.

Radix polypodii illita luxatis medetur. Doloreq; & tumores tollũt ſemẽ pſyllii. Folia plantaginis tuſa: ſale modico addito. Verbaſci ſemen ex uino decoctũ & contritum. Cicuta cum axungia. Folia ephemeris tuberibus atq; tumoribus. Illinũt᷑q; etiã dum diſcuti poſſunt. Morbum regium in oculis præcipue. mirari eſt tenuitatem illã denſitatemq; tunicularũ felle ſubeunte. Hippocrates a ſeptimo die in febre mortiferum ſignum eſſe docuit. Nos ſcimus uixiſſe aliquos etiã ab hac deſperatione. Fit uero & circa febres. ĩpugnant᷑q; centaurio maiore ut diximus poto. Betonica: agarici obolis tribus ex uini ueteris cyatho. Item uerbenacæ folio obolis tribus ex uini calidi hemina quatriduo. Sed celerrime quinquefolii ſuccus medetur tribus cyathis potus cum ſale & melle. Cyclamini radix drachmis tribus bibitur in loco calido: & a pfrictionibus tuto. ſudores enim felleos mouet. Folia tuſſilaginis ex aqua. Semẽ linozoſtis utriuſq; inſperſum potioni: uel cum abſinthio aut cicere decoctum. Hyſopi baccæ cũ aq̃ potæ. Lichen herba ſi cum ſumitur: cætero olere abſtineatur. Polytrix ĩ uino data. Struthion in mulſo. Paſſim & in quacunq; parte ac maximo incommodo naſcũtur: qui furunculi uocantur: mortiferum aliq̃ndo malum confectis corporibus. Remedio ſunt pygnocomi folia trita cum polenta: ſi nundum caput fecerit. Diſcutiũt & folia ephedri illita. Fiſtulæ quoq; in omni parte ſerpunt: medicorum uitio maleſectis corporibus. Auxilio eſt centaurium minus: collyriis cum melle decocto additis. Plãtagis ſuccus infuſus. Quinquefolium cum ſale et melle. Ladanũ cum caſtoreo. Cotelydon cum medulla ceruina calefacta impoſita. Verbaſci radicis medulla collyrii tenuitate ĩ fiſtulã addit᷑. Vel ariſtolochiæ radix. Vel ſuccus tithymalli. Collectiões ĩflãmatiõeſq; ſanãt argemoniæ folia illita. Duricias & collectiões ões uerbenaca uel q̃nquefolium: decoctumq; in aceto uerbaſci folia uel radix. Hyſopum e uino impoſitũ. Acori radix decocto eius herbæ fouentibus. Ayzoũ. Itẽ quæ cõtuſa ſit: duriciaſq; & ſinus corporis & tela omnia infixa corpori extrahunt. Folia tuſſilaginis. Daucum. Semen leõtopodi tritum in aqua cum polenta. Suppuratiõibus imponuntur pygnocomi folia trita cũ polenta: uel ſemen. Item orchis. Vitia quæ ſunt in oſſibus ſatyrii radice ĩpoſita efficaciſſime ſanari dicuntur. Nomæ et collectiões omnes fuco maris priuſq̃ ĩareſcat. Et alcmeæ radix collectiones diſcutit. Ambuſta ſanãtur plãtagine arctio: ita ut cicatrix fallat. Folia eius in aqua decocta & cõtrita illinuntur. Radices cyclamini cum ayzoo. Herba ipſa hyperici: quod coriſſum appellauimus. Neruis & articulis cõuẽit plãtago trita cũ ſale. Argemonia tuſa ex melle. Peucedani ſucco perungũtur ſpaſtici: tetanici. Neruo℞ duriciæ egilopi ſucco. Doloribus erigerõ ex aceto illinitur. Epithymo ſpaſticis & opiſthotonicis perungi. ſemine hyperici: quod charos uocatur. Idemque bibere prodeſt. Phrimon dicitur etiã abſciſſos ſanare neruos ſi confeſtĩ imponatur trita uel manſa. Spaſticis tremulis opiſthotonicis alcmeæ radix bibitur ex aqua mulſa. Sic et rigores excalfacit. Sãguinis profluuium ſiſtit herbæ peoniæ ſemen rubrum. Eadem et in radice uis. Cylcaminos uero ſi ore ſãguis reiiciatur: ſiue e naribus: ſiue aluo fluat:

siue fœminarũ utero. Item lysimachia pota uel illita: uel naribus indita. Itẽ plantagĩs semen. Quinquefolium potum & illitum. Cicutæ semen in nares si inde fluat tritum ex aqua & ĩditũ. Aizoum. Astragali radix sistit. Et ischemon. Et achillea.

¶DE Herba equiseto: & stephanomeli: & erisitale: & cõtra uermes. ¶Cap. xiiii.

EQuisetum hippuris a græcis dicta & in pratis nascẽs: uituperata a nobis. Est aũt puluis terræ equinæ setæ similis. lyenis cursorum extinguit decocta fictili nouo ad tertias q̃tum uas capiat: & per triduum heminis pota. unctis esculentis ante diem unum interdicitur. Græcorum uaria circa hãc opinio. Alii pini foliis similẽ nigricãtẽ eodem nomine appellant: uim eius ammirabilem tradentes: ꝙ etiam sanguĩs ꝓfluuia uel tacto eo tantum homine sistat. Alii hippurin: alii ephedron: alii anabasin uocãt. traduntq; iuxta arbores nasci & scandentem eas dependere comis iũceis multis nigris ut est equorum cauda geniculatis ramis: folia habere pauca: tenuia: exigua: semen rotundum simile coriandro: radice lignosa: nasci in ãbustis maxime. Vis eius spissare corpora. Succus sanguinem e naribus fluentem inclusus sistit. Item aluum. Medetur dysentericis in uino dulci potus cyathis tribus. Vrinã cit. Tussim orthopnoeã sanat. Item rupta: & quæ serpunt. Intestinis & uesicæ folia bibuntur. Entherocelen cohibet. Faciũt & aliam hippurin breuioribus & mollioribus caulibus cãdidioribusq;: ꝑq̃utilẽ ischiadicis: & uulneribus ex aceto impositam: propter sanguinẽ sistẽdũ. Et nymphea trita plagis imponitur. Peucedanum cum semine cupressi bibitur: si sãguis ꝑ os redditus est: fluitq; ab infernis. Syderitis tantam uim habet: ut q̃uis recenti gladiatoris uulneri illigata: sãguinem claudat. Quod facit & ferulæ cinis uel carbo. Fungus uero etiã efficacius qui secundum radicem eius nascitur. Per nares autem fluenti & cicutæ semen tritũ ex aqua: ĩditũq; efficax habetur. Itẽ stephanomelis ex aq̃. Betonicæ farina e lacte caprino pota sistit ex ubere fluentem. Plantagoq; cõtusa. Eiusdẽ succus uomẽtibus sanguinem datur. Ad erraticum autem radix persolatæ cũ axungia uetere illita. Potatur a ruptis conuulsisq; et ex alto deiectis centaurium maius. Gentianæ radix trita uel decocta: uel succus betonicæ. Et hoc amplius addo: iocineris aut lateris cõtortionibus: panaces scordion aristolochia pota cum agarico. Itẽ contusis et euersis potũ duobus obolis in mulsi cyathis tribus. Aut si febris sit: in aqua mulsa uerbascũ: cuius flos similis auro ẽ. Acori radix. Ayzoum omne. Sed e maiori succus efficacissĩe. Item symphyti radices: uel decoctum. Daucũ crudũ. Erysithales ẽ flore luteo foliis achãti. Bibitur e uino. Item chamerops: & in sorbitiones irio uel plantago omnibus modis. Item phthiriasi: quo Sylla dictator cõsumptus est. Nascuntur quoque in sanguine ipso hominis animalia exesura corpus. Resistitur uuæ taminiæ succo: aut ueratri cum oleo pũctis corporibus. Taminia quidẽ in aceto decocta: etiã uestes eo tedio liberat.

¶DE Vlceribus: et ad plagas: et de polycnemo. ¶Cap. xv.

VLcera multorũ sunt generꝝ: ac multis modis curantur. Panacis omniũ generũ radix ex uino calido illinitur manãtibus. Siccat priuatĩ quã chironiã diximus. Cum melle trita tubera aperit: ulceribusq; quæ serpunt. Deploratis auxilio est cũ æris flore uino temperata omnibus modis uel flore uel semine uel radice. Eadẽ cũ polenta uetustis uulneribus prodest. Heraclion quoq; sidereon. Apollinaris. Psyllium. Tragacantha. Scordotis cũ melle purgat. Farina eius carnes excrescẽtes per se ĩpsa cõsumit. Polemonia ulcera: quæ cacoethe uocãt: sanat. Centaurium maius ĩspersum uel illitũ. Item minoris coma decocta uel trita: uetera quoque ulcera purgat et ꝑsanat. Folliculi climeni recentibus plagis imponuntur. Illinitur autẽ gentiana ulceribus quæ serpũt: radice tusa uel decocta in aq̃ ad mellis crassitudinẽ: uel succo uulneribus. Ex ea factu lichium. Lysimachia recentibus plagis medetur. Plantago omnium generꝝ ulceribus: peculiariter fœminarum senum et infantium: igne mollita melior. et cũ cæroto crassa ulcerũ labra purgat. Nomas sistit. Et tritã suis foliis integere oportet. Suppuratiões: collectiones: sinus ulcerũ. Chelidonia quoq; siccantur ulcera: adeo ut etiã pro spodio

utantur. Eadem iam deſperatis cum axungia imponitur. Dictamnum pota ſagittas pellit; et alia tela extrahit illita. Bibitur ex aquæ cyatho foliorũ obolo. Proxime pſeudodictamnum. Vtraq; etiã ſuppurationes diſcutit. Ariſtolochia quoq; putrida ulcerũ exeſt. Sordida expurgat cum melle. Vermeſq; extrahit: itẽq; clauos ĩ ulceribus natos. Et infixa corpori omnia: præcipue ſagittas et oſſa fracta cum reſina. Caua uero ulcera explet per ſe. Et cum iride recentia uulnera ex aceto. Vetera ulcera uerbenaca quĩquefolium cum ſale et melle. Radices perſolatæ uulneribus ferro illatis recentibus imponuntur: folia ueteribus. Cum axungia utraque: & ſuo folio operitur. Damaſonium autẽ et ĩ ſtruma. Folia uerbaſci ex aceto aut uino. Periſtereos ad omnia genera uel calloſorum putreſcentiumque ulcerum facit. Manantia nympheæ heracliæ radix ſanat. Item cyclamini radix: uel per ſe: uel ex aceto: & cũ melle. Eadem & contra ſteatomata efficax: ſicut ad ulcera manantia hyſopum. Item peucedanum. cui ad recẽtia uulnera tanta uis eſt: ut ſaniem oſſibus extrahat. Præſtant hoc & anagallides. cohibẽtq; quas uocãt nomas: & rheumatiſmos. Vtiles & recẽtibus plagis: ſed præcipue ſenũ corpori. Cum cæroto apoſtemata: & ulcera tetra folia mandragoræ recentia. Radix uulnera cũ melle aut oleo. Cicuta conſiligini mixta mero. Aizoum herpetas quoque et nomas ac putreſcentia: ſicut erigeron uermioſa. Recentia autẽ uulnera aſtragali radix: & uetera quoq; ulcera purgat hypociſthis utraque. Leontopodii ſemen tritum in aqua et cum polenta illitum ſpicula ſagittariorum extrahit. Item pycnocomi ſemen: tithymallus. Characites ſucco grangrenas phagedenas putria: uel decocto ramorum cum polẽta et oleo. Orchis radices. Hoc amplius & cacoethe ex aceto cum melle ſiccæ & recentes. Per ſe uulnera onothera efferentia ſeſe ſanat. Scythæ uulnera ſcythicæ curãt. Ad carcinomata argemonia ex melle efficaciſſima eſt. Vulneribus perſonatis aſphodeli radix decocta ut diximus: trita cum polenta et illita. Quibuſcunq; uero apollinaris. Aſtragali radix in puluerem trita humidis ulceribus prodeſt. Item callitrix decocta ĩ aq̃. Priuatĩ uero iis quæ calciamẽto facta ſint: uerbenaca. Necnon & lyſimachia cõtrita. Ac nymphea arida ĩfricata. Polytrix ĩueteratis iiſdẽ utilior. Polycnemõ cunilæ bubulæ ſimils ẽ ſemine pulegii ſurculoſa multis geniculis corymbo odorata acri et dulci odore: quæ ferro factis uulneribus commanducata imponitur. quinto die ſoluitur. Symphyton ad cicatricem celerrime perducit. Item ſyderitis. Hæc ĩponitur ex melle. Verbaſci ſeĩe ac foliis ex uino decoctis ac tritis omnia corpori infixa extrahuntur. Item mãdragoræ foliis cum polenta. Cyclamini radicibus cum melle. Triſaginis folia in oleo contrita maxime adhibentur ulceribus: quæ ſerpunt. Et alga in melle trita. Betonica ad carcinomata. Et melandria: ac ueteres addito ſale. Verrucas tollit argemonia ex aceto uel batrachii radix: quæ & ungues ſcabros aufert. Linozoſtidis utriuſque folia uel ſuccus illitus. Tithymalli omnes genera uerrucarum omnium. Item omnia pterygia: uaroſq; tollunt. Cicatrices cum elegantia ad colorem reducit ladanum.

¶DE Plurimis expimentis ad inficiendos capillos: & partus eiiciẽdos et cõtinẽdos: & aliarum remedia. ¶Capitulum. xvi.

HRtemiſiam: & eleliſphacũ alligatas qui habet uiator: negatur laſſitudinẽ ſẽtire. Mulieribus morbis medetur maxime in uniuerſum peoniæ herbæ ſemẽ nigrũ ex aqua mulſa. Eadem & in radice uis. Menſes cit. Panacis ſemen cũ abſĩthio menſes & ſudores. Scordotis potu & illitu. Betonica drachma in uiuo cyathis tribus bibitur contra omnia uuluarum uitia. Aut quæ a partu fiunt. Menſes nimios ſiſtit achillea impoſita: & decoctum eius inſidentibus. Mammis imponitur hyoſcyami ſemen ex uino. Loti radix ex cataplaſmate. Et mammis etiam chelidonia. Secundas morantes uel partus emortuos radices panacis appoſitæ extrahunt. Ipſum panacis ſemẽ e uino potum uuluas purgat: appoſitumque cum melle. Polemonia pota ex uino ſecundas pellit. Nidore purgat uuluas centaurii minoris ſuccus potus. fotuq; menſes cit. Item maioris radix in uuluæ doloribus iiſdem modis prodeſt. Deraſa uero & appoſita

extrahit partus emortuos. Plantago ĩponitur in lana in dolore uuluæ. In strangulatu bibitur. Sed præcipua dictamno uis est. Menses cit. Partus emortuos uel transuersos eiicit. Bibitur ex aqua foliorum obolo: adeo ad hæc efficax: ut ne in cubiculum quidẽ prægnantium inferatur. Nec potu tãtum: sed & illitu & suffitu ualet. Proxime pseudodictamnum. Sed menses cit cum mero decoctum pondere denarii. Pluribus tamẽ molochis & aristolochia prodest. nam & menses et secundas cit. Et emortuos partus extrahit: mirrha et pipere additis pota uel subdita. Vuluas quoque procidẽtes ĩhibet potu uel suffitu uel subiectu maxime tenuis. Strãgulatum ab iis mensiumque difficultatem agaricum tribus obolis tritũ in uini ueteris cyatho potum emendat. Peristeros apposita in adipe suillo recenti. Antirrinon cum rosaceo et melle. Item apposita nympheæ thessalæ radix pota dolori medetur. In uino pota nigro profluuia inhibet. E diuerso ciet cyclamini radix pota et apposita. Et uesicæ insidẽtium decocto medet᷑. Secundas pota cissanthemos pellit. Vuluam sanat. Et xiphii radix superior mẽses cit drachma ex aceto pota. Peucedanum strangulatus uuluæ nidore ustũ recreat. Menses aluosq; præcipue psylliũ drachma in cyathis tribus aquæ mulsæ. Semen quoq; mandragoræ potum uuluam purgat. Mẽses cit succus appositus: & emortuos partus. Nimia rursus profluuia sistit semẽ cum uino & sulphure. Alui ꝓfluuia sistit & cõtrahit batrachion potu: uel cibo ardens alias ut diximus cruda. Sed cocta cõmẽdatur sale & oleo & cymino. Daucum & menses & secundas potũ facillime pellit. Ladanũ suffitu corrigit uuluas. Dolori earum exulceratisque imponitur. Emortua scamonium pellit potum uel appositum. Menses ciet hypericum: utrũq; appositum. Ante alia uero ut Hippocrati uidetur erysimon e uino seĩe uel radice. Cortice trahit & secũdis succurrit & strãgulatiõibus ex aq̃ pota. Itẽ radix e geranio peculiariter secũdis ĩflãmatiõibusq; uuluaꝝ conueniens. Purgat hippuris pota et apposita uuluas. Polygonas pota mẽses cit. Et alcmeæ radix. Folia plantaginis pellũt. Item agaricũ ex aqua mulsa. Artemisia uuluæ medetur trita ex oleo irino aut fico aut cum myrrha apposita. Eiusdem radix pota intantum purgat ut partus enectos extrahat. Menses & secundas cit ramorum decoctum insidentibus: item folia pota drachma. Ad eadem omnia ꝓsunt uel ĩposita uentri imo cum farina hordeacea. Acharon quoq; utile est interioribus fœminarum morbis. Et coniza utraq;. Et cremnos. Et cantillides duæ uuluis utilissimæ. Torminibusque: & secundarum more in uino potæ. Callitrix fotu locis medetur. Albugines in capite tollit. Capillos inficit oleo trita. Geranion in uino albo potum. & hypocisthis ĩ rubro ꝓfluuium sistunt. Hysopum suffocationes laxat. Radix uerbenacæ pota ex aq̃ ad omnia in partu aut ex partu mala præstantissima est. Peucedano quidam miscent in uino nigro semen cupressi contritum. Nam semen psyllii deferuefactum in aqua cum intepuerit: epiphoras omnes uteri lenit. Symphyton tritũ in uino nigro euocat menses. Partus accelerat scordotis pota drachma succi in aqua mulsa cyathis q̃ttuor. Dictamni folia præclare dantur ex aqua. Cõstat unius oboli põdere: uel si mortui sĩt ĩ utero ĩfantes: ꝓtinus reddi sine uexatiõe puerperæ. Similiter ꝓdest pseudodictãnũ: sed tardius. Cyclaminos adalligata. Cissanthemos pota. Item betonicæ farina ex aqua mulsa. Arsenogonon & thelygonon herbæ sunt habentes uuas floribus oleæ similes: pallidiores tamen. Semen album: papaueris modo. Theligoni potu fœminam cõcipi narrant. Arsenogonon ab ea semine oleæ nec alio distat. Huius potu mares generari ꝓhibentur: si credimus. alii utrãq; ocimo similem tradunt. Arsenogoni semen autem geminum esse testibus simile. Mammarũ uitiis aizoũ: quod digitellũ appellauimus unice medetur. Erigeron ex passo mammas uberiores facit. Sonchum in farre coctũ. Quæ uero mastos uocatur ĩdita pilos mammaꝝ e partu nascentium & tineas aufert in facie: aliaq; cutis uitia emendat. Gentiana nymphea heraclia illita cyclamini radix maculas omnes. Caucaliæ grana mixta cæræ liquidæ extendunt cutẽ ĩ facie: erugãtq;. Vitia omnia acori radix emẽdat. Capillum lysimachia flauũ facit. Denigrat hypicõ:

quod & oriston uocatur. Item ophryos herba: denticulato oleri similis: foliis duobus. Nigriciam dat & palæmonia in oleo decocta. Psilothrum nos quidē in muliebribus medicamētis tractamus: uerum etiam uiris in usu est. Efficacissimum autem habet archezostis. Itē tithymalli succo uel in sole cum oleo illito crebro: uel euulsis pilis. Quadrupedum scabiem sanat hysopū ex oleo fotum. Anginas peculiariter sideritis. Verum et reliqua genera herbarū reddamus.

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER VICESIMVS SEPTIMVS. PROOEMIVM.

Reliqua herbarum genera. Cap. i.

CRESCIT APVD ME CERTE TRACTATU ipso ammiratio antiquitatis. Quātoq; maior copia herbarum dicenda restat: tanto magis adorare priscorum in inueniendo curam: in tradēdo benignitatē subit. Nec dubie superata hoc mō posset uideri etiā rer̄ naturæ ipsius munificētia: si humani operis esset inuentio. Nūc uero deorū fuisse eam apparet: aut certe diuinam: etiam cū homo inuenerit. Eādemque omnium parentem genuisse hæc: & ostendisse: nullo uitæ miraculo maiore: si uerū fateri uolumus. Scythicā herbā a mæotidis paludibus et euphorbeam e monte atlāte: ultraq; Herculis columnas et ipso rerum naturæ defectu. Parte alia britānicā ex oceani insulis extra terras positis: itemq; æthiopidē ab exusto syderibus axe. Alias præterea aliunde: ultro citroq; humanæ saluti in toto orbe terrarum portare īmensa romanæ pacis maiestate non homines modo diuersis inter se terris gentibusq;: uerū etiam montes & excedentia in nubibus iuga pastusq; pecorum & herbas quoq; īuicē ostētāt. Aeternum quæso deorum sit munus istud. Adeo romanos uelut alterā lucē dedisse rebus humanis uidentur.

DE Aconito & panthera: quæ extinguitur aconito. Cap. ii.

Sed antiquorum curam diligentiamq; quis possit satis uenerari? cū cōstet ōium uenenorum ocissimum esse aconitum: & tactis quoque genitalibus fœminini sexus animalium eodem die inferre mortem. Hoc fuit uenenum quo interemptas dormiētes a Calfurnio Bestia uxores. M. Cecilius accusator obiecit. Hinc illa atrox p̄oratio eius ī digito eas mortuas. Fabulæ narrauere e spumis cerberi canis extrahente ab inferis Hercule. Ideoq; apud heracleam ponticam ubi monstratur eius ad inferos aditus gigni. Hoc quoq; tamen in usus humanæ salutis uertere. Scorpionum ictibus aduersari experiendo aconitum datū ī uino calido. Ea est natura ut hominē occidat: nisi inuenerit quod in homine perimat. Cum eo solo colluctatur: uelut præsentius īuento solo. hæc pugna est cum uenenum in uisceribus repperit. Mirumq; exitialia p̄ se ambo cum fuerint duo uenena in homine commoriuntur: ut homo supsit. Immo uero etiam ferarum remedia antiqui prodiderunt: demonstrando quomodo uenenata quoq; ipsa sanantur. Torpescunt scorpiones aconiti tactu: stupentque pallētes & uinci se cōfitentur. Auxiliatur eis helleborum albū tactu resoluente. Ceditq; aconitū duobus malis suo & omnium. Quod siquis illa forte ab homine excogitari potuisse credit: ingrate deorum intelligit munera. Tangunt carnes aconito: necantq; gustatu earum pantheras: nisi hoc fieret repleturas illos situs. ob id quidam pardaliāches appellauere. At illas statim liberari morte excrementorum hominis gustu demōstratū.

Quod certe casu repertum quis dubitet?& quotiens fiat etiam nunc:ut nouũ nasci. quoniam feris ratio & usus inter se tradi non possit.

¶Quod omnium creaturarum conditor sit deus. ¶Cap.iii.

Hic ergo casus hic est ille:qui plurima inuenit in uita deus.Hoc habet nomẽ:per quem intelligitur eadem & parẽs rerum omnium & magistra utraq; cõiectura pari:siue ista quotidie feras inuenire:siue semper scire iudicemus.Pudendũq; rursus omnia animalia quæ sint salutaria ipsis:nosse ipsa:præter hominem. Sed & maiores oculoꝝ quoq; medicamẽtis aconitũ misceri saluberrĩe promulgauere:apta ꝓfessiõe: malum quidem nullum sine aliquo bono dicere. Fas ergo nobis erit:qui nulla dixi- mus uenenata:nunc demonstrare quale sit aconitum uel deprehendendi gratia.Folia habet cyclamini aut cucumeris non plura quattuor ab radice leniter hirsuta.Radicem modicam cammaro similẽ marino:quare quidã cãmaron appellauere.Alii lycoctonõ ex qua diximus causa.Radix incuruatur paulum scorpionum mõ:quare & scorpion aliqui appellauere.Nec defuere qui myoctonõ appellare mallent.quoniam ꝓcul & e lõginquo odore mures necat.Nascitur in nudis cautibus:quas aconas uocãt.Et ideo aconitũ aliq dixere nullo iuxta ne puluerem qdẽ nutriente.Hanc aliqui rationẽ nõis attulere.Alii quoniam uis eadem in morte esset:quæ cotibus ad ferri aciem deterẽdã statimq; admota uelocitas sentiretur.

¶DE Aethiopide:& amaranto:& aloe:& alcea:& alipho:& alsina:& androsace:et androsemo:et ambrosia:et anconi:et anagyro:et anonymo. ¶Cap.iiii.

AEthiopis radix folia habet phlomo similia:magna et multa:& hirsuta ab radi- ce.Caulem quadrangulum scabrum:similem arctio.multis concauum.In aliis semen eruo simile candidũ geminum:radices numerosas lõgas.Plenas molles gluti- nosas gustu siccãti.Crescuntq; ut cornua possint uideri.Præterea in æthiopia nascũt & in ida monte troadis:& in messenia.Colliguntur autumno:siccãtur in sole aliquot diebus ne situm sentiant.Medentur uuluis potæ in uino albo:ischiadicis:pleureticis: faucibus scabris:decocta potu dantur. Sed quæ ex æthiopia uenit:eximia est atque illico prodest.Amarãton ferulacea est duorum palmorum altitudine origano similis flore:bulbis aureis.Huius ustæ nidor urinam cit.uuluamq; purgat:tanto magis insi- dentibus.Causa nominis nõ hæc:sed quoniam diutissime nõ marcescit. Aloe scyllæ similitudinem habet maior & pinguioribus foliis ex obliquo striata.Caulis eius tener est rubens medius:nõ dissimilis antherico.Radice una ceu palo ĩ terra dimissa:graui odore:gustu amara.Laudatissima ex india affertur:sed nascitur et in asia:non tamen ea utuntur:nisi ad uulnera recentibus foliis.mirifice enim conglutinat:uel succo.ob id in turbinibus cadorum eam serunt ut aizoum maius.Quidam et caulem ante ma- turitatem seminis incidunt succi gratia:aliqui et folia. Inuenitur & per se lachryma adhærens.Ergo pauimentandum ubi sata sit censẽt:ut lachryma nõ absorbeat.Fuere q traderent in iudæa super hierosolymam metallicam eius naturam:sed nulla magis improba est.neque alia nigrior est:aut tumidior. Erit ergo optima pinguis ac nitida ruffi coloris friabilis:ac iocineris modo coacta:facile liquescens.Improbanda nigra & dura:harenosa quoq;:quæ & gustu ĩtelligitur.Gummi adulteratur & acacia.Natura eius spissare:densare:& leuiter calfacere. Vsus in multis:& prĩcipalis aluũ soluere:cũ pene sit sola medicamentorum:quæ per se id præstant.Confirmat etiã stomachum: adeo ut non infestet ulla uis contraria.bibit drachma. Ad stomachi uero dissolutionẽ in duobus cyathis aquæ tepidæ uel frigidæ:coclearis mensura bis ter ue in die ex ĩter- uallis ut res exigit.Purgationis etiam causa plurimum tribus drachmis. Efficacior si pota ea sumatur cibus.Capillum fluentem continet cum uino austero capite in sole contra capillum peruncto.Dolorem capitis sedat temporibus & frõti ĩposita ex aceto & rosaceo.Dilutiorq; infusa:oculorum uitia omnia sanari ea conuenit.Priuati pruri- gines & scabiem genarum.Item insignita ac liuida illita cum melle:maxime põtico.

Tonsillas:gingiuas:& oĩa oris ulcera.Sãguinis excreationes si modicæ sint:drachmæ pondere ex aqua:si minus ex aceto pota.Vulnerum quoq; sanguinem & undecunq; fluentem sistit per se uel ex aceto.Alias etiam est uulneribus utilissima ad cicatricem perducens.Eadem inspergitur exulceratis genitalibus uirorum:cõdylomatis:rimisq; sedis:alias ex uino:alias ex passo:alias sicca per se ut exigit mitiganda curatio:aut coercenda.Hemorrhoidum quoq; abundantiam leniter sistit.Dysenteriæ infũditur.Et si difficilius concoquantur cibi:bibitur a cœna modico interuallo.Et in regio morbo tribus obolis ex aq̃.Deuorãt͛ pilulæ cũ mellis decocto:aut resina terebinthina ad purganda interiora.Digitorum pterygia tollit.Oculorum medicamentis lauat͛:ut quod sit arenosissimum subsidat.Aut torretur in testa:pennaq; subinde uersatur:ut possit æqualiter torreri. Alcea folia habet similia uerbenacæ:quæ & peristereon cognoĩat͛. Caules tres aut quattuor foliorum plenos:florem rosæ:radices albas:cum plurimum sex:cubitales:obliquas.Nascitur in pingui solo nec sicco.Vsus radicis ex uino uel ex aqua dysẽtericis:aluo cita:& ruptis cõuulsis. Aliphon cauliculus est molli capite nõ dissimilis betæ acre gustatu ac lentum:mordensq; uehemẽter & accẽdens.Aluũ soluit in aqua mulsa addito sale modico.Minima potio duarum drachmarum:media q̃ttuor: maxima sex:ea purgatione quibus datur e gallinaceo. Alsine:quã quidã myosoton appellãt:nascit͛ in lucis:unde & alsine dicta est.Incipit a media hyeme.Arescit æstate media cum prorepit:musculorum aures imitatur foliis.Sed aliam docebimus esse quæ iustius myosotis uocet͛.Hæc eadẽ erat quæ alsine:nisi minor minusq; hirsuta esset.Nascit͛ in hortis & maxime ĩ parietibus.Cum teritur:odorẽ cucumis reddit. Vsus eius ad collectiones:inflãmationesq;.Quin emẽdat omnia quæ alsine:sed ĩfirmius. Epiphoris peculiariter imponitur.Item uerendis:ulceribusq; cum farina hordeacea. Succus eius auribus ĩfunditur.Androsaces herba est alba amara sine foliis:folliculos in cirris habens:& in iis semen.Nascitur in maritimis istriæ maxime.Dat͛ hydropicis drachmis duabus tusa aut decocta in aqua uel aceto uel uino. Vehemẽter enĩ urinas cit.Datur & podagris:illiniturq;.Idem effectus est et seminis. Androsemon:siue(ut alii appellauere)ascyron:non absimile est hyperico:de qua diximus cauliculis maioribus densioribusq; & magis rubẽtibus.Folia alba rutæ figura.Semẽ papaueris nigri. Comæ tritæ sanguineo succo manantes.Odores tres in usus.Gignitur in uineis.Fere medio autumno effoditur:suspenditurq;.Vsus ad purgandam aluũ tusæ cũ semine potæq; matutino:uel a cœna duabus drachmis in aqua mulsa:uel uino uel aq̃ pura: totius potionis sextario.Trahit bilem. Prodest ischiadicis maxime. Sed postera die capparis radicem resinæ permixtam deuorare oportet drachmæ pondere. Iterumque quatridui interuallo eadem facere.A purgatione autem ipsa robustiores uinũ bibere: infirmiores aquã.Imponitur et podagris et ambustis & uulneribus cohibẽs sãguinẽ. Ambrosia uagi nominis est:et circa alias herbas fluctuãs:fruticem unum habẽs dẽsũ ramosum tenuem trium fere palmorum.Tertia parte radice breuiore foliis rutæ:circa imum caulem in ramulis semen est uuis depẽdentibus:odore uinoso:q̃ de causa botrys a quibusdam uocatur:ab aliis artemisia.Coronantur illa cappadoces. Vsus eius ad ea quæ discuti opus sit. Anconin quidam ononida malũt uocare:ramosã similẽ fœnograeco:nisi fruticosior hirsutiorque esset:odore iucundo. Post uer spinosa.estur etiam muria cõdita.Recens uero margines ulcerum erodit.Radix decoquitur ĩ posca dolori dentium.Eadem cum melle pota calculos pellit.Comitialibus dat͛ ĩ oxymelite decocta ad dimidias.Anagyros:quã aliqui acoton uocant:fruticosa est grauis odore: flore oleris.Semen in corniculis non breuibus gignit:simile renibus:quod durescit p menses.Folia collectionibus imponuntur.Difficulterq; parientibus adalligãt͛:ita ut a partu statim auferantur.Quod si emortuus hæreat:et secundæ mensesq; morẽtur: drachmæ pondere bibuntur in passo folia.Sic et suspiriosis dantur.& in uino uetere ad phalangiorum morsus.Radix discutiendis concoquendisque adhibetur. Semen

commanducatum uomitiones facit. Anonymos a non inueniendo nomine nomen īuenit. Affertur e scythia celebrata et ab Hicesio non paruæ auctoritatis medico. Item aristogeton in uulneribus præclara ex aqua tusa et īposita. Pota uero mãmis præcordiisq; percussis. Item sanguinem excreantibus. Putauerunt et bibendam uulneratis. Fabulosa arbitror: quæ adiiciuntur: recẽte ea si uratur: ferrum aut æs ferruminari.

¶DE Aparine et arctio: & aspleno: & asclepiade: & astere: uel bubonio: et ascyro: uel ascyroide: & aphace: & de alcibio: & alectorolopho. ¶Cap. v.

Aparinen aliqui omphacocarpon: alii philanthropon uocant: ramosam: hirsutã: quinis senisue in orbem circa ramos foliis per interualla. semen rotundũ durũ: concauum: subdulce. Nascitur in frumentario agro aut hortis pratisue: aspitate etiã uestium tenaci. Efficax contra serpentes semine poto ex uino drachma: & contra phalangia. Sanguinis abudantiam ex uulneribus reprimũt folia īposita. Succus auribus infũditur. Arction aliqui potius arcturion uocant: similis est uerbasco foliis: nisi q̃ hirsutiora sunt caule longo molli: semine cymini. Nascitur in petrosis: radice tenera: alba: dulciq;. Decoquitur in uino ad dentium dolorem: ita ut cõtineatur ore decoctũ. Bibitur propter ischiada & strãguriam ex uino. Ambustis imponitur et pernionibus. fouentur eadem cum radice semine trito in uino. Asplenon sunt q hemionõ uocãt: foliis triẽtalibus multis: radice limosa: cauernosa: sicut filicis cãdida: hirsuta: nec caulẽ nec florem nec semẽ habet. Nascitur in petris: parietibus opacis: humidis. laudatissĩa in creta. Huius foliorum iure in aceto decocto per dies. xxx. poto lyenẽ absumi aiunt. Et illinuntur. Eadem autem sedant singultus: non danda fœminis quoniã sterilitatẽ facit. Asclepias folia hederæ habet. Ramos longos: radices numerosas: tenues: odoratas: florem aureum: graue semen: ferrulatum. Nascit᷑ in montibus. Radices torminibus medentur: & cõtra serpentium ictus non solum potum: sed etiam illitum. Aster ab aliquibus bubonion appellatur: quoniam inguinum præsentaneum remedium est. Cauliculus foliis oblongis duobus aut tribus in cacumine capitula stellæ mõ radiata. Bibitur aduersus serpentes. Sed et ad inguinũ medicinã: sinistra manu decerpi iubẽt: & iuxta cinctus alligari. Prodest et coxẽdicis dolori adalligata. Ascyron & ascyroides similia sũt inter se: sed ascyron maiores habet ramos: qui ascyroides uocãt᷑ ferulaceos omnino rubentes: capitulis paruis luteis. Semẽ in cauliculis pusillũ: nigrũ: resinosũ. Comæ tinctæ uelut cruentatæ. qua de causa quidã hanc androsemon uocauere. Vsus seminis ad ischiadicos potus duabus drachmis: ĩ hydromelitis sextario. Aluũ soluit. Bilem detrahit. Illinitur et ambustis. Aphace tenuia admodum folia habet pusilla. Altior lenticula est. Siliquas maiores fert: in quibus terna aut quaterna semina sunt nigriora & madidiora et minora lenticula. Nascitur in aruis. Natura ei ad spissãdum efficacior q̃ lenti. Reliquo usu eosdẽ effectus habet. Stomachi aluiq; fluctiones sistit semen decoctum. Alcibion qualis esset herba apud auctores non repperi. Sed radicẽ eius & folia trita ad serpentis morsus imponi et bibi iubẽt. Folia q̃tum manus capiat trita cum uini meri cyathis tribus: aut radicem drachmarum trium pondere cum uini eadem mẽsura. Alectorolophos: quæ apud nos crista dicitur: folia habet similia gallinaceæ cristæ plura: caulem tenuem: et semen nigrum in siliquis. Vtilis tussientibus cocta cum faba fressa melle addito: et caligini oculorum. Solidum semen coniicit᷑ in oculum: nec turbat: sed in se caliginem cõtrahit. Mutat colorem. sed ex nigra albicare incipit. & intumescit: ac per se exit.

¶DE Alo. ¶Cap. vi.

Alum nos uocamus græci symphytõ petreũ: simile cunilæ bubulæ: foliis paruis: ramis tribus aut quattuor: radice a cacuminibus thymi: surculosum: odoratum gustu dulce: saliuã ciens: longa radice rutila. Nascitur in petris: ideoq; petreũ cognominatum. Vtilissimum lateribus: lyenibus: renibus: torminibus: pectoribus: pulmõibus: sanguinem reiicientibus: faucibus asperis. Bibitur radix trita et in uino decocta. & aliquando superlinitur. Quin & commanducata sitim sedat. præcipueq; pulmonẽ

refrigerat. Luxatis quoq; imponitur et conuulsis. Lyeni interaneis. Aluũ sistit cocta ĩ cineres. Detractis quoq; folliculis trita cum piperis nouẽ granis & ex aqua pota. Vul- neribus sanandis tanta præstantia est: ut carnes quoque cum coquuntur conglutinet addita. Vnde & græci nomen imposuere. Ossibus quoq; fractis medetur.

¶DE Alga et actea & de ampelo agria et absinthio. ¶Cap. vii.

HAlga ruffa & scorpionum ictibus. Actea graui foliorum odore: caulibus asperis geniculatis: semine nigro ut hederæ: baccis mollibus. Nascitur ĩ opacis & aspis & aquosis. Datur acetabulo pleno interioribus fœminarum morbis. Ampelos agria uocatur herba foliis duris cineracei coloris: qualem in satis diximus: uiticulis longis callosis rubentibus: qualiter flos quẽ Iouis flammam appellamus: ignobilis. fert semẽ punici mali simile ĩ acinis. Radix eius decocta in aquæ cyathis ternis additis uini coi cyathis duobus aluũ soluit leniter. Ideo hydropicis datur. Vuluæ uitia & cutis ĩ facie mulierum emendat. Ischiadicos quoque uri hac herba prodest: tusa cũ foliis & illita cum succo suo. Absinthii genera sunt plura. Santonicũ appellatur a galliæ ciuitate. Ponticum a ponto: ubi pecora pinguescunt illo: & ob id sine felle repeniuntur. Neq; aliquod præstantius. Multumq; italico amarius: sed medulla pontici dulcis. De usu eius conuenit dicere herbæ facilliæ atq; inter paucas utilissimæ. Præterea sacris populi romani celebratæ peculiariter. Siquidem latinarum feriis quadrigæ certãt ĩ capitolio: uictorq; absinthium bibit. Credo sanitatem premio dari honorifice arbitratis maiori- bus. Stomachũ corroborat: & ob hoc sapor eius in uina transfertur: ut diximus. Bibit᷑ & decoctum aqua ac postea nocte & die refrigeratum sub diuo decoctis sex drachmis foliorum cum ramis suis in cælestis aquæ sextariis tribus. Oportet et salem addi. Vetustissime in usu est. Bibitur & madefacti dilutum. Ita enim appellatur hoc genus. Diluti ratio ut quisquis fuerit modus aquæ: tegatur per triduum. Tritum raro ĩ usu est: sicut & succus expressi. Exprimitur autem cum primũ semẽ turgescit madefactũ aqua triduo recẽs: aut siccum septem diebus. Deinde coctum in æneo uase ad tertias .x. heminis in aquæ sextariis. xlv. Iterumq; percolatum. Herba lente coquit᷑ ad crassi- tudinem mellis qualiter ex minore cẽtaurio quæritur succus. Sed hic absinthii ĩutilis stomacho capitiq; est: cum sit ille decoctus saluberrimus. Nãq; astringit stomachum: bilemq; detrahit. Vrinam cit. Aluum emollit: & in dolore sanat. Ventris aĩalia pellit. Malaciam stomachi & inflammationes discutit cũ sale et nardo gallico: aceto exiguo addito. Fastidia absterget. Concoctiones adiuuat. Cruditates detrahit cũ ruta & pipe & sale. Antiqui purgationis causa dabant: cum marinæ aquæ ueteris sextario seminis sex drachmis: cum tribus salis & mellis cyatho. Efficacius purgat duplicato sale. Dili- genter autem teri debet propter difficultatem. Quidã et in polenta dedere supradictũ pondus: addito pulegio. Alii contra paralysin. Alii pueris folia in fico: sic ut amaritu- dinem fallerent. Facile thoracem purgat cum iride sumptum. In regio morbo crudum bibitur cum apio aut adianto. Aduersus ĩflationes calidum paulatim sorbetur ex aq̃. Iocineris causa cum gallico nardo. Lyenis cũ aceto aut pulte aut fico sumit᷑. Aduersa- tur fungis ex aceto. Item uisco. Cicutæ ex uino: & muris aranei morsibus. Draconi marino. Scorpionibus. Oculoꝝ claritati multum confert. Epiphoris cũ passo ĩponit᷑. Suggillatis cum melle. Aures eius decoctũ uaporis suffitu sanat. Aut si manat sanies cum melle tritum. Vrinam ac menses ciunt tres quattuorue ramuli cum gallici nardi radice una cyathis aquæ sex. Menses priuatim cum melle sumptum: et in uellere ap- positum. Anginis subuenit cum melle et nitro. Epinyctidas ex aqua sanat. Vulnera recentia priusq̃ aqua tãgãtur impositum. Prætereaq; capitis ulcera. Peculiariter ilibus ĩponitur cum cypria cæra: aut cum fico. Sanat & pruritus.

¶DE Absinthio: et ballote: et botrye fruticosa: et brauylla: et brio: et bupleuri: et catanance: et calla: et circæa: et circesio: et crategono: et theligono: et crocodilio: et cynosorchi: et chrysolachano: et cuculo: et conferua. ¶Cap. viii.

NOn dandum in febri. Nauſeas maris arcet in nauigationibus potum. Inguinū tumorem in uentrali habitum. Somnos allicit olfactum: aut inſcio ſub capite poſitum. Veſtibus inſertum tineas arcet. Culices ex oleo perunctis abigit: et fumo ſi uratur. Atramentum librarium ex diluto eius temperatum litteras a muſcis tuetur. Capillum denigrat abſinthii cinis unguento roſaceoq; permixtus. Eſt et abſinthiū marinum: quod quidam ſeriphium uocāt: probatiſſimum in taphnis ægypti. Huius ramum iſiaci præferre ſolēne habent. Anguſtius priore: minuſq; amarum: ſtomacho inimicum. Aluum mollit. Pellitq; animalia interaneorum. Bibitur cum oleo et ſale: aut in farinæ trimeſtris ſorbitione dilutum. Coquitur quantū manus capiat: in aquæ ſextario ad dimidias. Balloten alio nomine porrum nigrum græci uocant: herbam fruticoſam: anguloſis caulibus: nigris: hirſutis: foliis ueſtientibus: maioribus q̄ porri: & nigrioribus: graue olentibus. Vis eius efficax aduerſus canis morſus: ex ſale foliis tritis impoſita. Item ad condylomata coctis cinere in folio oleris. Purgat et ſordida ulcera cum melle. Botrys fruticoſa herba eſt luteis ramulis. Semen circa totā naſcit̃. folia cicorio ſimilia. Inuenitur in torrētium ripis. Medetur orthopnoicis. Hoc cappa-doces ambroſiam uocāt: alii artemiſiam. Brauylla ſpiſſandi uim habet cotonei mali modo: nec āplius de ea tradunt auctores. Brion marina herba ſine dubitatiōe lactucæ foliis ſimilis rugoſa ueluti contracta: ſine caule ab ima radice exeūtibus foliis. Naſcit̃ in ſcopulis maxime: teſtiſq; terra comprehenſis. Præcipua ſiccandi ei ſpiſſandiq; uis. Et collectiones omnes inflammationeſq; cohibendi: præcipue podagræ: & quicquid refrigerare opus ſit. Bupleuri ſemen ad ictus ſerpētium dari reperio. Foueriq; plagas decocta ea herba: adiectis foliis mori aut organi. Catanancen theſſalam herbam q̄lis ſit: a nobis deſcribi ſuperuacuum ſit: cum ſit uſus eius ad amatoria tantum. Illud nō ab re eſt dixiſſe ad detegendas magicas uanitates electam ad hunc uſum coniectura: quoniam areſcens contraheret ſe ad ſpeciem unguium milui exanimati. Eadem ex cauſa et cemos ſilebitur a nobis. Calla duorum generum eſt. Vna ſimilis aro. Naſcit̃ in arationibus. Colligitur anteq̄ inareſcat. Vſuſq; eoſdem habet quos arum. Bibitur quoq; radix huius ad exinaniendas aluos: mēſeſq; mulierum. Item caules cum foliis ī leguminibus decocti ſanant tenaſmon. Alterum genus eius quidam anchuſā uocāt: alii rhinocliſiā. Folia lactucæ lōgiora: plumoſa: radice rubra: quæ ignes ſacros cū folio polētæ ſanat īpoſita. Iocineris aūt uitia ī uino albo pota. Circæa ſtrychno ſatiuo ſimi-lis eſt: flore nigro: puſillo. Paruo ſemine ut milii naſcētis in quibuſdam corniculis: ra-dice ſemipedali: triplici ferme aut quadruplici: alba: odorata: guſtus calidi. Naſcitur ī apricis ſaxis. Diluitur in uino. Bibiturq; ad dolorem uuluæ & uitia. Macerari oportet in ſextariis tribus quadrātem radicis tuſæ per noctem et diem. Trahit eadem potiōe ſecundas ſemine. Lac minuit in uino aut mulſa aqua pota. Circeſion cauliculus eſt tener duum cubitorū triangulo ſimilis foliis ſpinoſis circundatus. Spinæ molles ſūt. Folia bouis linguæ ſimilia: minora: ſubcādida: & in cacumine capitulata: purpureaſq; ſoluuntur in lanugines. Hanc herbam radicemue eius adalligatam dolores uaricum ſanare tradunt. Crategonon ſpicæ tritici ſimile eſt: multis calamis ex una radice ma-nantibus: multorumq; geniculorum. Naſcitur in opacis ſemine milii: uehementer aſpero guſtu. Quod ſi bibāt ex uino ante cœnam tribus obolis in cyathis aquæ totidē mulier ac uir ante conceptum diebus quadraginta: uirilis ſexus partum futurū aiūt. Eſt et alia crategonos: quæ theligonos uocat̃. Differentia intelligitur lenitate guſtus. Sunt qui florem crategoni bibentes mulieres intra quadrageſimum diem concipere tradant. Eadem ſanant ulcera uetera nigra cū melle: explent ſinus ulcerū. Et atropha carnoſiora faciunt. Purulēta expurgāt. Panos diſcutiunt. Podagras: collectioneſq; ōes leniunt: peculiariter mammarum. Theophraſtus arboris genus intelligi uoluit crate-gonon ſiue crategona: quam italia aquifolium uocat. Crocodilion chamæleontis herbæ nigræ figuram habet: radice longa æqualiter craſſa: odoris aſperi. Naſcitur in

fabuletis. Pota sanguinem per nares pellit copiosum crassumq;. Atq; ita lyenem con-sumere dicitur. Cynosorchin uel cynosarcimā: aliq orchin uocāt foliis oleæ mollibus ternis paruisq; semipedis longitudinis in terra stratis: radice bulbosa oblōga duplici ordine: superiore quæ durior est: & inferiore quæ mollior. Eduntur ut bulbi cocti in uineis forte inuenti. Ex iis radicibus si maiorem edant uiri mares generari dicūtur. Si minorem fœminæ: alterum sexum. In thessalia molliorē in lacte caprino uiri bibunt ad stimulandos coitus: duriorem uero ad inhibendos. Aduersatur alter alteri. Chry-solachanum ī pineto lactucæ simile nascitur. Sanat neruos incisos si cōfestī īponat'. Et alibi genus chrysolachani traditur: flore aureo: foliis oleris. Coctum estur ut olus molle. Herba hæc alligata morbum regium habētibus: ita ut spectari ab iis possit: sa-nare id malum traditur. De chrysolachano nec satis dici scio: nec plura reperio: nanq; et hoc uitio laborauere proximi utiq; herbarii nostri: quod ipsis notas ueluti uulgares strictim et nominibus tantum indicauere: tanq̄ coagulo terræ aluum sisti: stranguriā dissolui si bibatur ex uino aut aqua. Cuculi folia trita cum aceto: serpentiū ictibus: & scorpionum mederi. Quidam alio hāc nomine strumum appellant: alii græce stry-gnon: acinos habet nigros. Ex iis cyathus succi cum mulsi duobus medetur lūbis. Itē capitis doloribus cum rosaceo infusus. Ipsa strumis illita sanādis peculiaris ē: alpinis maxīe fluminibus. Conferua appellata a conferruminando: spongia aquarū dulciū ueriusq̄ muscus aut herba uillosæ dēsitatis atq; fistulosæ. Curatum ea scio omnibus fere ossibus confractis prolapsum ex arbore alta putatorem: circundata uniuerso cor-pori: aquam suam inspergentibus quotiens inarescet: raroq; nec nisi deficientē herbā mutationis causa resoluentibus conualuisse uix credibili celeritate.

¶DE Cocco gnidio et dryopteris et dryphono: et elatine: et empetro siue calcifraga: et epicacti: uel helleborine: et epimedio: et enneaphyllo: & filice pteri: et de femore bu-bulo. ¶Cap. ix.

COcco gnidio color cocci. magnitudo grano piperis maior. uis ardens. Itaque in pane deuoratur: ne adurat cum gulam trāsit. Huic uis præsētanea cōtra cicutā. Sistit aluum. Dipsacos folia habet lactucæ: bulbasq; spinosas ī dorsi medio: caulem duorum cubitorum iisdem spinis horridum: genicula eius binis foliis amplectētibus concauo alarum sinu: in quo subsistit ros salsus. In cacumine capitula sunt echinata spinis. Nascitur in aquosis. Sanat rimas sedis. Itē fistulas decocta in uino radice usq; dum sit crassitudo cæræ: ut possit in fistula collyrium mitti. Item uerrucas omnium generum. Quidam et alarum quas supra diximus succum illinunt iis. Dryopteris filici similis in arboribus nascitur: tenui foliorum subdulcium īcisura: radice hirsuta. Vis ei caustica est. Ideo et psilotrum est radix tusa: illinitur enim usque dum sudores euocet. Iterūq; et tertio: ita ne sudor abluatur. Dryphonon similis herba ē: cauliculis tenuibus cubitalibus circundatis utrinque foliis pollicari amplitudine: qualibus & oxymyrsine. Sed cādidioribus mollioribusq;: flore candido sambuci. Edūt cauliculos decoctos. Semine uero eius pro pipere utuntur. Elatine folia habet casiæ pusilla pi-losa rotunda: semipedalibus ramulis quinis senisue a radice statim foliosis. Nascitur in segetibus. Acerba gustu: et ideo oculorum fluctionibus efficax: foliis cum polenta tritis et impositis: subdito linteolo. Eadem cum lini semine cocta sorbitionis usu a dysenteria liberat. Empetron quam nostri calcifragam uocant: nascitur in mōtibus maritimis fere ī saxo: quod ꝓpius mari fuerit. Salsa est: potaq; bilē trahit ac pituitas: quo longius magisq; teritur: amarior sentitur. Trahit aquā. Sumit' aūt in iure aliquo aut in hydromelite. Vetustate uires perdit. Recēs urinas cit decoctum in aq̄ uel tritū. calculos frangit. Qui fidem promisso huic quærunt: affirmant lapillos qui subferue-fiant una rumpi. Epicactis ab aliis helleborine uocatur: parua herba: exiguis foliis iocineris uitiis utilissima: et contra uenena pota. Epimedion caulis est non magnus hederæ foliis denis atq; duodenis: nūq̄ florens: radice tenui nigra graui odore. Nascit'

in humidis:et huic spissandi refrigerandiq; natura.Fœminis cauenda.Folia in uino trita uirginum mammas cohibent. Enneaphyllon longa folia nona habet:causticæ naturæ.Imponitur lana circundata ne urat latus:continuo enim pustulas excitat:lũ/borum doloribus et coxendicum utilissimum. Filicis duo genera nec florem habent: nec semen.Pterin græci uocãt:alii blachnon:cuius ex una radice q̃plures exeũt filices: bina etiam cubita excedentes longitudine:non graues odore.Hanc maré existimant. Alterum genus thelypterin græci uocãt:alii nympheopterin. Est autem singularis atq; non fruticosa breuior molliorq; et densior foliis ad cananiculata. Vtriusq; radice sues pinguescunt.Folia utrisq; lateribus pinnata:unde nomen græci imposuere. Radices utriq; longæ in obliquum:nigræ:præcipue cum inaruere.Siccari autem eas sole opor tet.Nascuntur ubiq;:sed maxime frigido solo. Effodi debent uergiliis occidentibus. Vsus radicis in trimatu tantum:neque ante nec postea.Pellũt interaneorũ animalia. Ex iis tineas cũ melle.Cætera ex uino dulci triduo potæ.Vtraq; stomacho inutiliss̃ia. Aluum soluit primo bilem trahens:mox aquam. Melius tineas cum scamonii pari pondere.Radix eius duorum obolorum pondere ex aqua post unius diei abstinẽtiam bibit̃:melle prægustato contra rheumatismos.Neutra danda fœminis:quoniã graui/dis abortum:cæteris sterilitatem facit.Farina earum ulceribus tetris ĩspgit̃. Iumẽtorũ quoq; ceruicibus.Folia cimicem necant.Serpẽtem non recipiunt.Ideo substerni utile est in locis suspectis. Vstæ etiam fugant nidore.Fecere medici huius quoque herbæ discrimen. Optima macedonica est. Secunda cassiopica. Femur bubulum appellat̃ herba neruis et ipsa utilis:recẽs ĩ aceto ac trita sale. Galapsis:aut ut alii galactobdalõ uel galion.Caulem et folia habet urticæ:leuiora:& quæ grauem odorem trita reddãt. Flore purpureo.Nascitur circa sepes ac semitas ubiq;.Folia caulesq; duricias et carci/nomata sanãt ex aceto trita & imposita.Item strumas.Panos:& parotidas discutiũt. Ex usu est & decocto succo fouere.Putrescentia quoq; & grangrenas sanat cum sale. Glaux antiquitus et galacton uocabatur cythiso et lenticulæ foliis similis auersa cã/didiora.Rami in terram serpunt quini seniue admodum tenues ab radice. Flosculi purpurei exeunt.Inuenit̃ iuxta mare.Coquitur in sorbitione similagis ad excitandã ubertatem lactis.eamq; qui hauserint balneis uti conuenit.

¶DE Glaucio et glycyside et glaphalio siue chamezelo et galedrago et holco et hyosiri & holosteo & hypopesto. ¶Cap.x.

GLaucion in syria et parthia nascitur humilis herba densis foliis fere papaueris: minoribus tamen:sordidioribusq;:odoris tetri:gustus amari cum astrictione. Granum habet crocei coloris.Hoc in olla fictili luto circũlitum in clibanis calefaciũt. deinde exempto succo exprimunt eiusdem nominis. Vsus est et succi et foliorum si terantur aduersus epiphoras:quæ uniuersæ uno impetu cadunt.Hinc tẽpat̃ collyriũ: quod medici diaglaucion uocant.Lactis quoque ubertas intermissa restituit̃. Sumit̃ eius rei causa ex aqua. Glycyside:quam aliqui peoniam aut pentorobon uocãt:cau/lem habet duum cubitorum:comitantibus duobus aut tribus subrutilum cute lauri folia qualia issatis pinguiora rotundioraq; et minora.Semen in siliquis aliud grano rubente:aliud nigro.Duo autem genera sũt.Fœmina existimatur:cuius radicibus ceu balani longiores circiter octo aut sex inhærent. Mas plures habet:quoniã non una radice nixus est:palmi altitudine:candidaq;.Ea gustu astrigit.Fœminæ folia myrrhã redolent:et densiora sunt.Nascuntur in siluis.Tradunt noctu effodiendas:quoniam pico martio impetum in oculos faciente interdiu periculosum sit. Radix uero cum effodiatur:periculum esse ne sedes procidant. Magna id uanitate ad ostentationem rei fictũ arbitror. Vsus in iis diuersus.Rubra enim grana rubentis menses sistunt.xv. fere pota in uino nigro.Nigra grana uuluis medentur ex passo:aut uino totidẽ pota. Radix omnes uẽtris dolores sedat in uino.aluũq; purgat.Sanat opisthotonũ:morbũ regium:renes:uesicam.Matricem autem et stomachum decocta in uino.Aluumque

sistit. Estur etiam contra malū mentis: sed in medēdo .iiii. drachmæ satis sunt. Grana nigra auxiliantur et suppressiōibus nocturnis in uino pota quo dictum est numero. Stomacho uero et rosiōibus & esse ea et illinire ꝓdest. Suppurationes quoq; discutiū-tur. Recentes nigro semine: ueteres rubro. Vtrunq; auxiliatur a serpente percussis. Et pueris contra calculos incipiente stranguria. Glaphalium alii chamezelon uocant: cuius foliis albis mollibusq; ꝓ lomento utuntur. Sane et similia sunt. Datur in uino austero ad dysenteriam: uentris solutiōes. Mensesque mulierum sistit. Infūdit aūtē tenasmo. Illinitur et putrescentibus ulcerꝫ. Galedragō uocat Xenocrates leucacātho similem palustrem et spinosam: caule ferulaceo alto: cui summo in capite inhæreat simile ouo. In hoc excrescente ætate uermiculos nasci tradit: quos pyxide cōditos ad-alligari cum pane brachio ad eam partem qua dens doleat. mireq; illico dolorē tolli. Valere non diutius anno & ita si terram nō attigerit. Holcus in saxis nascitur siccis. Aristas habet in cacumine tenues culmo: quale hordeum restibile. Hæc circa caput ad-alligata: uel circa lacertum educit e corpore aristas. Hanc quidam ob id aristidam uocant. Hyosiris intubo similis: sed minor: & tactu asperior. Vulneribus cōtusa præ-clare medetur. Holosteon sine duricia herba ex aduerso appellata a græcis: sicut fel dulce: tenuis usq; in capillamenti speciem: lōgitudine .iiii. digitorum ceu gramē foliis āgustis astringens gustu. Nascitur in collibus terrenis. Vsus eius ad conuulsa rupta ī uino pota. Vulnera quoque conglutinat. nam et carnes concoquuntur addita. Hy-popeston nascitur in spinis: ex quibus fiunt eneæ fulloniæ sine cauliculo sine flore capitulis tantū ianibus et foliis paruis multis: herbacei coloris: radiculas habēs albas molles. Succus earum exprimitur æstate ad soluendam aluum tribus obolis: maxime ī comitialibus morbis & tremulis: hydropicis. Cōtra uertigines: orthopnoeas: palyses incipientes.

¶DE Hypoglossa: & hypeto: idæa: isosphyro: lathyri: leonto-petalo: lithapso: lithospermo: lapide uulgari: de limeo: leuco. ¶Cap. xi.

Hypoglossa folia habet figura siluestris myrti cōcaua spinosa: & in iis ceu līguas folio paruo exeunte de foliis. Capitis dolorem corona ex iis imposita minuit. Hypecoon ī segetibus nascitur: foliis rutæ. Natura eius eadem quæ papaueris succo. Idææ herbæ folia sūt quæ oxymyrsinæ ahhærentis uelut pampini in qbus flos. Aluū mensesq; & omnem abundantiam sanguinis sistit. Spissandi cohibendique naturam habet ¶Isophyllon uocant aliqui phaselion: quoniam folium quod est aniso simile ī pampinos torquetur. Capitula sunt in sūmo capite tenuia plena seminis melanthii. Cōtra tussim & cætera pectoris uitia ex melle & aqua mulsa. Item iocineris: utilissia. Lathyris folia habet multa lactucæ similia tenuiora germina multa: in quibus semen tuniculis continetur ut capparis: quæ cum inaruere: eximuntur grana piperis magni-tudine candida dulcia facilia purgatu. Hæc in cœna in aqua pura aut mulsa pota hy-dropicos sanant. Trahunt & bilem. Qui uehementius purgari uolunt: cum folliculis ipsis sumunt eam: stomachū lædunt. Itaq; inuentū est ut cū pisce aut iure gallinacei sumerentur. Leontopetalon alii rhopadion uocant folio brassicæ: caule semipedali leni. cuius semē in cacumine in siliqs ciceris modo. radix rapæ similis grandis nigra. Nascitur in aruis. Radix aduersatur omnium serpentium generibus ex uino pota: nec alia res celerius proficit. Datur et ischiadicis. Lycapsos longioribus q̄ lactuca ē foliis: crassioribusque. Caule longo hirsutis adnatis multis capitulis flore paruo purpureo. Nascitur in campestribus. Illinitur cum farina hordeacea igni sacro. Sudores ī febri-bus mouet succo aquæ calidæ admixto. Inter omnes herbas lithospermo nihil est mi-rabilius. Alii qdē hexonychon uocāt: alii diospyron: alii heraclion. Herba qncūcialis fere foliis duplo maioribus q̄ rutæ: ramulis surculosis crassitudine iunci. Gerit iuxta folia singulas ueluti barbulas: & in earum cacuminibus lapillos candore & rotūditate margaritarum: magnitudīe ciceris. Duricia uero lapidea. Ipsi qua pediculis adhæreāt cauernulas habent & intus semē. Nascit̄ & in italia: sed laudatissimum in creta. Nec

quicq̃ inter herbas maiore quidem miraculo aspexi. Tantus est decor uelut aurificũ arte alternis inter folia candicantibus margaritis tam exquisita difficultas lapidis ex herba nascentis. Iacere atq; humi serpere auctores tradunt. Ego uulsam non hærentẽ uidi. Iis lapillis drachmæ pondere potis in uino albo calculos frangi: pellique cõstat. & strãguriã discuti. neq; in alia herbarũ fides est. Vsus statim ad quãcũque medicinã natam. Sic est autẽ eius species ut etiam sine auctore uisa statim nosci possit. Lapis uulgaris iuxta flumina fert muscum siccum canum. Hic fricatur altero lapide addita hominis saliua. Illo lapide tangitur impetigo. Qui tangit dicit: Pheugete cantharides lycos agrios hymas dioci. Limeum herba appellat̃ a gallis: q̃ sagittas ĩ uenatu tĩgũt medicamento: quod uenenum ceruarium uocãt. Ex hac in tres modios salinati addit̃ tantum q̃tum in una sagitta addi solet. Ita offa dimittitur in boũ faucibus ĩ morbis. Alligari postea ad præsepia oportet donec purgentur. Insanire enim solent. Si sudor insequitur: aqua frigida perfundi. Leuce mercuriali similis nomen ex causa accepit per medium folium candida linea transcurrente. Quare mesoleucon quidã uocãt. Succus eius fistulas sanat. Ipsa contrita carcinomata. Fortassis eadem sit quæ leucas appellatur: contra omnia marina uenena efficax. Speciem eius auctores non tradunt nec aliud q̃ siluestrẽ latioribus foliis esse: efficaciorẽ hanc semine acriore. Leucographis qualis esset: scriptum non repperi. Quod et magis miror: quoniã utilis prodit̃ sanguinem excreãtibus tribus obolis cum croco. Item cæliacis trita ex aq̃ & apposita. Profluuio fœminarum. Oculorum quoque medicamentis. Et explẽdis ulceribus: quæ fiunt in teneris partibus corporis.

¶ DE Medio: et myosota: & myagro: & natrice: & othone: & onosma: & onopordo: et osiri: & oxye: & batrachio: & polygono: & leucanthemo: & plythema: & phyllo: & phellandrio: & phuleri: & polyrrhizo: & ꝓserpinaca: & de rhecoma: de reseda: & stoechade. ¶ Capitulum. xii.

MEdion folia habet iridis satiuæ: caulem tripedalem: & in eo florem grandẽ purpureum rotundũ semĩe minuto: radicem semipedalem. In saxis opacis nascit̃. Radix drachmis duabus cum melle menses fœminarum sistit eligmate per aliquot dies sumpto. Semen quoq; in uino tritum contra abundantiam fœminarum datur. Myosota siue myosotis leuis herba: caulibus pluribus ab una radice aliq̃tenus rubentibus concauis ab imo: foliis angustis oblongis dorso acuto nigris ꝑ ĩterualla assidue geminatis & tenuibus cauliculis ex taleis prodeuntibus: flore cæruleo. Radix digitali crassitudine multis capillamẽtis fibrata. Vis ei septica & exulceratrix. ideoq; egilopas sanat. Tradunt ægyptii mensis: quem thiatin uocant: die. xxvii. fere in augusto mense incurrente: siquis huius herbæ succo inungatur mane priusq̃ loquatur nõ lippiturũ eo ãno. Myagros herba ferulacea est foliis similis rubiæ tripedanea. Semen oleosũ: quod et fit ex eo. Medetur oris ulceribus perũctis hoc succo. Herba quæ uocat̃ nigina tribus foliis longis intubaceis illita: cicatrices ad colorem reducit. Natrix uocat̃ herba: cuius radix euulsa uirus hirci redolet. Hac ĩ piceno a fœminis abigunt: quos mira persuasione fatuos uocant. Ergo species lymphantium hoc modo animorum esse credimus: qui tali medicamento iuuentur. Odontites inter fœni genera est: cauliculis densis ab eadem radice geniculatis triangulis nigris geniculis. Folia parua hẽt lõgiora tamen q̃ polygonum. Semen in aliis hordeo simile florẽ purpureum: pusillũ. Nascit̃ in pratis. Decoctum cauliculorum eius in uino austero q̃tum manus capiat: dẽtium dolori medetur: ita ut cõtineat̃ ore. Othone in syria nascitur: similis erucæ pforatis crebro foliis flore croci. quare quidam anemones uocauerunt. Succus eius oculorum medicamentis conuenit. Mordet enim leuiter & calfacit: astringitq; siccando. Purgat cicatrices & nubeculas: & quicquid obstat. Quidam tradunt lauari: atq; ita siccatam digeri in pastillos. Onosma longa folia habet fere ad tres digitos in terra iacẽtia tria ad similitudinem anchusæ incisa sine caule sine flore sine semine. Prægnãs si edat eã

aut supragradiatur: abortum facere dicitur. Onopordon si cõmederīt asini: crepitus reddere dicuntur. Trahit urinas et menses. Aluū sistit. Suppurationes & collectiones discutit. Osiris ramulos fert nigros tenues lētos: & in iis folia nigra ceu lini. Semēq; in ramulis nigrum initio: dein colore mutato rubescens. Smegmata mulieribus faciunt ex iis. Radicum decoctum potū sanat arcuatos. Eædem: priusq̄ maturescat semē: concisæ et sole siccatæ aluum sistunt. Post maturitatem uero collectæ & in sorbitiōe decoctæ rheumatismis uentris medentur: et per se tritæ ex aqua cælesti bibūt. Oxis folia terna habet. Datur ad stomachum dissolutum. Edunt & qui enterocelon habēt. Polyanthemum: quā qdā batrachion appellant: caustica ui exulcerat cicatrices: & ad colorē reducit. Eademq; uitiligines cōcorporat. Polygonum græci uocant quam nos sanguinariā: non attollit a terra foliis rutæ similis gramini. Succus eius infusus naribus supprimit sanguinem: & potus cū uino cuiuslibet partis ꝓfluuiū excreationesq; cruentas inhibet. Qui plura genera polygoni faciunt: hanc marem intelligi uolūt: appellarique a multitudine seminis aut densitate fruticis calligonon. Alii polygonon a frequentia geniculorū: alii halmada: alii carninothrō: alii dema: multi myrtopetalō. Necnon inueniuntur q hanc fœminam esse dicant. Marem autem maiorē: minusq; nigrā et geniculis densiorem: semine sub omnibus foliis turgescentē. Quocunq; hæc modo se habeant: uis earum est spissare ac refrigerare. Semine aluum soluūt largius sumpto. Vrinā cient. Rheumatismos cohibent. Qui si nō fuere: nō ꝓsunt. Stomachi feruori folia imponunt. Vesicæ dolori illinuntur: & ignibus sacris. Succus & auribus purulentis instillatur: & oculorum dolori per se. Dabatur & in febribus āte accessiōes duobus cyathis ī tertianis quartanisue præcipue. Item cholericis dysentericis: & in solutione stomachi. Tertiū genus oreon uocatur in montibus nascens: arūdini teneræ simile: uno caule: densis geniculis: et in se fractis. Foliis autē piceæ: radicis supuacuæ: iefficacius q̄ superiora: peculiare ischiadicis. Quartum genus siluestre appellat pene ardoris frutice radice lignosa stirpe cedri rubicundo. Ramis sparti binum palmorum nigris geniculorum ternis quaternisq; articulis. Huic quoq; spissandi natura. Sapor mali cotonei. Decoquitur in aqua ad tertias: aut aridi farina inspergitur: et oris ulceribus: & attritis partibus. Propter gingiuarum uero uitia ipsa cōmanducatur. Nomas sistit: omniaq;: quæ serpunt aut difficilem cicatricem habent. Priuatim uero sanat a niue facta ulcera. Herbarii & ad anginas utuntur illa. Et in capitis dolore coronam ex ea imponūt. Et contra epiphoras collo circundāt. In tertianis quidem sinistra manu euulsam adalligant: adeo contra profluuia sanguinis. Nec ullam magis aridam q̄ polygonum seruant. Pancration aliqui scyllam pusillam appellare malunt: foliis albi lilii longioribus crassioribusq;. Radice bulbi magni: colore ruffo. Aluum soluit succo cum farina erui sumpto. Vlcera purgat. Hydropicis splenicisq; cum melle datur. Alii decoquunt eam donec aqua dulcis fiat. Eaq; effusa radicem terentes digerūt ī pastillos sole siccatos. & postea utuntur ad capitis ulcera: & cætera quæ repurganda sunt. Item ad tussim q̄tum tribus digitis apprehēderint: in uino dantes. Et ad lateris dolores aut peripleumonicis eligma dantes. Propter ischiada in uino bibendum. Et ꝓpter tormina mensesq; ciendos. Peplos: quam aliqui sychē: alii meconiō aphrodes uocāt ex una radice tenui fruticat: foliis rutæ paulo latioribus: semine sub foliis rotundo: minus candido q̄ papaueris. Inter uites fere colligitur messibus. Siccaturq; cū fructu suo subiectis aquis: in quas excidāt. Hoc poto aluus soluit. Bilis ac pituita detrahit. Media potio est acetabuli mensura in aquæ mulsæ heminis tribus & cibis īspergitur obsoniisq; ad molliendā aluū. Periclymenos fruticat et ipsa ex interuallo duo folia habens subcandida mollia. In cacumine autem semen inter folia durum & quod difficile uelatur. Nascitur in aruis ac sepibus conuoluens se āminiculis qbuscūq;. Semē eius in umbra siccatum tūditur: & in pastillos digeritur. Ii resoluti dantur ī uini albi cyathis tribus tricenis diebus ad lyenem. eumq; urina cruenta aut p aluum absumit:

quod intelligitur a decimo statim die. Vrinā ciēt et folia et decocta. quæ & orthopnoicis prosunt. partum quoq; adiuuant. secundasq; pellūt pota simili modo. Pelecinū in segetibus diximus nasci fruticosā: cauliculis: foliis ciceris. Semē ī siliquis fert corniculorum modo aduncis ternis quaternisue: quale git nouimus amarum: stomacho utilē. Addit̄ ī ātidotis. Polygala palmi altitudinē petit: ī caule sūmo foliis lēticulæ: gustu astricto. quæ pota lactis abundantiā facit. Pontirris: aut ut alii uocant paroenion uel neuras large fruticat spinis retorrida: lanugine spissa: foliis paruis: rotundis: ramulis longis: mollibus: lentis: tenuibus: flore longo: herbacei coloris: seminis nulli usus: sed gustu acuto & odorato. Inuenit̄ in aquosis collibus. Radices habet duas aut tres binū cubitoꝝ ī altitudīe neruosas cādidas firmas. Circūfodit̄ autūno & præciso frutice dat succū gūmi similē. Radix mira uulneribus sanādis tradit̄: præcipueq; neruis uel præcisis illita. Decoctū quoq; eius cū melle potū dissolutiōes neruoꝝ: & infirmitates & īcisuras iuuat. Phalāgites a qbusdā phalāgiō uocat̄: ab aliis leucāthemō: uel ut ī qbusdā exēplaribus īuenio leucacatha. Ramuli sūt ei nūq̄ pauciores duobus ī diuersa tēdētes. Flos cādidus lilio rubro similis seīe nigro lato ad lēticulæ dimidiæ figurā multo tenuiore: radice herbacei coloris. Huius folio uel flore uel seīe auxiliāt̄ cōtra scorpionū phalāgiorūq; & serpētiū ictus: itē cōtra tormīa. Plytema qualis sit: describere supuacuū habeo: cū sit usus eius tātū ad amatoria. Phyllō a græcis uocat̄ herba in saxosis montibus fœmina magis herbacei coloris: caule tenui: radice parua: semine totūdo: papaueri simili. Hæc sui sexus facit partus. Mares aūt semine tantū differūt: quod ē īcipiente oliua. Vtrūq; bibit̄ in uino. Phellādriō nascit̄ ī palustribus folio apii. Bibit̄ semē eius ꝑpter calculos & uesicæ incōmoda. Phaleris thyrsum hēt longum tenuē ceu calamum in summo flore inclinatū. Semen simile sesamæ. Et hoc calculos frāgit potū ex uino uel aceto uel cū melle et lacte. Item etiā uitia uesicæ sanat. Polyrrhizon folia habet myrti: radices multas. Hæ tusæ dantur in uino contra serpētes. Prosunt & quadrupedibus. Proserpinaca herba uulgaris est eximii aduersus scorpiōes remedii. Eadē cōtrita addita muria & oleo āginā eximie curari tradunt. Præterea in quantalibet lassitudīe recreari defessos: etiam cum obmutuerint: si subiiciatur linguæ. Si deuoret̄: uomitionem seq salutarem. Rhecoma affert̄ ex iis: quæ supra pontū sunt regionibus. Radix costo nigro similis minor et ruffior paulo sine odore: calfaciēs gustu & astringens. Eadē trita uini colorem reddit ad crocum īclinātem. Illita collectiones inflammationesq; sedat. Vulnera sanat. Epiphoras oculoꝝ sedat ex passo illita. Insignita cum melle. Et alia liuētia ex aceto. Farina eius īspgitur cōtra cacoethe & sanguinem reiicientes drachmæ pōdere in aqua. Dysentericis etiā & cæliacis si febri careant in uino. Sin aliter ex aq̄. Facilius terit̄ nocte ātecedēte madefacta. Datur & decoctum eius bibendum duplici mensura ad rupta cōuulsa cōtusis ex sublimi deuolutis. Si pectoris sīt dolores addit̄ pipis aliqd & myrrhæ. Si dissolutio stomachi ex frigida aq̄ sumitur: siue intus siue extra purulētis excreatiōibus. Item epaticis spleneticis ischiadicis ad renum uitia: suspiria: orthopnoeas. Arteriæ scabricias sanat ex passo tribus obolis potis trita: aut decoctum eius. Lichenas quoq; ex aceto īposita purgat. Bibit̄ cōtra inflatiōes & pfrictiōes: febres frigidas: singultus: tormina: aspitates: capitis grauitates: melancholicas uertigīes: lassitudinem: dolores: & conuulsiones. Circa ariminum nota est herba: quam resedā uocant. Discutit collectiones: inflammatiōesq; omnes. Qui curāt ea: addunt hæc uerba: Reseda morbos reseda: scisne scisne qs hic pullos egerit: radices nec caput nec pedes habeant. Hæc ter dicunt: totiensq; despuunt. Stoechas in insulis tantum eiusdem nominis gignitur: odorata herba: coma hysopi: amara gustu. Mēses cit potu. Pectoris dolores leuat. Antidotis quoq; miscet̄. ¶DE Solano: & smyrnio: & telephio: & trichomane: & thalietro: & thlaspe: & tragonia: & tragoni: & trago: & tragologo: & spōdile. Et q̄ quidam morbi in quibusdam nō sunt gentibus. ¶Cap. xiii.

SOlanū græci ſtrychnō uocāt:ut tradit Cornelius Celſus. Huic uis reprimēdi re/
frigerādiq;. Smyrnion caulē hēt apii:folia latiora & maxīe circa ſtolōes multos:
quoꝝ a ſinu exiliūt pīguia ad terrā īfracta: odore medicato cū q̄dā acrimōia iucūdo
colore in luteū lāgueſcēte a capitibus cauliū orbiculato ut apii ſemine rotūdo nigro:
q areſcit īcipiēte æſtate. Radix quoq; odorata guſtu acri mordet ſuccoſa mollis. Cor/
tex eius foris niger intus pallidus. Odor myrrhæ habet q̄litatē:unde & nomē. Naſcit̃
& in ſaxoſis collibus in terrenis. Vſus eius excalfacere:extenuare. Vrinā et mēſes ciūt
folia et radix. Aluum ſemen ſiſtit. Radix collectiones & ſuppurationes non ueteres.
Item duricias diſcutit illita. Prodeſt & contra phalangia ac ſerpentes admixto cāchri
aut polline aut meliſſophyllo ī uino pota.ſed particulatim:quoniam uniuerſa uomi/
tionem mouet. Qua de cauſa aliquando cum ruta dat̃. Medetur tuſſi & orthopnoeæ
ſemen uel radix. Item thoracis aut lyenis & renum & ueſicæ uitiis. Radix autē ruptis
cōuulſis. Partus quoq; adiuuat:& ſecūdas pellit. Dat̃ iſchiadicis cum cretanio in ui/
no. Sudores ciet & ructus. Ideo inflationem ſtomachi diſcutit. Vulnera ad cicatricem
pducit. Exprimit̃ ſuccus radicis utilis & fœminis & thoracis:præcordioꝝq; deſideriis.
Calfacit.n.& concoqt & purgat. Semen peculiariter hydropicis datur potum:quibus
& ſuccus illinitur & malagmate cortice arido. Et ad obſonia utuntur cū mulſo et oleo
et garo maxīe in elixis carnibus ſimul. Cōcoctiōes facit. Sapore ſimillima pipi. Eadē
in dolore ſtomacho efficax. Telephion porculacæ ſimilis et caule et foliis. Rami a
radice ſepteni octoniq; fruticant:foliis craſſis:carnoſis. Naſcitur in cultis et maxime
inter uites. Illinit̃ lētigini:& cum inaruit:teritur. Illinit̃ et uitiligini:ternis fere men/
ſibus ſenis horis noctis aut diei.poſtea farina hordeacea illinit̃. Medet̃ et uulneribus
et fiſtulis. Trichomanes adianto ſimilis eſt:exilius modo:nigriuſq;:foliis lenticulæ
denſis:amaris:aduerſis inter ſe. Decoctum eius ſtrangurias ſanat in uino albo potū:
addito cymino ruſtico. Succus cohibet capillos defluentes:aut ſi effluxerint reparat.
Alopeciaſq; denſat tritum et in oleo illitum. Sternutamenta quoq; guſtatu mouet.
Thalietrum folia coriandri habet:pinguiora paulo:caulem papaueris. Naſcit̃ ubiq;:
præcipue in campeſtribus. Medentur ulceribus folia cum melle. Thlapſe duum ge/
nerū eſt anguſtis foliis digitali lōgitudine et latitudine in terram uerſis:in cacumine
diuiſis:cauliculo ſemipedali:non ſine ramis peltarū ſpecie: ſemine incluſo lenticulæ
effigie:niſi ꝙ infringitur:unde nomen. Flos albicat. Naſcitur in ſemitis et ſepibus.
Semen aſperi guſtus. Bilem et pituitā utrunq; extrahit. Modus ſumendi acetabuli
menſura. Prodeſt et iſchiadicis infuſū:et donec ſanguinem trahat. Menſes quoque
cit:ſed partus necat. Alterum thlaſpen aliq pſiconapa uocant latis foliis:radicibus
magnis. Et ipſum utile iſchiadicorum infuſioni. Prodeſt et inguinibus utrūq;. Præ/
cipitur ut q colligit:dicat ſumere ſe contra inguina:et cōtra ōes collectiōes:et contra
uulnera.unaq; manu tollat. Tragonia herba q̄lis ſit non traditur. Credo et falſum
eſſe promiſſum Democriti. Portētoſum.n.eſt:adalligatam triduo abſumere lyenes.
Tragonis:ſiue tragion naſcitur in creta tantum inſula in maritimis:iunipero ſimilis
et ſemine et folio et ramis. Succus eius lacteus in gummi ſpiſſatus uel ſemen impo/
ſitione ſpicula e corpore eiicit. Tunditur recens:& cum uino illinitur aut ſiccæ farina
cum melle. Eadem lactis abundantiam facit:mammiſq; unice medetur. Eſt et alia
herba tragos:quā aliq ſcorpion uocāt:ſemipede alta fruticoſa:foliis puſillis:racemis
rubentibus grano tritici acuto acumine:et ipſa in maritimis naſcens. Huius ramoꝝ
.x.aut.xii.cacumina trita ex uino pota cæliacis:dyſentericis:ſanguinem excreantibus
menſiumque abundantiæ auxiliantur. Eſt et tragologon: quem alii comen uocant.
Caulem habet paruum:foliis croci:radice lōga:dulci:ſuper caulem calice lato:nigro.
Naſcitur in aſpis ſine uſu. Et de herbis qdem memoria digna hactenus accepimus:
aut comperimus. In fine earum admonere nō ab re iudicamus:aliis alias uiriū ætates
eſſe. Lōgiſſimo tempore durat elaterium:ut diximus. Chameleon niger.xl.annis.

Centaurium nõ ultra duodecĩ. Peucedanũ & aristolochia ac uitis siluẽris ãno ĩ ũbra seruãt. Et animaliũ qdẽ cæteroꝝ nullũ aliud radices a nobis dictas attingit: excepta spõdile: quæ ões psequᷓt. Genus id serpẽtis est. Ne illud qdẽ dubitaťr: omniũ radicũ uim effectusq; minui: si fructus prius maturescãt. Item seminum ãte radice propter succum incisa. Resoluiť aũt omniũ uis consuetudĩe. Et desinunt ꝓdesse cum opus ẽ: quæ quotidie ĩ usu fuere: æque q̃ nocere. Omnes uero herbæ uehemẽtiores effectu uiribusq; sunt in frigidis locis & in aqlonis. Item siccis. Sũt & gẽtiũ differentiæ nõ mediocres. Sicut accepimus de tineis lõbricisq; ĩesse ægypti arabiæ syriæ ciliciæ populis. E diuerso græciæ phrygiæ omnino nõ nasci. Minus id miꝝ q̃ ꝙ in cõfinio atticæ boetiæq; thebanis ĩnascũťr: cum absit atheniẽsibus. Quæ cõtemplatio aufert nos ad ipsorum animaliũ naturas. Ingenitasq; iis uel certiores morboꝝ omnium medicinas rursus. Enimuero rerum omnium parẽs nullum animal ad hoc tantum ut pasceret͛: aut alia satiaret: nasci uoluit. Quin artes salutares inseruit & uiscenbus. Quippe cũ surdis etiam rebus inseruerit. Tum uero illa animæ auxilia præstantissima ex anima alia esse uoluit contemplatione ante cuncta mirabili.

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER VICESIMVS OCTAVVS. PROOEMIVM.

DE Medicinis ex animalibus. Cap. i.

DICTAE ERANT OMNIVM RERVM naturæ inter cælũ ac terram nascentiũ. restabãtq; quæ ex ipsa tellure fodiũtur: si nõ herbaꝝ ac fruticum tractata remedia auferrent tranuersos: ex ipsis animalibus quæ sanant͛ reperta maiore medicĩa. Qui ergo diximus herbas et floꝝ imagĩes: ac pleraq; inuentu rara ac difficilia: iidem tacebimus: qd in ipso hoĩe ꝓsit homini? cæteraq; gña remediorũ ĩter nos uiuentia? cum præsertim nisi carenti doloribus morbisq;: uita ipsa pœna fiat. Minime uero. Quĩ omnẽ ĩsumemus operã: licet fastidii piculũ urgeat: quãdo ita decretũ ẽ minorẽ gratiæ q̃ utilitatũ uitæ respectũ hr̃e. Quinĩmo externa quoq; et barbaros etiam ritus ĩdagabimus. Fides tantũ auctores appellet. quãq̃ et ipsi cõsensu ꝓprii iudicii ita eligere laborauimus. potiusq; curæ rerum: q̃ copiæ instituimus. Illud ãmonuisse perq̃ necessariũ est: dictas iã a nobis naturas animaliũ: et quæ cuiusq; essẽt inuenta. Neq; enĩ minus profuere medicinas repiendo: q̃ ꝓsunt præbẽdo. Nũc quæ in ipsis auxiliẽť ĩdicari: neq; illic in totũ omissa. Itaq; hæc esse quadã alia: illis tamẽ cõnexa. Incipiemus aũt ab homine: ipsũ sibi exqrẽtes: ĩmensa statĩ difficultate obuia. Sãguinẽ nãq; gladiatoꝝ bibũt: ut bibẽtibus populis ꝓcul sit comitiales morbi. Quod spectare facientes eadẽ harena feras quoq; horror est. At hercule illi ex homine ipso sorberi efficacissimum putant calidum: spirãtẽq;: & una ipsã animã ex osculo uulnerũ. cum plagis hoc. Omniũ feraꝝ qdem animo feriore fas sit dixisse: humano. Alii medullas crurũ quærunt: et cerebrum infãtium. Nec pauci apud græcos singulorum uiscerũ mẽbrorumq; etiã sapores dixere. Omnia psecuti usq; ad resegmina unguium. Quasi uero sanitas uideri possit ferã ex hoĩe fieri. Quin morbo dignũ nõ ipsa medicĩæ gr̃a. Egregia hercle frustratiõe si nõ ꝓsit. Aspici humana exta nefas habetur: quãtomagis mãdi? Quis ista ĩuenit ostẽta? Tecũ. n. res erit euersor iuris humani: mõstrorũq; artifex: q primus ea cõdidisti. Fecisti credo ne uita tui obliuisceret͛. Quis ĩuenit singula

mēbra humana mādere? Qua cōiectura inductus? Quā poteſt medicina iſta originē habuiſſe? Quis ueneficia īnocētiora effecit:q̄ remedia? Eſto barbari externique ritus īuenerint. Etiā ne græci ſuas fecere has artes? Democriti extant cōmentatiōes ad alia noxii hominis & ex capite oſſa plus ꝓdeſſe:ad alia amici & hoſpitis. Iā uero ui interēpti dēte gingiuas ī dolore ſcarificari Apollonius efficaciſſimum ſcripſit. Miletus oculorum ſuffuſiōes felle hominis ſanari. Artemon caluaria īterfecti:igneq; cremati propinauit aquā e fōte noctu comitialibus morbis. Ex eadem ſuſpendio interēpti catapotia fecit contra canis rabidi morſus Antheus. Atq; etiam quadrupedes homīes ſanauere:cōtra inflatiōes boum ꝑforatis cornibus inſerētes oſſa humana. Vbi homo occiſus eſſet aut crematus ſiliginem quæ ꝑnoctaſſet:ſuum morbis dando. Procul a nobis nr̄iſq; lr̄is abſint iſta. Nos auxilia dicemus nō piacula. Sicubi lacertis puerparū uſus mederi poterit.ſicubi ſaliua tactuſue corporis cæteraq; ſimilia. Vitam quidē nō adeo extēdendā cēſemus:ut quoquomō ꝓtrahenda ſit. Quiſqs eſt talis æque moriere etiā cū obſcenus uixeris:aut nefādus. Quapropter hoc primū qſq; in remediis animi ſui habeat:ex omnibus bonis quæ homini tribuit natura: nullum melius eſſe tēpeſtiua morte. In eaq; id optimū:q̄ illā ſibi quiſq; præſtare poterit.

¶An ſit in medendo aliqua uis uerborum & ſanari & depelli. ¶Cap.ii.

EX homine remedioꝝ primū maxīæ quæſtiōis et ſemp īcertæ eſt:ualeāt ne aliqd uerba & incantamenta carminū. Quod ſi ueꝝ eſt:hominis acceptū fieri oportere cōueniet. Sed uiritī ſapiētiſſimi cuiuſq; reſpuit fides. In uniuerſum uero ōibus horis hominis credit uita:nec ſentit. Quippe uictimas cædi ſine precatiōe non uidet referre:nec deos rite cōſuli. Præterea alia ſunt uerba impetrantis:alia depulſoris:alia cōmētatiōis. Vidimuſq; certis precatiōibus obſecraſſe ſūmos magiſtratus. Et ne qd uerboꝝ prætereat:aut præpoſteꝝ dicat:de ſcripto præire aliquē. Rurſuſq; aliū cuſtodem dare q attendat:aliū uero præponi q faueri linguis iubeat. Tibicinem canere: ne qd aliud exaudiat. Vtraq; memoria inſigni quotiēs ipſæ diræ obſtrepētes nocuerint:quotienſue precatio errauerit. Sic repēte extis adimi capita uel corda:aut gemīari uictima ſtāte acciderit. Duratq; immenſo exēplo Decioꝝ pr̄is filiiq; quo ſe deuouere carmē. Extat Tuciæ ueſtalis inceſtæ precatio:q̄ uſa aquam tulit in cribro:anno urbis romæ.dc.nono. Boario uero in foro græcū græcāq; defoſſos aut aliaꝝ gētiū:cū qbus tū res eſſet:etiā nr̄a ætas uidit.Cuius ſacri precationē qua ſolet præire quindecemuiꝝ collegii magiſter:ſiqs legat:profecto uim carminū fateat. Ea omnia approbantibus octingētis.xxx.ānoꝝ euētibus. Veſtales nr̄as hodie credimus nōdū egreſſa urbe mancipia fugitiua retinere in loca precatiōis. Quod ſi ſemel recipiat ea ratio:& deos preces aliqs exaudire aut ullis moueri uerbis:cōfitendum ſit de tota coniectatiōe. Priſci qdem nr̄i ꝑpetuo talia ꝓdidere. Difficillimumq; ex iis etiā fulmina elici:ut ſuo loco edocuimus. L.Piſo primo annalium auctor eſt Tullum Hoſtilium regem ex Numæ libris eodem quo illum ſacrificio Iouem cælo deuocare conatum:quoniā parum rite quædā feciſſet fulmine ictū. Multi uero magnaꝝ reꝝ fata & oſtenta uerbis ꝑmutari. Cū.n. in tarpeio fodientes delubro fundamenta caput humanum inueniſſent:miſſis ob id a ſe legatis etruriæ celeberrimus uates Olenus Calenus præclarū id fortunatūq; cernens:interrogatione in ſuā gentem transferre tentauit:ſcipione prius determinata tēpli imagine in ſolo āte ſe. Hoc ergo dicitis romani hic tēplū Iouis optimi maximi futuꝝ eſt:hic caput inuenimus? Conſtantiſſima annalium affirmatione tranſiturū fuiſſe fatum in etruriam:ni præmoniti a filio uatis legati romani reſpondiſſent:non plane hic:ſed romæ inuentum caput dicimus. Iterum id accidiſſe tradunt cū in faſtigium eiuſdem delubri præparatæ quadrigæ fictiles in fornace creuiſſent. Et iterum ſimili mō retentum augurium. Hæc ſatis ſint exēplis ut appareat oſtentorum uires & ī nr̄a poteſtate eſſe:ac ꝓut quæq; accepta ſūt ita ualere. In augurū certe diſciplina conſtat.neq; diras aues:neq; ulla auſpicia pertinere ad eos q quāq; rem ingredientes

obſeruare ſe ea negauerint. Quo munere diuinæ indulgentiæ maius nullum eſt. Quin etiã et legum ipſaꝝ in.xii.tabulis uerba ſunt:q fruges excãtaſſet. Et alibi. Qui malum carmẽ incãtaſſet. Verrius Flaccus auctores ponit quibus credat:in oppugnationibus ãte omnia ſolitum a romanis ſacerdotibus euocari deum:cuius in tutela id oppidum eſſet:promittiq; illi eundem aut ãpliorẽ locum apud romanos cultumue. Durat in pontificum diſciplina id ſacrum. Conſtatque ideo occultatum in cuius dei tutela roma eſſet:ne qui hoſtium ſimili mõ agerent. Defigi quidem miris deprecationibus nemo non metuit. Huc ꝑtinet:ut ouoꝝ exorbuerit quiſq; calices cochlearũq; ꝓtinus frangi:aut eaſdẽ cochlearibus perforari. Hinc Theocriti apud græcos:Catulli apud nos:proximeq; Virgilii incãtamẽtorum amatoria imitatio. Figulinarũ opera multi rumpi credunt tali mõ. Nõ pauci etiã ſerpẽtes ipſos recãtari. Et hunc unum eſſe ipſis intellectum:cõtrahiq; marſorum cantu etiã in nocturna qete. Etiã parietes incendiorum deprecationibus cõſcribuntur. Neque eſt facile dictu.et externa uerba atq; ĩeffícabilia derogant fidẽ. Validius etiã latina inopinata. et quæ ridicula uideri cogit animus ſemp aliqd ĩmenſũ expectãs ac dignum deo mouendo:ĩmo uero quod numini ĩperet. Dixit Homerus ꝓfluuiũ ſãguinis uulnerato fœmine Vlyxẽ ĩhibuiſſe carmine. Theophraſtus iſchiadicos ſanari. Cato ꝓdidit luxatis mẽbris carmẽ auxiliari. M.Varro podagris. Cæſarẽ dictatorẽ poſt unũ ãcipitẽ uehiculi caſũ ferũt ſemp ut primum conſediſſet(id quod pleroſq; nunc facere ſcimus)carmine ter repetito ſecuritatẽ itineꝝ aucupari ſolitũ. Licet hãc in partẽ ſiguloꝝ quoq; cõſciẽtiã coarguere. Cur.n. primũ ãni incipientis diẽ lætis precatiõibus inuicẽ fauſtum ominamur? Cur publicis luſtris etiã nomina uictimas ducẽtiũ ꝓſpere legimus? Cur & faſcinatiõibus adoratiõe peculiari occurrimus? Alii græcã Nemeſĩ ĩuocãtes:cuius ob id romæ ſimulacrum ĩ capitolio eſt:quis latinum nomen nõ ſit. Cur ad mentionem defunctorum teſtamur memoriã eoꝝ a nobis nõ ſollicitari? Cur ĩpares numeros ad omnia uehemẽtiores credimus? idq; ĩ febribus dieꝝ obſeruatiõe intelligit᷑. Cur ad primitias pomorũ hæc uetera eſſe dicimus:alia noua optamus? Cur ſternutamentis ſalutamus? Quod etiã Tyberiũ Cæſarem triſtiſſimũ(ut conſtat)hominũ in uehiculo exegiſſe tradũt. Et aliq noĩe quoq; cõſalutare religioſius putãt. Quin & abſentes tinnitu auriũ præſentire ſermones de ſe receptũ eſt. Attalus affirmat ſcorpione uiſo ſiqs dicat duo:cohiberi nec uibrare ictus. Et quoniã ſcorpio admonuit:in africa nemo deſtinat aliquid: niſi præfatus africã. In cæteris uero gentibus deos ãte obteſtat᷑:ut uelint. Nã ſi mens aſſit:nullũ ponere trãſlaticium uidebimur:quoniã multas etiã pollere religiones manifeſtũ eſt. Alius ſaliua poſt aurẽ digito relata:ſollicitudinẽ animi ꝓpitiat. Pollices cũ faueamus premere etiã ꝓuerbio iubemur. In adorãdo dextrã ad oſculũ referimus: totumq; corpus circũagimus. Quod in leuum feciſſe galliæ religioſius credunt. Fulgetras adorare conſenſus gentiũ eſt. Incendio inter epulas nominato aquã ſub mẽſa ꝓfũdi. Abominamur recedẽte aliquo ab epulis:ſimul uerri ſolũ. Aut bibẽte cõuiua menſã uel repoſitoriũ tolli in auſpicatiſſimum iudicat᷑. Seruii Sulpitii prĩcipis uiri commẽtatio eſt:quãobrem menſa linquenda non ſit. Nondum.n.plures q̃ conuiuæ numerabant᷑. Nam ſternutamento reuocari ferculum menſãue:ſi non pòſtea guſtet᷑ aliqd:ĩter dira habet᷑. Omnino aũt eſſe hæc ĩſtituere illi:q omnibus negociis horiſq; intereſſe credebant deos. Et ideo placatos etiam uitiis nr̃is reliquerũt. Quĩ & repẽte conticeſcere cõuiuiũ adnotatum eſt:nõ niſi in pari præſentium numero.q̃ in re fame labor eſt:ad quẽcunq; eoꝝ ꝑtinens. Cibus etiam e manu ꝓlapſus reddebat᷑. Atq; per menſas uetabãt᷑ mundiciarũ cauſa deflare. Et ſunt cõdita auguria qd loquenti cogitãtiue id acciderit:inter execratiſſima. Si põtifici accidat ditis cauſa epulanti:ĩ mẽſa utiq; id reponi adoleriq; ad larem piatio eſt. Medicamenta priuſq̃ adhibeant᷑ ĩ mẽſa forte depoſita negant᷑ ꝓdeſſe. Vngues reſecari nundinis romanis tacenti atq; a digito indice:multorum pecuniæ religioſum eſt. Capillũ uero cõtrectari contra defluuia ac

dolores capitis.xvii.luna:atq;.xxix. Pagana lege in plerisq; italiæ prædiis cauetur:ne mulieres p itinera ambulantes torqueāt fusos:aut omnino detectos ferant:quoniam aduersetur id omnium spei:præcipue frugum. M.Seruilius Nouianus pŕiceps ciuitatis nō pridem in metu lippitudinis priusq̄ eam ipsam nominaret:aliusue ei prædiceret:duabus lr̄is græcis.ρ.&.α.chartam ĩscriptam circūligatā lino subnectebat collo. Mutianus ter consul eadem obseruatione uiuentem muscam in linteolo albo:his remediis carere ipsos lippitudīe prædicātes. Carmina quædam extant cōtra grandines. Cōtraq; morbo℞ gn̄a. Cōtra ābusta. Quædā etiā in ꝑtus. Sed ĩ ꝓdēdo obstat ingens uerecundia in tāta animo℞ uarietate. Quaꝓpter de his ut libitū cuiq; fuerit opinet̄.

¶Remedia ex homine contra magos. Cap.iii.

h Ominū mōstrificas naturas & ueneficos aspectus plenius diximus in portentis gētiū:& multas aīaliū ꝓprietates:quæ repeti supuacuū ē. Quorūdā hominū tota corpora ꝓsunt:ut ex iis familiis quæ sunt terrori serpētibus:tactu ipso leuāt ꝑcussos suctuue modico. Quo℞ e gn̄e sunt psylli marsiq;:& q oblōgenes uocāt̄ ĩ ĩsula cypro. Ex q̄ familia legatus Hexagō noīe a cōsulibus romæ ĩ doliū serpētiū cōiectus expimenti causa circūmulcentibus līguis miraculū præbuit. Signū eius familiæ est si mō adhuc durat uernis tēporibus odoris uirus. Atq; eo℞ sudor quoq; medebat̄:nō mō saliua. Nā in insula nili tentyrii nascētes tanto sunt crocodilis terrori:ut uocem quoq; eo℞ fugiāt. Ho℞ omniū gene℞ ĩ sua repugnantia interuētū quoq; mederi cōstat. Sicut aggrauari uulnera introitu eo℞:q unq̄ fuerit serpētiū canisue dente læsi. Iidē gallina℞ incubitus.pecorū fœtus abortu uitiāt. Tantum remanet uirus excepto semel malo : ut ueneficio fiāt uenena. Passi remedio est ablui prius manus eorum: aq̄q; illa eos qbus medearis insꝑgi. Rursus a scorpiōe aliqn̄ ꝑcussi nūq̄ postea a crabronibus:uespis:apibusue feriunt̄. Minus miret̄ hoc:q sciat:uestem a tineis nō attingi:quæ fuerit in funere. Serpentes ægre præterq̄ leua manu extrahi.

DE Quibusdam sortilegiis & saliua hominis. ¶Cap.iiii.

Ythagoræ ĩuētis nō temere fallere:ĩpositiuo℞ nominum ĩparē uocaliū nume℞ claudītates:oculorumue orbitatē ac similes casus:dextris assignare ꝑtibus parē leuis. Ferunt difficil s ꝑtus statī solui:cum qs tectum in quo sit grauida:trāsmiserit lapide uel missili ex iis quæ tria aīalia singulis ictibus interfecerit:hominē:ap℞:ursā. Probabilius id facit hasta uelitaris euulsa a corpore hoīs:si terrā nō attigerit. Eosdem .n.illata effectus hēt. Sic & sagittas corpore eductas si terrā non attigerint subiectas cubantibus amatorium esse Orpheus & Archelaus scribunt. Quin & comitialē morbum sanari cibo e carne feræ occisæ eodē ferro quo homo interfectus sit. Quorundā ꝑtes medicæ sunt sicuti diximus de Pyrrhi regis pollice. Et elide solebat ostendi Pelopis hasta:quā eburneam affirmabant. Neuos in facie tōdere religiosum habet etiam nunc multi. Omnium uero in primis ieiunam saliuam cōtra serpentes præsidio esse docuimus. Sed & alios efficaces eius usus recognoscat uita. Ita despuimus comitiales morbos:hoc est cōtagia regerimus. Simili mō & fascinatiōes repcutimus sinistræ dextræq; clauditatis occursu. Veniā quoq; a deis spei alicuius audacioris petimus in sinum spuendo. Etiam eadē rōe terna despuere deprecatione in omni medicina mos est:atq; effectus adiuuare. Incipientes furunculos ter præsignare ieiuna saliua. Nūc mirum dicemus:sed expimento facile. Siqs pœniteat ictus eminus cōminusue illati:& statim expuat mediam in manum qua ꝑcussit:leuat̄ illico ꝑcussis a pœna. Hoc sæpe delumbata q̄drupede approbat̄:statī a tali remedio correcto animalis ingressu. Quidam uero aggrauant ictus āte conatum simili mō saliua in manu ingesta. Credamus ergo & lichenas leprasq; ieiuno illitu assiduo arceri. Itē lippitudines matutīa uelut quotidie inunctiōe. Carcinomata malo terræ subacto. Ceruicis dolorem saliua ieiuni dextra manu ad dextrum poplitem relata leua ad sinistrum. Si quod animal aurem intrauerit:& inspuatur exire. Inter amuleta est editæ quenque urinæ expuere

ſimiliter in calciamentū dextri pedis anteq̄ induat᷑. Item cum qs trāſeat locū in quo aliquod piculum adierit. Martion ſmyrneus q de ſimplicibus effectibus ſcripſit rū/ pi ſcolopendras marinas ſputo tradit. Item rubetas aliaſq; ranas. Ophilius ſerpētes ſiqs in hiatum earum expuat. Salpæ torporem ſedari quocunq; membro inſtupente ſiqs in ſinum expuat. Aut ſi ſupior palpebra ſaliua tangatur. Nos ſic hæc credamus rite fieri. Extranei interuentu:aut ſi dormiens expectet᷑ infans a nutrice terna expui quaq̄ religiōe mutat & faſcias. Impatorū quoq; nō ſolū infātiū cuſtos qs deus inter ſacra romana a ueſtalibus colit᷑ & currus triūphātiū. Sub his pendēs defēdit medicus īuidiæ:iubetq; eoſdē recipe. Similis medicīa līguæ ut ſit exorata a tergo fortuna glo/ riæ carnifex. Morſus hoīs inter aſprimos quoq; numerat᷑. Medet᷑ ſordes ex auribus. Ac ne qs miret᷑ etiā ſcorpionū ictibus ſerpentiūq; ſtati īpoſitæ. Melius e pcuſſi auri/ bus ꝓſunt. Ita & rediuiua ſanari. Serpentiū uero ictū cōtuſi dentis humani farina. Capillus puero q primū deciſus ē podagræ īpetus dicit᷑ leuare circūligatus. Et ī totū īpubiū īpoſitus. Viroꝝ quoq; capillus canis morſibus medet᷑ ex aceto. Et capitū uul/ neribus ex oleo aut uino. Si credimus a reuulſo cruci q̄rtanis. Cōbuſtus æq; capillus carcinomati. Pueri q primus ceciderit dens:ut terrā non attingat incluſus in armillā & aſſidue ī brachio habitus muliebriū locorū dolores ꝓhibet. Pollex in pede prælīga/ tus ꝓxīo digito tumores inguinū ſedat. In manu dextra duo medii lino leuiter colli/ gati diſtillatiōes atq; lippitudīes arcent. Quin et eiectus capillus calculoſo alligatus q ſupra pubem leuare cæteros dicitur:ac iocineris etiam dolores. Ac celeritatē partus facere. Addidit Granius efficaciorē ad hoc eſſe ferro exēptū. Partus accelerat uicinos ex quo quæq; cōcepit:ſi cinctu ſuo ſoluto fœminā cinxerit.dein ſoluerit:adiecta pre/ catiōe ſe uīxiſſe eūdē & ſoluturū.atq; abierit. Sanguine ipſius hominis ex q̄cūq; pte emiſſo efficaciſſīe āginā illini tradunt Orpheus & Archelaus. Itē ora comitiali morbo lapſoꝝ.exurgere.n.ꝓtinus. Quidā ſi pollices pedum pungāt᷑:exq; iis guttæ referant᷑ ī faciē. Aut ſi uirgo dextro pollice attigat. Hac cōiectura cēſētes uirgines carnes edē/ das. Eſchines atheniēſis excrementoꝝ cinere āginis medebat᷑ & tōſillis:uuiſq;:& car/ cinomatis. Hoc medicamētum uocabāt botryon. Multa gn̄a morborū primo coitu ſoluunt᷑:primoq; fœminaꝝ mēſe. Aut ſi nō id cōtingat:lōginq̄ fiunt:maxīeq; comi/ tiales. Quin a ſerpēte ac ſcorpiōe pcuſſos coitu leuari ꝓdūt.uerū fœminas uenere ea lædi. Oculorū uitia fieri negāt:nec lippire eos q cum pedes lauāt aq̄ inde ter oculos tāgāt. Immat᷑a morte raptorū manu ſtrumas parotidas gutt᷑a tactu ſanari affirmāt. Quidā uero cuiuſq; defuncti duntaxat ſui ſexus leua manu auerſa. Et e ligno fulge/ re icto reiectis poſt terga māibus demorderi aliqd ad dētē qui doleat admoueri:reme/ dio eſſe ꝓdunt. Sunt qui præcipiant dentem ſuffiri dente hoīs ſui ſexus. Et eū q ca/ ninus uocet᷑ inſepulto exēptum adalligari. Terrā ex caluaria pſilothꝝ eſſe palpebraꝝ tradunt. Herba uero ſiq̄ genita ſit cōmāducata dētes cadere. Vlcera nō ſerpe ex oſſe hominis circunſcripta. Alii e tribus puteis pari menſura aquas miſcent:& prolibant nouo fictili. Reliquū dāt in tertianis acceſſu febriū bibēdum. Itē in quartanis frag/ mentum claui a cruce inuolutū lana collo ſubnectunt. Aut ſpartū e cruce:liberatoq; cōdunt cauerna quā ſol nō attingat. Magorum hæc commenta ſunt. Vt cotem qua ferramenta ſæpe exacuta ſint:ſubiectam ignari ceruicalibus de ueneficio deficientes euocare. Indicium ut ipſe dicat:qd ſibi datum ſit & ubi & quo tēpore:auctorē tamē non nominare. Fulmine utiq; pcuſſo circūactum in uulnus hominem loq protinus cōſtat. Inguinibus medent᷑ aliq licium telæ detractum alligantes nouenis ſepteniſue nodis ad ſingulos nominantes uiduam aliquā:atq; ita inguina adalligantes licio. Et clauum:aliudue quod quis calcauerit:alligatum ipſos iubēt gerere:ne ſit dolori uul/ nus. Verrucas auellunt a uiceſima luna in limitibus ſupini ipſā intuētes ultra caput manibus porrectis:& quicquid cōprehendere eo fricantes. Clauum corporis cū cadat ſtella ſiquis diſtringat:uel cito ſanari aiunt. Cardinibus hoſtiorum aceto affuſis lutū

frõti illitum capitis dolorem ſedare. Itẽ laqueũ ſuſpendioſi circundatum tẽporibus. Siquid e piſce hæſerit faucibus:demiſſis in aquam frigidam pedibus cadere. Si uero ex aliis oſſibus:impoſitis capiti ex eodem uaſe oſſiculis. Si panis hæreat:ex eodem in utrãq; aurẽ addito pane. Quin & ſordes hoĩs in magnis fecere remediis quæſtuoſoꝝ gymnaſia græcorum:quippe ea ſtrigmenta molliunt:calfaciunt: complent ſudore et oleo medicinam facientibus. Vuluis inflãmatis cõtractiſq; admouent̃. Sic & menſes cient. Sedis inflammationes & condylomata leniunt. Item neruorũ dolores:luxata: articuloꝝ nodos. Efficaciora ad eadem ſtrigmenta a balneis.& ideo miſcent̃ ſuppu-ratoriis medicamentis. Nam illa quæ ſunt e ceromate ꝑmixto ceno:articulos tantum molliunt:calefaciunt:diſcutiũt efficacius:ſed ad cætera minus ualent. Excedit fidem impudens cura:qua ſordes uirilitatis contra ſcorpionum ictus ſingularibus remediis celeberrimi auctores clamãt. Rurſus in fœminis quas infantium aluo editas in utero ipſo cõtra ſterilitatẽ ſubdi cẽſẽt.meconiũ uocãt. Immo etiã ipſos gymnaſioꝝ raſere pietes. Et illæ quoq; ſordes excalfactoriã uĩ hr̃e dicũt̃. Panos diſcutiũt. Vlceribus ſe nũ pueroꝝq; & deſq̃mmatis ãbuſtiſue illinũt̃. Eo minus omitti cõuenit ab aĩo hoĩs pendentes medicinas. Ex ſub abſtinere a cibo nimio:aut potu.alias uino tãtum aut carne.alias balneis cũ qd eoꝝ poſtulet ualitudo:in præſentiſſĩs remediis hẽt̃. His re-mediis adnumerat̃ exercitatio:intẽtio uocis:ũgue fricari cũ rõe. uehemens.n.fricatio ſpiſſat lenit mollit. Multa adimit corpus. Auget modica. In primis uero ꝓdeſt ãbu-latio:geſtatio:& ea pluribus mõis. Eq̃tatio ſtomacho & coxis utiliſſĩa. Phthiſi naui-gatio. Lõgis morbis locoꝝ mutatio. Itẽ ſõno mederi ſibi aut lectulo aut rara uomi-tiõe. Supini cubitus oculis cõducũt:᷑at ꝓni tuſſibus. In latera aduerſũ diſtillatiões. Ariſtoteles & Fabianus plurimũ ſõniari circa uernũ & autũnũ tradũt.magiſq; ſupĩo cubitu:at ꝓno nihil. Theophraſtus celerius cõcoq̃ dextri lateris ĩcubitu:difficilius in ſupĩs. Solũ quoq; remedioꝝ maximũ ab ipſo ſibi præſtari põt:ſicuti lĩteorũ ſtrigili-ũq; uehemẽtia. Perfũdere caput aq̃ calida ãte balneaꝝ uaporationẽ & poſtea frigida: ſaluberrimũ intelligit̃. Itẽ præſumere cibos:& ĩterponere frigidã eiuſdẽq; potu ſõnos añcedere:& ſi libeat interrũpe. Notãdũ nullũ aliud aĩal calidos potus ſeq̃:ideoq; nõ eſſe nat̃ales. Mero ãte ſõnos colluere ora:ꝓpter halitus. Frigida aq̃ matutinis ĩpari numero ad cauendum dentiũ dolores.

¶Ad lippitudines oculoꝝ. ¶Cap.v.

ITẽ poſca oculos cõtra lippitudĩes. Certa expimenta ſũt totius corpis ualitudĩs in uarietate uictus ĩobſeruata. Hippocrates tradit non prãdentiũ exta celerius ſeneſcere. Verũ id remediis cecinit:nõ epulis. Quippe multo utiliſſĩa eſt tẽpãtia ĩ ci-bis. L.Lucullus hãc de ſe præfecturã ſeruo dederat. Vltimoq; ꝓbro maius ĩ cibis triũ-phalibus ſedenti dicebat̃ uel in capitolio epulãti pudẽda re:Seruo ſuo facilius parere q̃ ſibi.

¶DE Sternutamento & uenere & cæteris remediis. ¶Cap.vi.

STernutamenta pinna grauedinẽ emendãt.& ſiq̃s muco nares(ut tradũt)oſculo attingat ſternutamenta & ſingultũ. Ob hoc Varro ſuadet palmã altera manu ſcalpe. Pleriq; ãnulũ e ſiniſtra in lõgiſſimũ dextræ digitũ trãſferri. Aut in aq̃m fer-uentẽ manus immergere. Theophraſtus ſenes laborioſius ſternuere dicit. Venerem dãnauit Democritus ut in q̃ homo alius exiliret ex hoĩe. Eſt hercule raritas eius uti-lior. Athletæ tñ torpentes reſtituunt̃. Venere uox reuocat̃ cum ea cãdida declinat in fuſcã. Medet̃ & lũboꝝ dolori. Oculoꝝ hebetatiõi. Mẽtecaptis ac melãcholicis. Ad-ſidere grauidis uel cũ remedium alicui adhibeat̃ digitis pectinatĩ inter ſeſe amplexis ueneficiũ eſt. Idq; cõptũ tradũt Alcmena Herculẽ pariente. Peius ſi circa unũ ãboue genua. Itẽ poplites alternis genibus ĩponi. Ideo hæc in cõſiliis ducum poteſtatumue fieri uetuere maiores uelut õnẽ actũ ĩpedientia. Vetuere uero & ſacris uotiſue ſimili mõ intereſſe. Capita aũt apiri aſpectu magr̃atuum nõ uenerationis cauſa iuſſere:ſed ut Varro auctor eſt ualitudĩs:quo firmiora cõſuetudĩe ea fierẽt. Cum qd oculo inci-derit:alterũ cõprimi ꝓdeſt. Cum aq̃ dextræ auriculæ:ſiniſtro pede exultare capite in

dextrꝝ humerꝝ deuexo. Inuicē e diuersa aure. Si tussis concitet:saliuā in frōte ab alio afflari. Si iaceat uua:a uertice morsu alterius suspēdi. In ceruicis dolore poplites fricare. Aut ceruicē in poplitū dolore. Pedes in humo deponi si nerui in his cruribusue tēdātᷣ in lectulo. At si ī leua pte id accidat:sinistræ plātæ pollicē dextra manu apprehēdi. Itē e diuerso. Extremitates corporis uel auriū uelicatibus pstrīgi cōtra horrores corporis sāguīeue nariū īmodicū. Lino uel papyro prīcipia gēitaliū:femur mediū:ad cohibēda urinæ ꝓfluuia. In stomachi solutiōe pedes pressare:aut manus in feruentē aq̄m dimittere. Iā & sermōi pci multis de causis salutare est. Triēnio Mœcenatē melissiū accepimus silētiū sibi īparauisse a cōuulsiōe reddito sāguine. Nā e diuerso scādētesq; ac iacētes:siq̄d ingruat cōtraq; ictus spiritum cohibere singularis præsidii est. Quod inuētū esse aīalis docuimus. Clauū ferreū desigere in quo loco primum caput defixerit corruēs morbo comitiali absolutoriū eius mali dicitᷣ. Cōtra renū aut lūborꝝ uesicæq; cruciatus in balnearꝝ solus ꝓnos urinā reddere mitigatoriū hētᷣ. Ac uulnera nodo Herculis præligare:mirꝝ quātū ocior medicīa ē. Atq; etiā quotidiani cīctus tali mō uī q̄ndā hr̄e utilē dicūtᷣ. Quippe cū Herculaneū ꝓdiderit. Numerꝝ quoq; q̄ternariū Demetrius cōdito uolumīe.& q̄re q̄terni cyathi sextariiue nō essēt potādi. Cōtra lippitudīes retro aures fricare ꝓdest:& lachrymosis oculis frōtē. Auguriū ex hoīe ipso nō ē timēdi mortē ī ægritudīe:q̄diu oculorꝝ pupillæ imaginē reddāt. Magna & urinæ nō rō solū:sed etiā religio apud auctores īuenitᷣ digesta ī gn̄a. Spadonū quoq; ad fœcūditatis bn̄ficia. Verꝝ ex iis quæ referre fas sit:īpubiū puerorꝝ cōtra saliuas aspidū q̄s ptyadas uocāt:quoniā uenena ī oculos hoīnū expuāt. Cōtra oculorꝝ albugines:obscuritates:cicatricē:argema:palpebras:& cū erui farina cōtra adustiōes. Cōtra auriū pituitas uermiculosq; si decoq̄tᷣ ad dimidias ptes cū porro capitato nouo fictili. Vaporatio quoq; ea mēses fœīnarꝝ cit. Salpa fouet illa cū oculos īfirmitatis causa illinit sole usta cū oui albugīe efficacius strutocameli binis horis. Hac & atramenti lituræ abluūtᷣ. Virilis podagris medetᷣ argumēto fullonū:quos ideo tētari eo morbo negāt. Veteri si misceatᷣ cinis ostreorꝝ:aduersus eruptiōes ī corpore īfātiū & oīa ulcera manātia. Ea exesis:abūstis:sedis uitiis:rhagadiis:& scorpionū ictibus illinitᷣ. Obstetricū nobilitas nō alio succo efficacius curari ꝓnūciauit corporꝝ pruritus nitro addito ulcera capitū prurigīes nomas præcipue genitaliū. Sua cuiq; aūt quod fas sit dixisse maxīe ꝓdē. Cōfestī pfuso cāis morsu echinorꝝq; spinis īhærētibus & ī spōgia lanisue imposita aut aduersus canis rabidi morsus cinere ex ea subacto. Cōtraq; serpentium ictus. Nā cōtra scolopēdras mirꝝ ꝓditᷣ uertice tacto urinæ suæ gutta liberari ꝓtinus læsos. Auguria ualitudīs ex ea traduntᷣ. Si mane cādida dein ruffa sit.illo mō cōcoquere:hoc cōcoxisse significatᷣ. Mala signa rubræ. Pessīa nigræ. Mala bullātis & crassæ. In q̄ quod subsidit si albū ē:significat circa articulos aut uiscera dolorē īminere. Eadē uiridis morbū uiscerꝝ:pallida bilis:rubēs sāguīs. Mala & ī q̄ ueluti furfures atq; nubeculæ apparēt. Diluta quoq; alba uitiosa est. Mortifera uero crassa graui odore. Et ī pueris tenuis ac diluta. Magi uetāt eius causa cōtra solē lunāq; nudari:aut ūbrā cuiusq; ab ipsa respgi. Hesiodus iuxta obstantia reddi suadet:ne deū aliquē nudatio offēdat. Ostanes cōtra mala medicamēta oīa promisit auxiliari matutinis horis suā cuiq; instillatā in pedem.

¶DE Remediis muliebribus. ¶Cap.vii.

QVæ ex mulierꝝ corporibus tradūtᷣ:ad portētorꝝ miracula accedūt:ut sileamus diuisa mēbratī ī scelera:abortus:mēsiū piacula.quæq; alia nō obstetrices mō:uerꝝ etiā ipsæ meretrices ꝓdidere. Capilli mulieris si cremētᷣ:odore serpētes fugari. Eodē odore uuluæ morbo strāgulatus respirare. Cinere eo q̄dē si ī testa sīt cremati:uel cū spuma argenti scabricias oculorꝝ ac prurigines emendari. Item uerrucas & īfantium ulcera cū melle. Capitis quoq; uulnera & omniū ulcerū sinus simul addito melle & thure. Panos podagras cū adipe suillo. Sacrꝝ ignē sāguinē sisti illico:& īformicatiōes corporum. De lactis usu conuenit esse dulcissimum mollissimūq;.q̄re & ī lōga febre

cæliacisq; utilissimũ:maxīe eius quæ iã ĩfãtẽ remouerit. Et ĩ malacia stomachi:ĩ febri-
bus:rosiõibusq; efficacissimũ expiũt. Itẽ mãmarum collectiõibus cũ thure.oculo ab
ictu cruore suffuso & ĩ dolore aut epiphoris si ĩmulgeat:plurimũ ꝓdest.magisq; cũ
melle & narcissi succo:aut thuris polline. Sẽpq; in omni usu efficacius esse eius quæ
marẽ enixa sit:multoq; efficacissimum eius quæ gẽinos pepit mares. Et si uino ipsa
cibisq; acrioribus abstineat. Mixto præterea ouorum cãdido liquore.madidaq; lana
frõtibus ĩpositum fluctiões oculoꝝ suspẽdit. Nã si rana saliua sua oculum aspserit:
præcipuũ ẽ remediũ. Et cõtra morsum eiusdẽ bibit stillatq;. Qui simul mris filiæq;
lacte ĩũctus sit:liberari oculoꝝ metu ĩ totã uitã affirmãt. Auriũ quoq; uitiis medet:
modice admixto oleo. Aut si ab ictu dolẽt:ãserĩo adipe tepefactũ. Si odor grauior sit
(ut pleꝝq; fit)lõgis uitiis diluto melle lana ĩcludit. Et cõtra morbũ regiũ ĩ oculis re-
lictũ ĩstillat cũ elaterio. Peculiariter ualet potũ cõtra uenena quæ data sunt cũ marĩo
lepore buprestiq; ut Aristoteles tradit dorycnidiõ. Et cõtra ĩsaniã quæ facta sit hyo-
scyami potu. Podagris quoq; iubẽt illini cũ cicuta. Alii cũ hysopo & adipe ãserĩo:qlr
etiã uuluaꝝ doloribus ĩponit. Aluum etiã sistit potũ ut Rabirius scribit. Et menses
ciet. Eius uero quæ fœminã enixa sit ad uitia tãcũ in facie sanãda præualet. Pulmo-
nũ quoq; incõmoda lacte mulieris sanãt:cui admisceat ĩpubis pueri urĩa & mel atti-
cũ. Oĩa sĩguloꝝ cocleariũ mẽsura. Marmora quoq; auriũ eiici ĩuẽio. Eius quæ marẽ
pepit lacte gustato canes rabiosos fieri negant. Mulieris quoq; saliuã ieiunæ una po-
tẽtẽ diiudicãt oculis cruẽtatis. Et si cõtra epiphoras feruẽtes ãguli oculoꝝ subĩde ma-
dificẽt. Efficacius si cibo uinoq; se pridie ea abstinuerit. Inuẽio & fascia mulieris alli-
gato capite dolores minui. Post hæc nullus ẽ mõus. Iã primũ abigi grãdĩes tbinesq;
cõtra fulgura ipsa ĩ mẽse cõnudatas:sic auerti uiolẽtiã cæli. In nauigãdo qdẽ tẽpesta-
tes etiã sine mẽstruis. Ex ipsis uero mẽsibus mõstrificis alia(uti suo loco ĩdicauimus)
dira & infãda uaticinãt. E qbus dixisse nõ pudeat si in defectu lunæ solisue cõgruat
uis illa:irremediabilẽ fieri. Nõ segnius & in silẽte luna coitus suos maribus exitiales
esse atq; pestiferos. Purpurã quoq; ab iis eo tpře pollui. Tanto uĩ esse maiorẽ. Quo-
cũq; aũt alio mẽstruo si nudatæ segetẽ ãbiãt:erucas ac uermiculos scarabeosq; ac no-
xia alia decidere. Metrodorus Sepsius in cappadocia inuentũ ꝓdit ob multitudinem
cãtharidũ illas ire ꝑ media arua retectis sup clunes uestibus. Alibi seruat ut nudis pe-
dibus eãt capillo cinctuq; dissoluto. Cauẽdũ uero ne id oriẽte sole faciãt:sementẽ.n.
arescere. Nouella uitis eius tactu ĩ ꝑpetuũ lædit. Vt ad noxiã res medicatissĩa trãsfe-
rat rutã & ederas illico mori. Multa dixĩus de hac uiolẽtia. Sed præter hæc certum ẽ
tactis alueariis apes fugere. Linaq; cũ coquãt nigrescere. Aciẽ ĩ cultris tõsoꝝ hebeta-
ri. Aes cõtactũ graue uirus odoris accipe & eruginẽ. Magis si decrescẽte luna id acci-
dat. Eqs si sint grauidæ tactas abortũ pati. Quĩ et aspectu õino q̃uis ꝓcul uisas:si
purgatio illa post uirginitatẽ prima sit:aut ĩ uirginea ætate spõtanea. Nã bitumẽ in
iudæa nascẽs sola hac ui spõte supari. Et fila uestis cõtactæ ut docuimus:ne igne qdẽ
uĩcũt quo cũcta. Cinisq; etiã ille siqs aspgat eum lauãdis uestibus purpuras mutat.
Floribus colorẽ adimit. Ne ipsis qdem fœmĩs malo suo ĩmunibus. Abortũ facit illi-
tus.aut si õino prægnãs supgrediat. Quæ Lais & Cleophãtus ĩter se cõtraria ꝓdidere:
de abortiuis carbõe ac radice brassicæ uel miricæ uel tamarici in eo sãguĩe extĩcto. Itẽ
asinas nõ cõcipe tot ãnis:quot grana hordei cõtacta ederint. Quæq; alia nũcupauere
mõstrifica aut inter se pugnãtia:cũ hic fœcũditatẽ fieri iisdẽ mõis qbus illa sterilitatẽ
ꝓnuntiaret:melius est non credere. Bythus dyrrhachinus hebetari aspectu specularẽ
nitorẽ tradit. Iisdẽ aduersa rursus cõtuentibus. Omnemq; talẽ uĩ resolui si nullum
piscẽ habeãt secũ. Multi uero ĩesse etiã remedia tãto malo aiũt.Podagras illini:stru-
mas:& parotidas:panos:sacros ignes:furũculos:epiphoras tractatu eaꝝ mulieꝝ leni-
ri. Lais & Salpe canũ rabiosoꝝ morsus & tertianas q̃rtanasq; febres mẽstruo in lana
arietis nigri argẽto brachiali incluso. Diotimus thebanus uestis omnino ita infectæ

portiũcula acu:uel pellicio brachiali ĩsertæ. Sotira obstetrix tertiãis q̃rtãisq; efficacissi-
mũ dixit. Plãtas ægri subterlini. Multoq; efficacius ab ipsa muliere ẽt ignorãti. Sic
& comitiales excitari morbosq; sanari. Icethidas medicus q̃rtanas coitu finiri ĩcipiẽti-
bus dũtaxat mẽstruis spopõdit. Inter ões uero cõuẽit:si aq̃ potusq; formidet̃ a mor-
su canis supposita tãtũ calici lacinia mẽstruo tĩcta tali:statĩ metũ eũ discuti uidelicet
præualẽte sympathia illa græcoꝝ. Cũ rabiẽ canũ eius sãguĩs gustatu ĩcipe dixerimus.
Cinere eo iumẽtoꝝ õium ulcera sanari certũ ẽ. Addita caminoꝝ farĩa & cæra. Macu-
las aũt e ueste eas nõ nisi eiusdẽ farĩa ablui. Cinerẽ p se rosaceo mixtũ fœĩnaꝝ præci-
pue capitis sedare dolores illitũ frõti. Asprimãq; uĩ ꝓfluuii eius esse primis ãnis uir-
ginitate resoluta. Id quoq; cõuẽit:quo nihil eqdẽ libẽtius credideri:tactis õino men-
struo postibus:irritas fieri magoꝝ artes:gñis uanissimi ut æstimare licet. Ponã.n.uel
modestissimũ e ꝓmissis eoꝝ. Ex hoĩe siqdẽ resegmĩa ũguiũ e pedibus mãibusq; cæra
pmixta:ita ut dicat̃ tertianæ uel quotidianæ uel q̃rtanæ febri remediũ quæri:ãte solis
ortũ alienæ ianuæ affigi iubẽt ad remedia ĩ iis morbis:q̃nta uãitate si falsũ ẽ:q̃ntaue
noxa si trãsferũt morbos ad ĩnocẽtiores. Ex iis omniũ digitoꝝ resegmina unguiũ ad
cauernas formicaꝝ abiici iubẽt.eãq; quæ prima cœpit trahere correptã subnecti colo:
& ita discuti morbũ. ¶Medicĩæ ex aĩalibus pegrinis:de elephãto & leõe:de came-
lo & hyena:& crocodilo:& chameleõte:& stĩco:& hippopotamo:& lyncibus.¶Ca.viii.

Haec sũt quæ rettulisse fas sit:ac pleraq; ex iis nõ nisi honore dicto. Reliq̃ ĩtesta-
bilia & ĩfãda:ut festinet oro ab hoĩe fugere. In cæteris claritates aĩaliũ aut opũ
sequemur. Elephãti sãguis præcipue maris fluctiones ões:q̃s rheumatismos uocãt:
sistit. Ramẽtis eboris cum melle attico ut aiũt:nubeculæ in facie. Scobe paronychia
tollũt̃:efficacius si extenuata. Proboscidis tactu capitis dolor leuatur:efficacius si &
sternutet. Dextra ps ꝓboscidis cũ lemma rubrica adalligata ĩpetus libidinũ stimulat.
Sãguis & ischiadicis ꝓdẽ. Iecurq; comitialibus morbis. Leõis adeps cũ rosaceo cutẽ ĩ
facie custodit a uitiis:cãdoreq; seruat.& sanat adusta niuibus articulorũq; tumores.
Magoꝝ uanitates pũctis eo adipe faciliorem gratiã apud reges populosue ꝓmittunt.
Præcipue tñ eo pĩgui quod sit ĩter supcilia:ubi esse nullũ põt. Simil̃r dẽtis maxime a
dextera pte:uilliq; e rostro ĩferiori ꝓmissa sũt. Fel aq̃ addita claritatẽ oculis inunctis
facit. Et cũ adipe eiusdẽ comitiales morbos discutit leui gustu:& ut ꝓtinus q sũpsere
cursu id digerãt. Cor ĩ cibo sũptũ q̃rtanis medet̃. Adeps cũ rosaceo quotidiãis febri-
bus. Perũctos eo bestiæ fugiũt. Resistere ẽt ĩsidiis uidet̃. Cameli cerebꝝ arefactum
potũq; ex aceto comitialibus morbis aiũt mederi. Itẽ fel cũ melle potũ.hoc & ãginæ.
Cauda arefacta solui aluũ. Fimi cinere crispari capillũ cũ oleo. Et dysentericis ꝓdest
illitus cinis:potusq; q̃ntũ trinis digitis capit̃:ẽt comitialibus morbis. Vrinã fulloni-
bus utilissimã esse tradũt. Itẽq; ulceribus manãtibus. Barbaros eã seruare qnquẽnio.
& heminis pota ciere aluũ. Setas e cauda cõtortas:& sinistro brachio illigatas q̃rtanis
mederi. Hyenã magi ex õibus aĩalibus ĩ maxima admiratiõe posuerũt:utpote cui &
ipsi magicas artes dederũt:uĩq; q̃ alliciat ad se hoĩes mente alienatos. Permutationes
sexus ex iis ãnua uice dixĩus:cæteraq; mõstrifica nat̃æ eius. Nũc pseq̃mur quæcũq;
medicĩs ꝓdũt̃. Præcipue pãtheris esse ĩ metu hyenæ dicunt̃:ut ne conẽt̃ qdẽ resistere.
Et aliqd de corio eoꝝ habentẽ nõ appeti. Miꝝq; dictu si pelles utriusq; cõtrariæ sus-
pẽdãt̃ decidere pilos pãtheræ. Cũ fugiũt uenãtẽ declinãt ad dextrã:ut prægressi hoĩs
uestigia occupẽt. Quod si successerit:alienari mẽte uel ex equo hoĩẽ decidere. At si ĩ
leuã detorserit:deficiẽtis argumentũ esse:celereq; capturã. Facilius aũt capi si cinctus
suos uenator flagellũq; & ipsos equos septẽis alligauerit nodis. Mox aũt ut ẽ sollers
ãbagibus uanitas magoꝝ capi iubet geminoꝝ signũ trãseũte luna:sĩgulosq; ꝓpe pi-
los seruari. Capitis dolori alligatã cutẽ ꝓdesse quæ fuerit in capite eius. Lippitudini
fel illitũ frõtibus. Aut ne omnino lippiat̃ decoctum cũ mellis attici cyathis tribus et
croci uncia illitum. Sic & caligĩes discuti & suffusiões.claritatem excitari.melius in

ueterato medicamēto. Aſſeruari aūt ī cypria pyxide. Eodē ſanari argema:ſcabricias: excreſcētia ī oculis:itē cicatrices. Glaucomata uero iocineris recētis īaſſati ſanie cum deſpumato melle īūctis. Dētes eius dētiū doloribus tactu ꝓdeſſe uel alligatos ordīe. Humeros humeroꝝ & lacertoꝝ doloribus. Eiuſdē dētes ſi de ſiniſtra ꝑte roſtri eruti ſīt illigatos pecoris aut capri pelle:ſtomachi cruciatibus. Pulmōes ī cibo ſūptos cæliacis. Vētriculis cinerē cū oleo illitū. Neruis medullas e dorſo cū oleo uetere ac felle. Febri-bus q̄rtanis iecur deguſtatū āte acceſſiōes. Podagris ſpinæ cinerē cum līgua & dextro pede uituli marini addito felle taurino oīa ꝑiter cocta atq; illita hyenæ pelle. In eodē morbo ꝓdeſſe:& fel cū lapide aſio. Tremulis iſchiadicis exiliētibus:& q̄bus cor palpi-tet:aliq̄d ex corde mādēdū:ita ut reliquæ ꝑtis cinis cū cerebro hyenæ illinat̃. Pilos ēt auferri hac cōpoſitiōe illita.aut ꝑ ſe euulſos felle:priuſq̄ renaſci nō libeat. Sic & pal-pebris īutiles tolli. Lūboꝝ doloribus carnes e lūbis edēdas:illinēdaſq; cū oleo. Steri-litatē mulieꝝ emēdari oculo cū glycyrrhiza & aneto ſūpto ī cibo:ꝓmiſſo in triduum cōceptu. Cōtra nocturnos pauores ūbraꝝq; terrorē unus e magnis dentibus lino alli-gatus ꝓdē. Suffiri furētes eodē & circūligari āte pectus ſuū cū adipe renū aut iocinere aut pelle præcipiūt. Mulieri prægnāti a pectore hyenæ caro:& pili ſeptē & genitale a ceruice ſi alligēt̃ dorcadis pelle collo ſuſpēſa:cōtineri ꝑtus ꝓmittūt̃. Venerē ſtimula-ri genitali ad ſexus ſuos ī melle ſūpto:ēt ſi uiri mulierū coitus oderīt. Quīimmo to-tius domus cōcordiā eodē genitali & articulo ſpinæ cū adhærēte corio cōſeruatis con-ſtare:quē ſpinæ articulū ſiue nodū atlātion uocāt. Eſt aūt primus. In comitialium quoq; remediis habēt eū. Adipe accēſo ſerpētes fugari dicūt. Maxillæ ꝑte cōminuta ī aniſo & ī cibo ſūpta horrores ſedari. Eodē ſuffitu mulieribus mēſtrua euocari. Tā-tūq; ē uanitatis:ut ſi ad brachiū alliget̃ ſuꝑioris roſtri dextræ ꝑtis dēs:iaculātiū ictus deerrat̃os negēt. Palato eiuſdē arefacto:& cū alumīe ægyptio calefacto ac ter ī ore ꝑ-mutato:fetores & ulcera oris emēdari. Eos uero q̄ līguā ī calciamēto ſub pede hēant: nō latrari a cāibus. Siniſtra ꝑte cerebri naribus illita:morbos ꝑniciosos mitigari:ſiue hominū:ſiue q̄drupedū. Frontis corium faſcinatiōibus reſiſtere. Ceruicis carnes ſiue mādāt̃ ſiue bibāt̃ arefactæ:lūboꝝ medēt̃ doloribus. Neruis a dorſo armiſq; ſuffiēdos neruoꝝ dolores. Pilos roſtri admotos mulieꝝ labris:amatoriū eſſe. Iecur potum tor-mībus & calculis mederi. Iā cor ī cibo potuue ſūptū:ōibūs doloribus corpoꝝ auxilia-ri. Lyenē lyenibus. Omentū ulceꝝ īflāmatiōibus cū oleo. Medullas doloribus ſpinæ & neruoꝝ laſſitudini renū. Neruos potos ī uino cū thure fœcūditatē reſtituere adēp-tā ueneficio. Vuluā cū mali punici dulcis cortice ī potu datā ꝓdeſſe mulieꝝ uuluæ. Adipe e lūbis ſuffiri difficulter ꝑiētes:& ſtatī parere. E dorſo medullā adalligatā cō-tra uanas ſpēs opitulari. Spaſticis genitale e maribus ſuffitu. Itē lippiētibus:ruptis: & cōtra īflatiōes ſeruatos pedes tactu leuos dextris ꝑtibus:dexteros leuis.Siniſtꝝ pedē ſuꝑlatū ꝑturienti letalē eſſe. Dextro illato facile eniti. Mēbranā quæ fel cōtinuerat a cardiacis potā ī uino uel ī cibo ſūptā ſuccurrere. Veſicā ī uino potā contra urinæ in-cōtinentiā. Quæ aūt ī ueſica īuenta ſit urina additis oleo & ſeſamo & melle aſiano hauſtā ꝓdeſſe agrimonio ueteri. Coſtaꝝ primā & octauā ſuffitu ruptis ſalutarē eſſe. Ex ſpina uero ꝑturientibus oſſa. Sāguinem cū polenta ſūptū tormībus. Eodē tactis poſtibus ubicūq; magoꝝ īfeſtari artes. Nō elici deos:nec colloq̄:ſiue lucernis:ſiue ui-ſu:ſiue pluuiis:ſiue aq̄:ſiue pila:ſiue quo alio gn̄e tētēt̃. Carnes ſi edāt̃:cōtra cāis ra-bidi morſus efficaces eſſe. Etiānū iecur efficacius. Carnes uel oſſa hoīs ſiquæ ī uētri-culo occiſæ īueniāt̃ ſuffitu podagricis auxiliari. Si ūgues īueniāt̃ ī iis:mortē alicuius capientiū ſignificari. Excrementa ſiue oſſa reddita cū īterimit̃:cōtra magicas īſidias pollere. Fimum q̄ in inteſtinis īuentus ſit:arefactum ad dyſentericos ualere potum. Illitumq; cum adipe āſerino opitulari toto corpore læſis malo medicamento. A cane uero morſis adipem illitum. Et corium ſi ſit ſubſtratum. Rurſus tali ſiniſtri cinere decocto cum ſanguine muſtelæ perunctis omnibus odio euenire. Idem fieri oculo

decocto. Sup oīa est:ꝗ extremā fistulā ītestini cōtra ducū ac potestatum īiquitates
cōministrāt. Et ad successus petitionū:iudicioꝝq; ac litiū euētus si oīo aliqntulū qs
secū hēat. At eiusdē cauerna sinistro lacerto religata siqs mulierē respiciat:amatoriū
esse:tā præsens ut illico seqt. Eiusdē loci piloꝝ cinere ex oleo illitū uiris q sīt ꝓbrosæ
molliciei nō mō pudicos:sed & seueros mores īduere. Proxīe fabulosus ē crocodilus
īgenio quoq; illo:cui uita ī aqua terraq; communis. Duo.n.gñā eoꝝ. Illius e dextra
maxilla dētes adalligati dextro lacerto coitus(si credimus)stimulāt. Canini eius dētes
febres statas arcēt repleti.sūt.n. cani:ita ne diebus qnq; ab ægro cernāt q adalligaue-
re. Idē pollere & uētre exēptos lapillos:aduersus febriū horrores uenīētes tradūt. Hac
ēt de causa ægyptii pūgūt adipe ægros suos. Alter illi similis multū īfra magnitudinē
ī terra tantum:odoratissīsq; floribus uiuit. Ob id ītestina eius diligēter exqrūt iucū-
do nidore refracta crocodileā uocāt oculoꝝ uitiis utilissimā cū porri succo inunctā &
cōtra suffusiōes uel caligīes. Illita quoq; ex oleo cyprino:molestias ī facie enascentes
tollit. Ex aq̄ uero morbos ōes:quoꝝ nata serpit ī facie:nitoremq; reddit. Lentigines
tollit ac uaros:ōesq; maculas. Et cōtra comitiales morbos bibit ex aceto mulso binis
obolis. Apposita mēses ciet. Optīaque ē quæ cādidissīa:& friabilis:mīmeq; pōdero-
sa:cū terat īter digitos fermētescēs. Lauat ut cærusa. Adulterāt amylo aut cymolia:
sed maxīe q captos oriza tātū pascūt. Felle īūctis oculis ex melle cōtra suffusiōes ni-
hil utilius prædicāt. Intestinis & reliquo corpore eius suffiri uulua laborātes salutare
tradūt. Itē uelleribus circūdari uapore eius īfectis. Corii utriusq; cinis ex aceto illitus
iis ptibus q̄s secari opus sit:aut nidor cremati sēsū ōnē scalpelli aufert. Sāguis utrius-
q; claritatē uisus īūctis donat & cicatrices oculoꝝ emēdat. Corpus ipsū excepto capite
pedibusq; elixū mādit ischiadicis. Tussī ueterē emēdat:præcipue ī pueris. Itē lūboꝝ
dolores. Et adipem habent:quo tactus pilus defluit. Hic pūctos a crocodilis tuetur.
Defluit īstillatq; morsibus. Cor ānexū ī lana ouis nigræ:cui nullus alius color īcursa-
uerit:& primo ptu genita sit q̄rtanas abigere dicit. Iūgemus illis simillīa & pegrina
æq; aīalia. Priusq; chameleōtē peculiari uolumīe dignū existimatū Democrito. Et p
sīgula mēbra desacratū nō sine magna uoluptate nr̄a cognitis ꝓditisq; mēdaciis græ-
cæ uanitatis. Similis est magnitudīe supradicto crocodilo:spinæ tātū uitio:ac recur-
uata:& caudæ āplitudīe distās. Nullū aīal pauidius esse existimat:& ideo uersicolo-
ris esse demutatiōis. Vis eius maxīa cōtra accipitꝝ genus. Detrahere.n.supra uolātē
ad se tradit:& uolūtariū præbere lacerādum cæteris aīalibus. Caput eius & guttur si
roboreis lignis accēdāt hymbriū & tonitruū concursus facere Democritus narrat. Itē
iecur ī tegulis ustū. Reliq̄ ad ueneficia ptinētia quæ dicit:q̄q̄ falsa existimātes omit-
temus:præterq̄ ī risu coarguētiū. Dextro oculo si uiuenti eruat:albugīes oculorū cū
lacte caprino tolli. Līgua adalligata:picula puerpii. Eūdē salutarē esse pturientibus
circa domū. Sin uero domibus īferat:pniciosissimū. Līguā si uiuēti exempta sit:ad
iudicioꝝ euentus pollere. Cor aduersus q̄rtanas illigatum nigra lana primæ tōsuræ.
Pedē e prioribus dextꝝ hyenæ pelle illigatū sinistro brachio:cōtra latrocinia terroresq;
nocturnos pollere. Itē dextrā mamillā cōtra formidīes pauoresq;. Sinistꝝ uero pedē
torreri in furno cū herba:quæ ēt chameleō uocat. Additoq; ūguento in pastillos di-
geri. Eos in ligneo uase cōditos:præstare si credimus:ne cernat ab aliis q habeat. Ar-
mū dextꝝ ad uīcendos aduersarios uel hostes ualere utiq; si abiectos eiusdem neruos
calcauerit. Sinistꝝ miꝝ qbus mōstris cōsecret q̄lr sōnia quæ uelis:& qbus uelis mit-
tāt:pudet referre. Oīa ea dextro pede resolui:sicut sinistro latere lethargos: quos fe-
cerit dextꝝ. Capitis dolores inspso uino in quo latus alterutꝝ maceratum sit:sanari
fœmīs. Si sinistri pedis cineri misceat lac suillū podagricos fieri illitis pedibus. Felle
glaucomata & suffusiōes corrigi ꝓpe credit tridui inunctiōe. Serpentes fugari lyene
instillato. Mustelas cōtrahi in aquam cōiecto. Corpore uero illito detrahi pilos. Idē
præstare narrāt iecur cum ranæ rupetæ pulmone illitum. Præterea iocinere amatoria

dissoluere. Melāncholicos aūt sanari si ex corio chameleōtis herbæ succus hn̄te bibat̄. Intestīa & fimū eoꝝ cū id aīal nullo cibo uiuat cū simiaꝝ urina illita īimicoꝝ ī mane odiū & oīm hoīm iis cōciliare. Cauda flumīa & aqꝝ īpetus sisti. Serpētes soporari. Eadē medicata cedro & myrrha illigataq; gēino ramo palmæ pcussā aquā discuti:ut quæ ītus sit:oīa appareāt. Atq; utinā eo ramo cōtactus esset Democritus:quoniā ita loq̄citates īmodicas ꝑmisit īhiberi. Palāq; ē:uiꝝ alias sagacē & uitæ utilissimū nimio iuuādi mortales studio ꝓlapsū. Ex eadē similitudīe ē scincus:quē qdā terrestrē crocodilū esse dixerūt. Cādidiore aūt & tenuiore cute. Præcipua tamē differētia dinoscit̄ a crocodilo aq̄tico sq̄mmaꝝ serie a cauda ad caput uersa. Maxīus īdicus:deinde arabicus. Afferūt̄ salsi. Rostꝝ eius & pedes ī uino albo poti cupiditates ueneris accēdunt. utiq; cū satyrio & erucæ seīe sigulis drachmis omniū ac pipis duabus admixtis:ita ut pastilli sigulaꝝ drachmaꝝ bibāt̄. Per se lateꝝ carnes obolis binis cū myrrha & pipe pari mō potæ efficaciores ad idē credūt̄. Prodest & cōtra sagittas uenenatas:ut Apelles tradit postea sūptus. In ātidota quoq; nobilia addit̄. Sestius plusq̄ drachmæ pōdere ī uini hemīa potū pniciē afferre tradit. Præterea eiusdē decoctū cū melle sūptū:uenerē īhibere. Est crocodilo cognatio quædā affinitasq; amnis eiusdē geminiq; uictus cum hippopotamo reptore trahēdi sāguīs ut dixīus. Plurimi aūt sr saiticā præfecturā. Huius corii cinis cū aq̄ illitus panos sanat. Adeps frigidas febres. Itē fimus suffitu. Dētes e pte leua dolores dētiū scarificatis gīgiuis. Pellis eius e sinistra pte frōtis ī īguina adalligata:uenerē īhibet. Eiusdē cinis alopecias explet. Testiculi drachma ex aq̄ cōtra serpētes bibit̄. Sāguīe pictores utūt̄. Peregrinæ sunt & lynces:quæ clarissīe omnium q̄drupedū cernūt. Vngues eaꝝ oēs cū corio exuri efficacissīe ī carpato insula tradūt. Hoc cinere poto præpucia uiroꝝ. Eiusdē aspsu fœminaꝝ libidīes inhiberi. Itē pruritus corpoꝝ. Vrina stillicidia uesicæ. Itaq; eā ꝓtinus pedibus obruere tradit̄. Eadem aūt & ungulaꝝ dolor mōstrat̄ ī remedio. Hactenus de externis. Nunc reuertemur ad nostꝝ orbē. Primūq; cōmunia animalium remedia atq; eximia dicemus.

¶Medicinæ cōmunes ex feris animalibus:aut eiusdē gn̄ibus placidis. Lactis usus & obseruationes. Et caseis butyro & adipe. ¶Cap. ix.

Sicuti e lactis usu. Vtilissimū cuiq; mr̄nū cōcipe:nutricis exitiosū ē. Hi sūt.n. infātes quæ colostrati appellāt̄:dēsato lacte in casei spēm. Est aūt colostra pria a ptu spōgiosa dēsitas lactis. Maxīe aūt alit quodcunq; humanū:mox caprinū. Vn̄ fortassis fabulæ Iouē ita nutritū dixere. Dulcissimū ab hoīs camelinū. Efficacissimū ex asinis. Magnoꝝ aīaliū & corpoꝝ facilius reddit̄. Stomacho accōmodatissimū caprinū:quoniā frōde magisq̄ herba uescūt̄. Bubulum medicatius. Ouillū dulcius & magis alit. Stomacho minus utile:quoniā ē pinguius. Omne aūt uernū aq̄tius æstiuo. Et de nouellis. Probatissimū uero quod in ūgue hæret nec defluit. Innocentius decoctū:præcipue cū calculis marinis. Aluus maxime soluit̄ bubulo. Minus inflat quodcūq; decoctū. Sanat uuas lichenas. Ad oīa utile cōtusa aut luxata. Maxīe renes uesicā interanea fauces pulmōes. Foris pruritū cutis eruptiōes pituitæ cibi aut potus abstinētia. Nā ut in achaia bubulū biberēt phthisici syntecticiq; dixīus ī rōe herbaꝝ. Sūt inter exēpla q asininū bibēdo liberati sūt podagra chiragraue. Medici spēm unā addidere lactis gn̄ibus:quod schiston appellauere. Id fit hoc mō. Fictili nouo feruet maxime caprinū:ramisq; ficulneis recētibus miscet̄:additis totidē cyathis mulsi quot sint heminæ lactis. Cū feruet ut circūfūdat̄:præstat cyathus argēteus cū frigida aqua demissus ita ne qd infūdat̄. Deinde igni dēptū refrigeratiōe diuidit̄ & discedit serū a lacte. Quidā & ipsū seꝝ iā multo potētissimū decoquunt ad tertias ptes:& sub diuo refrigerāt. Bibit̄ autē efficacissīe heminis p interualla sanis diebus.v.a potu illius solitis gestari. Dat̄ comitialibus melācholicis paralyticis in lepris elephātiis articularibus morbis. Infūdit̄ quoq; lac cōtra rosiōes a medicamētis factas. Et si urat dysētena decoctū cum marinis lapillis:aut cum ptisana hordeacea. Itē cōtra rosiōes ītestinoꝝ

bubulũ aut ouillũ utilius. Recẽs quoq; dysentericis ĩfũdit᷑. Ad colũ autẽ crudũ. Itẽ uuluæ:& cõtra serpẽtium ictus phthisicis cãtharidũ:aut salamãdræ aut buprestis aut phytocãpes uenenis. Priuatĩ bubulũ iis q colastꝛ biberĩt aut cicutã aut doricniũ aut leporẽ marinũ:sicut asininũ cõtra gypsũ et cærusã:& sulphur & argẽtũ uiuũ. Item duræ aluo in febri. Gargarissat᷑ quoq; faucibus exulceratis utilissĩe.& bibit᷑ ab ĩbecillitate uires recolligẽtibus:quos atrophos uocãt. In febri ẽt quæ careat dolore capitis. Pueris ãte cibũ lactis asinini heminã dari cõuenit.aut si in exitu cibi rosiões sentiant. Antiqui in arcanis habuerũt. Sed hoc si nõ esset:habuerũt e caprino. Bubuli serꝭ orthopnoicis prodest ante cætera addito nasturcio. Inunguntur etiam oculi in lactis heminis sesami additis drachmis quattuor:tritis in lippitudine. Caprino lyenes sanãtur post bidui ĩediã tertia die hedera pastis capris ꝑ triduũ poto siẽ alio cibo. Lactis usus alias cõtrarius capitis doloribus. Epaticis splenicis neruoꝝ uitio febres hñtibus:uertigini prꝫterq̃ purgatiõis grauedĩe tussiẽtibus lippis. Suillũ utilissimũ tenasmo dysẽteriæ:necnõ phthisicis. Hũc ẽt mulieribus q dicerẽt saluberrimũ fuerũt. De gñibus caseoꝝ dixĩus:cũ de uberibus siguliſq; aĩaliũ mẽbris doceremus. Sestius eosdẽ effectus eq̃no quos bubulo tradit. Hos uocãt hippacen. Stomacho utiles:q nõ sunt salsi:idest recẽtes. Veteres aluũ sistũt:corpusq; minuũt:stomacho utiliores. In totũ salsa minuũt corpus:alunt mollia. Caseus recẽs cum melle sugillata emẽdat. Mollis aluũ sistit. Sedat tormĩa pastillis ĩ uino austero decoctis:rursusq; in patina tostis cũ melle:quod sapꝭ uocãt:q cũ sale & sorbis siccis e uino tritus potusq; medet᷑ cæliacis. Genitaliũ carbunculis caprinus tritus & ĩpositus. Itẽ accidus cũ oxymelle. Maculis ĩ balineo illitus oleo ĩterlinit᷑. E lacte fit & butyꝝ barbaraꝝ gẽtiũ laudatissĩus cibus:& q diuites a plebe discernat. Plurimum e bubulo:& ĩde nomẽ. Pĩguissimũ ex ouibus. Fit & ex caprino:sed hyeme calefacto lacte æstate expresso tãtũ:crebro iactatu in lõgis uasis ãgusto foramĩe:spiritũ accipiẽtibus sub ipso ore alias prꝫligato. Addit᷑ paulum aquæ ut acescat. Quod ẽ maxĩe coactũ ĩ sũmo fluit.at id exẽptũ addito sale oxygala appellãt. Reliq decoquunt in ollis. Ibi quod supnatat:butyꝝ ẽ oleosũ nat̃a. Quod magis uirus respuit:hoc prꝫstãtius iudicat᷑. Pluribus cõpositiõibus miscet᷑ ĩueteratũ. Nat̃a eius astringere:mollire:replere:purgare. Oxygala fit & alio mõ acido lacte addito in recẽs:quod dũ acescit utilissĩũ ẽ stomacho. Effectus dicemus suis locis. Proxima in cõmunibus laus ẽ adipi:sed maxime suillo. Apud ãtiquos ẽt religiosus erat. Certe nouæ nuptæ intrãtes etiãnũ solẽne habẽt postes eo attĩgere. Inueterat᷑ duobus mõis:aut cum sale aut sincerus.tãto utilior:q̃nto sit uetustior. Axungiã ẽt græci appellauere in uolumĩbus suis. Neq; ẽ occulta uiriũ causa:quoniã id aĩal herbaꝝ radicibus uescit᷑. Itaq; ẽt fimo ĩnumeri usus. Quãobrẽ non de alia loquemur sue multo efficaciore fœĩa:& quæ nõ pepit. Multo uero prꝫstãtior ĩ apris ẽ. Vsus igit᷑ axungiæ ẽ ad emolliẽda:excalfaciẽda:discutiẽda:purgãdaq;. Medicoꝝ aliq admixto ãseris adipe tauroꝝq; seuo & hysopo ad podagras uti iubent. Si uero ꝑmanet dolor cum cæra:myrto:resina pice. Sicera axungia medet᷑ ãbustis uel niue. Perniõibus aũt cũ hordei cinere & galla pari mõ. Prodẽ & cõfricatis mẽbris. Itineꝝq; lassitudĩes & fatigatiões leuat. Ad tussĩ ueterẽ recens decoq̃t᷑ q̃drãtis põdere ĩ uini cyathis tribus addito melle. Vetus ẽt phthisin ĩ pilulis sumpta sanat:quæ sine sale ĩueterata ẽ. Oĩo.n.nõ nisi ad ea quæ purgãda sĩt:aut quæ nõ sĩt exulcerata & calida recipit᷑. Quidã q̃drãtes axungiæ & mulsi in uini cyathis tribus decoquunt cõtra tussĩ:q̃ntoq; die picẽ liq̃dã ĩ ouo sumi iubẽt circũligatis lateribus & pectoribus & scapulis eoꝝ q phthisĩ sẽtiũt. Tãtaq; ẽ uis ut genibus ẽt adalligata redeat in os sapor:eãq; expuere uideant᷑. E sue quæ non pepit aptissĩe utunt᷑ ad cutẽ mulieres. Cõtra scabiẽ uero q̃uis admixto iumẽtoꝝ seuo ꝓ pte tertia & pice piterq; subferuefactis. Sincera ꝑtus in abortũ uergẽtes nutrit collyrii mõ subdita. Cicatrices cõcolores facit cærusa admixta uel argẽti spuma. At cum sulphure unguium scabricias emendat. Medet᷑ & capillo fluẽti. Et ulceribus ĩ capite

mulierꝝ cum gallæ pte q̄rta. Et ĩfumata pilis oculoꝝ. Datᷣ & phthificis unciatim cũ uini ueteris hẽina decocta: donec tres unciæ e toto refidāt. Alii & mellis exiguũ adii/ ciũt. Panos fanat illita cũ calce. Itē furũculos: duriciēq; māmaꝝ. Rupta & cõuulfa & fpafmata & luxata fanat. Clauos & rimas coliq; uitia cũ elleboro albo. Parotidas āmixta farina e falfamētaria tefta. Quo genere ꝓficit ad ftrũas. Pruritus & papulas ĩ balneo perũctis tollit. Alioq; etiānũ mō. Podagricis ꝓdeft mixto oleo uetere: con/ trito una farcophago lapide & qnq; folio tufa ĩ uino uel cũ calce uel cũ cinere. Facit & peculiare ēplaftrũ. lxxxv. pōdere. C. fpũæ argēteæ mixtis: utiliffiũ cõtra ĩflāmatio/ nes ulcerũ adipe uerrino cõfici. Et ĩugi putāt utile. Iifq; quæ ferpāt illĩre cũ refina. Antiq maxĩe axibus uehiculorũ perũgēdis ad faciliorē circũactũ rotarũ utebātᷣ: unde nomē. Sic quoq;ᷣ utili medicina cũ illa ferrugine rotarũ: ad fedis uitia: uirilitatifq; . Et p fe axũgiā medici ātiq maxĩe ꝓbabāt rēibus detractā: & exēptis uenis aqua cæleſti fricabāt crebro. decoquebātq; fictili nouo fæpius: tũ demũ afferuātes. Conuenitq; falfā magis mollire: excalfacere: difcutere. utiliorēq; effe uĩo lotā. Mafurius palmam lupino adipi dediffe ātiquos tradit. Ideo nouas nuptas illo perũgere poftes folitas: neqd mali medicāēti ĩferretᷣ. Quæ ratio adipis eadē ĩ iis quæ rũināt: feui ē. alius mo/ dis nō mĩoris potētiæ. Perficitᷣ ōne exēptis uenis aq̄ marĩa uel falfa lotũ. mox ĩ pila tufũ: afpfũ marina. Crebro poftea coqtᷣ: donec ōnis aboleatᷣ odor. Mox affiduo fo/ le ad candorē reducitᷣ. A rēibus aũt ōne laudatiffiũ ē. Si uero uetus reuocetᷣ ad curā: liquefieri prius iubēt. Mox frigida aqua lauari fæpius. deĩ liquefacere affufo uino q̄ odoratiffĩo. Eodēq; mō iterũ ac fæpius cogũt: donec uirus euanefcat. Multi priuati fic tauroꝝ leonũ pātheraꝝ ac cāeloꝝ pĩguia curari iubēt. Vfus dicetᷣ fuis locis. Cō/ munis & ratio medullaꝝ ē. Omnes molliũt: explēt: ficcāt: excalfaciũt. Laudatiffima ceruĩa: mox uitulina: dein hircina & caprina. Curātᷣ āte autumnum recētes lotæ: fic/ catæq; ĩ ũbra p cribrũ. Deĩde liquatæ p lĩtea exprimũtᷣ. ac reponũtᷣ ĩ fictili locis frigi/ dis. Inter oĩa aũt cõmunia aĩalium fel præftātius ĩ effectu. Eft eni uis eius excalfa/ cere: mordere: fcindere: extrahere: difcutere. Minoꝝ aĩaliũ fubtilius ĩtelligitᷣ. Et ideo ad oculoꝝ medicamēta utilius exiftiatᷣ. Taurĩo præcipua etiā ĩ ære pellibufq; colore aureo ducēdis. Omne aũt curatᷣ recēs prælıgato ore lino craffo dēiffũ ĩ feruētē aquā fēihora: mox ficcatũ fine fole: atq; ĩ melle cõditũ. Dānatᷣ eqnũ tātũ ĩter uenena. ideo Flāminio facroꝝ equũ tāgere nō licet: cũ romæ publicis facris equus etiam immoletᷣ. Quĩ & fāguis eoꝝ ftipticā ui habet. Itē equaꝝ præter q̄ uirginũ erodit: emargiat: ul/ cerat. Taurinus qdē recēs inter uenena ē: excepta egyra. Ibi enĩ facerdos terræ uaticia/ tura tauri fāguinē bibit: priuf q̄ defcēdat in fpecus. Tātũ pōt fympathia illa de qua loquũtᷣ: ut aliquādo religione uel loco fiat. Drufus tribunus plebis traditᷣ caprinum bibiffe: cũ pallore & inuidia ueneni fibi dati infimulari. Q. Scipionē inimicũ uellet. Hircoꝝ fāguini uis eft: ut ferramētoꝝ fubtilitas nō aliter acuatᷣ aut induretᷣ aut fca/ bricia poliatᷣ: uehementiufq; q̄ lima. Non igitᷣ & fāguis animaliũ inter cõmunia dici pōt. Et ideo fuis quæq; dicētᷣ effectibus. Digeremus enim in animalia fingula ufus: plurimũq; cõtra ferpētes. Exitio iis effe ceruos nēo ignorat: ut fiquæ fũt extractas cauernis mādāt. Nec uero ipfis fpirātes tātũ aduerfātᷣ: fed membratim quoq; fugari eos nidore cornus eoꝝ fi uratᷣ dictũ ē. At e fũmo gutture uftis offibus cõgregari dicũ/ tur. Pelles eiufdem aĩalis fubftratæ: fecuros præftant ab eo metu fōnos. Coagulum quoq; ex aceto potum: ab ictu. et fi ōnino tractatum fit: eo die nō ferit ferpēs. Te/ ftes quoq; eius inueterati: uel genitale maris: falutariter dātᷣ ĩ uino. Item uentres qui cētipeliones uocātᷣ fugiũt. Et ōnino aliqd cerui habentes aut medulla pũctos feuoue cerui autũnali. Sũmis aũt remediis præfertᷣ hinuli coagulũ in matris utero execti ut indicauimus. Sanguine quoq; ceruino fi una uratᷣ dracontion & cunilago & āchufa lentifci ligno cõtrahi ferpentes dicunt. Diffipari deĩde fi fāguine detracto addiiciatᷣ pyretrum. Inuenio apud auctores græcos: animal ceruo mĩus: & pilo demum ac dente

ſimili quod ophion uocat̃. Sardineã eũ tãtũ ferre ſolitã. Hoc ĩtereſſe arbitror. Et
ideo medicinas ex eo omitto .

¶Medicĩæ de apro:& capris:& eqs feris:& remedia de beſtiis cõtra oẽs morbos.¶C.x.

HApri quoq; cerebrũ cõtra eos laudat̃ cũ ſãguĩe. Iecur ẽt ĩueteratũ potũ cũ ruta
& uino. Itẽ adeps cũ melle reſinaq;. Sili mõ uerrinũ iecur exemptis duntaxat
fibris quattuor oboloꝝ põdere:uel cerebrum ĩ uino potũ . Capraꝝ cornu uel pilis ac-
cẽſis fugari ſerpẽtes dicũt. Cinereq; eoꝝ potũ uel illitũ contra ictus ualere. Itẽ lactis
hauſtus cũ uua aminea. Vel urinæ cũ aceto ſcyllitico. Caſeũ caprinum cum origano
impoſitum uel ſeuũ cũ cæra. Milia præterea remedioꝝ ex eo animali demõſtrãt:ſicut
apparebit. quod eqdẽ miror:cũ febri neget̃ carere. Amplior potentia feris eiuſdem
generis:quod nũeroſiſſimũ eſſe dixĩus. Alia uero ex hircis. Democritus etiamnum
effectus auget eius q ſĩgularis natus ſit. Fimus quoq; capraꝝ ĩ aceto decoctus & illi-
tus ĩ ictus ſerpẽtiũ placet:& recẽtis cinis in uino. Atq; ĩ toto difficilius ſe recolligẽtes
a ſerpẽtiũ ictu: ĩ caprilibus optĩe cõualeſcũt. Qui medicari efficacius uolũt: occiſæ
capræ aluũ diſſectã cũ fĩo ĩtus repto ſtatĩ illigãt. Alii carnẽ recẽtẽ hædoꝝ pilo ſuffiũt.
eodẽq; nidore fugãt ſerpẽtes. Vtũt̃ & pelle eoꝝ recẽte ad plagas : carne & fimo eq in
agro paſti. Coagulo leporis ex aceto cõtra ſcorpionẽ: & murẽ araneũ. Aiũt aũt non
feriri leporis coagulo pũctos. Percuſſis a ſcorpione fimũ capræ efficacius cũ aceto de-
coctũ auxiliat̃. Lardũ iuſq; decocti potũ iis q bupreſtĩ hauſerĩt.Quin ẽt ſiqs aſino ĩ
aurẽ dixerit pcuſſũ ſe a ſcorpĩoẽ trãſire malũ ꝓtinus tradũt. Venenataq; oĩa accẽſo
eius pulmone fugere. Et fimo uituli ſuffiri pcuſſis aſcorpione ꝓdeſt. Canis rabidi
morſu facta uulnera circũcidũt ad uiuas uſq; carnes qdã .carnẽq; uituli admouẽt. &
ius ex eodẽ carnis decoctæ dãt potui:aut axũgiã cũ calce tuſã. Laudãt hirci iecur:quo
impoſito ne tẽtari qdẽ aquæ metu affirmãt. Laudãt & capræ fimũ ex uino illitũ aut
melle . Melis & cuculi & hirũdinis decoctũ & potum. Ad reliquos beſtiaꝝ morſus
caprinũ caſeũ ſiccũ cũ origano ĩponũt:& bibi iubẽt.Ad hõĩs morſus carnẽ bubulã
decoctã. Efficacius uituli ſi non ãte qntũ diẽ ſoluãt. Veneficiis roſtrũ lupi reſiſtere
ĩueteratum aiũt.ob idq; uillaꝝ portis præfigunt. Hoc idẽ præſtare & pellis e ceruice
ſolida manica exiſtimat̃.qppe tãta uis eſt aĩalis. Præter ea quæ rettulimus & ueſtigia
eius calcata eqs afferũt torporẽ. Iis q argẽtũ uiuũ biberĩt:lardũ remedio ẽ . Aſinino
lacte poto:uenena reſtĩguũt̃. Peculiariter ſi hyoſcyamũ potũ ſit: aut uiſcũ:aut cicu-
ta:aut lepus marinus:aut opocarpathũ:aut caryce : aut dorycnidiũ. Et ſi coagulum
alicui nocuerit.nã id quoq; uenenũ ẽ ĩ prĩa lactis coagulatione. Multos eius & alios
uſus dicemus. Sed memĩſſe oportebit recẽti utẽdũ:aut nõ multo poſtea tepefacto .
Nullũ enĩ celerius euaneſcit. Oſſa quoq; aſini cõfracta & decocta:cõtra leporis ma-
rini uenenũ dãt̃. Oĩa eadẽ onagris efficaciora. De eqs feris nõ ſcripſerũt græci:quo-
niã terræ illæ nõ gignebãt.uerũ tamẽ fortiora eadẽ q̃ ĩ equis ĩtelligi debẽt.Lacte eqno
uenena leporis marini & toxica expugnãt̃. Nec uros aut biſõtes græci ĩ expimẽtis ha-
bẽt quãq̃ boue fero refertis ĩdiæ ſiluis portione tamẽ eadẽ efficaciora oĩa ex iis credi
par ẽ. Sic quoq; lacte bubulo cũcta uenena expugnari tradũt:maxĩe ſupradicta:& ſi
ephemeꝝ ĩpactũ ſit:aut ſi cãtharides datæ uomitione oĩa egeri. Sic & caprino iure
cãtharides. Cõtra ea uero quæ exulceratiõe enecãt:ſeuũ uitulinũ ſeu bubulũ auxiliat̃.
Nã cõtra ſãguiſugas potas butyrũ remedio ẽ cũ aceto ferro calefacto. Quod & p ſe
ꝓdeſt cõtra uenena. Nã ſi oleũ nõ ſit:uicẽ eius repræſẽtat. Multipedũ morſus cum
melle ſanat. Oĩa ſeſãi quoq; iure poto uenena ſupradicta expugnari putãt. Priuatĩ
uero aconita & cicutas. Itẽq; uitulino ſeuo. Caprinus caſeus recẽs iis q uiſcũ biberĩt .
Lac uero cõtra cãtharidas remedio ẽ.& cõtra ephemerĩ potũ cũ tãinia uua. Sãguis ca-
prinus decoctus cum medulla:cõtra toxica uenena ſumitur. Hædinus contra reli-
qua . Coagulum hædi contra uiſcum : & chameleonem album : ſanguinemque
taurinum:contra quem & leporis coagulũ ẽ ex aceto. Contra paſtiacã uero et omniũ

marinoꝝ ictus uel morſus coagulũ leporis:uel hædi:uel agni drachmæ põdere ex ui/
no. Leporis coagulũ & cõtra uenena addit̃ ãtidotis. Papilio quoq; lucernaꝝ lumini/
bus aduolãs ĩter mala medicaméta numerat̃. Huic cõtrarium eſt iecur caprinũ:ſicut
fel ueneficiis ex muſtela ruſtica factis. Hĩc deĩde reuertemur ad genera morborum.
Capilli defluuia urſinus adeps mixto ladano & adiãtho cõtinet. Alopeciaſq; emẽdat
& raritaté ſupciliorꝝ cũ fũgis lucernaꝝ ac fuligine quæ é in roſtris eaꝝ. Prurigini cum
uino ꝓdeſt. Ad hãc & cornus ceruini cinis e uino:utq; nõ tediũ aĩalis eius capillis ĩ/
creſcat. Ité fel caprinũ cũ creta cymolia & aceto:ſic uti paululũ capilli ĩareſcãt. Ité fel
hircinũ cũ urina tauri. Si uero uetus ſit ẽt:furfures adiecto ſulphure emẽdat. Cinere
genitalis aſini ſpiſſari capillũ putãt:& e canicie uindicari ſi raſis illinat̃. Plũboq; tri/
tus cũ oleo déſari:& aſinini pulli cũ urina.admiſcẽtq; nardũ:faſtidii gr̃a. Alopecias
felle taurino cũ ægyptio alumĩe tepefactas illinũt. Capitis ulcera manãtia urina tau/
ri efficaciter ſanat. Ité hoĩs uetus ſi cyclaminũ adiiciat̃ & ſulphur. Efficacius tamen
uitulinũ fel. Quo cũ aceto calefacto tollũt̃ & lẽdes. Seuũ uitulinũ cũ ſale tritũ ca/
pitis ulceribus utiliſſimũ. Laudat̃ & uulpiũ adeps:ſed præcipue fel & fimũ cũ ſinapi
pari mõ illitũ. Caprini cornus farina uel cinis magiſq; hircini addito nitro & tamari/
ci ſeĩe:& butyro:oleoq; prius capite raſo mire cõtinẽt ita fluẽté capillũ. Sicut & canis
cinere ex oleo illito ſrcilia nigreſcũt. Lacte caprino lẽdes tolli tradũt. Fimo cũ melle
alopecias expleri. Ité ungulaꝝ cinere cũ pice fluẽté capillũ cõtineri. Leporinus cinis
cũ oleo myrteo capitis dolores ſedat. Ité aq̃ pota quæ de bouis aut aſini potu relicta
é. Et ſi credimus uulpis maſculæ genitali circũligato. Cornus ceruini cinis illitis ex
aceto aut roſaceo aut ex irino:oculoꝝ epiphoras. Eaſq; bubulo ſeuo cũ oleo cocto il/
linũt. Ceruini cornus cinis ſcabricias eodé ũguine ſanat. Mucrões aũt ipſos efficaci/
ores putãt. Lupi excremẽtis circũlini ſuffuſiões ꝓdeſt. Cinere eoꝝ cum attico melle
ĩũgi obſcuritates. Ité felle urſino. Epinyctidas adipe aprino cũ roſaceo. Vngulæ aſi/
ninæ cinis inũctus e ſuo lacte cicatrices oculoꝝ & albugĩes tollit. Medulla bubula ex
dextro crure priore trita cũ fuligĩe pilis et palpebraꝝ uitiis ſĩgulis occurrit. Callible/
phari pari mõ fuligo in hoc uſu tẽpat̃. Optĩe et lichno papiraceo. Oleoq; ſeſamino.
Fuligĩe ĩ nouo uaſe pẽnis deterſa. Efficaciſſime tamẽ euulſos ibi pilos coercet. Felle
tauri cũ oui albugĩe collyria fiũt.aq̃q; diſſoluta ĩũgunt̃ p q̃triduũ. Seuum uituli cũ
ãſeris adipe et ocimi ſucco genaꝝ uitiis aptiſſimum eſt. Eiuſdẽ medulla cum pari põ
dere cæræ et olei uel roſacei addito ouo duriciæ genaꝝ illinunt̃. Caſeo molli caprino
ĩpoſito ex aq̃ calida epiphoræ ſedãt̃. Si tumor ſit:ex melle. Vtrunq; uero ſero calido
fouẽdũ. Sicca lippitudo lumbulis ſuum toſtis atq; cõtritis et ĩpoſitis tollit̃. Capras
negãt lippire:quoniã eæ q̃ſdã herbas edãt. Ité dorcades. Et ob id fimum earum cæra
circundatum noua luna deuorari iubẽt:quoniã noctu æq; quoq; cernãt. Sãguine hir/
ci ſanari luſcioſos putãt nyctilopas appellãt græci. Capræ uero iocinere ĩ uino auſtero
decocto. Quidã ĩaſſati iocineris ſanie ĩungunt. Aut felle capræ:carneſq; eas ueſci:et
dum coquãtur:oculos uaporari præcipiunt. Id quoq; referre arbitrãt̃:ſi rutili coloris
fuerĩt. Volunt et oculos ſuffiri iocinere ĩ ollis decocto. Quidã ĩaſſato. Fel q̃dẽ capri/
num pluribus mõis aſſumũt cum melle cõtra caligĩes. Cum ueratri cãdidi tertia pte
cõtra gleucomata.Cũ uino cõtra cicatrices:et albugĩes:et caligĩes:et pterygia:et arge/
mata. Ad palpebras uero euulſo prius pilo cum ſucco oleris:ita ut unctio inareſcat.
Cõtra ruptas funiculas cum lacte mulieris. Ad oĩa auté ĩueterata fel efficacius putãt.
Nec abdicãt fimũ ex melle illitum epiphoris. Cõtraq; dolores medullã. Ité pulmonẽ
leporis. Sedat caliginẽ fel cũ paſſo aut melle. Lupino quoq; adipe uel medulla ſuũ
fricari oculos cõtra lippitudĩes præcipiunt. Nã uulpinã lĩguã hñtes in armilla lippi/
turos negãt. Auriũ dolori et uitiis medet̃ urina apri ĩ uitro ſeruata. Fel apri uel ſuis:
uel bubulũ cũ oleo citreo et roſaceo æquis portiõibus. Præcipue uero taurinum cum
porri ſucco tepidum:uel cum melle ſi ſuppurent. Contraque odotem grauem per ſe

tepefactũ ĩ mali corio. In ea pte rupta cũ lacte mulieꝝ efficaciter sanat. Quidã ẽt in grauitate aures sic pluẽdas putant. Alii cũ senecta serpẽtiũ & aceto ĩcludũt lana ãte aq̃ calida collutas. Et si maior sit grauitas auriũ fel cũ myrrha & ruta ĩ mali corio excalfactũ ĩfũdũt. Lardũ quoq; pĩgue. Itẽ fimũ asini recẽs: cui rosaceũ ĩstillat᷑. Oĩaq; ea tepefacta. Vtilior eq spuma: uel eqni fimi recẽtis cinis cũ rosaceo. Seuũ bubulum cũ adipe ãserino. butyꝝ recẽs. urina capri uel tauri: aut fullonia uetus calfacta uapore p lagenæ collũ subeũte. Admiscẽt & aceti tertiã ptẽ. Et aliqd urinæ uituli q nõdum herbã gustauerit. Fimũ ẽt mixto felle eiusdẽ. Et cutẽ quã relĩquũt ãgues: excalfactis prius auribus. Lana autẽ medicamĩa ea ĩcludũt᷑. Prodẽ & seuũ uituli cũ ãseris adipe & ocimi succo. cũ eiusdẽ medulla admixto cumino trito ĩfusa. Virus uerrinũ e scrofa ex coitu exceptũ: priusq̃ terrã attigat cõtra dolores. Auribus fractis glutinũ e natis uitulorꝝ factũ & ĩ aq̃ liq̃tũ. Aliis uitiis adeps uulpiũ. Itẽ fel caprinũ cũ rosaceo tepido aut porri succo aut si sit rupta ibi aliq̃ e lacte mulieris. Si grauitas sit audiẽdi: fel bubulũ cũ urina capræ: uel hirci uel si pus sit. In quocũq; autẽ usu putãt hæc efficaciora ĩ cornu caprino p dies. xx. ĩfumata. Laudãt & coagulũ leporis tertia denarii pte dimidia quoq; sagapeni ĩ amineo uino. Parotidas ursinus adeps cõprimit pari põdere cæræ & taurini seui. Addũt qdã hippocistidem: & p se butyꝝ illitum si prius foueant᷑ fœnograeci decocti succo: efficacius cũ strychno. Prosunt & uulpiũ testes: & taurinus sãguis aridus tritus. Vrina capræ calefacta ĩstillata auribus. Fimũq; eiusdẽ cũ axungia illitũ. Dẽtes mobiles cõfirmat ceruini cornus cinis. doloresq; eoꝝ mitigat: siue ĩfricẽt᷑: siue colluãt᷑. Quidã efficaciorẽ ad oẽs eosdẽ usus crudi cornus farinã arbitrãt᷑. Dẽtifricia utroq; mõ fiũt. Magnũ remediũ ẽ & ĩ lupoꝝ capitis cinere. Certũq; ẽ ĩ excremẽtis eoꝝ pleꝝq; ĩueniri ossa. Hæc adalligata eũdẽ effectũ hñt. Itẽ leporina coagula p aurẽ ĩfusa: cõtra dolores. Et capitis eoꝝ cinis dentifricium ẽ. Adiectoq; nardo mulcet graueolẽtiã oris. Aliq murinoꝝ capitũ cinerẽ miscuisse malũt. Repit᷑ ĩ latere leporis acui os simile. hoc scarificari dẽtes ĩ dolore suadẽt. Talus bubulus accẽsus eos q labãt cũ dolore admotus cõfirmat. Eiusdẽ cinis cũ myrrha dẽtifriciũ ẽ. Ossa quoq; ex ungulis suũ cõbusta eundẽ usũ præbẽt. Itẽ ossa ex acetabulis pnaꝝ circa quæ coxẽdices uertũt᷑. Iisdẽ sanari dimissis ĩ fauces iumẽtoꝝ uerminatiões notũ ẽ. Sed & corruptos dẽtes cõfirmari. Asinæ quoq; lacte pcussu uexatos: aut dẽtiũ eiusdẽ cinere. Lyene itẽ eq cũ oleo ĩfuso p aurẽ. Est autẽ hoc nõ hippomães: quod alioqn noxiũ omitto. Sed ĩ equoꝝ genibus ac sr̃ ungulas præterea ĩ corde equoꝝ ĩuenit᷑ os dẽtibus caninis maxĩe simile. hoc scarificari dolorẽ. aut exẽpto dẽte e mortui eq maxillis ad numeꝝ eius q doleat demõstrãt. Eqꝝ uirus a coitu ĩ lychnis accẽsũ Anaxilaus ꝓdidit eqnoꝝ capitũ uisus repræsẽtare mõstrifice. Similr̃ ex asinis. Nã hippomanes tãtas ĩ ueneficio uires hẽt: ut affusũ æris mixturæ ĩ effigiẽ equæ olympiæ admotos mares equos ad rabiẽ coitus agat. Medet᷑ dẽtibus & fabrile glutinũ ĩ aq̃ decoctũ illitũq; & mox paulo detractum: ita ut cõfestĩ colluãt᷑ uino: ĩ quo decocti sunt cortices mali punici dulcis. Efficax hẽt᷑ & caprino lacte collui dentes uel felle taurino. Taloꝝ capræ recentiũ cinis dentifricio placet. Et oĩũ fere uillaticaꝝ q̃drupedũ: ne sæpius eadẽ dicãt᷑. Cutẽ ĩ facie erugari & tenerescere: & cãdorem custodiri lacte asinino putãt. Notumq; est: quasdã quotidie. dcc. custodito numero fouere. Poppeaq; hoc uxor Nerõis prĩcipis ĩstituit. Balneaꝝ quoq; sic solio tempato: asinoꝝ gregibus ob hoc eã comitantibus. Impetus pituitæ ĩ facie butyro illito tollũt᷑. Efficacius cũ cærusa. Sĩcero uero ea uitia quæ serpũt: ĩsup ĩposita farina hordeacea. Vlcera ĩ facie mẽbrana e ptu bouis madida. Friuolũ licet uideat᷑ nõ tamen omittendũ ꝓpter desideria mulieꝝ. Talũ cãdidi iuuenci . xl. diebus noctibusq; donec resoluat᷑ ĩ liquorẽ decoctũ & illitũ lĩteolo candorẽ cutisq; erugationem præstare. Fimo taurino malas rubescere aiũt: nõ ut crocodileã illini melius. sed foueri frigida & ãte & postea iubent. Aestates & quæ discolorem faciũt cutem fimũ uituli cũ oleo & gũmi manu subactũ emendat. Vlcera oris & rimas seuũ uituli

uel bouis cū adipe āseris:& ocimi succo. Est & alia mixtā seuo uituli cū medulla cer-
ui & albæ spinæ foliis una tritis. Idē præstat & medulla cū resina.uel si uaccina sit.
Iusq; e carne uaccīa. Lichenas oris præstātissīe uīcit glutinū factū e genitalibus uitu-
loꝝ liq̄tū aceto cū sulphure uiuo ramo ficulneo ꝑmixtum:ita ut bis die recēs illinat̄.
Itē lepras ex melle & aceto decoctū:q̄s & iecur hirci calidū illitū tollit:sicut elephāti-
asin fel caprinū. Etiānum lepras ac furfures tauri fel addito nigro. Vrina asini circa
cāis ortum:maculas ī facie. Fel utriusq; ꝑ sese aq̄ infractū:euitatisq; solibus ac uētis
post detractā cutē. Similis effectus & in taurino seuo uitulinoue felle cū seīe cunilæ
ac cinere e cornu ceruino:si canicula exoriēte cōburat̄. Asinino seuo cicatricibus ac li-
cheni leprisq; maxīe color reddit̄. Hirci fel lētigīes tollit:admixto caseo & uiuo sul-
phure spōgiæq; cinere:ut mellis sit crassitudo. Aliq īueterato felle uti maluere:mix-
tis calidis furfuribus pōdere oboli unius:q̄ttuorq; mellis prius defricatis maculis.Ef-
ficax eiusdē & seuū cū melāthio & sulphure & iride. Laboꝝ fissuris cū adipe anserio
ac medulla ceruina resinaq; & calce. Inuēio apud auctores iis q lentiginē hēāt negari
magicæ sacrificioꝝ usū. Lacte bubulo aut caprino tōsillæ & arteriæ exulceratæ leuāt̄.
Gargarissat̄ tepidū ut ē expressū aut calefactū. Caprinū utilius cū malua decoctū &
sale exiguo. Līguæ exulceratiōi & arteriaꝝ ꝓdē:ius si omasi gargarissat̄. Tōsillis aūt
priuatī renes uulpiū aridi cū melle triti illitiq;. Anginæ fel taurinū uel caprinū cum
melle. Iecur melis ex aq̄ oris grauitatē. Vlceraq; butyꝝ citissīe sanat. Spinā aliudue
qd faucibus adhærēs felis extrīsecus fīo ꝑfricatis aut reddi aut delabi tradūt. Strūas
discutit fel aprinū uel bubulū tepidū illitū. Nā coagulū leporis e uino ī līteolo exul-
ceratis dūtaxat īponit̄. Discutit & ūgulæ asini uel eq cinis ex oleo aq̄ illitus & urina
calefacta. Et bouis ūgulæ cinis ex aq̄. Fimū quoq; feruēs ex aceto decoctū:testesque
uulpini. Prodē & sapo galloꝝ hoc īuentū:rutilādis capillis ex seuo et cinere. Optīus
fagino et caprino duobus mōis spissus ac liq̄dus. Vterq; apud germāos maiore ī usu
uiris q̄ fœīs. Ceruicū dolores butyro aut adipe ursino ꝑfricāt̄. Rigores bubulo seuo:
quod & strūis ꝓdē cū oleo. Dolorē īflexibilē opisthotonō uocāt:leuat urīa capræ au-
ribus īfusa:aut fimū cū bulbis illitū. Vngues cōtusos fel uniuscuiusq; aīalis circūliga-
tū. Pterygia digitoꝝ fel taurinū aridū aq̄ calida dissolutū. Quidā adiiciūt sulphur et
alumē:pari pōdere oīū. Tussī iecur lupi ex uino tepido sanat. Vrsinūq; fel admixto
melle. Aut ex cornu bubuli sūmis ꝑtibus cinis. Vel saliua eq:triduo potu eā mori tra-
dūt. Pulmo ceruinus cū gula sua arefactus ī fumo:deī tusus:ex melle quotidiāo elig-
mate. Efficacior est ad id subulo seruoꝝ gn̄is. Sāguinē expuētes ceruini cornus cinis.
Coagulū leporis tertia ꝑte denarii cū terra samia et uino myrteo potū sanat. Eiusdē
fimi cinis ī uino uespi potus:noct̄nas tussis. Pili quoq; leporis suffiti extrahunt pul-
mōibus difficiles excreatiōes. Purulētas aūt exulceratiōes pectoris pulmōisq; et a pul-
mōe graueolētiā halitus butyꝝ efficacissīe iuuat cum pari mō mellis attici decoctum
donec ruffescat.et matutinis sūptum ad mēsurā līguæ. Quidā ꝓ melle laricis resinā
addere maluerunt. Si sāguis reiiciat̄:efficacē tradunt bubulum sāguinē modice et cū
aceto sūptum. Nā de taurino credere temerariū est. Sed glutinum taurinum tribus
obolis cum calida aq̄ bibit̄ ī uetere sāguinis excreatiōe. Stomachum exulceratū lactis
asinini potus reficit. Item bubuli. Rosiones eius caro bubula admixto aceto et uino
cocta. Rheumatismos cornus ceruini cinis. Sanguinis excreationes hædinus sanguis
recens ad cyathos ternos:cum aceto acri pari modo feruens potus. Coagulū tertia ꝑte
ex aceto potum. Iocineris dolores lupi iecur aridum ex mulso. Asininum iecur aridū
cum petroselini ꝑtibus duabus ac nucibus tribus ac melle tritum et in cibo sumptū.
Sanguis hircinus cibo aptatus. Suspiriosis ante omnia efficax est potus eq̄ferorum
sanguis. Proxime lactis asini tepidi cum bulbis decocti: ita ut serum ex eo bibatur:
addito in tres heminas cyatho nasturcii albi perfusi aqua:deinde melle diluti. Iecur
quoq; uulpinum aut pulmo ī uino nigro aut fel ursinū ī aqua laxat meatus spirādi.

Lumborum dolores et quæcunq; alia mollire opus sit: ursino adipe pfricari cõuenit.
Cinerem aprini aut suilli fimi inueterati aspergi potione uini. Afferunt et magi sua
commenta. Primum omniũ rabiem hircorum si mulceatur barba mitigari. Eadem
præcisa non abire eos in alienum gregem. Huic admiscẽt fimum caprinum. & subdi-
to linteolo ũcto caua manu quantum pati possit feruens: sustineri iubent: ita ut si le-
ua pars doleat. Hæc medicina ĩ dextera manu fiat: aut econtrario. Fimum quoq; ad
eum usum acus æreæ punctis tolli iubent. Modus curationis est donec uapor ad lũ-
bos sentiatur puenire. Postea uero manum porro tuso illinunt. Item lumbos ipso fi-
mo cum melle. Suadẽtq; in eodem dolore et testes leporis deuorare. Ischiadicis fimũ
bubulum imponunt calfactum in foliis cinere feruenti. In renum dolore leporis re-
nes crudos deuorari iubent: aut certe coctos ita ne dente cõtingantur. Ventris qdem
dolore tentari negant talum leporis habentes. Lyenem sedat fel apri uel suis potum
uel ceruini cornus cinis in aceto. Efficacissime tamen inueteratus lyen asini: ita ut in
triduo sentiatur utilitas. Asinini pulli fimum quod primum edidit: polean uocant:
syri dant in aceto mulso. Datur et equi lingua inueterata ex uino præsentaneo medi-
camento: ut didicisse se ex barbaris Cecilius & Bion tradidit. Et lyen bubulus simili mõ.
Recẽs autem assus uel elixus in cibo. In uesica quoq; bouis allii capita. xx. tusa cum
aceti sextario imponũtur ad lyenis dolorem. Eadem ex causa emi lyenem uituli q̃nti
indicatus sit: iubent magi nulla precii contatione: quoniam hoc quoq; religiose perti-
neat. Diuisumq; p longitudinem annecti tunicæ utrinq; & induentem pati recidere
ad pedes. Dein collectum in umbra arefacere. Cũ hoc fiat simul residere lyenem ægri
uitiatum: liberariq; cum morbo dicitur. Prodest et pulmo uulpiũ cinere siccatus atq;
in aqua potus. Item hædorum lyen impositus. Aluum sistit ceruinus sanguis. Item
cornus cinis. Iecur aprinum ex uino potum citra salem: recensq;. Item assũ: uel suillũ
uel hircinum decoctum in uini hemina. Coagulũ leporis in uino ciceris magnitudine:
Aut si febris sit ex aqua. Aliqui et gallam adiiciunt. Alii per se leporis sanguine cõten-
ti sunt lacte cocto. Equini fimi cinis ĩ aqua potus. Taurini cornus ueteris e pte iam
cinis ĩspersus potioni aquæ. Sanguis hircinus in carbone decoctus. Corium caprinũ
cum suo pilo decoctum succo epoto. Coagulũ equi et sanguis caprinus uel medulla
uel iecur aluum soluit. Fel lupi cũ elaterio umbilico illigatũ: uel lactis equini potus.
Item caprini cum sale et melle. Capræ fel cum cyclamini succo et aluminis modico.
Aliqui et nitrum et aquam adiecisse malunt. Fel tauri cum absinthio tritum ac sub-
ditum pastillo. Butyrum largius sumptum cæliacis et dysentericis medetᷣ. Iecur uacci-
num. Cornus ceruini cinis tribus digitis captus in potione aquæ. Coagulum leporis
subactum in pane. Si uero sanguinem detrahunt in polenta. Aprini uel suilli uel le-
porini fimi cinis inspersus potioni tepidi uini. Vituli quoq; ius uulgariter datũ inter
auxilia cæliacorum & dysentericorum traduntur. Lactis asinini potus utilior addito
melle. Nec minus efficax fimi cinis ex uino utriq; uitio. Item polea supradicta. Equi
coagulũ: quod aliqui hippacen uocant: etiam si sanguinem detrahant: uel fimi cinis.
dentiumq; eiusdem tusorum farina salutaris dicitur. Et bubuli lactis decocti potus.
Dysentericis addi mellis exiguum præcipiunt. Et si tormina sint: cornus ceruini cine-
rem: aut fel taurinum cymino mixtum. Et cucurbitæ carnes umbilico imponere. Ca-
seus recens uaccinus immittitur ad utrũq; uitium. Item butyrum heminis quattuor
cum resinæ terebinthinæ sextante: aut cũ malua decocta: aut rosaceo. Datur & seuũ
uitulinum aut bubulum. Item medullæ excoquuntur cum farina et cæra exiguoq;
oleo: ut sorberi possit. Medulla et in pane subigitur. Lac caprinum ad dimidias ptes
decoctũ. Si sint et tormina: additur protropũ. Torminibus satis esse remedii ĩ leporis
coagulo poto e uino tepido uel semel arbitrantur aliqui. Cautiores et sanguine capri-
no cum farina hordeacea et resina uentrem illinunt. Ad omnes epiphoras uentris
illini caseum mollem suadent. Veterem autem ĩ farina tritum cæliacis & dysẽtericis

dari: cyatho casei in uini cyathis tribus. Sanguis caprinus decoctus cum medulla dysentericis. Iecur assum capræ cæliacis subuenit: magisq; etiam hirci cũ uino austero decoctum: potũq; uel ex oleo myrteo umbilico impositum. Quidã uero decoquũt a tribus sextariis aquæ ad heminam addita ruta. Vtuntur et lyene asso capræ hirciue et seuo hirci in pane qui cinere coctus sit: capræ a renibus maxime ut ꝑ se hauriatur: protinusq; modice frigidam sorberi iubent. Aliqui et in aqua decoctum seuum am/mixta polenta et cymino et aneto acetoq;. Illinunt et uentrem cæliacis fimo cũ melle decocto. Vtuntur ad utrumq; uitium et coagulo hædi in uino myrteo magnitudine fabæ poto: et sanguine eiusdem in cibum formato: quem sanguiculum uocant. In/fundunt dysentericis et glutinum taurinum aqua calida resolutũ. Inflationes autẽ discutit uitulinum fimum in uino decoctum. Intestinorũ uitiis magnopere ꝓdest coagulum ceruorum decoctum cum lente betaq;: atq; ita in cibo sumptum. Leporis pilorum cinis cum melle decoctus. Lactis caprini potus decoctus cum malua exiguo sale addito. Et si coagulum addatur maioribus emolumentis fiet. Eademq; uis est et in seuo caprino et in sorbitione aliqua uti protinus hauriatur frigida aqua. Item fœ/minum hedi cinis rupta intestina sarcire mire traditur. Fimum leporis cũ melle de/coctũ et quotidie fabæ magnitudine sumptum ita ut deploratos sanauerint. Laudãt et caprini capitis cum suis pilis decocti succum. Tenasmos id est crebra et inanis uo/luntas egerendi tollitur poto lacte asinino: itẽ bubulo. Tinearũ genera pellit ceruini cornus cinis potus. Quæ in excrementis lupi diximus inueniri ossa si terram non at/tigerint: colo medẽtur adalligata brachio. Polea quoq; supradicta magnopere ꝓdest in sapa decocta. Item suilli fimi farina addito cymino in aqua rutæ decoctæ. Cornus ceruini teneri cinis cochleis africanis cum testis suis tusis mixtus in uini potione. Ve/sicæ calculorumq; cruciatibus auxiliatur urina apri: et ipsa uesica pro cibo sumpta. Efficacius si prius fumo maceratur utrunq;. Vesicã elixam mandi oportet et a mu/liere fœminæ suis. Inueniuntur et in iocineribus eorum lapilli haud duricie lapillis similes candidi sicuti in uulgari sue: quibus contritis atq; potis in uino: pelli calculos aiunt. Ipsi apro tam grauis sua urina est: ut nisi egesta fugæ non sufficiat: ac uelut deuinctus opprimatur. Exuri illa tradunt eos. Leporis renes inueterati in uino poti calculos pellunt. In perna suum articulos esse diximus: quoꝝ decoctum ius facit uri/næ utilius. Asinini renes inueterati: tritiq; et in uino mero dati uesicæ medentur. Cal/culos expellunt lyenes equini ex uino aut mulso poti diebus. xl. Prodest et ungulæ equæ cinis in uino aut aqua. Item fimum caprarum in mulso: efficacius siluestrium. Pili quoq; caprini cinis. Verendorum carbunculis cerebrum apri uel suis sanguisq;. Vitia uero: quæ in eadem parte serpunt: iecur eorum combustum maxime iuniperi ligno cum charta armeniaca sanat. Fimi cinis fel bubulum cum alumine ægyptio ac muria ad crassitudinem mellis subactum. insuper beta ex uino cocta imposita. caro quoq;. Manantia uero ulcera seuum cum medulla uituli in uino decoctum: uel ca/prinum cum melle rubiq; succo. Vel si serpant: fimum etiam prodesse cum melle dicunt: aut cum aceto: et per se butyrum. Testium tumor cũ seuo uituli addito nitro cohibet. Vel fimo eiusdem ex aceto decocto. Vrinæ incontinentiam cohibet uesica aprina si assa mandatur. Vngularum apri uel suis cinis potioni inspersus. Vesica fœ/minæ suis combusta ac pota. Item hædi. Vel pulmo. Cerebrũ leporis ĩ uino. Eiusdẽ testiculi tosti uel coagulum cum anserino adipe in polenta. Renes asinini in mero triti potiq;. Magi uerrini genitalis cinere poto ex uino dulci demonstrant urinam fa/cere in canis cubiculo: ac uerba adiicere: ne ipse urinã faciat: ut canis in suo cubiculo. Rursus ciet urinam uesica suis: si terram non attigerit: imposita pubi. Sedis uitiis præclare ꝓdest fel ursinum cum adipe. Quidam adiiciunt spumam argenti ac thus. Prodest et butyrum cum adipe anserino ac rosaceo. Modũ ipsæ res statuunt: ut sint illitu faciles. Præclare medetur et taurinum fel in linteolis conceptis. Rimasq; ꝑducit

ad cicatricem. Inflationibus in ea pte seuũ uituli maxime ab inguinibus cum ruta. Cæteris uitiis medetur sanguis caprinus cum polenta. Item fel caprinum condylomatis per se. Item fel lupinum ex uino. Panos & apostemata in quacunque pte sanguis ursinus discutit. Itẽ taurinus aridus tritus. Præcipuum tamen remedium traditẽ in calculo onagri: quem dicunt cum interficiatur: reddere urina liquidiorem in initio: sed in terra spissantem se. Hic adalligatus fœmini omnes impetus discutit: omniq; suppuratione liberat. Est autem rarus inuentu: nec ex omni onagro: sed celebri remedio. Prodest et urina asini cum melanthio. Et ungulæ equinæ cinis cum oleo et aqua illitus. Sanguis equi præcipue admissarii. Et sanguis bubulus. Item fel. Caro quoq; eosdem effectus habet calida imposita. Et ungulæ cinis ex aqua aut melle. Vrina caprarum. Hircorumq; carnes in aqua decoctæ. Aut fimum ex iis cum melle decoctum. Fel ursinũ siue uerrinũ. Vrina suum ĩ lana imposita. Fœmina atteri aduriq; equitatu notum est. Vtilissimum est ad omnes inde causas spumã equi ex ore inguinibusq; illinire. Inguina et exulcerum causa intumescunt. Remedio sunt equi setæ tres totidẽ nodis et cestros herba adalligatæ intra ulcus. Podagris medetur ursinus adeps: taurinumq; seuum pari pondere & ceræ. Addunt quidam hippocistidem & gallam. Alii hircinum præferunt seuum cum fimo capræ et croco et sinapi cum caulibus ederæ tritis ac appendicio uel flore cucumeris siluestris. Item bouis fimum cum aceti fæce. Magnificant & uituli qui nondum herbam gustauerit fimum. Aut per se sanguinem tauri. Vulpem decoctam uiuam donec ossa tantum restent. Lupumue uiuum oleo cæroti modo incoctum. Seuum hircinum cum helsines parte æqua: sinapis tertia. Fimi caprini cinerem cum axungia. Quin et ischiadicos uri sub pollicibus pedum eo fimo feruente utilissime tradunt. Articulorumq; uitiis fel ursinum utilissimum esse et leporis pedes adalligatos. Podagras quidam mitigari pede leporis uiuentis absciso si quis secum assidue habeat. Perniones ursinus adeps: rimasq; pedum omnes arcet. Efficacius alumine addito. Seuum caprinum. Dentium equi farina. Aprinũ uel suillũ fel. Cum adipe pulmo impositus. Et si subtriti sint contusiue: offensione. Si uero adusti frigore: leporini pili cinis. Eiusdem pulmo contusis dissectus: aut pulmonis cinis. Sole adusta seuo asinino aptissime curantur. Item bubulo cum rosaceo. Clauos et rimas calliq; uitia fimum apri uel suis recens illitum ac tertio die solutum sanat. Talorum cinis pulmo aprinus: aut suillus: aut ceruinus. Attritus calciamentorũ urina asini cum luto suo illita. Clauos seuum bubulum cum thuris polline. Perniones uero corium combustum. Melius si ex uetere calciamento. Iniurias a calciatu ex oleo corii caprini cinis. Varicum dolores sedat fimi uitulini cinis cum lilii bulbis decoctis addito melle modico. Itemq; omnia inflãmata ac suppurationes minantia. Eadẽ res et podagricis prodest et articularis morbis e maribus præcipue uitulis. Articulorum attritis fel aprorum uel suum linteo calefacto impositum. Vituliq; qui nundũ herbã gustauerit fimum. Item caprinum cum melle et aceto decoctum. Vngues scabros seuum uituli emendat. Item caprinum admixta sandaraca. Verrucas uero aufert uitulini fimi cinis ex aceto. Asini urinæ lutum. Comitiali morbo testes ursinos edisse prodest: uel aprinos bibisse ex lacte equino aut ex aqua. Item aprinam urinam ex aceto mulso. Efficacius quæ inaruerit in uesica sua. Dantur et suum testiculi inueterati tritiq; in suis lacte præcedente uini abstinentia et sequente continuis diebus. Dantur et leporis sale custoditi pulmones cum thuris tertia parte in uino albo per dies. xxx. Itẽ coagula. Eiusdem asini cerebrum ex aqua mulsa infumatum prius in foliis semũcia per dies. Vel ungularũ eius cinis coclearibus binis toto mense potus. Item testes sale asseruati et aspersi potioni in asinarum maxime lacte uel ex aqua. Membrana ptus earum præcipue si marem peperint: olfacta accedente morbo comitialium resistit. Sunt qui e mare nigroq; cor edendum cum pane sub diuo prima aut secunda luna præcipiant. Alii carnem: aliqui sanguinem aceto dilutum per dies. xl. bibendum.

Quidam urinam equi aquæ ferrariæ ex officinis miscent. Eadem potione et lymphaticis medentur. Comitialibus datur et lactis equini potus lichenæq; ĩ aceto mulso bibendum. Dantur et carnes caprinæ in rogo hominis tostæ ut uolunt magi. Seuum earum cum felle taurino pari pondere decoctum: et in follitudo fellis recõditum: ita ne terram attingat. Potum uero sublime ex aqua. Morbum ipsum deprehendit caprini cornus uel ceruini usti nidor. Sideratis urina pulli asinini nardo admixto per coniunctionem prodesse dicitur. Regio morbo cornus ceruini cinis. Sanguis asinini pulli ex uino. Item fimum asinini pulli: quod primum edidit a partu: datum fabæ magnitudine e uino medetur intra diem tertiũ. Eadẽ et ex equino pullo similiterq; uis est. Fractis ossibus præsentaneus maxillarum apri cinis uel suis. Item lardũ elixũ atq; circũligatum mira celeritate solidat. Costis quidem fractis laudatur unice caprinum fimum ex uino uetere. aperit: extrahit: persanat. Febres arcet ceruorum caro ut diximus. Eas quidem quæ certo dierum numero redeunt oculus lupi dexter salsus adalligatusq; si credimus magis. Est genus febrium quod ephemerinum uocãt. Hoc liberari tradunt: siquis e uena auris asini tres guttas sanguinis in duabus heminis aquæ hauserit. Quartanis magi excremẽta felis cum digito bubonis adalligari iubẽt. et ne recedant: non remoueri septeno circuitu. Quis hoc quæso inuenire potuit? Quæ est ista mixtura? Cur digitus bubonis potissimum electus est? Modestiores iecur felis decrescente luna occisæ inueteratum sale ex uino bibendum ante accessiones quartanæ dixere. Idem magi fimi bubuli cinere consperso puerorum urina illinunt digitos pedum: manibusq; leporis cor adalligant. Coagulum ante accessionem propinant. Datur et caseus caprinus recens cum melle diligenter sero expresso. Melancholicis fimum uituli ĩ uino decoctũ remedio est. Lethargicos excitat asini lyen naribus illitus ex aceto. Caprini cornus nidor: aut pilorum: iecur aprinum. Itaq; et ueternosis datur. Phthisicis medentur iecur lupi ex uino. Macræ suis fœminæ herbis pastæ lardum. Carnes asininæ ex iure sumptæ. Hoc genere maxime ĩ achaia curãt id malũ. Fimi quoq; aridi: sed pabulo uiridi pasto boue fumum arundine haustum prodesse tradunt. Bubuli quoq; cornus mucronem exustum duorũ cocleariũ mensura addito melle pilulis deuoratis. Capræ seuo ĩ pulte halicacia et phthisin et tussim sanari. Vel recenti cum mulso liquefacto: ita ut uncia in cyathũ addatur: rutæq; ramo permisceatur: nõ pauci tradũt. Lupi & capræ seui cyatho uel lactis pari mensura deploratũ phthisicum conualuisse: certus auctor affirmat. Sunt et qui suum fimi cinerem profuisse scripserint in passo. Et cerui pulmonem maxime subulonis siccatum in fumo: tritumq; in uino. Hydropicis auxiliatur urina uesicæ apri paulatim data in potus. Efficacius quæ inaruerit cũ uesica sua. Fimi taurini maxime subulonis: sed et bubuli: de armentinis loquor. Quidã bolbiton uocant. Cinis cocleariorũ trium in mulsi hemina bouis fœminæ in mulieribus: et ex altero sexu in uiris: quod ueluti mysterium occultarunt magi. Fimum uituli masculi illitum. Fimi uitulini cinis cum semine staphylini æqua portione ex uino. Sanguis caprinus cum medulla. Efficaciorem putãt hircorum: utiq; si lentisco pascantur. Igni sacro ursinus adeps illinitur: maxime qui est ad renes. Vitulinum fimum recens: uel bubulũ. Caseus caprinus siccus cũ porro. Ramenta pellis ceruinæ desecta pumice ex aceto trita. Ruborem cum prurigene equi spuma aut ungulæ cinis. Eruptionibus pituitæ: asinini fimi cinis cum butyro. Papulis nigris caseus caprinus siccus ex melle et aceto in balneis oleo remoto. Pustulis suilli fimi cinis aqua illitus: uel cornus ceruini cinis. Luxatis recens fimum aprinum uel suillum. Item uitulinum. Verris spuma recens cum aceto. Fimum caprinum cum melle. Bubula caro imposita tumorem sanat. Fimum suillum in testa calefactũ tritumq; cum oleo: duricias corporum omnes tollit optime. Adeps e lupis illitus in iis quæ rumpere opus est: plurimum proficit. Fimum bubulum in cinere calefactum: aut caprinum in uino uel aceto decoctum. In furunculis seuum bubulum

cum sale. Aut si dolor est: intinctum oleo liquefactum sine sale. Similiq; mō caprinū in ambustis. Prodest ursinus adeps cum lilii radicibus. Aprinum aut suillum fimum inueteratum. Setarum ex iis e penicillis tectoriis cinis cum adipe tritus. Tali bubuli cinis cū cæra et medulla ceruina. Fel tauri. Fimū leporis. Sed caprarum fimum sine cicatrice sanare dicitur. Glutinum præstantissimum fit ex auribus taurorum & ge-nitalibus. Næc quicq̄ efficacius prodest ambustis. Sed adulteratur nihil æque q̄bus-uis pellibus inueteratis calciamentisq; etiam decoctis. Rhodiacum uero fidelissimū. Eoq; pictores et medici utūtur. Id quoq; quo cādidius: eo probatius. Nigrū et ligno-sum damnatur. Neruorum doloribus fimum caprinum decoctum in aceto cum melle utilissimum putant: uel putrescente neruo. Spasmata et percussu uitiata fimo aprino curant uere collecto et arefacto. Sic et quadrigis agendis tractos: rotaue uul-neratos. Et quoquo modo sanguine cōtuso: uel si recens illinatur. Sūt qui id coxisse aceto utilius putent. Quin et in potu farinam eam ruptis conuulneratisq; et euersis ex aceto salutarem promittunt. Reuerentiores cinerem eius ex aqua bibunt. Ferūtq; et Neronem principem hac potione recreari solitum: cū sic quoq; se trigario appro-bare uellet. Proximam suillo fimo uim putant. Sanguinem sistit coagulum ceruinū ex aceto. Item leporis: Huius quidem et pilorum cinis. Item ex fimo asinino cinis. Et pilorum quidē cinis illitus. Efficacior uis e maribus aceto admixto. Et ī lana ad omne profluuium imposito. Similiter ex equino capite: et fœminæ. Aut fimi uitulorū cinis illitus ex aceto. Item caprini cornus uel fimi ex aceto. Hircini uero iocineris dissecti sa nies efficacior. Et cinis utriusq; ex uino potus: uel naribus ex aceto illitus. Hircini quoq; utris uinarii dumtaxat cinis cum pari pōdere resinæ. Quo genere sistit̄ sāguis: et uulnus glutinatur. Hædinum quoq; coagulum ex aceto: et fœminum eius com-bustorum cinis similiter pollere traduntur. Vlcera sanat in tibiis cruribusq; adeps ur-sinus admixta rubrica. Quæ uero serpunt: fel aprinum cum resina et cærusa. Maxil-larum apri uel suum cinis. Fimum suum illitum siccum. Item caprinum ex aceto subferuefactum. Cætera purgantur et explentur butyro. Cornus ceruini cinere. Vel medulla cerui. Felle taurino cū cyprino oleo. Aut fimo aprino. Aut hircino. Fimum recens suum. Vel inueterati farina illinit̄ uulneribus ferro factis. Phagedenis et fistu-lis immittitur fel tauri cum succo porri aut lacte mulierum. Vel sanguis aridus cum cotyledone herba. Carcinomata curat coagulum leporis cum pari pondere capparis aspersum uino. Grangrenas ursinum fel penna illitum. Asini ungularū cinis ea quæ serpunt ulcera inspersus. Sanguis equi adrodit carnes stiptica ui. Item fimi equini ī-ueterati fauilla. Ea uero quæ phagedenas uocant in ulcerum genere corii bubuli cinis cum melle. Caro uituli recentia uulnera non patitur intumescere. Fimum bubulum cum melle. Fœminum uituli cinis sordida ulcera: & quæ cacoethe uocant e lacte mu-lieris sanat. Recentes uero plagas ferro illatas glutinum taurinum liquefactū tertio die solutū. Caseus caprinus siccus ex aceto ac melle purgat ulcera. Quæ uero serpūt cohibet seuum cum cæra. Item addita pice ac sulphure percurat. Similiter proficit ad cacoethe hædi fœminini cinis e lacte mulieris. Et aduersus carbunculos suis fœminæ cerebrum tostum illitumq;. Scabiem hominis asininæ medullæ maxime abolēt. Vri-næ eiusdem cum suo luto illitæ. Butyrum etiam quod in iumentis proficit cū resina calida. Glutinum taurinum in aceto liquefactum addita calce. Fel caprinum cum aluminis cinere. Boas fimum bubulum: unde et nomē traxere. Canum scabies sanat bubulo sanguine recenti. Iterumq; cum inarescat illito: et postero die abluto cinere lixiuio. Spinæ et similia corpori extrahuntur felis excrementis. Item capræ ex uino. Coagulo quocunq;: sed maxime leporis cum thuris polline et oleo: aut cū musci pari pondere: aut cum propoli. Cicatrices nigras seuum asininum reducit ad colorem. Fel uituli extenuat calefactum. Medici adiiciūt myrrhā & mel et crocum. æreaq; pyxide condunt. Aliqui & florem æris miscent. Mulierum purgationes adiuuat fel taurinū

lana ſuccida appoſitum. Olympias thebana addidit hyſopum et nitrum. Cornus cer-
uini cinis potus. Item uuluæ laboranti. Illitumquoq; et fel taurinum cũ opio appo-
ſitum obolis binis. Vuluas et pilo ceruino ſuffiri prodeſt. Tradunt ceruas: cũ ſenſerĩt
ſe grauidas: lapillum deuorare: quem in excrementis repertum aut in uulua (nam et
ibi inuenitur) cuſtodire partus adalligatum. Inueniuntur et oſſicula in corde et uulua
perquamutilia grauidis parturientibuſq;. Nam de punice qui in uaccarum utero ſi-
mili modo reperitur: diximus in natura boum. Lupi adeps illitus uuluas mollit. Do-
lores earum iecur. Carneſq; lupi ediſſe parituris prodeſt. Aut ſi incipientibus ꝑturire
ſit iuxta qui ederit. Adeo ut etiam contra illita noxia ualeat. Eundem uero ſupuenire
pernitioſum eſt. Magnus & leporis uſus mulieribus. Vuluas adiuuat pulmo aridus
potus. Profluuia iecur cum ſamia terra ex aqua potum. Secundas coagulum. Cauẽť
pridiana balnea. Illitum quoq; cum croco & porri ſucco: uellere appoſitum abortus
mortuos expellit. Si uuluæ leporum in cibis ſumantur: mares concipi putant. Hoc et
teſticulis eorum et coagulo profici. Conceptum leporis utero exemptum iis: quæ pa-
rere deſierint: reſtibilem fœcunditatem afferre. Sed et pro conceptu leporis ſaniem et
uiro magi propinant. Item uirgini nouem grana fimi ut ſtent ꝑpetuo mammæ. Coa-
gulo quoq;. Ob id cum melle linunt ſanguinem ubi euulſos pilos renaſci nolũt. In-
flationi uuluæ fimũ aprinũ ſuillumue cum oleo illini prodeſt. Efficacius ſiſtit farina
aridi ut aſpergatur potioni: uel ſi grauidæ aut puerperæ torqueantur. Lacte ſuis poto
cum mulſo adiuuantur partus mulierum. Per ſe uero potum deficientia ubera puer-
perarum replet. Eadem circumlita ſanguine fœminæ ſuis minus creſcunt. Si dolent
lactis aſinini potu mulcentur. Quod addito melle ſumptum et purgationes earꝫ ad-
iuuat. Sanat et uuluarum exulcerationes eiuſdem animalis ſeuum inueteratum: et ĩ
uellere appoſitum duriciam uuluarum emollit. Per ſe uero recens uel inueteratũ ex
aqua illitum pſilothri uim optinet. Eiuſdem animalis lyen inueteratus ex aqua illitus
mammis abundantiam facit. Vuluas ſuffitu corrigit. Vngulæ aſininæ ſuffitæ ꝑtum
maturant: ut uel abortus euocetur. nec aliter adhibetur: quoniam uiuentem partum
necat. Eiuſdem animalis fimum ſi recens imponatur: profluuia ſãguinis mire ſedare
dicitur. Nec non et cinis eiuſdem fimi: qui et uuluæ prodeſt impoſitus. Equi ſpuma
illita per dies .xl. priuſq̃ naſcantur primum pili reſtinguuntur. Item cornus ceruini
decocto. Melius ſi recentia ſint cornua. Lacte equino iuuantur uuluæ collutæ. Quod
ſi mortuus partus ſentiatur: lyen ex aqua dulci potus eiicit. Item ungulæ ſuffitu aut
fimum aridum. Vuluas procidentes butyrum infuſum ſiſtit. Induratam uuluã ꝑit
fel bubulum roſaceo admixto: foris uellere cum reſina terebinthina impoſito. Aiunt
et ſuffitu fimi e mare boue procidentes uuluas reprimi: partus adiuuari. Conceptus
uero uaccini lactis potu. Sterilitatem ob partus uexationem fieri certum eſt. Hanc
emẽdari Olympias thebana affirmat felle taurino et adipe ſerpẽtium et erugine ad-
dito melle medicatis locis ante coitus. Vitulinum quoq; fel ſi ĩ purgationibus fuerit
ſub coitu aſperſum uuluæ etiã duriciã uẽtris emollit: et profluuiũ minuit umbilico
perunctо. atq; in totum uuluæ ꝓdeſt. Modũ ſtatuunt fellis pondere denarii ad apii
tertiam ammixto amygdalino oleo: quantum eſſe ſatis appareat. hoc in uellere im-
ponunt. Maſculi fel uituli cum mellis dimidio tritum ſeruatur ad uuluas. Carnem
uituli ſi cum ariſtolochia inaſſatam edant circa conceptũ: mares parituras ꝓmittũt.
Medulla uituli in uino et ex aqua decocta cum ſeuo exulcerationibus uuluarum im-
poſita prodeſt. Item adeps uulpium: excrementumq; felium cum reſina et roſaceo
impoſitum. Caprino cornu ſuffiri uuluam utiliſſimum putant. Silueſtriũ caprarum
ſãguis cum palma marina pilos detrahit. Cæterarũ uero fel callum uuluarũ emollit
inſperſum: et a purgatione conceptus facit. Sic quoq; pſilothri uis efficiť euulſis pilis
triduo ſeruať illitum. Profluuium q̃uis immenſum urina capræ pota ſiſti obſtetrices
promittunt. et ſi fimum illinatur. Membrana caprarum ĩ aqua partu edito ĩueterata

potuq; sumpta in uino: secundas pellit. Hædorum pilis suffiri uuluas utile putant. Et i pfluuio sãguinis coagulum bibi aut hyoscyami semine imponi. E boue siluestri nigro si sãguine ricini lumbi perũgantur: mulieri tedium ueneris fieri dicit Eschines. Idem amoris pota hirci urina ammixto propter fastidium nardo. Infantibus nihil butyro utilius per se et cum melle: priuatim & in dentitione: & ad gingiuas: & ad oris ulcera. Dens lupi adalligatus infantium pauores prohibet: dentiẽtiq; morbos. Quod et pellis lupina præstat. Dentes quidem eorum maximi equis quoq; adalligati infatigabilem cursum præstare dicunt. Leporum coagulo illito ubere sistitur infantium aluus. Iecur asini ammixta modice panace instillatum in os a comitialibus morbis et aliis infantes tuetur. Hoc. xl. diebus fieri præcipiunt. Et pellis asinina iniecta impauidos infantes facit. Dentes: qui equis primum cadũt: facilem dentitionem præstãt infantibus adalligati. Efficacius si terram non attigere. Lyen bubulus i melle editur. Et illinitur ad lyenis dolores. Ad ulcera manantia cũ melle. Lyen uituli i uino decoctus tritusq; et illitus ulcuscula oris. Cerebrum capræ magi per annulum aureum traiectũ prius q̃ lac detur ĩfantibus: instillatur contra comitiales: cæterosq; infãtium morbos. Caprinum fimum inquietos infantes adalligatum panno cohibet: maxime puellas. Lacte caprino uel cerebro leporum perunctæ gingiuæ faciles dẽtitiones faciũt. Somnos fieri lepore sumpto in cibis Cato arbitratur. Vulgus et gratiam corpori in nouẽ dies friuolo quidẽ loco. Cui tamẽ aliq̃ debeat subesse causa ĩ tãta persuasione. Magi felle capræ sacrificatæ dũtaxat illito oculis uel sub puluino posito somnũ allici dicũt. Sudores inhibet cornus caprini cinis e myrteo oleo perunctis. Coitus autẽ stimulat fel aprinum illitum. Item medullæ suum haustæ. Seuum asininum anseris masculi adipe permixto illitũ. Item a coitu equi Virgilio quoq; descriptum uirus et testiculi equini aridi ut potioni inseri possint: dexterue asini testis in uino potus pportione: uel adalligatus brachiali. Eiusdem a coitu spuma collecta roseo panno et ĩclusa argẽto ut Eschines tradit. Salpe genitale in oleum feruens mergi iubet septies: eoq; pungi pertinentes partes. Bialcon cinerem ex eodem bibi uel tauri a coitu urinã: lutoq; ipso illini pubem. At e diuerso muris fimo illito cohibetur uirorum uenus. Ebrietatẽ arcet pulmo apri aut suis assus a ieiuno cibo præsũptus eo die. Item hædinus.

¶ Mira de animalibus. ¶ Capitulum. xi.

MIra præterea traduntur in eisdem animalibus. Vestigium equi excussũ ungula (ut solet plerunq;) siquis collectum reponat: singultus remediũ esse recordãtibus quonam loco id reposuerint. Iecur luporum eqnæ ungulæ simile esse. Et rumpi equos qui uestigia luporum sub equite sequãt. Talisq; suũ discordia uim quãdam inesse in incendiis si fimi aliquid egerat e stabulis facilius extrahi. Nec recurrere oues bouesq;. Hircorum carnes uirus non recipere: si panem hordeaceum eo die quo interficiantur ederint. Laserue dilutum biberint. Nullas uero teredinem sentire luna decrescente induratas sale. Adeoq; nihil omissum est: ut leporem surdum celerius pinguescere reperiamus. Animalium uero medicina. Si sanguis profluat iumẽtis: suillũ fimũ ex uino infundendum. Boum autem morbis seuum sulphur uiuum allium siluestre ouum coctum. Omnia hæc trita in uino danda. aut uulpis adipem. Carnem caballinam discoctam potu suum morbis mederi. Omnium uero quadrupedũ morbis capram solidam cum corio et ranam rubetam discoctas. Gallinaceos non attingi a uulpibus qui iecur animalis eius aridum ederint. Vel si pellicula ex eo collo induta galli interierit. Similia in felle mustelæ. Boues in cypro contra tormina hominum excrementis sibi mederi. Insuper pedes boum si prius cornua pice liquida pungantur. Lupos in agrum non accedere: si capti unius pedibus infractis cultroq; adacto paulatim sanguis circa fines agri spargatur. atq; ipse defodiatur in eo loco ex quo cœpit trahi. Aut si uomerem quo primus sulcus eo anno in agro ductus sit excussũ aratro focus lariũ quo familia conuenit: absumat. Ac lupum nulli animalium nociturum

in eo agro q̃diu id fiat. Hinc deinde reuertemur ad animalia sui generis: quæ aut placida non sunt: aut fera.

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER VICESIMVSNONVS. PROOEMIVM

DE Medicina et ĩuentoribus eius. de origine medicinæ: et quando primũ clinice: et quando primũ iatraliptice. et de Chrysippo: et Erasistrato: et Empirice: et Erophilo: et reliquis illustribus medicis. Et quotiés ratio medicinæ mutata sit. Et q̃ primus romæ medicus: et quando. Et quid de medicis antiqui romani iudicauerint. Et uitia medicinæ. Capitulum primum.

NATVRA REMEDIORVM: ATQVE multitudo instantium ac præteritorum: plura de ipsa medẽdi arte cogũt dicere. q̃q̃ non ignarus sĩ nullis ãte hæc latio sermõe cõdita: ãcepsq; ac lubricũ esse rerũ omniũ nouarũ principiũ: nec aliud utiq; gratiæ q̃ sterilis difficultatis ĩ ꝓmẽdo. Sed quoniã occurrere ueri simile est omniũ qui hæc noscant cogitationi: quonã mõ exoleuerint in medicinæ usu: quæ temperata atq; pertinentia erãt. Mirũq; et indignum ꝓtinus subit: nullam artium inconstantiorem fuisse. Et etiã nunc sæpius immutari contigerit cũ sit fructuosior nulla. Diis primum inuentores suos assignauit: et cælo dicauit. Nec nõ et hodie multifaria ab oraculis medicina petitur. Auxit deinde famam etiam crimine: ictum fulmine Aesculapiũ fabulata: quoniam Tyndaridam reuocauisset ad uitam. Nec tamen cessauit narrare alios reuixisse opera sua clara troianis temporibus a quibus fama certior uulnerum duntaxat remediis. Sequentia eius mirum dictu ĩ nocte densissima latuere: usq; ad peloponesiacum bellum. Et tunc eam reuocauit in lucẽ Hippocrates genitus in insula co: in primis clara et ualida ac Aesculapio dicata. Is: cum fuisset mos liberatos morbis scribere in templo eius dei: qui auxiliatus esset: ut postea similitudo proficeret: exscripsisse ea traditur. Atq; ut Varro apud nos credit ĩa tẽplo cremato is instituisse medicinam hanc: quæ clinice uocatur. Nec fuit postea quæstus modus: quoniam Prodicus Selymbriæ natus discipulus eius ĩstituisset quam uocant iatralepticen. Reuctoribus quoq; medicorum ac medicis in eis uectigal inuenit. Horum placita Chrysippus ingenti garrulitate mutauit. Plurimumq; etiam ex Chrysippo discipulus eius Erasistratus Aristotelis filia genitus. Hic Antiocho rege sanato centum talentis donatus est a rege Ptolemæo filio eius: ut incipiamus et premia artis ostendere. Alia factio ab experimentis se cognominans Empiricen cœpit in sicilia a Creõte agrigentino Empedoclis physici auctoritate commendato. Dissideruntq; eæ scholæ: et omnes eas damnauit Erophilus in musicos pedes uenarum pulsu discreto p ætatũ gradus. Deserta inde et hæc secta est: quoniam necesse erat in ea litteras scire. Mutata et quam postea Asclepiades (ut rettulimus) ĩuenerat. Auditor eius Themison fuit. Seq; inter initia scripsit. Illo mox recedente a uita sua placita mutauit. Sed et illa Antonius musa eiusdem: auctoritate diui Augusti: quem contraria medicina graui periculo exemerat. Multos præterea medicos celeberrimosq; ex iis cassios carpitanos aruncios albucios rubrios. cc. l. sestertia annua mercede iis fuere apud principes. Quæ Stertinus imputauit principibus: q̃ sestertiis quingenis annuis cõtentus esset. Sexcena. n. sibi quæstu urbis fuisse numeratis domibus ostendebat. Par et fratri eius

merces a Claudio Cæsare infusa est:censusquæ quanq̃ exhaustis opibus neapoli
exornata ut hæredi sestertia.ccc.relinqueret:quantum Athena id est Arūcius solus.
Exortus deinde est Vectius ualens adulterio Messalinæ Claudii Cæsaris nobilitatus:
pariterq; eloquentiæ assectator. Is eam potentiam nactus nouam instituit sectam.
Eadem ætas Neronis principatu ad Thessalū transiliuit delentem cuncta maiorum
placita & rabie quadam in omnes æui medicos perorantem. Quali prudētia īgenioq;
æstimari uel uno argumento abunde potest cum monumento suo:quod est appia
uia: iatronicen se inscripserit. Nullius histrionū par:ex quo de comitio e quadrigario
comitatu regressus in publico erat. Eum Crinas massiliensis arte geminata ut cautior
religiosiorq; ad syderum motus ex ephemeride mathematica cibos dando: horasque
obseruādo auctoritate eum præcessit. Nuperq; sestertia.c.reliquit muris patriæ mœ-
nibus quoq; aliis pene non minori summa extructis. Hi regebant fata:cum repente
ciuitatem Charmis ex eadem massilia inuasit:damnatis non solum prioribus medicis
uerum et balneis. Frigidaq; etiam hybernis algoribus lauari psuasit. Mersit ægros in
lacus. Videbamus senes consulares usq; in ostentationem rigentes. Qua de re extat
etiam Annei Senecæ astipulatio. Nec dubiū est:omnes istos famam nouitate aliqua
aucupantes animas statim nostras negociari. Hinc illæ circa ægros miseræ sententiaꝝ
concertationes:nullo idem censente ne uideatur assertio alterius. Hinc illa infœlicis
monumenti inscriptio:turba se medicorum perisse. Mutatur ars quotidie totiēs īter-
pollis. Et ingeniorum græciæ flatu impellimur. Palamq; est:ut quisquis inter istos
loquendo polleat imperatorem ilico uitæ nostræ necisq; fieri. Ceu uero non milia gē-
tium sine medicis degant:nec tamen sine medicina. Sicut populus romanus ultra
sexcentesimum annum:neq; ipse in accipiendis artibus lentus:medicinæ uero etiam
auidus donec expertā damnauit. Etenī percensere insignia priscorum in his moribus
conuenit. Cassius Hemina ex antiquis auctor est primum e medicis uenisse romam
pelopōnensem Archagathū Lysaniæ filiū. L. Aemilio. M. Liuio consul. anno urbis
d.xxxv. Eiq; ius quiritium datum et tabernam in compito acilio ēptam. Ob id pu-
blice uulnerarium fuisse eum tradūt uocatum. Mireq; gratum aduentum eius īitio.
Mox a sæuitia secandi urendiq; transisse nomē in carnificē et ī tediū artis. Omnesq;
medicos. quod clarissime ītelligi potest ex. M. Catone:cuius auctoritas triūphus atq;
censura etiam quanto non minimum conferunt:tanto plus in ipso est. Quamobrē
uerba ipsa ponemus. Dicam de istis græcis suo loco Marce fili quid athenis exq̄sitū
habeam. Et quod bonum sit illorum litteras aspicere nō perdiscere. Vincam nequis-
simum & indocile genus illorum:& hoc puta uatem dixisse. Quandocunq; ista gens
suas litteras dabit:omnia corrumpet. Tunc etiam magis:si medicos suos huc mittet.
Iurarunt inter se barbaros necare omnes medicina. Sed hoc ipsum mercede faciunt:
ut fides iis sit:et facile disperdant. Nos quoq; dictitāt barbaros:et spurios:nosq; ma-
gis q̃ alios hippicos appellatione fedant. Interdicit ibi de medicis. Atq; hic Cato.dc.v.
anno urbis nostræ obiit:octogesimoquinto suo:nequis illi defuisse publicæ tempora:
aut priuatim uitæ spatia ad expediendum arbitretur. Quid ergo? damnatam ab eo rē
utilissimam credimus? Minime hercule. Subiicit enim qua medicina usus et se et cō-
iugem usq; ad longam senectam perduxerit:iis ipsis scilicet quæ nūc nos trademus.
Profiteturq; esse etiam commentarium sibi quo medeatur filio:seruis: familiaribus:
quæ nos per genera usus sui differimus. Non rem antiqui damnabant: sed artem.
Maxime uero quæstum esse immani precio uitæ recusabant. Ideo templū Aesculapii
etiam cum reciperetur is deus:extra urbem fecisse:iterumq; ī insula tradūtur. Et cū
græcos italia pellerent:diu etiam post Catonem excepisse medicos. Augebo prouidē-
tiam illorum. Solam hanc artium græcarum nondum exercuerat romana grauitas.
In tanto fructu paucissimi quiritium attigere:et ipsi statim ad græcos transfugæ. Im-
mo uero auctoritas aliter q̃ græce eam tractantibus etiam apud imperitos expertesq;

linguæ non est. Ac minus credunt: quæ ad salutem suam pertinent: si ĩtelligũt. Itaq;
hercule in hac artiũ sola euenit: ut cuicunq; medicum se profitenti statim credatur:
cum sit periculum in nullo mendacio maius. Nõ tamen illud intuemur. adeo blãda
est spirandi per se cuiq; dulcedo. Nulla præterea lex quæ puniat inscitiam capitalem.
Nullum exemplum uĩdictæ. Discũt periculis nostris. Et experimẽta per mortes agũt.
Medicoq; tantum hominem occidisse summa impunitas est. Quinimmo transit in
conuitium. Et intẽperantia culpatur. Vltroq; qui periere arguuntur. Sed et decuriæ ꝓ
more censuris principum examinantur. Inquisitio per parietes agitur. Et q̃ de num-
mo iudicet a gadibus columnisq; Herculis arcessitur. De exilio uero non nisi die. xlv.
Quĩq; electis uiris datur tabella. At de iudice ipso quales in consilio eunt: statĩ occa-
suri? Merito dum nemini nostrũ libet scire: quod saluti suæ opus sit. Alienis pedibus
ãbulamus. Alienis oculis agnoscimns. Aliena memoria salutamus. Aliena uiuimus
opera. Perieruntq; rerum naturæ precia: & uitæ argumẽta. Nihil aliud pro nostro ha-
bemus: q̃ delicias. Nõ deseram Catonem tam ambitiosæ artis inuidia a me obiectũ:
& a senatu illum qui ita censebat. Itaq; non criminibus artis arreptis ut aliquis expec-
tauerit. Quid enim uenenorum fertilius: aut ũde testamentorum plures insidiæ? Iam
uero et adulteria etiam in principum domibus: ut euidens ĩ Liuia Drusi Cæsaris. Item
Valentis in qua dictum est regina. Non sũt artis ista: sed hominum. Nõ magis hæc
urbi timuit Cato ut equidem credo: q̃ reginas. Ne auaritiam quidem arguam rapa-
cesq; nundinas pendentibus fatis et dolorũ indicaturã: ac mortis arma: aut arcana
præcepta. Squamam in oculis emouendam potius q̃ extrahendam. Per quæ effectũ
est: ut nihil magis prodesse uideretur: q̃ multitudo grassantium. Neq; enim pudoris
æmuli precia summittunt. Notum est ab eodem Archamide unum ægrum ex prouin-
cialibus sestertiis ducentis conductum. Archontio uulnerum medico sestertiis centũ
condemnato ademisse Claudium principem. Eidẽq; ĩ gallia exulãti et deĩde restituto
acquisitum nõ minus intra paucos annos. Et hæc personis imputentur. Ne fæcem
quidem aut inscitiam eius turbæ arguamus: ipsorumq; intemperantiam in morbis
aquarum calidarum diuerticulis: imperiosam inediam. Et ab iisdem deficiẽtibus cibo
sæpius die ingesto. Mille præterea pœnitentiæ modis: culinarum etiam præceptis: et
unguentorum mixturis: quando nullas omisere uitæ illecebras. Inuehi peregrinas
merces: conciliariq; externa precia displicuisse maioribus crediderim quidem: non ta-
men hoc Catonem prouidisse: cum damnaret artem. Tyriace uocatur excogitata cõ-
positio luxuriæ. Fit ex rebus externis: cum tot remedia dederit natura: quæ singula
sufficerent. Mithridaticum antidotum ex rebus. liiii. cõponitur. Interim nullo pon-
dere æquali: et quarundam rerum sexagesima denarii unius imperata. Quo deorum
perfidiam istam monstrante? Hominum enĩ subtilitas tanta esse non potuit. Ostẽ-
tatio artis et portentosa scientiæ uendicatio manifesta est. Ac ne ipsi quidem illam
nouere. Comperiq; uulgo pro cĩnabari indica in medicamenta minium addi inscitia
nominis: quod esse uenenum docebimus inter pigmenta. Verum et hæc ad figulorũ
salutem pertinent. Illa autem quæ timuit Cato: atq; prouidit: innocentiora multo et
parua opinatu: quæ proceres artis eiusdem in semetipsis fatentur. Illa ꝓdidere impii
mores. Illa quæ sani patimur luctatus cæromata ceu ualitudinis causa instituta. Bal-
neæ ardentes: quibus persuasere in corporibus cibos coqui: ut nemo non minus uali-
dus exiret. Obedientissimi uero efferrentur. Potus deinde ieiunorum ac uomitiones:
et rursus perpotationes: ac pilorum euiratio instituta resinis eorum. Itemq; pectines
in fœminis quidem publicati. Ita est profecto: lues morum nec aliũde maior q̃ e me-
dicina. Vatem prorsus quotidie facit Catonem: et eius oraculum: satis esse ingenia
græcorum inspicere. Hæc fuerint dicenda pro senatu illo sexcentisq; populi romani
annis aduersus artem: in qua conditione insidiosissima auctoritatem pessimis boni
faciunt. Simul contra attonitas quorundam persuasiones qui prodesse nisi preciosa

nō putant. Neque enim dubitauerim aliqbus fastidio futura quæ dicētur animalia. At non Virgilio nefas fuit nominare formicas nulla necessitate: et gurguliones ac lucifugis congesta cubilia blattis. Non Homero īter prælia deorū improbitatē muscæ describere. Non naturæ gignere ista: cum gignat hominem. Proinde causas quisq; et effectus non res æstimet. Ordiemur autem a confessis: hoc est lanis ouibusq;. Vt obiter rebus præcipuis honos in primis habeatur. Quædam etiā si alienis locis: tamen obiter dici necesse erit. Nec deesset materiæ pompa: si quicq̄ aliud intueri liberet: q̄ fidem operis. Quippe inter prima proditis etiam ex cinere phœnicis nidoq; medicinis. Ceu uero id certum esset: atq; non fabulosum. Irridere est uitæ remedia post millesimum annum reditura monstrare.

DE Medicina lanarū. Cap. ii.

Lanis auctoritatē ueteres romani etiā religiosam habuere postes a nubētibus attingi iubentes. Præterq; cultū & tutelā contra frigora. Succidæ plurima præstāt remedia ex oleo uinoq;: aut aceto: prout quæq; mulceri moraderiq; opus sit: et ad strīgi laxariue: luxatis mēbris dolentibusq; neruis impositæ: & crebro suffusæ. Quidam etiam salem admiscent luxatis. Alii cum lana rutam tritam ad pemq; imponunt. Itē contusis tumentibusq;. Halitus quoq; oris gratiores facere traditur confricatis dētibus atq; gingiuis āmixto melle. Prodest & phreneticis suffitu. Sanguinem in naribus sistit cum oleo rosaceo: & allio indita modico auribus obturatis spissius. Quī & ulceribus uetustis īponit̄ cū melle. Vulnera ex uino uel aceto uel aqua frigida et oleo aspsa sanat. Arietis uellera lota frigidaq; ex oleo madefacta in mulieribus malis inflammationes uuluæ sedant. Et si procidant: suffitu reprimunt. Succida lana imposita subditaq; mortuos partus euocat. Sistit etiā profluuia earum. At canis rabiosi morsibus inculcata post diem septimum soluitur. Reduuias sanat ex aqua frigida. Eadem nitro sulphure oleo aceto: pice liquida feruētibus tīcta q̄ calidissima imposita bis die lumborum dolores sedat. Sanguinēq; sistit ex ariete succida: articulos extremitatum præligans. Laudatissima omnis e collo. Natione uero galatica: tarentina: attica: milesia. Succidam imponunt et desquammatis percussis liuidis contusis collisis contritis deiectis. Capitis et aliis doloribus stomachi īflāmtioni ex aceto & rosaceo. Cinis eius illinitur attritis uulneratis ambustis. Et in oculorū medicamēta additur. Itē ī fistulas: auresq; suppuratas. Ad hæc detonsam eam: alii uero euulsam decisis summis ptibus siccant. Carpuntq; et in fictili crudo componunt: ac melle perfundunt utrunq;. Alii hastulis tædæ subiectis: et subinde interstratis: oleo aspersam accendunt. Cineremq; ī labellis aqua addita confricant manu: et considere patiuntur: idq; sæpius mutantes aquam donec linguam astringat leniter: nec mordeat. Tunc cinerem reponunt. Vis eius stiptica est: efficacissimeq; genas purgat. Quin ipsæ sordes pecudum sudorq; fœminum et alarum adhærentes lanis æsopum uocant. Innumeros prope usus habent. In atticis ouibus genito palma fit pluribus modis. Sed probatissimū lana ab iis ptibus recenti concerpta: aut quibuscūq; sordibus succidis primū collectis ac lento igni ī æneo uase sufferuefactis et refrigeratis: pinguiq; quod supernatat: collecto in fictili uase: iterumq; decocta priore materia: quæ pinguitudo utraq; frigida aqua lauatur: & in linteo siccatur: ac sole torretur donec candida fiat ac translucida. Tum in stagnia pyxide conditur. Probatio autem ut sordium uirus oleat: & manu fricāte ex aqua non liquetur: sed albescat ut cærusa. Oculis utilissimum contra inflāmationes genarūq; callum. Quidam in testa torrendo conficiunt ne pinguedinem amittat: utilē talem existimātes erosis et duris genis: angulis scabiosis et lachrymātibus. Vlcera nō oculorum modo sanat: sed oris etiam et genitalium cū anserino adipe. Medetur et uuluæ īflammationibus: et sedis rhagadis: et cōdylomatis cū meliloto ac butyro. Reliquos usus eius suo loco digeremus. Sordes quoq; caudarum concretæ in pilulas ac siccatæ per se tusæq; farina et illitæ dentibus mire prosunt etiam labentibus: gingiuisq; si carcinoma serpat. Iam uero pura uellera aut per se imposita cæcis doloribus: aut

accepto sulphure et cinis eorum genitalium uitiis. Tantumq; pollēt ut medicamētis quoq; superponantur. Medentur ante omnia et pecori ipsi si fastidio non pascatur. Cauda enim q̃artissime prælīgata euulsa inde lana statim uescuntur. Tradūtq; quod extra nodum sit e cauda præmori.

¶DE Ouorum natura. ¶Cap. iiii.

LAnæ habent et cum ouis sotietatem simul fronti impositæ contra epiphoras. Non opus est eas in hoc usu rudiculis esse curatas. Neq; aliud q̃ candidum ex ouo infundi ac pollinem thuris. Oua per se infuso candido oculis epiphoras cohibēt: urentesq; refrigerāt. Quidam cum croco præferunt: et ꝓ aqua miscēt collyriis. Infantibus uero contra luppitudines uix aliud remediū est: butyro ammixto recenti. Eadē cum oleo trita ignes sacros leniunt betæ foliis superilligatis. Cādido ouorum ĩ oculis et pili reclinantur hāmoniaco trito ammixtoq;. Et Vari in facie cum pineis nucleis ac melle modico. Ipsa facies illita sole nō aduritur. Ambusta aquis si statim ouo occupētur: pustulas non sentiunt. Quidam ammiscent farinam hordeaceam et salis parū. Vlceribus uero ex ambusto cum candido ouorum tostum hordeum et suillo adipe mire prodest. Eadem curatione ad sedis uitia utuntur. Infantibus quidem etiam siqd ibi procidat. Ad pedum rimas ouorum candido decocto cum cærusæ denariorū duorum pondere pari spumæ argenti myrrhæ exiguo deinde uino. Ad ignem sacrum cādido ouorum trito cum amylo. Aiunt et uulnera candido glutinari. Calculosq; pelli. Lutea ouorum cocta ut indurescant: admixto croco modice: item melle ex lacte mulieris illita dolores oculorum mitigant. Vel cum rosaceo et mulso lana oculis imposita: uel cum trito apii semine ac polenta in mulso illita. Prodest et tussientibus per se luteum deuoratū liquidum: ita ut dētibus nō attigatur. Thoracis distillationibus. Fauciū scabriciæ. Priuatim contra hemorrhoidū morsum illinitur: sorbeturq; crudū. Prodest et renibus: uesicæ: rosionibus: exulcerationibusq;: et cruenta excreantibus. Quinq; ouorū lutea in uini hemina cruda sorbentur dysentericis: cū iure putaminis sui et papaueris succo aut uino. Dantur cæliacis cum uuæ passæ pinguis pari pōdere: et malicorio per triduum æquis portionibus. Et alio modo lutea ouorum trium lardi ueteris et melle quadrantibus. Vini ueteris cyathis tribus trita ad crassitudinē mellis et cum opus sit auellanæ nucis magnitudine ex aqua pota. Item ex oleo fricta terna totis ouis pridie maceratis ĩ aceto. Sic et illita lyenicis. Sanguinem autē reiicientibus cum tribus cyathis mixti. Vtuntur iisdem ad liuentia si uetustiora sint: cum bulbis ac melle. Sistunt et menses mulierum cocta et ex uino pota. Inflationes quoq; uuluæ cruda cum oleo ac uino illita. Vtiliora sunt et ceruicis doloribus cum anserino adipe et rosaceo. Sedis etiā uitiis durata igni: ut calore quoq; prosint. Et condylomatis cum rosaceo. Item ambustis durata in aqua mox in pruna putaminibus exustis tum lutea ex rosaceo illinuntur. Fiunt et tota lutea: quæ uocant sitista cum triduo incubata tolluntur. Stomachum dissolutum confirmant pulli ouorum cū gallæ dimidio: ita ut ne ante duas horas alius cibus sumatur. Dant et dysentericis pullos in ipso ouo decoctos ammixta uini austeri hemina: et pari modo olei polentæq;. Membrana putaminis detracta siue crudo siue decocto: labiorum fissuris medetur. Putaminis cinis in uino potus sanguinis eruptionibus. Comburi sine membrana oportet. Sic fit et dentifricium. Idem cinis et mulierum menses cum myrrha illitus sistit. Firmitas putaminum tanta est: ut recta nec ui nec pondere ullo frangatur: nec nisi paululum ĩflexa rotunditate. Tota oua adiuuant partum cum ruta et anetho et cymino pota ex uino. Scabiem corporum ac pruritum oleo et cedria mixtis tollunt. Vlcera quoq; humida in capite cyclamino ammixta. Ad puris et sanguinis excreationes ouū crudū cum porri sectiui succo: pariq; mensura mellis græci calefactum hauritur. Dantur & tussientibus cocta et trita cum melle: et cruda cum passo oleiq; pari modo. Infūdūtur et uirilitatis uitiis singula cum ternis passi amyliq; semuncia a balneis. Aduersus ictus serpentium cocta tritaq; adiecto nasturtio illinūtur. Cibos quot modis ĩuenit: notū

est:cum transmittant faucium tumorem calfactuq; obiter foueant. Nullus est alius cibus qui in ægritudine alat:neq; oneret. Simulq; uini usum et cibi habeat. Maceratorum in aceto molliri diximus putamen. Talibus cum farina ĩ pane subactis: cæliaci recreantur. Quidam ita resoluta in patinis torreri utilius putãt. Quo genere non aluos tantum sed et menses fœminarum sistunt:aut si maior sit impetus cruda cum farina ex aqua hauriuntur. Et per se lutea ex iis decocta rursum in aceto donec indurescant. Iterumq; cum trito pipere torrentur ad cohibendas aluos. Fit et dysentericis remedium singulare ouo effuso in fictili nouo eiusdemq; oui mensura:ut paria sint omnia melle mixto mox aceto. Item oleo confusis crebroq; permixtis. quo fuerint ea excellentiora:hoc præsentaneum remedium erit. Alii eadẽ mẽsura pro oleo et aceto resinam adiiciunt rubentem uinumq;:et alio modo temperant o ei tantum mensura pari pineiq; corticis duabus sexagesimis denariorum. Vua eius quod rhun diximus: mellis obolis quinq; simul decoctis: ita ut cibus alius post quattuor horas sumatur. Torminibus quoq; multi medentur oua bina cum alis piscis quattuor una atterẽdo uiniq; hemina calefaciendo atq; ita potui dando. Et ne quid desit ouorum gratiæ:cãdidũ ex iis admixtum calci uiuæ glutinat uitri fragmenta. Vis uero tanta est ut lignũ perfusum ouo non ardeat. Ac ne uestis quidem contacta aduratur. De gallinarum autem ouis tantum locuti sumus:cum et relquarum alitum restant magnæ utilitates sicut suis dicemus locis. Præterea est ouorum genus in magna galliarum fama omissum a græcis. Angues ea numerus est ouorum conuoluti saliuis fauciũ corporũq; spumis artifici complexu glomerantur:anguinum appellatur. Druidæ sibilis id dicũt in sublime iactari. sagoq; oportere intercipi ne tellurem attingat. profugere raptorem equo. serpentes enim insequi:donec arceantur amnis alicuius interuentu. Experimẽtum eius esse si contra aquas fluitet:uel auro cinctum. Atq;(ut est magorum sollertia occultandis fraudibus sagax)certa luna capiendum censent. tanq̃ cõstruere operationẽ eam serpentium:humani sit arbitrii. Vidi equidem id ouum mali orbiculati modici magnitudine. Crusta cartilaginis uelut acetabulis brachiorũ polypi crebris: insigne druidis. Ad uictorias litium ac regum aditus maxime laudatur. Tãtæ uanitatis ut habentem id in lite in sinu equitem romanum euocatum a diuo Claudio principe interemptum non ob aliud sciam. Hic tamẽ complexus anguium et efferatorum cõcordia causa uidetur esse: quare exteræ gentes caduceum in pacis argumentis circũdata effigie anguium fecerint. Neq; enim cristatos esse in caduceo mos est. De ãserũ ouis magnæ utilitatis ipsoq; ãsere dicturi hoc uolumine debemus honorẽ & comagenorum clarissimæ rei. Fit ex adipe anserum. Alioquin celeberrimi usus est. At hoc ĩ comagene syriæ cum cynnamo casia pipere albo herba quæ comagine uocatur: obrutis niue uasis:odore iucundo:utilissimum ad pfectiones:cõuulsiones:cæcos aut subitos dolores:omniaq; quæ a copis curantur. Vnguẽtumq; pariter et medicamẽtum ẽ. Fit et in syria alio modo. Adipe auium curato ut dicemus:additis erisceptro xylobalsamo phœniceo tuso:item calamo singulorum pondere qui sit adipis cymino bis aut ter subferuefactis. Fit autem hyeme: quoniam æstate non glaciat nisi accepta cæra. Multa præterea remedia sunt ex ansere quod miror æq; q̃ in coruis. Nanq; cũ ansere coruus ab æstate ĩ autumnum morbo conflictari dicitur. De anserum honore: quem meruere gallorum in capitolium ascensu deprehenso:diximus.

¶Remedia de cane:et ex animalibus quæ placida nõ sũt sed fera:& ex uolucribus:et cõtra morsus phalangiorum. ¶Cap.iiii.

EAdẽ de causa supplicia annua canes pẽdunt ĩter ædem Iuuẽtutis et Summani uiui in furcas sambucea arbore fixi. Sed plura de hoc animali dici cogunt priscorum mores. Catulos lactentes adeo puros existimabant ad cibum:ut etiã placãdis numinibus hostiarũ uice uterentur iis. Genito mane catulo res diuina fit:et ĩ cœnis deorum etiam num ponitur. Catulina addita talibus quidem epulis celebres fuisse

Plauti fabulæ sunt indicio. Sãguine canino contra toxica nihil præstantius putatur. Vomitiones quoq; hoc animal mõstrasse uidetur. Et alios usus ex eo mire laudatos referemus suis locis. Nunc ad statutũ ordinem pergemus. Aduersus serpentiũ ictus efficacia habentur fimum pecudis recens in uino decoctum illitumq;. Mures dissecti et impositi quoq; natura non est spernenda præcipue in ascensu syderum ut diximus: cum lumine lunæ fibrarum numero crescente atq; decrescente. Tradũt magi iocinere muris dato porcis in fico sequi dantem id animal. In homine quoq; similiter ualere. sed resolui cyatho olei poto. Mustelarũ duo genera. Alterũ siluestre. Distãt magnitudine. Græci uocant ictides. Harũ fel cõtra aspidas dicitur efficax: cætero uenenũ. Hæc autẽ quæ in domibus nostris oberrat: et catulos suos (ut auctor est Cicero) quotidie trãsfert: mutatq; sedem serpẽtes prosequitur. Ex ea inueterata sale denarii põdus in cyathis tribus datur percussis: aut uentriculus coriandro fartus inueteratusq; et in uino potus. Et catulus mustelæ etiã efficacius. Quædam pudenda dictu tãta auctorum asseueratione commendantur: ut prætenre fas non sit. Siquidem illa concordia rerum aut repugnantia medicinæ gignuntur. Veluti cimicum animalis fetidissimi: et dictu quoq; fastidiẽdi natura contra serpentium morsus et præcipue aspidum ualere dicitur. Item contra uenena omnia. Argumento ꝙ dicũt gallinas quo die id ederĩt nõ ĩterfici ab aspide. Carnes quoq; earũ percussis plurimũ prodesse. Ex iis quæ tradunt humanissimum illinire morsibus cum sanguine testudinis. Item suffitu eorũ abigere sanguisugas adhærentes: haustasq; ab animalibus restinguere in potu datos. Quãq̃ et oculos quidam iis inungunt tritis cum sale et lacte mulierum. Auresq; cum melle et rosaceo ammixtis. Eos qui agrestes sint: et in malua nascantur crematos cinere p mixto rosaceo infundunt auribus. Cætera quæ de iis tradunt: uomicæ et quartanarũ remedia: aliorũq; morborũ quãq̃ ouo aut cæra aut faba inclusos censeant deuorãdos falsa nec referenda arbitror. Lethargi tamen medicinæ cum argumento adhibent: quoniam uincatur aspidum somnifica uis septenos ĩ cyatho aquæ dantes puerilibus annis quaternos. Et stranguriæ fistulæq; imposuere: adeo nihil illa rerum omnium parens sine ingentibus causis genuit. Quin et adalligatos leuo brachio binos lana subrepta pastoribus resistere nocturnis febribus prodiderunt: diurnis in roseo panno. Rursus iis aduersatur scolopendra suffituq; necat. Aspides percussos torpore & somno necant: omnium serpentium minime sanabiles. Sed et uenenum earum si sãguis attingit: aut recens uulnus statim ĩterimit. Inueteratũ ulcus tardius. De cætero potũ quantalibet copia: non nocet. Non enim est tabifica uis: itaq; occisa morsu earum animalia cibis innoxia sunt. Contarer in proferendo ex iis remedia: nisi. M. Varronẽ scirem. lxxxiii. uitæ anno prodidisse aspidũ ictus efficacissime curari hausta a pcussis ipsorum urina. Basilisci: quem etiam serpentes ipsi fugiunt alios olfactu necantem: qui hominem uel si aspiciat tantum dicitur interimere: sanguinem magi miris laudibus celebrant coeuntem picis modo et colore dilutum cinnabari clariorem fieri. Tribuunt ei et successus petitionum a potestatibus: & a diis etiam precum: morborum remedia beneficiorum munere. Quidã id Saturni sanguinem appellant. Draco nõ habet uenena. Caput eius limini ianuarum subditum propitiatis oratione diis fortunatam domum facere promittitur. Oculis eius ĩueteratis et cum melle tritis ĩunctos non pauescere ad nocturnas imagines etiam pauidos cordis. Pingue in pelle dorcadũ neruis ceruinis adalligatum in lacerto conferre iudiciorum uictoriam. Primũ spõdylum aditus potestatum mulcere. Dentes eius illigatos pellibus caprearum ceruinis neruis: mites præstare dominos: potestatesq; exorabiles. Sed super omnia est cõpositio: qua inuictos faciunt magorum mendacia. Cauda draconis et capite uillis leonis e fronte et medulla eiusdem equi uictoris spuma canis unguibus adalligatis ceruino corio: neruisq; cerui alternatis et dorcadis. Quæ arguisse non minus refert: q̃ contra serpentes remedia demonstrasse: quoniam hæc morborum beneficia sunt. Draconũ

adipem uenenata fugiunt. Item uirus ichneumonum. Et cutis cinere in aceco pũctos.
Viperæ caput impositum: uel alterius q̃ quæ percusserit: sine fine prodest. Item siqs
eam ipsam in uapore baculo substineat: aiunt eum futura præcinere. Item siquis ex-
ustæ eius cinerem illinat. Reuerti autem ad percussum serpentem necessitate naturæ
Nigidius auctor est. Caput quid dissecant scythæ: ĩterq; aures eximũt lapillum: quẽ
aiunt ab ea deuorari territa. Alii ipso toto capite utuntur. Fiunt et ex uipera pastilli
qui theriaci uocantur a græcis: ternis digitis utrinq; amputatis: exemptisq; interaneis
et liuore spinæ adhærente: reliquo corpore in patina ex aqua et anetho discocto: spi-
nisq; exemptis & addita similagine: atq; ita in umbra siccatis pastillis: quibus ad
multa medicamenta utunt. Significandum uidetur e uipera tãtũ hoc fieri. Quidã
purgatæ ut supradictũ ẽ adipẽ cũ olei sextario decoquũt ad dimidias. Ex eo cũ opus
sit ternis stillis additis ĩ oleum perunguntur: ut omnes bestiæ fugiãt eos. Præterea cõ-
stat cõtra omniũ serpẽtiũ ictus q̃uis ĩsanabiles ipsarũ serpẽtiũ exta ĩposita auxiliari.
Eosq; q aliq̃ndo uiperæ iecur coctũ hauserit: nũq̃ postea feriri a serpẽte. Neq; ãguis
uenenatus est nisi p mẽsẽ luna ĩstigatus. Sed pdest uiuus cõprehẽsus: & ĩ aq̃ cõtusus si
foueantur ita morsus. Quin & inesse ei remedia multa credunt: ut dicemus. Et ideo
Aesculapio dicat. Democritus qdẽ mõstrat quædã ex iis cõfici: ut possĩt auiũ sermones
ĩtelligi. Atq ãguis æsculapius epidauro romam aduectus est: uulgoq; pascit: & ĩ do-
mibus. Ac nisi incendiis semina exurerentur non esset fœcunditati eorum resistere. In
orbe terrarum pulcherrimum anguium genus est: quod in aqua uiuit. hydri uocant.
nullis serpentium inferiores ueneno. Horum iecur seruatum aduersus percussos ab
iis auxilium est. Et scorpio tritus stellionum ueneno aduersatur. Fit enĩ & e stellio-
nibus malum medicamentum. Nam cum immortuus est in uino faciem eorum qui
biberint lentigine obducit. ob hoc in unguento necant eum insidiantes pelicũ formæ.
Remediũq; est oui luteum & mel ac nitrũ. Fel stellionum tritum in aqua: mustelas
congregare dicitur. Inter omnia uenenata salamandræ scelus maximum est. Cætera
enim singulos feriunt: nec plures pariter interimunt: ut omittam: q perire cõscientia
dicuntur homine percusso: neq; amplius admitti ad terras. Salamandra popolos pa-
riter necare improuidos potest. Nam si arbori irrepserit: omnia poma inficit ueneno.
et eos qui ederint: necat frigida ui nihil aconito distans. Quinimmo si contacto ab
ea ligno uel pede crusta panis incoquatur idem ueneficium est: uel si in puteũ cadat.
Quippe cum saliua eius quacunq; parte corporis: uel in pede imo respersa omnis in
toto corpore defluat pilus. Tamen talis et tanta uis ueneni a quibusdam animalium
ut suibus manditur: dominante eadem illa rerum diffidentia. Venenum eius extĩ-
gui primum omnium ab iis quæ uescantur illa: uerisimile est. His uero similia sunt
quæ produntur cantharidum potu: aut lacerta in cibo sumpta. Cætera aduersantia
diximus: dicemusq; suis locis. Ex ipsis quæ magi tradunt contra incendia: quoniam
ignes sola animalium extinguat: si forent uera iam esset expta roma. Sestius uenerẽ
accendi cibo earum si detractis interaneis et pedibus et capite: in melle seruentur: tra-
dit. negatq; restingui ignem ab iis. Ex uolucribus in auxilio contra serpentes primũ
uultur est. annotandum quoq; minus uirium esse nigris pennarũ. Ex iis enim si urãt:
nidore fugari eas dicunt. Item cor eius alitis habẽtes tutos esse ab impetu nõ solum
serpẽtium: sed etiam ferarum: & latronum: ac regum ira. Carnibus gallinaceorum
ita ut tepebũt auulsæ appositis: uenena serpẽtium domãtur. Itẽ cerebro in uino po-
to. Parthi gallinæ malũt cerebrum plagis imponere. Ius quoq; ex iis potum præcla-
re medetur: & ĩ multis aliis usibus mirabile. Pantheræ leonesq; non attingũt pũctos
eo: præcipue si & allium fuerit incoctum. Aluum soluit. Validius e uetere gallinaceo.
Prodest & contra longinquas febres: & torpentibus membris: tremulisq;: & articula-
riis morbis: et capitis doloribus. Epiphoris: inflammationibus: fastidiis incipienti te-
nasmo: iocineri renibus uesicæ. Contra cruditates: suspiria. Itaq; etiam faciendi eius

extant præcepta. Efficacius enim cocti cum olere marino: aut cibio: aut cappari: aut
apio: aut herba mercuriali: aut polypodio: aut anetho. Vtilissime autē ī cōgiis tribus
aquæ ad tres heminas cum supradictis herbis: et refrigeratū sub diuo dari tempestiuis
antedente uomitione. Non præteribo miraculum quāq̄ ad medicinam nō pertinēs:
si auro liquescenti gallinarum membra misceantur: consumunt illud in se. ita hoc
uenenum auri est. At gallinaceis ipsis circulo e sarmentis addito collo non canunt.
Auxiliatur contra serpentes et columbarum caro recens conscerpta: et hirundinum.
Bubones pedes usti cum pulpagine herba. Nec omittam in hac alite quoq; exēplum
magicæ uanitatis: quippe præter reliqua portentosa mendacia. Cor bubonis imposi/
tum mammæ mulieris dormientis sinistræ: tradūt efficere: ut omnia secreta ꝓnūtiet.
Præterea in pugnam ferentes idem fortiores fieri. Eiusdem ouo ad capillos remedia
demonstrant. Quis autem quæso ouum bubonis uidere potuit cum tam ipsam auē
uidisse prodigium sit? quis utiq; experiri et præcipue in capillo? Sanguine quidē pulli
bubonis etiam crispari promittūt capillum. Huius generis prope uideri possūt quæ
tradunt & e uespertilione: ꝗ si sit circunlatus domui uiuus & per se fenestram īuerso
capite infigatur amuletum esse. Priuatimq; ouilibus circunlatum totiens & pedibus
suspensum sursum in supliminare. Sanguinem quoq; eius cum carduo cōtra serpē/
tium ictus inter præcipua laudant. Phalāgium est italiæ ignotum & pluriū generū.
Vnum simile formicæ: sed multo maius: ruffo capite: reliqua parte corporis nigra:
albis intercursantibus respersus guttis. Acerbior huius q̄ uespæ ictus. Viuit maxime
circa furnos & molas. In remedio est si quis eiusdem generis alterum ꝑcusso ostēdat.
Et ad hoc seruantur cum mortui inueniuntur. Et cortices eorum contriti & poti me/
dentur. Et mustelæ catuli ut diximus supra. Aeque phalangion græci uocant inter
genera araneorum: sed distinguunt lupi nomine. Tertium genus est eodē phalāgii
nomine araneus: lanuginosus: grandissimo capite. quo dissecto inueniri dicūtur itus
uermiculi duo: adalligatiq; mulieribus ceruina pelle ante solis ortum præstant ne cō/
cipiant: ut Cecilius in comentariis reliquit. Vis ea annua est: quam solam ex omni ta/
cito dixisse fas sit: quoniam aliquarum fœcunditas plena liberis tali uenia indiget.
Vocatur et rhachino nigro similis ore minimo subalbo pedibus breuissimis: tāq̄ im/
perfectis. Dolor a morsu eius qualis a scorpione. Vrina similis araneis textis. Idem
erat Asiortion: nisi distingueretur uirgulis albis. Huius morsu genua labefactantur.
Peior utroq; est cæruleus lanugine nigra: caliginem concitans: et uomitus araneosos:
etiamnum deterior: a crabrone penna tantum differens. Hic & ad maciem perducit.
Myrmecion formicæ similis capite: aluo nigra guttis albis distinguentibus. Vesparū
dolore torquet. Tetraganthii duo genera habent. peior medium caput distinguente
linea alba & transuersum altera. Hic oris tumorem facit. At cinereus posteriori parte
candicās lentior. Minime autem noxius eodem colore qui telas muscis in parietibus
latissime pandit. Contra omnium morsus remedium est gallinaceum cerebrum cū
piperis exiguo potum in posca. Item formicæ quinq; potæ. Pecudū fimi cinis illitus
ex aceto. Et ipsi aranei quicūq; ī oleo putrefacti. Muris aranei morsus sanat̃ coagulo
agnæ in uino poto. Vngulæ arietinæ cinere cū melle. Mustelæ catulo ut ī serpentibus
dictum est. Si iumenta momorderit: mus recēs cum sale imponitur: aut fel uespti/
lionis ex aceto. Et ipse mus araneus contra se remedio est diuulsus & impositus. Nā
si prægnans momorderit: protinus dissilit. Optimum est: si is imponatur q momor/
derit. Sed & alios ad hunc usum seruant in oleo aut luto circunlitos. Est & contra
morsum eius remedio terra ex orbita. Ferunt enim nō transiri ab eo orbitam torpore
quodam naturæ. Scorpionibus contrarius maxime inuicem stellio traditur: ut uisu
quoq; pauorem iis afferat: & torporem frigidi sudoris. Itaq; in oleo putrefaciunt eū:
et ita eo uulnera perungunt. Quidam oleo illo spumam argenteam decoquunt ad
emplastri genus: atq; ita illinunt. Hunc græci colorem uocāt & ascalabotē & galeotē

In italia non nascitur. Est enim hic plenus lentigine:stridoris acerbi. Et uescitur. quæ omnia a nostris stellionibus aliena sunt. Prodest & gallinarum fimi cinis illitus. Draconis iecur. Lacerta diuulsa. Mus diuulsus. Scorpio & ipse suæ plagæ impositus aut assus in cibo sũptus:aut potus in meri cyathis duobus. Proprium est scorpionũ ꝙ manus palmam nõ feriũt. nec nisi pilos attingere. Lapillus qualiscunq; ab ea pte qua in terra erat:appositus plagæ lenit dolorem. Item testa sicut erat terra operta ex aliqua parte sicut erat imposita:liberare dicitur. Non debent respicere q imponunt. Et cauere ne sol aspiciat. Vermesq; terreni triti impositi prosũt. Multa & alia ex his remedia sunt:propter quæ in melle seruantur. Noctua apibus contraria & uespis crabronibusq; & sanguisugis. Pici quoq; martii rostrum secum habentes:nõ feriunt ab iis. Aduersantur & locustarum minimæ sine pennis:quas atelabos uocant. Est et formicarum genus uenenatum. Non eas nouere in italia. Solifugas Cicero appellat. Salfugas betica. Iis cor uespertilionis contrarium omnibusq; formicis:& salamãdris resistit. Cantharidas diximus. Sed & in iis magna quæstio:quoniam ipsæ uenena sũt potæ uesicæ cum cruciatu præcipuo. Cossinum equitem romanum amicicia Neronis principis notum: cum is lichene correptus esset: uocatus ægypto medicus ad hanc ualitudinem eius a Cæsare:cum cantharidum potum præparare uoluisset interemit. Verum illitas prodesse nõ dubium est cũ succo taminiæ uuæ:& seuo ouis uel capræ. Ipsarum cantharidum uenenum in qua parte sit:non constat inter auctores. Alii in pedibus & capite existimant esse. Alii negant. Conuenit tantum pẽnas earũ auxiliari in quacunq; parte sit uenenum. Ipsæ nascuntur ex uermiculo in spongia maxime cynorhodi: quæ fit in caule. Sed fœcũdissimæ in fraxino. Cæteræq; in alba rosa minus efficaces. Potentissimæ inter omnes uariæ luteis lineis:quas in pennis trãsuersas habent. Multum pingues inertiores minutæ latæ pilosæ. Inutilissimæ uero unius coloris macræq;. Conduntur in calice fictili non picato & linteo colligato congestæ rosa matura. & suspenduntur super acetum cum sale feruens:donec p linteolũ uaporent. postea reponuntur. Vis earum adurere corpus:crustas obducere. Eadẽ pityocampis in picea nascentibus. Eadem bupresti. similiterq; præparantur. Efficacissimæ omnes ad lepras lichenasq; dicuntur. Menses cit:& urinam. Ideo & Hippocrates hydropicis dabat. Cantharides obiectæ sũt Catoni uticensi ceu uenenũ uendidisset ĩ auctione regia:quoniam eas sestertiis. lx. addixerat.

DE Seuo camelino:& cane rabido:& lacerta:& anseribus:& columbis:& mustelis remedia. Capitulum. iiii.

ET seuum autem struto camelinum tunc uenisse sestertiis. lxxx. obiter dictum sit:efficacioris ad omnia usus q̃ est adeps ãserinus. Diximus & mellis uenenati genera. Contra quod utuntur melle:in quo apes sint mortuæ. Idem potum in uino remedium est uitiorum:quæ cibo piscium gignũtur. In canis rabidi morsu tuetur a pauore aquæ capitis canini cinis illitus uulneri. Oportet igne comburi omnia eodẽ modo ut semel diximus ĩ uase fictili nouo argilla circũlito:atq; ita in furnum indito. Idem & in potione ꝓficit. Quidamq; ob id edendum dederunt. Aliqui & uermen e cadauere canino adalligauere. Menstruaue canis in panno subdidere calici aut intus. Ipsius caudæ pilos combustos insuere uulneri. Cor caninum habentem fugiunt canes. Non latrant uero lingua canina in calciamento subdita pollici. Aut caudam mustelæ quæ abscisa dimissa sit habentes. Est limus saliuæ sub lingua rabiosi canis qui datus in potu fieri hydrophouos nõ patitur. Multo tamen utilissime iecur eius qui in rabie momorderit datur. Si possit fieri crudum mandendum. Si minus quoquomodo coctum aut ius incoctis carnibus. Est uermiculus ĩ lingua canum q uocat a græcis lytta:quo exempto infantibus catulis nec rabidi fiunt nec fastidium sentiunt. Idem ter igni circumlatus datur morsis a rabioso:ne rabidi fiant. Et cerebello gallinaceo occurritur. Sed id deuoratum anno tantum eo prodest. Aiunt & cristam galli

contritam efficaciter imponi. Et anſeris adipem cum melle. Saliuntur & carnes eorũ qui rabidi fuerunt ad eadem remedia in cibo dandi. Quin & necantur catuli ſtatim ĩ aqua ad ſexum eius qui momorderit: ut iecur crudum deuoretur ex iis. Prodeſt & fimum gallinaceum duntaxat ruffum: ex aceto impoſitum. Et muris araneæ caudæ cinis ita ut ipſe cui abſciſſa ſit: uiuus dimittatur. Gleba ex hirundinum nido illita ex aceto: uel pulli hirundinis combuſti. Membrana ſiue ſenectus anguium uernatione exuta cum cancro maſculo trita. Nam etiam per ſe repoſita in arcis armariiſq; tineas necant. Tanta uis mali eſt ut urina quoq; calcata rabioſi canis noceat maxime ulcus habentibus. Remedium eſt fimum caballinum aſperſum aceto & calefactum ĩ fico impoſitum. Minus hoc miretur qui cogitet lapidem a cane morſum: uſq; ĩ ꝓuerbiũ diſcordiæ ueniſſe. Qui in urinam canis ſuam egeſſerit: torporem lumborum dicitur ſentire. Lacerta quam hyſepa alii chalcidicen uocant ĩ uino pota: morſus ſuos ſanat. Veneficiis ex muſtela ſilueſtri factis cõtrarium eſt ius gallinacei ueteris large hauſtũ. Peculiariter contra aconitum addi parum ſalis oportet. Gallinarum fimũ dũtaxat candidum in hyſopo decoctum aut mulſo: uenena fungorum boletorumq; aſtrĩgit. Item inflammationes ac ſtrangulationes. quod miremur cum ſi aliud animal guſtauerit id fimum torminibus & inflationibus afficiatur. Sanguis anſerinus cõtra lepores marinos ualet: cum olei æqua portione. Item contra medicamenta mala omnia. Aſſeruatur cum lemnia rubrica & ſpinæ albæ ſucco paſtillorum drachmis quinq; qui in cyathis ternis aquæ bibãtur. Item muſtelæ catulus ut ſupra diximus præparatus. Coagulum quoq; agninum aduerſus omnia mala medicamenta pollet. Itẽ ſanguis anatum ponticarum. Itaq; & ſpiſſatus ſeruatur uinoq; diluitur. Quidam fœminæ anatis efficaciorem putant. Simili modo cõtra uenena omnia ciconiarũ uentriculus ualet. Coagulum pecoris. Caulis ius ex carne arietũ priuatim aduerſus cãtharidas. Item lac ouium calidum: præter ꝗ̃ iis ꝗ bupreſtin aut aconitum biberint. Columbarũ ſilueſtrium fimum priuatim contra argenti uiui potum. Contra toxica muſtela uulgaris inueterata binis drachmis pota.

¶Ad Alopecias tollendas: & ad pilos reddendos: & ad lendes tollẽdas: & ad palpebras: & ad glaucomata: & ad oculos: & ad parotidas remedia. ¶Cap. v.

ALopecias replet fimi pecudum cinis cum oleo cyprio & melle. Item ungularũ muli uel mulæ ex oleo myrteo. Præterea (ut Varro noſter tradit) murinũ fimũ quod item muſcerdas appellat. Et muſcarum capita recentia prius folio ficulneo aſperata. Alii ſanguine muſcarum utuntur. Alii decem diebus cinerem earum illinunt cum cinere chartæ uel nucum: ita ut ſit tertia pars e muſcis. Alii lacte mulierum cum braſſica cinerem muſcarum ſubiiciunt. quidam mel tantum. Nullum animal minus docile exiſtimatur minoriſue ĩtellectus. Quo mirabilius eſt olympiæ ſacro certamine nubes earum immolato tauro deo quem Myoden uocant extra territorium id abire. Alopecias cinis e murium capitibus caudiſq; & totius muris emendat: præcipue ſi ueneficio acciderit hæc iniuria. Item herinacei cinis cum melle: aut corium combuſtũ cum pice liquida. Caput quidem eius uſtum per ſe etiam cicatricibus pilos reddit. Alopecias autem in ea curatiõe præparari oportet nouacula & ſinapi. Quidã ex aceto uti maluerunt. Quæ de erinaceis dicuntur omnia tanto magis ualebunt in hyſtrice. Lacertæ quoq; ut diximus combuſtæ cum radice recentis harundinis: quæ ut una cremari poſſit: minutatim findenda eſt. Itemq; myrteo oleo permixto cineres capillorũ defluuia continent. Efficacius uirides lacertæ omnia eadẽ præſtãt. Etiã num utilius ammixto ſale & adipe urſino & cepa tuſa. Quidam denas uirides in decem ſextariis olei ueteris diſcoquunt: contenti ſemel in menſe ungere. Pellium uiperinarꝫ cinis alopecias celerrime explet. Itẽ gallinarum fimum recens illitum. Corui ouum ĩ æreo uaſe permixtum illitumq; deraſo capite: nigritiam capillis affert. Sed donec ĩareſcat: oleum in ore habendum eſt: ne & dentes ſimul nigreſcant. Idq; in umbra faciendum

eſt:neq; ante triduum abluendum. Alii ſanguine & cerebro eius utuntur cum uino
nigro. Alii excoquunt ipſum:& nocte concubia in plumbeum uas condunt. Aliqui
alopecias cantharide trita illinunt cum pice liquida:nitro præparata cute. Cauſtica
uis earum:cauendumq; ne exulcerent alte. Poſtea ad ulcera ita facta capita murium
& fel murium:& fimum cum helleboro & pipere illini iubent. Lendes tollũtur adipe
canino:uel anguibus in cibo ſumptis ãguillarum modo:aut uernatione earum quã
exuunt pota.prurigines felle ouillo cum creta cyniolia illita capiti donec inareſcat.
Capitis doloribus remedio ſunt cochleæ eæ quæ nudæ ĩueniuntur nondum peractæ
ablato capite:& iis lapidea duritia exempta. Eſt autem ea calculi latitudine: quæ al-
ligãtur:& minutæ fronti illinuntur tritæ. Item reſipum oſſa e capite uulturis adalli-
gata:aut cerebrum cum oleo cedrino peruncto capite & intus naribus illitis. Cornicis
cerebrum coctum in cibo ſumptum uel noctuæ idem præſtat. Gallinaceuſq; ſi ĩclu-
ſus abſtineat die ac nocte pari inedia eius q doleat euulſis collo plumis circũligatiſq;
uel criſtis. Muſtelæ cinis illitus. Surculus ex nido milui puluino ſubiectus. Murina
pellis cremata ex aceto illito cinere. Limacis inter duas orbitas ĩuentæ oſſiculum per
aurem cum ebore traiectum: uel in pellicula canina adalligatum. quod remedium
pluribus ſemperq; prodeſt. Fracto capiti aranei tela ex oleo et aceto impoſita:nõ niſi
uulnere ſanato abſcedit. Hæc & uulneribus conſtrinarum ſanguinem ſiſtit. A cere-
bro uero profluentem ãſeris ſanguis:aut anatis infuſus adeps ſiſtit. Adepſq; earũdẽ
alitum cum roſaceo coctus. Matutino paſcentis harundine caput præciſum maxime
luna plena lineo panno adalligant capitis doloribus licio. Aut cæra alba frõti illinũt.
& pilos caninos panno adalligant. Cerebrum cornicis in cibo ſumptum palpebras
gignere dicitur. Hyſopumq; cum myrrha calidum penicillo illitum. Idem præſtare
muſcarũ:fimi quoq; murini cinerẽ æquis portionibus:ut efficiatur dimidiũ pondus
denarii promittitur:additis duabus ſextis denarii ſextiui ut omnia hyſopo illinantur.
Item murini catuli triti in uino uetere ad craſſitudinem acopi. Pilos in iis ĩcõmodos
euulſos renaſci nõ patitur fel herinacei. Ouorum ſtellionis liquor. Salamandræ cinis.
Cinis lacertæ uiridis:uel ĩ uino albo ſole coactus ad craſſitudinem mellis in æreo uaſe.
Hirũdinis pullorum cinis cum lacte titymalli ſpumaq; cochlearum. Glaucomata di-
cunt magi cerebro catuli ſeptem dierum emundari ſpecillo demiſſo in dexteram ptem
ſi dexter oculus curetur:in ſiniſtram ſi ſiniſter. Aut felle recenti axionis. Noctuarum
eſt id genus maximum:quibus pluma auri modo micat. Suffuſionem oculorum ca-
nino felle malebat q̃ hyenæ curari Apollonius pritaneus cum melle. Item albugines
oculorum. Murium capitum caudarumq; cinere ex melle inunctis claritatem uiſus
reſtitui dicunt. Multoq; magis gliris aut muris ſilueſtris cinere: aut aquilæ cerebro
uel felle. Cum attico melle cinis & adeps ſoricis combuſti tritus. Lachrymoſis oculis
plurimum confert ſtibi. Quod quid ſit:dicemus in metallis. Muſtelæ cinis ſuffuſio-
nibus. Item lacertæ hirundiniſue cerebrum.quæ etiam tritæ coctæue fronti illitæ epi-
phoras ſedant: ſiue per ſe ſiue cum polline ſiue cum thure. Sic & ſolatis id eſt ſole
correptis proſunt. Viuas quoq; cremare:& cinere earum cum melle cretico ĩungi ca-
ligines utiliſſimum eſt. Iumentorum oculis membrana aſpidis quam exuerit cũ adi-
pe eiuſdem claritatem inunctis facit. Viperam uiuam in fictili nouo comburere ad-
dito fœniculi ſucco ad cyathũ unũ & thuris mamma una atq; ita ſuffuſiones oculoꝝ
& caligines inungere:utiliſſimũ eſt. Medicamẽtũ id entheon uocatur. Fit & collyriũ
uipera in olla putrefacta uermiculiſq; enatis cum croco tritis. Exuritur in olla cum
ſale quem lingendo claritatem oculorum conſequuntur & ſtomachi totiuſq; corpo-
ris tempeſtiuitates. Hinc etiam ſal pecori datur ſalubritatis cauſa.& in antidotum
contra ſerpentes additur & attollitur. Quidam & uiperis utuntur in cibis. Primum
omnium occiſæ ſtatim ſalẽ ĩ os addi iubent donec liqueſcat humor quattuor digitoꝝ
mẽſura utrinq; præciſa.exemptiſq; ĩteraneis diſcoquunt ĩ aqua aut oleo ſale anetho

et omnibus aut statim uescuntur:aut a pane colligũt ut sæpius utantur. Ius præter supradicta pediculos e toto corpore expellit:pruritusq; etiam summæ cutis. Effectũ ostendit & per se capitis uiperini cinis. Vtilissime oculos inungunt. Itemq; adeps uiperinus. De felle non audacter suaserim:quæ præcipiunt: quoniam ut suo loco docuimus:non aliud est serpentium uenenum. Anguium adeps erugini mixtus rup/tas oculorũ partes sanat:et mẽbrana siue earũ senectus uernatione exuta si adfricet̃ claritatem oculorum facit. Vlulæ quoq; fel prædicatur ad albugines suffusiones ca/ligines. Adeps similiter ad claritatem. Aquilæ:quam diximus pullos ad cõtuendum solem experiri:mixto felle cum melle attico ĩungũtur nubeculæ & caligationes suffu/sionesq; oculorum. Eadem uis & ĩ uulturino felle est cũ porri succo & melle exiguo. Et item in gallinacei felle alligato ad argema:& ad albugines ex aqua diluto. Itẽ ad suffusiones oculorum maxime cãdidi gallinacei. Fimũ quoq; gallinaceorũ dũtaxat rubrum lusciosis illinendum monstrant. Laudant & gallinæ fel:sed præcipue adipẽ contra pustulas ĩ pupillis. Hos scilicet eius rei gratia saginãt. Adiuuat mirifice erup/tas oculorum tuniculas ammixto schisto & hematite lapidibus. Fimum quoq; earũ dũtaxat cãdidũ in oleo uetere corneisq; pyxidibus adseruant ad pupillarũ albugines. Qua in mentione significandum est pauones fimum suum resorbere tradi inuidẽtes hominum utilitatibus. Accipiter decoctus in rosaceo efficacissimus ad inunctiones omnium uitiorum putatur. Item fimi eius cinis cũ attico melle. Laudatur & milui iecur. Fimũ colũbarum ex aceto ad egylopas. Similiter & ad albugines & cicatrices: Fel anserinum sanguis anatum contusis oculis ita ut postea hysopo & melle ĩungãt̃. Fel perdicum cum mellis æquo põdere. per se uero ad claritatem Dioscoridis:& Hip/pocratis ut putant auctoritate adiicitur:ꝙ in argentea pyxide adseruari iubent. Oua perdicum ĩ uase æreo decocta cum melle:ulceribus oculorum & glaucomatis medet̃. Columbarum turturum palumbium perdicum sanguis oculis cruore suffusis eximie prodest. In columbis masculæ efficaciorem putant. Vena autem sub ala ad hũc usũ inciditur:quoniam suo calore utilior est. Superimponi oportet splenium e melle de/coctum:lanamq; succidam ex oleo et uino. Earundem auium sanguis nyctilopas sanat. Et iecur ouium. Atq; ut ĩ capris diximus efficacius fuluæ. Decocto quoq; eius oculos abluere suadent: & medulla dolores humoresq; illinunt. Bubonis oculorum cinis collyrio mixtus claritatem oculis facere promittitur. Turturis fimum albugines extenuat. Item cochlearum cinis. Fimum cenchridis accipitrum generis hanc græci faciunt. Argema ex melle omnibusq; quæ supra scripta sũt sanantur. Mel utilissimũ oculis in quo sũt apes immortuæ. Ciconiæ pullum qui ederit: negat̃ ãnis continuis lippiturus. Item qui draconis caput habeat. Huiusq; adipe & melle cum oleo uetere incipientes caligines discuti tradunt. Hirundinum pullos plena luna excæcant:resti/tutaq; earum acie capita comburuntur. Cinere cum melle utuntur ad claritatem & dolores ac lippitudines & ictus. Lacertas quoq; pluribus modis ad oculorũ remedia assumũt. Alii enim uiridem includunt nouo fictili. ac lapillos qui uocantur cenidia: quæ & inguinum tumoribus adalligari solent: nouem singulos signis signantes:& singulos detrahunt per dies. Nono emittunt lacertam. Lapillos seruant ad oculorũ dolores: Alii terram substernunt lacertæ uiridi excæcatæ:& una in uitreo uase ãnulos includunt ferro solido uel auro. cum recepisse uisum lacertam apparuerit per uitrum emissa ea annulis contra lippitudinem utuntur. Alii capitis cinere pro stibio ad sca/bricias. Quidam uiridem longo collo in sabulosis nascentem comburunt: & ĩcipiẽtẽ epiphoram inungunt. Et item glaucomata. Mustelæ etiam oculis pũctu erutis aiũt uisum reuerti. eademq; quæ in lacertis & annulis faciunt. Serpentis oculum dex/trũ adalligatum contra epiphoras prodesse si serpens uiua dimittatur. Lachryman/tibus sine fine oculis cinis stellionis capitis cum stibio eximie medetur. Aranei muscarii tela: & præcipue spelunca ipsa imposita fronti ad duo tempora: ita ut a

puero impube & capiatur & imponatur. Nec is triduo se ostendat ei cui medeatur. ne ue alteruter nudis pedibus terram attingat his diebus: mirabiliter epiphoras mederi dicuntur. Albugines quoq; dicitur tollere inunctione araneus candidus longissimis ac tenuissimis pedibus contritus in oleo uetere. Sed is etiã cuius crassissimum textũ est in contignationibus fere adalligatus panno epiphoras sanare traditur. Scarabei uiridis natura contuentium uisũ exacuit. Itaq; gemmarum sculptores cõtuitu eorũ acquiescũt. Aures purgat fel pecudis cũ melle. Caniniq; lactis ĩstillatio sedat dolorem. Grauitatem adeps cum absinthio & oleo uetere. Item adeps anserinus. Quidã adiiciunt succum cepe & allii pari modo. Vtuntur & per se ouis formicarum. nanq; & huic animali est medicina. cõstatq; ursos ægros hoc cibo sanari. Anserum quoq; et omnium auium adeps præparatur. exẽptisq; uenis omnibus patina noua fictili opta in sole: subdita aqua feruenti liquatur. Siccaturq; lineis saccis ĩ fictili nouo repositus loco frigido minus putrescit: addito melle. Murium cinis cum melle instillatus: aut cum rosaceo decoctus aurium dolores sedat. Si aliquod animal in aurem intrauerit: præcipuum remedium est murinum fel aceto dilutum. Si aqua intrauerit: adeps anserinus cum cepe succo. Gliris detracta pelle: intestinisq; exemptis discoquitur melle in uase nouo. Sed medici malũt nardo decoqui usq; ad tertias: atq; ita asseruari. deinde cum opus sit strigili tepefacta infundere. Constat deplorata aurium uitia eo remedio sanari. Aut si terreni uermes adipe anseris decocti infundantur. Item ex arboribus rubri cum oleo triti exulceratis & ruptis auribus præclare medentur. Lacerti inueterati in os pendentium addito sale contusi & ab ictu læsas aures sanant. Efficacissime autem ferrugineas maculas habentes. Lineis etiam per caudam distincte. Millepeda: ab aliis centipeda aut multipeda dicta: animal est e uermibus terræ pilosũ multis pedibus arcuatim repens tractuq; cõtrahens se: oniscõ græci uocãt: alii tilon. Efficaciter sanat aurium dolores in cortice punici mali decoctũ & porri succo. Addũt et rosaceum & in alteram aurem infundunt. Illã autẽ quæ non arcuatur sepa græci uocant: alii scolopendram minorem perniciosamq;. Cochleæ quæ sunt in usu cibi cũ myrrha aut thuris polline appositæ. Item minutæ & latæ fracturis aurium illinunt cum melle. Senectus serpentiũ feruente testa usta instillatur rosaceo ammixto cõtra omnia quidem uitia efficax: sed contra graueolentiam præcipue. aut si purulentæ sũt ex aceto. Melius cum felle caprino uel bubulo aut testudinis marinæ. Vetustior ãno eadem membrana non prodest: nec hymbre perfusa: ut aliqui putant. Item aranei sanies cum rosaceo: aut per se in lana uel cum croco. Auribus prodest gryllus cũ sua terra effossus & illitus. Magnam auctoritatẽ huic animali perhibet Nigidius: maiorẽ magi: quoniam retro ambulet: terramq; terebret: stridat noctibus. Venantur eum formicæ circũligatæ capillo in cauernam eius coniectæ efflato prius puluere ne sese condat: & ita formicæ complexu extrahitur. Ventris gallinaceorum membrana quæ abiici solet inueterata & in uino trita auribus purulentis calida infunditur. Gallinarũ quoq; adeps. Est & quædam pinguitudo blattæ si caput auellatur. Hanc tritã una cum rosaceo auribus mire prodesse dicunt. Sed lanam qua incluserint postpaulum extrahendam. celerrime enim id pingue transire in animal: fieriue uermiculum. Alii binas ternasue in oleo decoctas: efficacissime auribus mederi scribũt: & tritas ĩ lĩteolo imponi contusis. Hoc quoq; animal inter pudenda est. Sed propter ammirationem naturæ priscorũq; curã: totum in hoc loco explicandum. Plura earum genera fecerũt. Molles quas in oleo decoctas uerrucis efficaciter illini experti sunt. Alterum genus Mylochon appellauere circa molas fere nascens. has capite detracto attritas lepras sanasse Musa & Picton in exemplis reliquerunt. Tertium genus & odoris tedio ĩuisũ exacuta clune cum pisseleo sanare ulcera tradunt alias insanabilia. Strumas panos diebus. xxi. impositas: pcussa: cõtusa: cacoethe: scabiẽ: furunculosq; detractis pedibus et pennis. Nos hæc etiam auditu fastidimus. At hercule Diodorus & morbo regio et

orthopnoicis restitisse tradit cum resina & melle. Tantum potestatis habet ars ea pro medicaméto dandi quicquid uelit. Humanissimi eorũ cinerẽ crematorũ reseruãdũ ad hos usus in cornea pyxide censuere. aut tritas clysteribus infundẽdas orthopnoicis aut rheumaticis. Infixa utiq; corpori illitas extrahere cõstat. Mel utilissimũ auribus quoq; est in quo apes emortuæ sunt. Parotidas comprimit columbinum stercus uel per se: uel cum farina hordeacea: aut auenacea. Noctuæq; cerebrum uel iecur cũ oleo infusum auriculæ aut parotidæ. Multipeda cum resinæ parte tertia illita. Grylli siue illiti siue adalligati. At reliqua morborum genera medicinasq; ex iisdem animalibus aut eiusdem generis sequenti dicemus uolumine.

¶CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XXX.

¶PRAEFATIO.

¶DE Origine magicæ artis: quãdo & a quibus cœperit: & a quibus celebrata fuerit: et reliquæ ex animalibus medicinæ. ¶Capitulum primum.

MAGICAS VANITATES SAEPIVS QVIdem antecedentis operis parte ubicũq; causæ locusq; poscebant: coarguimus. Detegemus etiam nunc in paucis. Tamen res digna est de q̃ plura dicantur: uel eo ipso quo fraudulentissima artiũ plurimum in toto terrarum orbe plurimisq; sæculis ualuit. Auctoritaté ei maximã fuisse nemo miretur: quando quidem sola artium tres alias imperiosissimas humanæ mentis complexa in unã se redegit. Natam primũ e medicina nemo dubitat: ac specie salutari irrepsisse uelut altioré sanctioremq; q̃ medicinam: ita blandissimis desideratissimisq; promissis addidisse uires religionis. ad quas maxime etiam num caligat humanũ genus. atq; ut hoc quoq; suggesserit miscuisse artes mathematicas nullo non auido futura de sese sciendi: atq; ea e cælo uerissime peti credente. Ipsa possessis hominum sensibus triplici uinculo in tantum fastigii adoleuit: ut hodieq; etiam in magna parte gentiũ præualeat: & in oriente regum regibus imperet. Sine dubio illic orta in perside a Zoroastre ut inter auctores conuenit. Sed utrum unus hic tantum fuerit: an postea & alius nõ satis cõstat. Eudoxus qui inter sapiẽtiæ sectas clarissimã utilissimãq; eã ĩtelligi uoluit: Zoroastrem hunc sex milibus ãnorum ante Platonis mortem fuisse prodidit. Sic & Aristoteles. Hermippus qui de tota ea arte diligẽtissiẽ scribit: & uities centum milia uersuum a Zoroastre condita indicibus quoq; uoluminum eius positis explanauit. etiam præceptorem a quo institutum diceret: tradidit Agonacem. Ipsum uero quinq; milibus annorũ ante Troianum bellum fuisse. Mirũ hoc in primis: durasse memoriam artemq; tam longo æuo commentariis nõ intercedentibus: præterea nec claris nec continuis successionibus custoditam. Istos enĩ qsq; cõmuni auditu saltem cognitos habet: qui soli cognominantur: Apuscorũ & Zaratũ medos: babyloniũq; Marmaridium: et arabem Hippocũ: assyrium uero Zarmocenidam. quorum nulla extant monumenta. Maxime tamen mirum est in bello troiano tantum de ea arte silentium fuisse Homero: tantumq; operis ex eadem in Vlyxis erroribus: adeo ut totum opus nõ aliunde constet. Siquidem Protea & sirenum cantus apud eum non aliter intelligi uolunt. Circem utiq; & inferorum euocationẽ solũ hac agi. Nec postea quisq̃ dixit: quonam modo uenisset telmesum religiosissimam urbem quondam: transissetq; ad thessalas urbes. quarum cognomen diu optinuit ĩ

nostro orbe alienæ gentis. Troianis itaq; temporibus Chironis medicinis contenta est
solo Marte fulminante. Miror eqdē. Ac illis populis famā eius intantum adhæsisse:
ut Menander quoq; litteratū subtilitatibus peritus in eadem telmeso genitus thessa/
lam cognominarit fabulam complexam ambages fœminarum detrahentium lunā.
Orphea putarē e propīquo primū ītulisse ad uicinas usq; superstitiones ac medicinæ
profectum: si non ex persis esset uis tota in thraciamq; magicæ delata fuisset. Primus
quod extet ut equidem inuenio commentatus de ea erat Hosthanes: Xerxem regem
persarum bello: quod is græciæ intulit comitatus: ac uelut semina artis portentosæ
aspersisse obiter interfecto quacunq; commeauerat mundo. Diligentiores paulo āte
hunc ponūt Zoroastrem aliū proconesium. Quod certū est: hic maxime Hosthanes
ad rabiem non auiditatem modo scientiæ eius græcorum populos egit. Quanq̄ ani/
maduertam summā litterarū claritatem gloriamq; ex ea scientia antiquitus & pene
semper petitam. Certe Pythagoras: Empedocles: Democritus: Plato ad hāc discēdā
nauigauere: exiliis uerius q̄ peregrinationibus susceptis. Hanc reuersi prædicauere.
hāc ī arcanis habuere. Democritus Appollonicen Captidenē & Dardanū e phœnice
illustrauit uoluminibus Dardani e sepulchro eius petitis. suis uero ex disciplina eorū
editis. Quæ recepta ab aliis hominum atq; transisse per memoriam æque ac nihil in
uita mirandum est. Intantum fides istis fasq; omne deest. adeo ut ii qui cætera de ui/
ro illo probant hæc opera esse eius inficientur. Sed frustra. Hūc enim maxime affixisse
animis eam dulcedinem constat. Plenūq; miraculi & hoc pariter utrasq; artes efflo/
ruisse. medicinam dico: magiceq; eadem ætate illam Hippocrate hanc Democrito il/
lustrantibus circa peloponnesiacum græciæ bellum: quod gestum est a trecentesimo
urbis nostræ anno. Est & alia magices factio a Mose etiā num & Lotapea iudæis pē/
dens: sed multis milibus annorum post Zoroastrem. Tanto recentior est cypria. Nō
leuem & Alexandri Magni temporibus auctoritatem addidit professione secundus
Hosthanes cominatu eius exornatus. Planeq; quod nemo dubitet orbem terrarum
peragrauit. Extāt itaq; & apud italas gentes uestigia eius in. xii. tabulis nostris aliisq;
argumentis quæ priori uolumine exposui. Dc.lvii. demum anno urbis Cn. Corne/
lio Lentulo. P. Licinio Crasso cōsulibus: senatusconsultum factum est: ne homo im/
molaretur. palamq; in tempus siluit sacri prodigiosi celebratio. Gallias utiq; possedit
et quidē ad nostram memoriam. Nāq; Tiberii Cæsaris principatus sustulit druidas
eorū. & hoc genus uatum medicorūq;. Quid ipse ego hanc memorē artem oceanum
quoq; transgressam: & ad naturæ inane peruectam in britanniam: quæ hodie eā atto/
nite celebrat tantis cerimoniis: ut dedisse persis uideri possit. Adeo ista toto mundo
consensere q̄q̄ discordi & sibi ignoto. Non satis æstimari potest: quantum romanis
debeatur: qui sustulere monstra: in quibus hominem occidere religiosissimum erat.
mandi uero etiam saluberrimum. Vt narrauit Hosthanes: species eius plures sūt.

¶Vituperatio Neronis Cæsaris. ¶Cap. ii.

NAnq; ea quæ a sphæris & ex aere & stellis & lucernis ac peluibus securibusq; &
multis aliis modis diuina promittit: præterea umbrarū: inferorumq; colloq̄a:
Quæ omnia ætate nostra princeps Nero uana falsaq; comperit. Quippe non citharæ
tragiciq; cantus libido illi maior fuit. Fortuna rerum humanarum summa gestiente
in profundis animi uitiis. primumq; imperare diis concupiuit: nec quicq̄ generosius
ualuit. Nemo unq̄ ulli artium ualidius fauit. Ad hæc non opes illi defuere: nō uires:
non discendi ingenium aliaq; non patiente mundo. Immensum & indubitatum exē/
plum est falsæ artis quam dereliquit Nero. Vtināq; inferos potius & quoscunq; de
suspicionibus suis deos consuluisset: q̄ lupanaribus atq; prostitutis mandasset inq/
sitiones eas. Nulla profecto sacra barbari licet feriq; ritus non mitiora q̄ cogitationes
eius fuissent. Sæuius sic nos repleuit umbris. Sunt quædam magis perfugia ueluti
lentiginem habentibus non obsequi numina ut cerni non possint. Forte hoc in illo/

Nihil membris defuit. Nam dies eligere certos liberum erat. Pecudes uero quibus nō nisi ater colos esset: facile. Nam hominem immolare etiam gratissimum. Magus ad eum Mithridates uenerat: armeniacum de se triūphū afferens: & ideo prouinciis grauis. Nauigare noluerāt: quoniam expuere in maria: aliisq; mortalium necessitatibus uiolare naturam eam fas nō putant. Magos secum adduxerat. Magicis etiam cœnis eum ĩuitauerat. Non tamen cum regnum ei daret hanc ab eo accipere artem ualuit. Proinde autem ita persuasum sit intestabilem irritam inanem esse: habentem tamen quasdam ueritatis umbras: sed in iis ueneficas artes pollere: non magicas. Quærat aliquis quæ sint mentiti ueteres magi cum adolescentibus nobis uisus Appion grammaticæ artis prodiderit cynocephaliam herbam: quæ in ægypto uocaretur osirites diuinam & contra omnia ueneficia. Sed si ea erueretur: statim eum qui eruisset: mori. Seq; euocasse umbras ad percontandum: Homerus qua patria quibusq; parentibus genitus esset. Non tamen ausus profiteri quid sibi respondisse diceret.

¶DE Talpis: & reliquæ medicinæ p morbos digestæ in animalibus: quorum genera placida sunt: aut fera. ¶Cap. iii.

PEculiare uanitatis sit argumentum: q̄ animalium cunctorum talpas maxime mirāt̄: tot modis a rerū natura damnatas cæcitatis perpetuæ tenebris etiā nū aliis defossas sepultisq; similes. Nullis æque credūt extis. Nullū religionis capacius iudicant animal: ut siquis cor eius recens palpitansq; deuorarit: diuinationis & rerum efficiendarum euentus promittant. Dente talpæ uiuæ exempto: sanari dentium dolores adalligato affirmant. Cætera ex eo animali placita eorum suis reddemus locis. Nec quicq̄ probabilius inuenietur: q̄ muris aranei morsibus aduersari eos: quoniam & terram ut diximus orbitis depressam auersantur. Cæterum dentium doloribus (ut iidem narrant) medetur canum qui rabiem præferunt: capitū crematorum cinis sine carnibus instillatus ex oleo cyprio per aurem cuius e parte doleant. Caninus dens sinister maximus circunscarificato eo qui doleat: aut draconis os e spina. Item enydris. Est autem serpens masculus & albus. Huius maximo dente circunscarificant. at ĩ superiore dolore duos superiores adalligant: e diuerso inferiores. Huius adipe pũgũt qui crocodilum captant. Dentes scarificant & ossibus lacertæ e fronte luna plena exemptis: ita ne terram attingant. Colluunt caninis dentibus decoctis in uino ad dimidias partes. Cinis eorum pueros tarde dentientes adiuuat cum melle. Fit eodē modo & dentifricium e caninis dentibus. Cinis e murino fimo inditus: uel iecur lacertarum aridum. Angninum cor si mordeatur aut alligetur: efficax habetur. Sũtque ĩter eos qui murem bis in mense iubeant mandi doloresq; ita caueri. Vermes terreni decocti in oleo infusiq; auriculæ: cuius e parte doleant: præstant leuamentum. Eorundē cinis exesis dentibus coniectus ex facili cadere eos cogit. Integros dolentes illitus iuuat. Comburi autem oportet in testa. Prosunt & cum mori radice in aceto scyllite decocti ita ut colluantur dentes. Is quoq; uermiculus qui in herba: quæ ueneris labrum appellatur: inuenitur cauis dentium inditus mire prodest. Nam erucæ brassicæ eius cōtactu cadunt. Et e malua cimices infunduntur auribus cum rosaceo. Arenulæ quæ inueniuntur in cornibus cochlearum cauis dentium inditæ statim liberant dolore. Cochlearum inanium cinis cum mura gingiuis prodest. Serpentis cum sale in olla exustæ cinis cū rosaceo in contrariam aurem infusus. Anguinæ uernationis mēbrana cū oleo tædæq; resina calefacta & auri alterutri infusa. Adiiciunt aliqui thus & rosaceum. Eademq; cauis indita ut sine molestia cadant: præstat. Vanum esse arbitror canis ortu angues cauda membranam exuere: quoniam neutrum in italia uisum est. multoq; minus credibile in tepidis regionibus tam sero exui. Hanc autem uel ĩueteratam cū cæra celerrime dentes euellere tradunt. Et dens anguium alligatus dolores minuit. Sunt qui & araneum animal ipsum sinistra manu captum tritūq; ĩ rosaceo & in aurem infusum cuius a parte doleat: prodesse arbitrentur. Officulis gallinarū

ĩ pariete seruatis fistula salua adacto dẽte uel gingiua scarificata ,piectoq; ossiculo statim dolorẽ abire tradunt. Itẽ fimo corui lana adalligato: uel passerum cum oleo calefacto & proximæ auriculæ infuso pruritũ quidem intolerabilem facit. & ideo utilius est passeris pullorũ sarmentis crematorum cinerem ex aceto infricare. Oris saporem commendari affirmant murino cinere cum melle si fricẽtur dentes. Admiscent qdã marathri radices. Penna uulturis si scalpant' dẽtes: acidum halitum faciunt. Hoc idẽ hystricis penna fecisse ad firmitatem pertinet. Linguæ ulcera & labrorum hirundines in mulso decoctæ sanant. Adeps anseris aut gallinæ rimas. Esopũ cũ galla araneorũ telæ candidæ: & quæ intra bulbos puæ texuntur. Si feruentia os ĩtus exusserint: lacte canino statim sanabitur. Maculas in facie esopum cum melle corsico quod asprimũ habet' extenuat. Itẽ scobem cutis in facie cum rosaceo impositum uellere. Quidã et butyrum addunt. Si uero uitiligines sint fel caninum prius acu compũctus. Liuentia & suggillata pulmones arietum pecudumq; in tenues consecti membranas & calidi impositi: uel columbinum fimum. Cutem in facie adeps anseris uel gallinæ custodit. Lichenas & murino fimo ex aceto illinunt: & cinere erinacei ex oleo. In hac curatione prius nitro ex aceto faciem foueri præcipiunt. Tollit ex facie uitia & cochlearum quæ latæ & minutæ passim inueniuntur cum melle cinis. Omnium quidem cochlearum cinis spissat calfacit smectica ui. Et ideo causticis commiscetur: psorisq; & lepris & lẽtigini illinitur. Inuenio & formicas herculaneas appellatas: quibus tritis adiecto sale exiguo talia uitia sanentur. Buprestis animal est rarum in italia simillimum scarabeo longipedi. Fallit inter herbas bouem maxime: unde & nomen inuenit. deuoratumq; tacto felle ita inflammat: ut rumpat. Hæc cũ hircino seuo lichenas illita ex facie tollit smectica ui ut supradictum est. Vulturinus sãguis cum chameleonis albæ: quam herbam esse diximus: radice & cedria tritus cõtentusq; brassica lepras sanat. Itẽ pedes locustarum cũ seuo hircino triti. Varos adeps gallinaceus cũ cepa tritus & subactus. Vtilissimum & in facie sæpe mel in quo apes sint emortuæ. Præcipue tamen faciem purgat atq; erugat cygni adeps. Stygmata delẽtur columbino fimo ex aceto. Grauedinem inuenio finiri: si quis nares murinas osculetur. Vua & faucium dolor mitigat' fimo agnorum prius q̃ herbam gustauerint in ũbra arefacto. Vua succo cochleæ acu transfossæ illita: ut cochlea ipsa in fumo suspendatur. Hirundinum cinere cũ melle. Sic & tõsillis succurritur. Tõsillas & fauces lactis ouilli gargarissatio adiuuat. Multipeda trita. Fimum columbinum cũ passo gargarissatum etiã cum fico arida ac nitro impositum extra asperitatem faucium & distillationes leniunt. Cochleæ coqui debẽt in lacte: demptoq; tantum terreno conteri: & in passo dari potui. Sũt q astypaleicas efficacissimas putent: & in iis smegma earum. Lenit & gryllus infricatus. Aut siquis manibus quibus eum cõtriuerit: tonsillas attingat. Anginis felle anserino cũ elaterio & melle citissime succurritur. Cerebro noctuæ. cinere hirundinis ex aqua calida poto. Huius medicinæ auctor est Ouidius poeta. Sed efficaciores ad omnia quæ ex hirũdinibus monstrãtur: pulli siluestrium. Figura nidorum eos deprehendit. Multo tamẽ efficacissime ripariarum pulli. Ita uocant in riparum cauis nidificantes. Sunt multi qui cuiuscunq; hirundinis pullum edendum censent: ut toto anno non metuatur id malum. Strangulatos cum sanguine comburunt in uase: & cinerem cum pane aut potu dãt. Quidam & mustelæ cineres pari modo ammiscent. Sic & ad strumæ remedia. Dãt & comitialibus quotidie potu. In sale quoq; seruatæ hirundines ad ãginam una drachma bibuntur. Cui malo & nidus earum mederi dicitur potus. Millepedam illini anginis efficacissimum putant. Alii. xxi. tritas ĩ aquæ mulsæ hemina dari p arũdinem: quoniam dentibus tactis nihil prosunt. Tradunt & murem cum uerbenaca excoctum si bibatur is liquor: remedio esse. Et corrigiam caninam ter collo circũdatã. Fimum columbinum uino & oleo pmixtum. Ceruicis neruis & opysthotono ex milui nido surculus uitis adalligatus auxiliari dicitur. Strumis exulceratis mustelæ sãguis.

Ipsa decocta in uino:non tamen sectis admouetur. Aiunt & in cibo sumptam idem efficere.uel cineri eius sarmētis cōbustæ miscetur axungia.Lacertus uiridis adalliga-tur. Post dies.xxx.oportet aliū adalligari. Quidam cor eius in argenteo uasculo ser-uant. Ad fœminarum strumas ueteres cochleæ cum testa sua tusæ illinuntur: maxīe quæ frutetis adhærent. Item cinis aspidum cum seuo taurino imponitur. Anguinus adeps mixtus oleo. Item anguium cinis ex oleo illitus:uel cū cæra. Edisse quoq; eos medios abscisis utrinq; extremis artubus aduersus strumas prodest. Vel cinerē bibisse in nouo fictili ita crematorū. Efficacius multo īter duas orbitas occisorum. Et gryllū illinire cum sua terra defossum suadent. Item fimum columbarum per sese:uel cum farina hordeacea:uel auenacea ex aceto. Talpæ cinere ex melle illinere. Alii iecur eiusdē contritum inter manus illinunt:& triduo non abluunt. Dextrum quoq; pedem eius remedio esse strumis affirmāt. Alii præcidūt caput:& cū terra a talpis excitata tusum digerunt in pastillos pyxide stagnea.& utuntur ad omnia quæ intumescunt: & quæ apostemata uocant:quæq; in ceruice sunt. Vesciq; suilla tunc uetant. Tauri uocātur scarabei terrestres hircino similes.nomē cornicula dedere. Alii pediculos terræ uocāt. Ab iis quoq; terram egestam illinunt strumis & similibus uitiis:& podagris.triduo nō abluunt.prodestq; hæc medicina in annum. Omniaq; his ascribunt quæ nos ī gryllis rettulimus. Quidam & a formicis terra egesta sic utūtur. Alii uermes terrenos totidē quot sunt strumæ adalligant: pariterq; cum iis arescūt. Alii uiperam circa canis ortū circuncidunt ut diximus. Dein mediā comburunt. Deinde cinerem eum dant bibēdū ter septenis diebus quantum prahenditur ternis digitis. Sic strumis medent̃. Aliqui uero circunligāt eas lino quo præligata infra caput uipera pependerat: donec exani-maretur. Et millepedis utuntur addita resinæ terebinthinæ parte quarta. Quo medi-camento omnia apostemata curari iubent. Humeri doloribus mustelæ cinis cū cæra medetur. Ne sint malæ hirsutæ formicarum oua pueris īfricata præstāt. Item man-gonibus:ut lanugo tardior sit pubescentium sanguine e testiculis agnorū q castrant̃. Qui euulsis pilis illitus & cōtra uirus proficit. Præcordia uocamus uno nomine exta in homine:quorū in dolore cuiuscunq; partis si catulus lactens admoueatur: appri-maturq; iis partibus:transire in eum morbus dicitur. Idq; exenterato persusoq; uino deprehendi uitiato uiscere illo quod doluerit hominis:& obrui. aliis religio est. Eæ quoq; quas melolonthas uocamus:stomachi dolorem sedant applicatæ sæpius. Trā-sireq; morbos ægritudine eorum intelligitur: plerumq; & morte. Pulmonum uitiis medentur & mures:maxime africani detracta cute in oleo & salē decocti: atq; in cibo sumpti. Eadem res & purulentis uel cruentis excreationibus medetur. Præcipue uero cochlearum cibus stomacho. In aqua eas subferuefieri intacto corpore earum opor-tet:mox ī pruna torreri nihilo addito.atq; ita e uino garoq; sumi: præcipue africanas. Nuper hoc compertum plurimis prodesse. Id quoq; obseruant:ut numero impari sumant. Virus tamen earum grauitatem halitus facit. Prosunt & sanguinem excre-antibus dempta testa tritæ in aquæ potu. Laudatissimæ autem sunt africanæ. Ex iis olitanæ astypaleicæ. Siculæ modicæ:quoniam magnitudo duras facit:& sine succo. Balearicæ quas cauaticas uocant:quoniam in speluncis nascuntur. Laudatæ & ex in-sulis caprearum. Nullæ earum autem cibis gratæ neq; ueteres:neq; recentes. Fluuia-tiles & albæ uirus habent:nec non siluestres.stomacho utiles.aluum soluunt. Item omnes minutæ. Contra marinæ stomacho utiliores. Efficacissimæ tamen in dolore stomachi. Laudatiores traduntur quæcunq; uiuæ cum aceto deuoratæ. Præterea sūt quæ aceratæ uocantur late multifariā nascentes:de quarum usu suis dicemus locis. Gallinaceorum uētris membrana īueterata & inspersa potioni distillationes pectoris & humidam tussim:uel recens tosta lenit. Cochleæ crudæ tritæ cū aquæ tepidæ cya-this tribus si sorbeantur:tussim sedant. Distillationes sedat & canina cutis cuilibet digito circundata. Iure perdicum stomachus recreatur. Iocinerum doloribus medet̃

mustela siluestris in cibo sumpta uel iocinera eius. Item uipera porcelli modo īassa/ta. Suspiriosis multipedæ ita ut ter septenæ in attico melle diluātur:& p arundinem bibantur. Omne enim uas earum nigrescit contactu. Quidam torrentis sextarium in patina donec candidæ fiāt excoquunt. Tunc mel immiscent. Alii centipedā necāt. & ex aqua calida dari iubent. Cochleæ in cibos iis quos linquit animus:aut quorum alienatur mens:aut quibus uertigines fiunt:ex passi cyathis tribus singulæ contritæ cum sua testa et calefactæ in potu datæ diebus plurimum nouem. Aliq singulas pri/ma die dedere: sequenti binas:tertio ternas:quarto duas:quinto unam. Sic et suspi/ria emendāt et uomicas. Esse animal locustæ simile sine pennis: quod tryxalis græce uocatur. latinum nomen non habet. Aliqui arbitrantur auctores nec pauciores hoc esse quod gryllus uocet. Ex iis.xx.torreri iubent:ac bibi e mulsa contra orthopnoeas sanguinemq; expuentibus. Est qui cochleis illotis quibusdam protropum infundat: uel marinam aquam ita decoquat.et in cibo sumat.aut si tritæ cum testis suis sumāt cum protropo. Sic et tussi medentur ac uomicas priuatim sanant melle in quo apes sint emortuæ. Sanguinem reiicientibus pulmo uulturinus uitigineis lignis cōbustus adiecto flore mali punici ex parte dimidia. Item cotoneorum liliorumq; iisdem por/tionibus potus mane atq; uesperi e uino si febris absit. Sin minus:ex aqua in qua cotonea decocta sunt. Pecudis lyen recens magicis præceptis super dolentem lyenem extenditur:dicente eo qui medeatur:lyeni se remedium facere. Post hæc iubent eum ī pariete dormitorii eius tectoue includi & obsignari annulo ter:nouiesq; carmen dici. Caninus si uiuenti exprimatur & in cibo sumatur:liberat eo uitio. Quidam recentē superilligant. Alii duorum dierum catuli ex aceto scyllitico dant ignorāti fel:uel he/rinacei lyenem. Item cochlearum cinerem cum semine lini & urticæ:addito melle do/nec persanet. Eliberat & lacerta uiridis eo dolore uiua in olla ante cubiculum dormi/torii eius cui medetur:suspensa:ut ægrediens reuertensq; attingat manu. Cinis e ca/pite bubonis cum unguento. Mel in quo apes sunt emortuæ. Araneus & maxime q lycos uocatur. Vpupæ cor. In lateris doloribus laudatur & cochlearū cinis ī ptisana decoctarum: quæ & per se illinūtur. Canis rabiosi caluariæ cinis potioni inspergitur. Lumborum dolori stellio transmarinus capite ablato & ītestinus decoctus in uino cū papaueris nigri denarii pondere dimidio eo succo bibitur. Lacertæ uirides decisis pe/dibus & capite in cibo sumuntur. Cochleæ tres contritæ cum testis suis atq; ī uino de/coctæ cum piperis granis.xv. Aquilæ pedes euellunt in auersum a suffragine:ita ut dexter dexteræ ptis doloribus adalliget:sinister leuæ. Multipeda quoq;:quam oniscō appellauimus:medetur denarii pōdere ex uini cyathis duobus pota. Vermem terrenū catillo ligneo ante fisso & ferro uincto impositū aqua excepta perfundere & defodere unde effoderis magi iubēt:mox aquā bibere catillo:mire id prodesse ischiadicis affir/mantes. Dysētericos recreant fœmina pecudum decocta cum lini semine aqua pota. Caseus ouillus uetus. Seuum ouium decoctum in uino austero. Hoc & ileo medet. Et tussi ueteri. Dysentericis stellio transmarinus ablatis intestinis & capite pedibusq; ac cute decoctusq; & in cibo sumptus. Cochleæ duæ cum ouo utraq; cū putamine contrita:atq; in uase nouo addito sale & passi cyathis duobus:aut palmarum succo & aquæ cyathis tribus subferuefactis & in potu datis. Prosunt & combustæ ut cinis earum bibatur in uino addito resinæ momento. Cochleæ nudæ de quibus diximus: nafrica maxime inueniuntur:utilissimæ dysentericis. Quinæ combustæ cum denarii pondere dimidii acaciæ. Exq; eo cinere dantur cochlearia bina in uino myrtite: aut quolibet austero cum pari modo calidæ. Quidā omnibus africanis ita utuntur. Alii totidē africanis:uel latas infūdunt potius.& si maior fluctio sit:addunt acacia fabæ magnitudine. Senectus anguium dysentericæ & tenasmis in stagneo uase decoquit cum rosaceo:uel si in alio cum stagno illinitur. Ius e gallinaceo iisdem medetur:sed ueteris gallinacei uehementius. Salsum ius aluum cit. Membrana gallinarum tosta

& data in oleo ac sale cœliacorum dolores mulcet. Abstinere autem frugibus ante et gallinam & hominem oportet. Fimum columbinum tostum potumq;. Caro palũbi in aceto decocta dysentericis & cœliacis medetur. Turdus inassatus cum myrti baccis dysentericis. Item merulæ. Item medetur mel in quo sint immortuæ apes decoctũ. Grauissimum uitium apuleios appellatur. Huic resisti aiunt discerpti uespertilionis sanguine. Etiam illito uentre subuenire. Resistit & cochlea sicut diximus in suspirio/sis temperata. Item cinis earum quæ uiuæ crematæ sint potus ex uino austero. Galli/naceorũ iecur assum cum uentriculi membrana: quæ abiici solet inueterata: ammixto papaueris succo. Alii recentem torrent ex uino bibendam. Ius perdicum & per se uẽ/triculus contritus ex uino nigro. Item palumbus ferus & e posca decoctus. Lyen pe/cudis tostus & in fimo tritus. Fimum columbinum cum melle illitũ. Ossifragi uẽter arefactus & potus iis qui cibos non conficiunt: uti lissimus: uel si manu tãtum teneat capientes cibum. Quidamq; adalligant ex hac causa: sed continuare non debent: maciem. n. facit. Sistit & anatum masculorum sanguinem. Inflationem discutit co/chlearum cibus. Tormina sanat lyen ouium tostus: atq; e uino potus. Palũbus ferus ex posca decoctus. At hippotidis ex uino. Cinis ibidis sine pennis crematæ potus. Quod præterea traditur ĩ torminibus. Mirũ est anate apposita uentri transire mor/bũ: anateq; emori. Tormina & melle curantur in quo sunt apes immortuæ decocto. Coli uitium efficacissime sanatur ab aue galerita assa in cibo sumpta. Quidam ĩ uase nouo cum plumis exuri iubẽt: conteriq; in cinerẽ bibiq; ex aqua coctum cochlearibus ternis per quatriduum. Quidã cor eius adalligari fœmini. Alii recẽs tepensq; adhuc deuorari. Consularis asprenatum domus est: in qua alter e fratribus colo liberatus est aue hac in cibo sumpta: et corde eius in armilla aurea incluso. alter sacrificio quodam facto crudis laterculis ad formã camini: atq; ut sacrũ pactum erat obstructo sacello. Vnum est ossifrago intestinũ mirabili natura omnia deuorata conficienti. Huius ptẽ extremam adalligatam prodesse contra colum constat. Sunt occulti interaneorum morbi: de quibus mirum proditur. Si catuli prius q̃ uideant applicentur striduo sto/macho maxime ac pectori. & ex ore ægri suctum lactis accipiant: transire uim morbi. postremo exanimari. dissectisq; palam fieri ægri causas. Mori & humari debere eos obrutos terra. Magi quidem uespertilionis sanguine contacto uentre in totũ annũ caueri dolorẽ tradũt. Aut in dolore siquis aquam per pedes fluentem haurire susti/neat. Murino fimo cõtra calculos illinere uentrem prodest. Herinacei carnẽ iucũdã esse aiunt: si capite percusso uno ictu interficiatur priusq̃ in se urinam reddat. Eos qui carnem ederint: stranguriæ morbum contrahere minime posse. Hæc caro ad hũc modum occisa stillicidia uesicæ emendat. Item suffitus ex eodem. Quod si urinam in se reddiderint: eos qui carnem ederint: strãguriæ morbũ cõtrahere traditur. Iubent & uermes terrenos bibi ex uino aut passo ad comminuendos calculos: uel cochleas decoctas uti suspiriosis. Easdem exemptis testis tritisq; tres ĩ uini cyathis bibi: sequẽ/ti die duas: tertia die unam ut stillicidia urinæ emendent. Testarum uero inanium cinere ad calculos pellendos. Item hydri iecur bibi. Vel cinerem scorpionum aut pa/ne sumi. Vel siquis cum locusta edit. Lapillos qui in gallinaceorum uesica: aut ĩ pa/lũbium uentriculo inueniantur conteri: & potioni inspergi. Item membranam e uẽ/triculo gallinacei aridam: uel si recens sit tostam. Fimum quoq; palumbinum ĩ faba sumi contra calculos & alias difficultates uesicæ. Similiter plumarum cinerem palũ/bium ferorũ ex aceto mulso. Et intestinorũ ex iis cinerem cochlearibus tribus e nido hirũdinum. Gryllum dilutum aqua calida. Ossifragi uentrem arefactum. Turturis fimum in mulso decoctum: uel ipsius decoctæ ius. Turdos quoq; edisse cum baccis myrti prodest urinæ. Cicadas tostas in patellis. Millepedam oniscon bibisse. Et in uesicæ doloribus decoctum agninorum pedum. Aluũ cit gallinaceorum decoctum ius: & acria mollit. Cit & hirundinum fimum adiecto melle subditum. Sedis uitiis

efficacissima sunt oesipum. Quidam adiiciunt pompholium & rosaceum. Canini capitis cinis senecta serpentis ex aceto si rhagades sint. Cinis fimi canini candidi cum rosaceo. Aiūtq; inuentum Aesculapii esse. Et eodē uerrucas efficacissime tolli. Murini fimi cinis. Adeps cygni. Adeps bouis. Procidentia alui. Succus cochlearū punctis euocatus irrita depellit. Attritis medetur cinis muris siluatici cum melle uel herinacei uel uespertilionis:& anserinus cum cerebro & alumine & oesipo. Fimum colūbinum cum melle. Condylomatis priuatim araneus dempto capite pedibusq; infricatus. Ne acria perurant:adeps anserinus cum cæra punica cærussa rosaceo. Adeps cygni. Hæc & hæmorrhoidas sanare dicūt. Ischiadicis cochleas crudas tritas cū uino amineo & pipere potu prodesse dicunt. Lacertam uiridem in cibo ablatis pedibus īteraneis capite. Sic et stellionem adiectis huic papaueris nigri obolis tribus. Ruptis conuulsis fel ouiū cum lacte mulierum. Verendorum formicationibus uerrucisq; medetur arietini pulmonis inassati sanies. Cæteris uitiis uellerum eius uel sordidorum cinis ex aqua. Seuum ex omento pecudis & præcipue a renibus ammixto cinere punicis ex sale. Lana succida ex aqua frigida. Carnes pecudis combustæ ex aqua. Mulæ ungularum cinis. Dentis caballini cōtusi farina inspersa. Testibus uero farina ex ossibus canini capitis sine carne tusis. Si decidat testiū alter:spumā cochlearum illitā remedio esse tradūt. Tetris ibi ulceribus & manātibus auxiliantur canini capitis recentis cineres. Cochleæ latæ puæ cōtritæ ex aceto uel cinis eius. Mel ī quo apes sūt emortuæ cū resina. Cochleæ nudæ quas in africa gigni diximus tritæ cum thuris polline & ouorum albo.xxx.q; die resoluunt. Aliq pro thure bulbum āmiscent. Hydrocelicis stelliones mire ꝓdesse traduntur capite pedibus interaneisq; demptis: reliquum corpus inassatum. In cibo id sæpius datur. Sicut ad urinæ incontinentiā. Caninum adipem cum alumine scisso fabæ magnitudine. Cochleas africanas cum sua carne & testa crematas poto cinere. Anserum trium linguas inassatas in cibo. Huius rei auctor est Anaxilaus. Panos apit seuum pecudū cum sale tosto. Murinū fimum ammixto thuris polline:& sandaraca imposita discutit. Lacertæ cinis: & ipsa diuisa imposita. Item multipeda contrita:āmixta resina terebīthina ex parte tertia. Quidam & sinopidem ammiscent. Cochleæ cōtusæ & per se cinis inaniū cochlearum cæræ mixtus discussoriam uim habet. Fimū columbarum per sese:uel cum farina hordeacea:aut auenacea illitum. Cantharides mixta calce panos scapelli uice auferunt. Inguinum tumorem cochleæ minutæ cum melle illitæ leniūt. Varices ne nascantur: lacertæ sanguine pueris crura ieiunis a ieiuno illinuntur. Podagras lenit oesipum cum lacte mulieris & cærussa. Fimum pecudū quod liquidum reddunt. Pulmones pecudum. Fel arietis cū seuo muris dissecti impositi. Sanguis mustelæ cum plantagine illitus & uiuæ combustæ cinis ex aceto & rosaceo si pēna illinat̃. Vel si cæra & rosaceum ammisceatur fel caninum ita ne manu attingatur:sed penna illinatur. Fimum gallinarum uermium terrenorum cinis cum melle:ita ut tertio die soluātur. Alii ex aqua illinere malunt. Alii ipso aceto mensura cum mellis cyathis tribus pedibus āte rosaceo perunctis. Cochleæ latæ potæ tollere dicuntur pedum & articulorum dolores. Bibuntur autē binæ in uino tritæ. Eædem illinuntur cum helsines herbæ succo. Quidam ex aceto intriuisse contenti sunt sale. Quidam sale cum uipera crematis ī olla noua & sæpius sumptis aiunt podagra liberari. Vtile esse & adipe uiperino pedes perungi. Et de miluo affirmant:si inueterato tritoq; quātum tres digiti capiant:bibatur ex aqua. Aut si pedis sanguinem cū urtica uel pennis eorum cum primum nascentur:tritis cum urtica. Quin & fimus eorum articularibus doloribus illinitur. Itē cinis mustelæ aut cochlearum & cum amylo uel tragacantho. Incussos articulos aranei telæ commodissime curant. Sunt qui cinere earum uti malint sicut fimi columbini cinere:cū polēta & uino albo. Articulis luxatis præsentaneum est & seuum pecudis cum cinere & capillo mulierum. Pernionibus quoq; imponitur seuum pecudum cum alumine. Canini capitis cinis aut fimum

murinum. Quod ſi putrida ſint ulcera cæra ad cicatricem perducunt: uel gryllorum crematorum fauilla ex oleo. Item muris ſiluatici cum melle. Vermium quoq; terre-
norum cum oleo uetere. Et cochleæ quæ nudæ inueniuntur. Vlcera omnia pedum ſanat cinis earum quæ uiuæ combuſtæ ſint. Fimiq; gallinacei cinis. Exulcerationes columbini fimi cinis ex oleo. Attritus etiã calciamentorũ ueteris ſoleæ crematæ cinis. Agninus pulmo et arietis ſanant. Dentis caballini contuſi farina priuatim ſubleuat. Lacertæ uiridis ſanguis ſubtritus & hominum & iumentorum pedes ſublitus ſanat. Clauos pedum urina muli mulæue cum luto ſuo illita. Fimum ouium. Iecur lacertæ uiridis: uel ſanguis ſflocco impoſitus. Vermes terreni ex oleo. Stellionis caput cum ui-
ticis pari modo tritum ex oleo. Fimũ colũbinum decoctum ex aceto. Verrucas uero omnium generum urina canis recens cum ſuo luto illita. Fimi canini cinis cum cæra. Fimum ouium. Sanguis recens murinus illitus: uel ipſe mus diuulſus. Herinacei fel. Caput lacertæ uel ſanguis uel cinis totius. Membrana ſenectutis anguium. Fimum gallinaceum cum oleo ac nitro. Cantharides cum uua taminia intritæ exedunt. Sed ita eroſas aliis quæ ad perſananda ulcera monſtrauimus: curari oportet. Nũc autem reuertemur ad ea: quæ totis corporibus medẽda ſũt. Fel canis nigri maſculi amuletũ eſſe magi dicunt domus totius. Suffitæ eo purificatæue contra omnia mala medica-
menta. Item ſanguine canis reſperſis parietibus: genitaliq; eius ſub limine ianuæ de-
foſſo. Minus mirentur hæc qui ſciunt fœdiſſimum animal quantum magnificent ricinum: quoniam uni nullus ſit exitus ſaginæ nec finis alia q̃ morte: diutius in fame uiuẽti. Septenis ita diebus duraſſe tradunt. At ĩ ſatietate paucioribus dehiſcere. Sũt qui hunc ex aure ſiniſtra canis omnes dolores ſedare adalligatũ. Fũditii eũ ĩ augurio uitalium habent. Nam ſi æger ei reſpondeat qui intulerit a pedibus ſtanti: interro-
gantiq; de morbo: ſpem uitæ certam eſſe. Moriturum nihil reſpondere. Adiiciunt: ut euellatur ex aure leua canis cui non ſit alius q̃ niger color. Nigidius fugere tota die canes conſpectum eius qui e ſue id animal euellerit ſcriptum reliquit. Ruſus magi tradunt lymphatos ſanguinis talpæ aſperſura reſipiſcere. Eos uero qui a nocturnis diis fauniſq; agitentur: draconis lingua & oculis & felle: inteſtiniſq; ĩ uino & oleo de-
coctis: ac ſub diuo noctu refrigeratis perũctos matutinis ueſptiniſq; liberari pfrictio-
nibus. Remedio eſſe tradit Nicander amphiſibenam ſerpẽtem mortuam adalligatã uel pellem tantũ eius. Quinimmo arbori quæ cædatur adalligata nõ algere cædetes: faciliuſq; ſuccidere. Itaq; ſola ſerpentium frigori ſe committit prima omniũ pcedẽs & ante cuculi cantum. Aliud eſt cuculo miraculũ: quo quis loco primum audiat alitẽ illã: ſi dexter pes circunſcribatur: ac ueſtigiũ id defodiatur: non gigni pulices ubicũq; ſpargatur. Paralyſin cauentibus pinguia glyrium decoctorum & ſoricum utiliſſima tradunt eſſe. Millepedas ut in anginis diximus potas. Phthiſin ſentientibus lacertã uiridem decoctam in uini ſextariis tribus ad cyathum unum ſingulis cochlearibus ſumptis per dies: donec conualeſcant. Cochlearum cinerem potum in uino. Comiti-
alibus morbis oeſipum cũ myrrhæ momento & uini cyathis duobus dilutum magni-
tudine nucis auellanæ a balneo potum. Teſticulos arietinos inueteratos tritoſq; di-
midio denarii põdere in aqua uel lactis aſinini hemina. Interdicit᷑ uini potus quinis diebus ante & poſtea. Magnifice laudatur & ſanguis pecudum potus. Item fel cum melle præcipue agninum. Catulus lactens ſumptus abſciſo capite pedibuſq; ex uino & myrrha. Lyen mulæ potus in oxymelite cyathis tribus. Stellionis tranſmarini cinis potus in aceto. Tunicula ſtellionis quam eodem modo ut anguis exuit pota. Quidã & ipſum arundine exenteratum inueteratũq; bibendum dedere. Alii ĩ cibo in ligneis uerubus inaſſatum. Operæ precium eſt quomodo præripiatur ſcire cum exuitur mẽbrana hyberna alias deuoranti eã. quoniã nullum animal fraudulentius inuideri tradunt. Inde ſtellionum nomẽ aiunt: in maledictum tranſlatum. Obſeruãt cubile eius æſtatibus. Eſt autẽ in locis hoſtiorum feneſtrarumq;: aut cameris ſepulchriſue.

Ibi uere incipiente fissis arundinibus textas opponunt casas: quarum angustiis etiam gaudet: eo facilius exuens circundatũ torporem. Sed eo derelicto nõ potest remeare. Nihil ei remedio in comitialibus morbis præfertur. Prodest & cerebrum mustelæ ĩue/teratum potumq;: & iecur eius. Testiculi: uuluæq; aut uentriculus inueteratus cum coriandro ut diximus: item cinis. Siluestris uero tota in cibo sumpta. Eadem omnia prædicantur ex uipera. Lacerta uiridis cum condimentis quæ fastidium abstergant: ablatis pedibus & capite. Cochlearum cinis addito semine lini & urticæ cum melle in/unctos sanãt. Magis placet draconis cauda in pelle dorcadis alligata ceruinis neruis. Vel lapilli e uẽtre pullorum hirundinum sinistro lacerto annexi. Dicuntur. n. excluso pullo lapillum dare. Quod si pullus iis detur incipienti in cibo: quem primũ peperit: cum quis primũ tentatus sit: liberatur eo malo. Postea medetur hirundinum sãguis cum thure: uel cor recẽs deuoratum. Quin & e nido earũ lapillus impositus recreare dicitur cõfestim: & adalligatus perpetuo tueri. Prædicatur & iecur milui deuoratum & senectus serpentium. Iecur uulturis tritum cum suo sanguine ter septenis diebus potum. Cor pulli uulturini adalligatum. Sed & ipsum uulturem in cibo dari iubent: & quidem satiatum humano cadauere. Quidã pectus ei bibendum censent: & ĩ cerri/no calice. Aut testes gallinacei ex aqua & lacte antecedente quinq; dierum abstinentia uini ob id inueteratos. Fuere & qui. xx. unam muscas ruffas: & quidem emortuas in potu darent: infirmioribus pauciores. Morbo resistunt regio sordes aurium: aut mã/marum pecudis denarii pondere cum myrrhæ momento & uini cyathis duobus. Ca/nini capitis cinis in mulso. Multipeda in uini hemina. Vermes terren iin aceto mluso cũ myrrha. Gallina si sit luteis pedibus prius aqua purificatis: dein collutis uino quod bibatur. Cerebrum perdicis: aut aquilæ in uini cyathis tribus. Cinis plumarum aut ĩ/teraneorum palumbi sed in mulso ad cochlearia tria. Passerum cinis sarmentis cre/matorum cochlearibus duobus in aqua mulsa. Auis Icterus uocatur a colore: quæ si spectetur: sanari id malum tradunt: & auem mori. Hanc puto latine uocari galgulũ. Phreneticis prodesse uidetur pulmo pecudum calidus circa caput alligatus. Nam nõ modo muris cerebrum dari potui ex aqua: aut cinerem mustelæ: uerum etiam inuete/ratas herinacei carnes quis possit furenti etiam si certa sit medicina? Bubonis quidem oculorũ cinerem inter ea quibus prodigiose uitam ludificãtur: acceperim. Præcipueq; febrium medicina placitis eorum renunciat. Nanq; & in. xii. signa digessere eam sole transmeante: iterunq; luna: quod totum abdicandum paucis exemplaribus docebo. Siquidem crematis tritisq; cum oleo perungi iubent ægros: cum geminos transit sol cristis & auribus & unguibus gallinaceorum. Si luna rasis barbis eorum. Si uirginem alteruter hordei granis. Si sagittarium uespertilionis alis. Si leonem luna tamaricis fronde: & adiciũt satiuæ. Si aquarũ e buxi carbonibus tritis. Ex istis cõfessa aut certe uerisimilia ponemus: sicut & lethargum olfactoriis excitari. Inter ea fortassis mũstelæ testiculis inueteratis: aut iocinere usto. Iis quoq; pulmonẽ pecudis calidũ circa caput adalligari putant utile. In quartanis medicinæ clinice prope modum nihil pollet. Quamobrem plura eorum remedia ponemus. Primumq; eũ quem adalligari iubent puluerem in quo se accipiter uolutauerit lino rutilo in linteolo. Canis nigri dentem longissimum. Pseudospecen uocant uespam: quæ singularis uolitat. hãc sinistra ma/nu apprehensã subnectunt. Alii uero quam quis eo anno uiderit primam. Viperæ caput abscisum in linteolo: uel cor uiuentis exemptum. Muris rostellũ auriculasq; summas roseo panno: ipsumq; dimittunt. Lacertæ uiridis dextrum oculum effossũ mox cum capite suo deciso in pellicula caprina. Scarabeus qui pilulas uoluit. Prop/ter hũc ægypti magna pars scarabeos inter numina colit curiosa Appionis interpreta/tione qua colligit solis operum similitudinem huic animali esse ad excusandos gẽtis suæ ritus. Sed & alium adalligant magi cui sunt cornicula reflexa sinistra manu col/lectum. Tertium qui uocatur fullo albis guttis dissectum utriq; lacerto adalligant.

Cætera ſiniſtro. Cor anguinum ſiniſtra manu exemptũ uiuentibus. Scorpionis cau/
dæ quattuor articulos cum aculeo panno nigro:ita ut nec ſcorpionem dimiſſum nec
eum qui alligauerit:uideat æger triduo.poſt tertium circuitum id condat. Erucam in
linteolo ter lino circundant totidem modis ad ſingulos dicentes quare faciant:q me/
debuntur. Limacem in pelliculam uel quattuor limacum capita præciſa harundine.
Multipedam lana inuolutam. Vermiculos ex quibus tabani fiunt:anteq̃ pennas ger/
minét. Alios e ſpinoſis frutetis lanuginoſos. Quidã ex illis q̃ternos ĩcluſos iuglãdis
nucis putamine adalligant. Cochleaſq; quæ nudæ inueniuntur. Stellionem incluſũ
capſulis ſubiiciunt capiti:& ſub deceſſu febris emittunt. Deuorari autem iubent cor
mergi marini ſine ferro exemptũ:inueteratumq; cõteri:& in calida aqua bibi. Corda
hirundinum cum melle. Alii fimũ drachma una:in lactis caprini uel ouilli uel paſſo
cyathis tribus ante acceſſiones. Sunt qui totas cenſeant deuorandas. Aſpidis cutem
pondere ſexta parte denarii cum piperis pari modo parthorum gentes in remedium
quartanæ bibunt. Chryſippus philoſophus tradidit phryganion adalligatum reme/
dio eſſe quartanis. Quod eſſet animal nec ille deſcripſit:nec nos inuenimus qui no/
uiſſet. Demonſtrandum tamen fuit a tam graui auctore dictum:ſi cuiuſq̃ cura effi/
cacior eſſet ad inqrẽdum. Cornicis carnes eſſe:& nidum illinere in longiſſimis morbis
utiliſſimum putãt. Et in tertianis fiat poteſtas experiendi: quoniam miſeria ſpei de/
iecta:an ne aranei quem lycum uocant tela:ipſo ſpecu toto reſina cæraq; impoſita
utriſq; tẽporibus:& frõti ꝓdeſt. Aut ipſe calamo adalligatus:qualiter & aliis febribus
prodeſſe traditur. Item lacerta uiridis adalligata uiua in eo uaſe: quod capiat. Quo
genere & recidiuas frequẽter abigi affirmãt. Hydropicis oeſipum ex uino addita myr/
rha modice potui datur nucis auellanæ magnitudine. Aliq addunt & anſerinũ adipẽ
& oleum myrteum. Sordes ab uberibus ouium eundẽ effectum habent. Item carnes
inueteratæ herinacei ſumptæ. Vomitus quoq; canum illitus uentri: aquam trahere
promittitur. Igni ſacro medetur oeſipũ cum pompholonio & roſaceo. Ricini ſãguis.
Vermes terreni ex aceto illiti. Gryllus contritus in manibus. Quo genere præſtat:
ut qui id fecerit anteq̃ incipiat uitium:toto eo anno careat. Oportet autem eum ferro
cum terra cauernæ ſuæ tolli. Adeps anſeris. Viperæ caput aridum aſſeruatũ & com/
buſtum:dein ex aceto impoſitum. Senectus ſerpentium ex aqua illita a balneo cum
bitumine & ſeuo agnino. Carbunculus fimo columbino deletur per ſe illito:uel cum
lini ſemine ex aceto mulſo. Item apibus quæ in melle ſunt immortuæ impoſitis. Po/
lentaq; impoſita inſpſa. Si ĩ uerẽdis ſit:cæteriſq; ibi ulceribus occurrit e melle oeſipũ
cũ plũbi ſquamis. Item fimũ pecudũ incipiẽtibus carbunculis. Tubera et quæcunq;
emolliri opus ſit:efficaciſſime anſerino adipe curantur. Idem præſtat & gruũ adeps.
Furunculis mederi dicitur araneus ſi prius q̃ nominetur ſit impoſitus:& tertia die ſo/
lutus. Mus araneus pẽdens necatus ſic ut terrã nec poſtea attingat:ter circundatus
furunculo totiens expuentibus medente & cui medebitur. Ex gallinaceo fimo quod
eſt ruffũ:maxime recẽs illitũ ex aceto. Ventriculus ciconiæ decoctus. Muſcæ impari
numero ĩfricatæ digito medico. Sordes ex pecudum auriculis. Seuum ouium uetus
cum cinere e capillis mulierum. Seuum arietis cum cinere punicis & ſalis pari põdere.
Ambuſtis capitum canis cinis medetur. Item glirium cum oleo. Fimum ouium cum
cæra commixtum. Murium cinis & cochlearum. Eoq; ſic ut ne cicatrix quidem appa/
reat. Item adeps uiperinus. Fimi columbini cinis ex oleo illitus cyprino. Neruorum
nodis medetur capitis uiperini cinis ex oleo cyprino illitus. Terreni uermis cinis cum
melle illitus:etiam dolores tollit. Item amphiſbena mortua adalligata. Adeps uul/
turinus cum uentre arefactus contrituſq; cum adipe ſuillo inueterato. Cinis e capite
bubonis in mulſo potus cum lilii radice:ſi magis credimus. In contractione neruorũ
caro palumbina in cibis prodeſt:& ĩueterata. Herinacei ſpaſticis. Item muſtelæ cinis.
Serpentiũ ſenectus in pelle taurina adalligata ſpaſmos fieri prohibet. Opiſthotonicis

milui iecur aridum tribus obolis in aquæ mulsæ cyathis tribus potum. Rediuiuas & quæ in digitis nascuntur pterygia tollunt canini capitis cinis aut uulua decocta ī oleo super illito butyro ouillo cū melle. Itē folliculus cuiuslibet animalis fellis. Vnguium scabriciam cātharides cum pice tertio die solutæ: aut locustæ frictæ cum seuo hircino. Pecudum seuum. Aliqui miscent uiscum & portulacam: uel æris florem. Ita ut tertio die soluant. Sanguinem sistit e naribus seuum ex omento pecudum illitum. Item coagulum ex aqua maxime agninum subditum uel infusum etiam si alia non ꝓsit. Adeps anserinus cum butyro pari pondere pastillis ingestus. Cinis cochlearum terrenarum. Sed & ipsæ extractæ testis. E naribus fluentem sanguinem sistunt cochleæ contritæ fronti illitæ. Aranei telæ suppositæ. Gallinacei cerebellum: uel sāguinis profluuia a cerebro. Item colūbinus sāguis: ob id seruatus concretusq;. Si uero ex uulnere immodice fluat fimi caballini cum putaminibus ouorum cremati cinis impositus mire sistit. Et uulneribus medentur esipum cū hordei cinere & erugine æquis ptibus. Ad carcinomata ac serpentia quoq; ualet. Erodit & ulcerū margines. Carnesq; quæ excrescunt: ad æqualitatem redigit. Explet quoq;: & ad cicatricem perducit. Magna uis & in cinere pecudū fimi ad carcinomata addito nitro: aut cinere ex ossibus fœminū agninorum: maxime in iis ulceribus quæ cicatricem non trahunt. Magna & pulmonibus præcipue arietum. Excrescentes carnes in ulceribus ad æqualitatem efficacissime reducūt. Fimo quoq; ipso ouium sub testa calefacto & subacto tumor uulnerū sedat. Fistulæ purgātur sanāturq;. Itē epinyctides. Sūma uero uis in canini capitis cinere. Excrescentia omnia spodii uice erodit & psanat. Item murino fimo eroduntur. Itēq; mustelæ fimi cinere. Duricias etiā in alto ulcerum & carcinomata psequit multipeda trita: admixta resina terebinthina & sinopide. Eademq; utilissima sunt in iis ulceribus quæ uermibus periclitātur. Quin & uermium ipsorum genera mirandos usus habēt. Cosses qui in ligno nascuntur: sanant ulcera omnia. Nomas uero combusti cū pari pondere anisi & ex oleo illiti. Vulnera recentia conglutinant terreni adeo: ut neruos quoq; abscisos illitis solidari infra septimū diem Democritus psuaserit. Itaq; ī melle seruandos censet. Cinis eorum margines ulcerum duriores absumit cum pice liquida uel symbolo & melle. Quidam arefactis in sole ad uulnera ex aceto utuntur: nec soluunt nisi biduo intermisso. Eadem ratio & terrenarum cochlearum est: quæ exempto tusæq; & impositæ: recentia uulnera cōglutinant: & nomas sistunt quæ non adhærēt. Herpes quoq; animal a græcis uocatur: quo præcipue sanantur quæcunq; serpunt. Cochleæ quoq; prosunt cum testis suis tusæ cum myrrha quidem & thure etiā præcisos neruos sanare dicunt. Draconū quoq; adeps siccatus in sole magnopere prodest. Item gallinacei cerebrum recentibus plagis sale uiperino in cibo sumpto. Tradunt & ulcera tractabiliora fieri & sanari celerius. Antonius musa medicus cum incidisset īsanabilia ulcera: uiperas edendas dabat: miraq; celeritate psanabat. Tryxalidum cinis margines ulcerum duros aufert cum melle. Item fimus columbinus cum arsenico & melle ea quæ erodenda sunt. Bubonis cerebro cū adipe anserino mire uulnera dicūt glutinari quæ uocantur cacoethe. Cinis etiam fœminum arietis cum lacte muliebri diligenter prius elutus linteolis sanat. Vlula quoq; auis cocta in oleo cui liquato miscetur butyrum ouillum & mel: ad ulcera sananda ualet. Vlcerum labra duriora apes in melle mortuæ emolliunt. Et elephātiasin sāguis & cinis mustelæ. Verberum uulnera atq; uibices pellibus ouium recentibus impositis oblitterantur. Articulorum fracturis cinis fœminum pecudis peculiariter medetur. Efficacius cum cæra. Idem medicamentum fit ex maxillis simul ustis: cornuq; ceruino & cæra mollita rosaceo. Ossibus fractis caninum cerebrum linteolo illito superpositis lanis: quæ deinde subfundantur fere quattuordecim diebus solidat. Nec tardius cinis siluestris muris cum melle: aut cum uermium terrenorum cinere. Qui etiam ossa extrahit. Cicatrices ad colorem reducit pecudum pulmo præcipue ex ariete seuum ex nitro. Lacertæ uiridis

cinis. Vernatio anguium ex uino decocta. Fimum columbinum ex melle. Item uiti/
ligines albas ex uino. Ad uitiliginem & cantharides cum rutæ foliorum duabus pti/
bus in sole donec formicet cutis: tolerandæ sunt. Postea fouere : oleoq; perungere
necessarium:iterūq; illinere:idq; diebus pluribus facere cauētes exulceratione multā.
Ad easdem uitiligines & muscas illini iubent cum radice lappatoria. Gallinarū fimū
candidum seruatum in oleo uetere cornea pyxide. Vespertilionum sanguinem. Fel
herinacei ex aqua. Ad scabiem uero bubonis cerebrum cum afro nitro. Sed ante om/
nia sanguis caninus. Sedant pruritum cochleæ minutæ latæ contritæ illitæ. Harun/
dines & tela quæq; alia extrahēda sunt corpori:euocat mus dissectus impositus. Præ/
cipue uero lacerta dissecta:& uel caput eius tantum contusum cum sale impositum.
Cochleæ ex iis quæ gregatim folia sectantur contusæ impositæq; testis:& eæ quæ mā/
duntur exemptæ testis. Sed cum leporis coagulo efficacissimæ. Ossa anguium eūdē
cum coagulo cuiuscunq; quadrupedis intra tertium diem approbant effectum.

¶AD Muliebria mala medenda:& conceptus maturandos. ¶Cap.iiii.

LAudant & cātharides tritæ cum farina hordeacea. Muliebribus malis mēbranæ
a ptu ouium proficiunt:sicut in capris rettulimus. Fimum quoq; pecudum
eosdem usus habet. Locustarum suffitu stranguriæ maxime mulierum iuuantur.
Gallinaceorum testes subinde si a conceptu edat mulier:mares in utero fieri dicunt.
Partus conceptos histricum cinis potus continet. Maturat caninum lac epotū. Euo/
cat membrana e canum secundis si terram non attigerit. Lumbos parturientium po/
tus lactis. Fimū murinū aqua pluuia dilutum mammas mulierum a ptu tumescētes
reficit. Cinis herinaceorum cum oleo punctarum custodit partus contra abortus. Fa/
cilius enituntur quæ fimū āserinū cū aquæ cyathis duobus sorbuere. Aut ex utriculo
mustelino per genitale effluentes aquas. Vermes terreni illiti in ceruices & scapulas
ne nerui doleant:præstant. Grauidis secundas pellunt in passo poti. Item per sese
impositi:mammarum suppurationes concoquunt & aperiunt. extrahuntq;: & ad ci/
catricem perducunt. Lac deuocant poti cum mulso. Inueniuntur & in gramine uer/
miculi:qui adalligati collo cōtinent partum. Detrahūtur autem sub partu:alias eniti
non patiuntur. Cauendum etiam ne in terra ponantur. Conceptus quoq; causa dant
in potu quini aut septeni. Cochleæ in cibo sumptæ accelerant partum. Item cōceptū
impositæ cum croco. Eædē ex amylo & tragacantho illitæ profluuia sistunt. Prosunt
& purgationibus sumptæ in cibo & uuluam auersam corrigunt cum medulla ceruina
ita ut uni cochleæ denarii pōdus addatur & cypri. Inflationes quoq; uuluarū discu/
tiunt exemptæ testis:tritæq; cum rosaceo. Ad hoc astypaleicæ maxime eligunt. Alio
modo africanæ binæ cum fœnogræco quod tribus digitis capiatur: additis mellis co/
chlearibus quattuor. Illinunt aluo prius irino succo punctæ. Sunt & minutæ lōgæq;
candidæ cochleæ passim oberrantes. Eæ arefactæ ī sole tegulis:tusæq; ī farina miscēt
lomento æquis portionibus. Cādoremq; & liuorem corpori afferunt. Scabendi desi/
deria tollunt minutæ & latæ cum polenta. Viperam mulier prægnans si transcende/
rit:abortum faciet. Item amphisbenam mortuam duntaxat. Nam uiuam habētes ī
pyxide impune transeunt etiam si mortua sit. Atq; adseruata partus faciles præstat
uel mortua. Mirum si non adseruatā trāscenderit grauida: innoxiam fieri:si ꝓtinus
transcendat adseruatam. Anguis inueterati suffitus menstrua adiuuant. Anguium
senectus adalligata lumbis faciliores partus facit: protinus a puerperio remouenda.
Dant & in uino bibendū cum thure. Aliter sumpta abortū facit. Baculus quo angui
rana excussa sit:parturientes adiuuat. Tryxalidum cinis illitus cū melle purgationes.
Item araneus q filum ducit ex alto:capi debet manu caua tritusq; admoueri. Quod
si redeuntem prehenderit:inhibebit idem purgationes. Lapis aetites in aquilæ reptus
nido custodit partus cōtra omnes abortuū insidias. Penna uulturina subiecta pedi/
bus adiuuat parturientes. Ouū corui grauidis cauendum constat: quoniā trāsgressus

abortus asperos facit. Fimum accipitris in mulso potum uidetur fœcundas facere. Vuluarum duritias & collectiones adeps anserinus: aut cygni emollit. Mãmas a ptu custodit adeps anseris cum rosaceo & araneo. Phryges & lycaones mãmis puerperio uexatis inuenere otidum adipem utilem esse: & iis quæ uulua strãgulentur. & blattas illinunt. Ouorum perdicis putaminum cinis cadmiæ mixtus & cæræ stantes mãmas seruat. Putãt & ter circũdatam ouo perdicis non inclinari. Et si sorbeantur eadem: fœcunditatem facere: lactis quoq; copiam. Cum anserino adipe perunctis mammis: dolores minuere. Molas uteri rumpere. Scabiem uuluarun sedare si cum cimice trito illinantur. Vespertilionum sanguis psilothri uim habet: sed malis puerorum illitus: non satis proficit nisi erucæ uel cicutæ semen postea ĩducatur. Sic enim aut in totum tolluntur pili: aut non excedũt lanuginem. Idem & cerebro eorũ profici putant. Est autem duplex rubens utiq; et candidum. Aliqui sanguinem & iecur eius ammiscẽt. Quidã in tribus heminis olei discoquunt uiperam exemptis ossibus & psilothri uice utuntur: euulsis prius pilis: quos renasci uolunt. Fel herinacei psilothrum est utiq; mixto cerebro uespertilionis & lacte caprino. Item per se cinis cum lacte. canis primi ptus euulsis pilis quos renasci nolunt: uel nondum natis perunctis partibus: alii non surgũt. Idẽ euenire tradit' sãguine ricini euulsi cani. Itẽ hirũdinino sãguine uel felle.

Promiscuæ medicinæ. Capitulum. v.

QVis formicarum supercilia denigrari cum muscis tritis tradunt. Si uero oculi nigri nascentium placeant: soricem prægnanti edendum. Capilli ne canescãt: uermium terrenorum cinere præstari ammixto oleo. Infantibus qui lacte concreto uexãtur: præsidium est agninũ coagulum ex aqua potum. Aut si uitium coagulato lacte acciderit: discutit' coagulo ex aceto dato. Ad dentitionẽ cerebrũ pecoris utilissi-mũ est. Ossibus in canino fimo inuentis adustio ĩfantiũ quæ uocatur siriasis adalli-gatis emendatur. Ramices infantium lacertæ uirides admotæ dormientibus morsu emendantur. Postea harundini adalligatæ: suspenduntur in fumo. Traduntq; piter cum ea expirante sanari infantem. Cochlearum saliua illita infantium oculis: palpe-bras corrigit: gignitq;. Ramicosis cochlearum cinis cum thure ex oui albi succo illitus p dies. xxx. medetur. Inueniuntur in corniculis cochlearum arenaceæ duriciæ. eæ den-titionem facilem præstant adalligatæ. Cochlearum inanium cinis admixtus cæræ pci-dentium interaneorum partes extremas prohibet. Oportet autem cineri misceri saniẽ punctis emissam e cerebro uiperæ. Cerebrum uiperæ illigatum pelliculæ dentitiones adiuuat. Ad idem ualent & grandissimi dentes serpentium. Fimum corui lana adal-ligatum infãtium tussi medetur. Vix est serio complecti quædam non omittenda ta-men: quia sunt prodita. Ramici infantium lacerta mederi iubent. Marem hanc pre-hendi. Id intelligi & q sub cauda unam cauernam habeat. Id agendum ut p aurum aut argentum aut ostrum mordeat uitium. Tum in calice nouo illigatur: & in fumo ponitur. Vrina infantiũ cohibetur muribus elixis in cibo datis. Scarabeorũ cornua grandia denticulata adalligata in iis amuleti naturam optinent. Bouis capiti lapillũ tradunt inesse: quẽ ab eo expui si necem timeat: inopinatis præciso capite exemptum adalligatumq; mire prodesse dentitioni. Item cerebrum eiusdem ad eundem usum adalligari iubẽt. Et limacis lapillũ siue osficulũ quod inuenitur in dorso. Magnifice iuuat & ouis cerebrum gingiuis illitum. Sicut aures adeps anserinus cum ocimi succo impositus. Sũt uermiculi in spinosis herbis asperi lanuginosi. hos adalligatos ptinus mederi tradũt infantibus: siquid ex cibo hæreat. Somnos allicit oesipũ cũ myrrhæ momento in uini cyathis duobus dilutum: uel cum adipe anserino & uino myrtite. Auis cuculus leporina pelle adalligatus. Ardeolæ rostrũ ĩ pelle asinina frõti adalliga-tum. Putant & p se rostrum eiusdem effectus esse uino collutum. E diuerso somnũ arcet uespertilionis caput aridum adalligatum. In urina uirili lacerta necata uenerem eius qui fecerit: cohibet. Nã ĩter amatoria esse magi dicũt. Inhibet et fimum cochleæ

et columbinum cum oleo & uino potum. Pulmonis uulturini dexteræ ptes: uenerem cõcitant uiris adalligatæ gruis pelle. Item si lutea ex ouis qnq; columbarum admixta adipis suilli denarii pondere ex melle sorbeantur. Passeres in cibo uel oua eorũ. Gallinacei dexter testis arietina pelle adalligatus. Ibicum cineres cũ adipe anseris & irino perunctis si conceptus sit: partus continere. Cõtra ĩhibere uenerem: pugnatoris galli testiculis ãserino adipe illitis adalligatisq; pelle arietina tradũt. Item cuiuscunq; galli gallinacei si cum sanguine gallinacei lecto subiiciantur. Cogũt cõcipere inuitas: setæ ex cauda mulæ si iunctis inter se colligentur in coitu. Qui in urinam canis suã ĩgesserit: dicitur ad uenerem pigrior fieri. Mirum & de stellionis cinere si uerum est in linamento inuolutum in sinistra manu uenerem stimulare. Si transferatur in dextram: inhibere. Item uespertilionis sanguinem collectum flocco suppositumq; capiti mulierum libidinem mouere: aut anseris linguã in cibo uel potione sũptam. Tyria uero mactato corpore pota. Et membrana senectutis anguium triduo inhibet. Ac serum exempto caseo potum cum exiguo sale. Caseos si cerebrum mustelæ coagulo addãt: negant corrumpi uetustate: aut a muribus attingi. Eiusdemq; mustelæ cinis si detur ĩ offa gallinaceis pullis & columbinis tutos esse a mustelis. Iumentorum urinæ tormina uespertilione adalligato finiuntur. Vermicatio ter circunlato uerendis palumbo mirum dictu palumbus emissus moritur: iumentumq; liberatur confestim. Ebriosis oua noctuæ per triduum data in uino: tedium eius adducunt. Ebrietatem arcet pecudum assus pulmo præsumptus. Hirundinis rostri cinis cum myrrha tritus & in uino quod bibatur inspersus: securos præstabit a temulentia. Inuenit hoc Horus assyriorum Rex. Præter hæc sunt notabilia animalium ad hoc uolumen pertinentium. Gromphenam auem in sardinia narrant grui similem ignotam iam etiam sardis: ut existimo. In eadem prouincia est ophion ceruis tantum pilo similis: nec alibi nascens. Iidem auctores nominauere sirulugum. Quod nec quale esset animal: nec ubi nasceretur tradiderunt. Fuisse quidem non dubito: cum & medicinæ ex eo sit demõstratæ. M. Cicero tradit animalia bituros uocari: qui uites in campania rodant.

¶DE Miraculis quarundam bestiarum. ¶Cap. vi.

Reliqua mirabilia ex iis quoq; dicemus. Non latrari a cane membranam ex secundis canis habentem: aut leporis fimum uel pilos tenentem. In culicum genere muliones non amplius q̃ uno die uiuere. Eosq; qui arborarii pici rostrum habeant & mella eximant ab apibus non attingi. Porcos sequi eos a quibus cerebrũ corui acceperint in offa. Puluerem in quo se mula uolutauerit corpori inspersum mitigare ardores amoris. Sorices fugari: si unus castratus emittatur. Anguina pelle & sale & farre cum serpillo contritis uno die: deiectisq; cum uino in fauces boum uua matu rescente: toto anno eos ualere. Vel si hirundinum pulli tres tribus offis dentur. Puluere e uestigio anguium collecto: sparsas apes in aluearia reuerti. Arietis dextro teste præligato oues tantum gigni. Non lassescere in ullo labore qui neruos ex alis & cruribus gruis habeant. Mulas non calcitrare cum uinum biberint. Vngulas tantum mularum repertas: neq; aliam ullam materiam quæ non perroderetur a ueneno stygis aquæ: cum id dãdum Alexandro Magno Antipater mitteret memoria dignũ est: magna Aristotelis infamia excogitatum. Nunc ad aquatilia reuertemur.

¶CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XXXI.

¶PROOEMIVM.

Medicinæ ex aquatilibus: Aquarum mirabilia. Cap.i.

AQVATILIVM SEQVVNTVR IN MEdicina beneficia: opifice natura ne ĩ illis qdē cessāte et ꝑ ūdas fluctusq; ac reciprocos æstus amniūq; rapidos cursus ĩprobas exerēte uires. Nusq̃ potētia maiore si uerꝫ fateri uolumus. Quippe hoc elementū cæteris omnibus imperat. Terras deuorant aquæ. Flammas necant. Scandunt in sublime: & cælū quoq; sibi uendicant. Ac nubiū obtentu uitalem spiritum strāgulāt. Quæ causa fulmĩa edidit: ipso secum discordante mundo. Quid esse mirabilius potest aqs ĩ cælo stantibus? At illæ ceu parū sit in tātam ꝑuenire altitudinē: rapiunt eo secum piscium examina. Sæpe etiam lapides subuehunt portantes aliena pondera. Eædem cadentes omnium terra nascentium causa fiunt: prorsus mirabili natura. Siquis uelit reputare ut fruges gignantur arbores fruticesq; uiuant in cælum migrare aquas animamq; etiam herbis uitalem inde deferre uicta confessione. omnis quoq; terræ uires aquarū esse beneficii. Qua propter ante omnia ipsarum potentiæ exempla ponemus. Cunctas enim quis mortalium enumerare queat?

DE Differentia aquarum medicinis: & obseruatioĩbus. cc.lxvi: Cap.ii.

EMicāt benigne passimq; in plurimis terris alibi frigidæ: alibi calidæ: alibi iūctæ sicut in trebellis aqtanica gente. Exin in pyreneis montibus tenui interuallo discernente. Alibi tepidæ gelidæq; auxilia morboꝝ conferentes. Et e cūctis animaliū hominum tantum causa erumpentes. Augent numerum deorum numinibus uariis urbesq; condunt. sicut puteolos in campania: statielas in liguria: sestias in narbonēsi ꝓuincia. Nusq̃ tamen largius q̃ in baiano sinu: nec pluribus auxiliādi generibus: aliæ sulphuris: aliæ aluminis: aliæ salis: aliæ nitri: aliæ bituminis: nonnulla etiam acida salsaue mixtura. Vapore quoq; ipso aliquæ prosunt. tātaq; est uis ut balneas calefaciāt: ac frigidam etiam in soliis feruere cogant: quæ in baiano posideanæ uocantur nomine accepto a Claudii Cæsaris liberto. Obsonia quoq; percoquūt. Vaporāt & in mari ipso quæ Licinii Crassi fuere. Mediosq; inter fluctus existit aliquid ualitudini salutare. Iā generatim neruis prosunt pedibusue: aut coxendicibus: aliæ luxatis: fractisue. Inaniūt aluos. sanant ulcera. capiti auribusq; priuatim medentur. Oculis uero ciceronianæ. Digna memoratu uilla est ab auerno lacu puteolos tendentibus imposita littori: celebrata porticu ac nemore. Quā & uocabat. M. Cicero academiam ab exemplo athenarum: ibi compositis uoluminibus eisdem nominibus. In qua & monumentum sibi instaurauerat. Ceu uero non & in toto terrarum orbe fecisset. Huius in parte prima exiguo post obitum ipsius: Antistio Vetere possidente eruperunt fontes calidi ꝑq̃salubres oculis celebrati carmine Laureæ Tullii qui fuit e libertis eius. Vt ꝓtinus noscatur etiam ministerium eius haustus ex illa maiestate: ponam enim ipsum carmen dignum ubiq; & non ibi tantum legi.

Quod tua romanæ uindex clarissime linguæ
Silua loco melius surgere iussa uiret.
Atq; academiæ celebratam nomine uillam
Nunc reparat cultu sub potiore Vetus.
Hic etiam apparent lymphæ non ante repertæ:
Languida quæ infuso lumina rore leuant.
Nimirum locus ipse sui Ciceronis honori
Hoc dedit: hac fontes cum patefecit ope.

Vt quoniam totum legitur sine fine per orbem:
Sint plures oculis quæ medeantur aquæ. In eadem campaniæ regione sinuessanæ aquæ sterilitatem fœminarum & uirorū īsaniam abolere produntur. In enaria īsula calculosis mederi. Et quæ uocat̃ acidula ab teano sidicino quattuor milibus passuū frigida. Item in stabiano quæ dimidia uocatur:& in uenafrano ex fonte acidulo. Idem contingit in uelino lacu potantibus.Item in syriæ fonte iuxta taurum montē. Auctor est.M.Varro. Et in phrygiæ gallo flumine Gallimachus. Sed ibi in potando necessarius modus:ne lymphatos agat. Quod in æthiopia accidere iis:qui e fonte rubro biberint Ctesias scribit. Iuxta romam albulæ aquæ uulneribus medent̃.Prægelidæ eæ.Sed subcutilæ in sabinis gelidissimæ suctu quodā corpora inuadunt:ut prope morsus uideri possit.aptissimæ stomacho:neruis:uniuerso corpori. Thespi eorum fons cōceptus mulieribus repræsentat. Item in arcadia flumen elatū.custodit autem partum.Linus fons in eadem arcadia abortus fieri non patit̃. E diuerso in pyrrhea flumen quod aphrodisium uocatur: steriles facit.Lacus Amphion uitiligines tollit. Varro auctor est Ticium quēdā prætura functū marmorei signi faciē habuisse ꝓpter id uitiū. Cidnus ciliciæ amnis podagricis medet̃:sicut apparet in epistola Cassii parmensis ad.M.Antoniū. Contra aquaꝝ culpa in troezene:omniū pedes uitia sētiunt. Tungri ciuitas galliæ fōtem habet īsignē plurimis bullis stillātem:ferruginei saporis quod ipsū nō nisi ī fine potus ītelligit̃. Purgat hic corpora. Tertianas febres discutit: calculorūq; uitia. Eadē aqua igne admoto turbida fit.ad posterum rubescit. Leucogei fontes inter puteolos & neapolim oculis & uulneribus medēt̃. Cicero ī admirandis posuit reatinis tantū paludibus ungulas iumentorum indurari. Eudicus ī hestia eutiche fontes duos tradit esse:cerone ex quo bibentes oues nigras fieri:mellē ex quo albas : ex utroq; autem uarias. Theophrastus in thuriis catharin candorem facere: sybarim nigritiam bobus ac pecoribus. Quin & homines sentire differentiā eā. Nā qui sybarin bibāt:nigriores esse:durioresq; & crispo capillo. Qui ex cathari:cādidos: mollioresq; ac porrecta coma. Item in macedonia quæ uelint sibi candida nasci ad halialmonē ducere : quæ nigra aut fusca ad axium. Idē omnia fusca qbusdā in locis tradit nasci:& fruges quoq;:sicut in messapiis. At in leucis arcadiæ quodā fonte mures terrestres bibere & conuersari. Erythris aleos amnis pilos gignit in corporibus. In boetia ad Trophonium deum:iuxta flumē erynum duo sūt fōtes:quorum alter memoriam:alter obliuionem affert: inde nominibus inuentis. In cilicia apud oppidum iusgum riuus fluit unus:ex quo bibētium subtiliores sēsus fieri Varro tradit. In cea insula fontē esse qui hebetes facit. Zame ī africa ex quo canoras uoces. Vinū tedio uenire iis q̄ ex clitorio lacu biberint. At Eudoxus & Theopompus īebriari fōtibus iis quos diximus asserūt. Mutianus ādriæ fōte Liberi patris statis diebus septenis eiusdē dei uinū fluere. Si auferatur e cōspectu tēpli sapore ī aquā trāseunte. Polyclytus explere olei uicē iuxta solos ciliciæ fontem. Theophrastus hoc idem fieri in æthiopia eiusdē uirtutis fōte. Lycos in indiæ terris fōtē esse:cuius aqua lucernæ ardeāt. Idem ecbathanis traditur. Theopompus in scottis lacū esse dicit:qui uulneribus medetur. Iuba ī troglodytis lacū īsanū malefica ui appellatum:ter die fieri amarū salsumq;:ac deīde dulcē:totiēsq; etiā noctu scatētē albis serpētibus uicenū cubitorū. Idē in arabia quoq; fontē exilire tāta ui ut nullū nō pōdus impactū respuat. Theophrastus marsyæ fontē in phrygia ad celenarū oppidum saxa egerere.non ꝓcul ab eo duo sūt fōtes cyllon & gyllon:ab effectu græcorum nominū dicti. Cyzice fōs Cupidinis uocatur:ex quo potātes amorē deponere Mutianus credit. Gannone est fōs calidus citra sūmum feruorē q̄ ī uinū additus triduo calorē potionis custodit in uasis. Sunt & mattiaci in germania fōtes calidi trans rhenum:quorū haustus triduo feruet. Circa margines uero pumicem faciūt aquæ. Quod siquid fide carere ex iis aliqua arbitratur: discat in nulla pte naturæ maiora esse miracula:quāq̄ īter uitia opis abunde multa rettulimus.

Ctesias tradit sideri uocari stagnũ ĩ indis:ĩ quo nihil ĩnatet:sed oĩa mergant᷑. Celius apud nos ĩ auerno ait etiã folia subsidere. Varro aues quæ euolauerĩt emori. Cõtra ĩ africæ lacu apuscidamo oĩa fluuitãt:nihil ĩmergit᷑. Itẽ ĩ siciliæ fõte phinthia:ut Ap- pion tradit. Et ĩ medorũ lacu puteoq; Saturni. Neptunni fõs limire trãsire solet in loca uicĩa portẽdẽs aliqd. Mirũ quoq; est ꝙ cũ piscibus trãsit. Respõsa ab iis petunt ĩcolæ cibo:quẽ rapiũt ãnuẽtes. Si uero euẽtũ negẽt:caudis abigũt. Amnis olachas in bithynia Brietũ alluit.hoc est & tẽplo & deo nomen.cuius gurgite piuri necãt᷑ parthi uelut flãma urente. In cãtabria fõtes tamarici ĩ augurio habent᷑. Tres sũt octonis pe- dibus distãtes.ĩ unũ alueũ coeũt uasto amne.sĩgulis siccãt᷑ duodecies diebus aliqñdo uicies citra suspitionẽ ullã aquæ:cũ sit illis uicinus fõs sĩe ĩtermissiõe largus. Dirũq; est nõ ꝓfluere eos aspicere uolẽtibus:sicut ꝓxime Lartio Licinio legato post præturã post septem dies accidit. In iudæa riuus sabbatis oĩbus siccat᷑. E diuerso miracula alia dira Ctesias ĩ armenia scribit esse fõtẽ:ex quo nigros pisces illico mortẽ afferre ĩ cibis. Quod & citra danubii exortũ audiui:donec ueniat᷑ ad fõtẽ aluio appositũ: ubi finit᷑ id genus pisciũ. Ideoq; ibi caput eius amnis ĩtelligit fama. Hoc idẽ & ĩ lydia ĩ stagno nymphaꝝ tradũt. In achaia ad pheneum aqua ꝓfluit e saxis styx appellata:quæ illico necat ut diximus. Sed esse pisces puos ĩ ea tradit Theophrastus letales & ipsos:quod nõ ĩ alio gñe mortiferoꝝ fõtiũ. Necare aquas Theopõpus & in thracia apud cychros dicit. Lycus ĩ leontinis tertio die si qsq̃ biberit. Varro ad soracten scripsit esse fõtẽ: cuius sit latitudo quattuor pedũ:sole oriente eũ exũdare feruẽti similem:auesq; quæ gustauerĩt:iuxta mortuas iacere. Nãq; & hæc ĩsidiosa cõditio ꝙ quædã etiã blãdiunt᷑ aspectu:ut ad nonacrin arcadiæ. Oĩno eĩ nulla deterrent qualitate:sed hanc putant nimio frigore esse noxiã: utpote cũ ꝓfluens ipsa lapidescat. Aliter circa thessalica tẽ- pe quoniã uisus oĩbus terrori est. Tradũtq; etiã æs ac ferrũ erodi illa aqua. Profluit ut ĩdicauimus breui spatio. Mirũq; siliqua siluestris ãplecti radicibus fõtẽ eũ dicit᷑ sẽp florẽs purpura. Et quædã sui gñis herba ĩ labris fõtis uiret. In macedonia nõ ꝓcul ab Euripidis poetæ sepulchro duo riui cõfluũt:alter saluberrimi potus:alter mortiferi: In perperenis fõs est:q quãcũq; rigat lapideã facit terrã. Itẽ calidæ aquæ ĩ euboea. Le- beoneq; alluit riuus:ĩ quo saxa ĩ altitudĩem crescũt. In eurimenis deiectæ coronæ in fõtẽ lapides fiũt. In colossis flumẽ est:ĩ quo lateres coniecti lapides extrahũt᷑. In scy- retico metallo arbores quæcũq; fluĩe alluũt᷑ saxa fiũt cũ ramis. Distillãtes quoq; gut- tæ ĩ lapides durescũt. In ãtris corycĩis nãmioze. In macedonia etiã pẽdẽtes ĩ ipsis ca- meris. At in corintho cum decidere in quibusdam speluncis utroq; modo columnas faciunt ut in phausia chersonnesi rhodo in antro magno etiam discolori aspectu. Et hactenus contenti simus exemplis:

DE Qualitate aquarum:insalubritate uel cõmoditate earum. Cap.iii.

q Væritur ĩter medicos cuius gñis aquæ sit utilissĩæ. Stagnãtes pigrasq; merito damnãt:utiliores quæ ꝓfluũt existimantes. Cursu.n. pcursuq; ipso extenuari atq; ꝓficere. Eoq; miror cisternaꝝ ab aliqbus maxĩe ꝓbari. Sed ii rationem afferunt quoniã leuissĩa sit hymbriũ aqua:ut quæ subire potuerit ac pendere ĩ aere. Ideoq; et niues præferũt᷑ nubibus: niuibusq; etiã glacies uelut ad ĩfinitũ coacta subtilitate. Le- uiora eĩ hæc esse:& glaciẽ multo leuiorẽ aqua. Horũ sẽtẽtiã refellere ĩterest uitæ. In primis.n. leuitas illa deprehẽdi aliter q̃ sẽsu uix potest:nullo pene momento põderis aquis ĩter se distãtibus. Nec leuitatis ĩ pluuia aqua argumẽtũ est subisse eã ĩ cælũ:cũ etiã lapides subire appareat:cadẽsq; ĩficiatur halitu terræ. Quo fit ut pluuiæ aquæ sordiũ ĩesse plurimũ sẽtiat᷑. citissimeq; ideo calefiat aq̃ pluuia. Niuẽ qdẽ glacieq; subtilissimũ elemẽti eius uideri miror:apposito grãdinũ argumẽto e qbus pestilen- tissimũ potũ esse cõuenit. Nec uero pauci ĩter ipsos e cõtrario:ex gelu ac niuibus ĩ- saluberrimos potus prædicãt:quoniã exactũ sit ĩde:quod tenuissimũ fuerit. Minui certe liquorẽ omnẽ cõgelatione deprehẽdit᷑:& rore nimio scabiẽ fieri. Pruina uredinẽ

cognatis & niuis causis. Pluuias qdẽ aq̃s celerrĩe putrescere cõuenit: minimeq; dura/
re ĩ nauigatione. Epigenes autẽ aquã quæ septies putrefacta purgata sit: p̃hibet ãpli/
us nõ putrescere. Nã cisternas etiã medici cõfitẽt ĩutiles aluo duricias faciẽtes fauci/
busq; etiã limi nõ aliis ĩesse plus: aut aĩaliũ quæ ãplius faciũt tediũ cõfitendũ habẽt.
Nec stati amniũ utilissimas esse. sicuti nec torrẽtiũ ullius. lacusq; plurimos salubres
maxĩe. Quædã igit̃ & huius gñis aptissĩæ aliæ alibi. Parthoꝝ reges ex coaspe & euleo
tãtũ bibũt. Eæ q̃uis ĩ lõgiq̃ comitãt̃ illos. Et hoꝝ placere potũ nõ q̃a sit amnes appa/
ret: quoniã nec e tigri nec euphrate nec e multis aliis bibũt. Limus aquaꝝ uitiũ ẽ: si
tamẽ idẽ amnis ãguillis scateat: salubritatis ĩdiciũ habet̃. Sicuti frigoris tineas ĩ fõte
gigni. Ante oĩa damnãt̃ amaræ: & quæ scrobẽ stati ĩplẽt. quod euenit troezene. Nã
nitrosas atq; salmacidas & fæculẽtas ĩ desertis rubrũ mare petẽtes addita polẽta utiles
ĩtra duas horas faciũt: ipsaq; uescũt̃ polẽta. Damnãt̃ ĩ primis fõtes q̃ cenũ faciunt:
quiq; malũ colorẽ bibẽtibus referũt: & si uasa ære ĩficiũt: aut si leguĩa tarde p̃coquũt.
Si liquatæ leniter terrã relĩquũt: decoctæq; crassis obducũt uasa crustis. Est etiã nũ
uitiũ nõ fetidæ mõ ueꝝ oĩno quicq̃ recipiẽtis iucũdũ sit illud licet gratũq;: & ut sæpe
ad uicina lactis accedẽs. Aquã salubrẽ aeri q̃simillimã esse oportet. Vnus ĩ toto orbe
tradit̃ fõs aquæ iucũdæ olẽtis ĩ mesopotamia cabille. Fabulæ rationẽ afferũt: quoniã
eo Iuno p̃fusa sit. De cætero aquaꝝ salubriũ sapor odorue nullus esse debet. Quidã
statera iudicãt de salubritate: frustrãte diligẽtia: quãdo perraꝝ ẽ ut leuior sit aliq̃. Cer/
tior subtilitas ĩter pares meliorẽ esse quæ calefiat refrigereturq; celerius. Quĩ exhaustã
uasis ne manus pẽdeãt depositisq; ĩ humũ tepescere affirmãt. Ex quonã ergo genere
maxĩe p̃babilis cõtigit? Puteis nimirũ ut in oppidis cõstare uideo. Sed iis q̃bus exer/
citationis ratio crebro haustu cõtingit: & illa tenuitas colãte terra. Salubritati hæc sa/
tis sũt. Frigori & opacitas necessaria. Vtq; cælũ uideãt super omnia obseruatio una.
Eadẽ & ad pẽnitatẽ p̃tinet ut illa uado exiliat uena nõ e lateribus. Nã ut tactu gelida
sit: etiã arte cõtingit. Si etiã expressa in altũ: aut e sublimi deiecta uerberatu corripiat
aera. In natãdo q̃dẽ spiritũ cõtinẽtibus frigidior sẽtit̃ eadem. Neronis principis in/
uentũ est decoquere aquã uitroq; demissã in niues refrigerare. ita uoluptas frigoris cõ/
tingit sine uitiis niuis. Omnẽ utiq; decoctã utiliorem esse cõuenit. Item calefactam
magis refrigerari subtilissimo inuento. Vitiosæ aquæ remediũ est si decoquat̃ ad di/
midias p̃tes. Aqua frigida iniecta sistit̃ sãguis. Aestus in balneis arcet̃ si q̃s ore teneat.
Quæ sũt haustu frigidissimæ: nõ p̃inde & tactu esse alternãte hoc bono multi fami/
liari exemplo colligũt. Clarissima aquaꝝ omniũ in toto orbe frigoris salubritatisq;
palma præconio urbis martia est inter reliqua deũ munera urbi tributa. Vocabatur
hæc quõdã aufeia. Fons autem ipse piconia. Orit̃ in ultimis mõtibus pelignoꝝ. Tran/
sit marsos & fucinum lacũ romam non dubie petens. Mox specu mersa in tyburtina
se ap̃it nouem milibus passuũ fornicibus instructis p̃ inductũ. Primus eã in urbem
ducere auspicatus est Ancus Martius unus e regibus. Postea. Q. Martius rex in præ/
tura. Rursusq; restituit. M. Agrippa. Idem & uirginem adduxit ab octaui lapidis di/
uerticulo: duo milia passuũ: prænestina uia. Iuxta est herculaneus riuus: quem refu/
giens uirginis nomen optinuit. Hoꝝ amniũ cõp̃atione differentia supradicta de/
prehendit̃ cũ quãtũ uirgo tactu præstat: tãtum præstet martia haustu. Quãq̃ utri/
usq; iãpridem urbi periit uoluptas ambitione auariciaq; in uillas ac suburbana de/
coquentibus publicã salutem. Nõ abre sit quærendi aq̃s iunxisse rõem. Repiuntur
in cõuallibus maxime: & quodã cõuexitatis cardine aut montium radicibus. Multi
septentrionales ubiq; p̃tes aquosas existimauere. q̃ in re uarietatem naturæ apuisse
cõueniet. In hyrcanis mõtibus a meridião latere nõ pluit: ideo siluigeri ab aq̃lõis tan/
tum p̃te sunt. At olympus ossa p̃nasus appenninus alpes undiq; uestiunt̃: amni/
busq; p̃fundunt̃. Aliq̃ ab austro sicut in creta albi mõtes. Nihil ergo in iis perpetuæ
obseruationis indicabitur. Aquaꝝ sunt notæ iuncus aut harundo: aut herba de qua

dictum est. Multumq; alicui loco pectore incubãs rana. Salix enim erratica & alnus aut uitex aut hedera spõte ꝓueniunt & corriuatiõe aquæ pluuiæ in locum humiliorem e supioribus defluentis augurio fallaci. Certior multo nebulosa exhalatio ẽ ante ortũ solis lõgius ĩtuẽtibus. Quod ex edito qdã speculãť ꝓni terrã mẽto attĩgẽte. Est & peculiaris æstimatio peritis tãtũ nota: quã feruẽtissimo æstu sequũtur dieiq; horis ardẽtissimis: qualis ex quoq; loco repcussus splẽdeat. Nã si terra sitiẽte humidior est ille: ĩdubitata spes ꝓmittiť. Sed tãta ĩtẽtione oculoꝝ opus est ut ĩdolescãt. Quod fugientes ad alia expimẽta decurrũt loco ĩ altitudinẽ pedũ quĩq; defosso. Ollisq; e figulino ope crudis: aut pũcta pelui ærea coopto lucernaq; ardente cõcamerata frõdibus: dein terra. Si figulinũ humidũ ruptũue: aut si ĩ ære sudor: uel lucerna sine defectu olei restĩcta: aut etiã uellus lanæ madidũ repiať: nõ dubie ꝓmittũt aquas. Quidã & igne prius excolũt locũ: tãto efficaciore uasoꝝ argumẽto. Terra uero ipsa ꝓmittit cãdicãtibus maculis: aut tota glauci coloris. In nigra enĩ scaturigĩes nõ fere sũt pennes. Figularis creta sẽp adimit spes. Nec ãplius puteũ fodiũt coria terræ obseruãtes: ut a nigra descẽdat ordo supradictus. Aqua sẽp dulcis in argillosa terra. Frigidior in tofo. Nãq; & hic ꝓbať. Dulces enĩ leuesq; facit: & colãdo cõtinet sordes. Sabulũ exiles limosasq; ꝓmittit. Glarea ĩcertas uenas sed boni saporis. Sabulũ masculinũ & harẽa carbunculosa certas stabilesq; & salubres. Rubra saxa optimas speiq; certissimæ. Radices mõtiũ saxosæ: & silex: hoc ãplius rigẽtes. Oportet autẽ fodiẽtibus humidiores assidue respõdere glebas: faciliusq; ferramẽta descẽdere. Depressis puteis sulphurata uel aluminosa occurrẽtia putearios necãt. Expimẽtũ huius periculi est demissa ardẽs lucerna si extĩguať. Tũc secũdũ puteũ dextra ac sinistra fodiũť æstuaria quæ grauiorem illum halitũ recipiant. Fit & sine his uitiis altitudine ipsa grauior aer: quã emendant assiduo linteorum iactatu euentilando donicũ ad aquam uentum est. Sine harena tofus surgit: ne uenæ obstruãtur. Quædã aquæ uere statim incipiente frigidiores sunt: quaꝝ nõ ĩ altum origo est: hybernis enĩ cõstant hymbribus. Quædã canis ortu sicut in macedonia apparet. Vtrunq; ante oppidum pellam. Incipiente enim æstate frigida est palustris. dein maximo æstu in excelsioribus oppidi riget. Hoc & in chio euenit simili ratione portus & oppidi. Athenis & neachronos nimbosa æstate frigidior est. deinde maxĩo æstu q̃ puteus ĩ Iouis horto at ille siccitatibus riget.

¶ Aquarũ subito nascentium: aut desinentium. ¶ Cap. iiii.

MAxime autẽ putei circa arcturum. Nam ipsa æstate deficiunt. omnesq; quatriduo eo subsidunt. Iam uero multi hyeme tota ut circa olympum uere primũ aquis redeũtibus. In sicilia quidem circa messanam & mylas hyeme in totũ iarescũt fontes. Aestate exundant. amnemq; faciunt. Appolloniæ in ponto fons iuxta mare æstate tantũ superfluit: & maxime canis ortu: parcius si frigidior sit æstas. Quædam terræ hymbribus sicciores fiunt: uelut in narmensi agro: quod admirãdis suis ĩseruit M. Cicero: siccitate lutũ fieri ꝓdẽs: hymbre autẽ puluerẽ. Omnis aqua hyeme dulcior est. Aestate autem minus. Autũno minime. Minusq; per siccitates. Neq; æqualis amnium plerunq; gustus est: magna aluei differentia. Quippe tales sũt aquæ qualis terra per quam fluũt. qualesq; herbarum quas lauant succi. Ergo iidem amnes parte aliqua reperiuntur insalubres. Mutant saporem & influentes riui ut borysthenem: uictiq; diluũtur. Aliqui uero & hymbre mutantur. Ter accidit in bosphoro: ut salsi deciderẽt: necarẽtq; frumẽta. Totiẽs & nili rigua pluuiæ amara fecere: magna pestilentia ægypti. Nascũtur fontes decisis plerunq; siluis: quos arborũ alimenta cõsumebant. Sicut in hemo obsidente gallos Cassandro: cum ualli gratia siluas cecidissent. Plerunq; uero damnosi torrentes corriuantur detracta collibus silua cõtinere nymbos ac digerere cõsueta. Et coli mouericq; terram callumq; summæ cutis solui aquarum ĩterest. Proditur certe in creta expugnato oppido: quod uocabatur arcadia: cessasse fontes amnesq; qui in eo situ multi erant. Rursus condito post sex annos emersisse

uti quæq; cœpissent partes coli.

¶Obseruatio historica. ¶Cap.v.

TErræ quoq; motus profundunt sorbentq; aquas sicut circa pheneum arcadiæ quinquies accidisse constat. Sicut & in corico mōte amnis erupit: posteaq̄ cœptus est coli. Illa mutatio mirabilis: nulla euidente causa apparet: sicut in magnesia calidas factas frigidas alias non mutato sapore. Et in caria ubi Neptumni templum est amnis qui fuerat ante dulcis mutatus in salem. Est & illa miraculi plena arethusam syracusis fimum redolere propter olympia: ueriq; simile: quoniam alpheus in ea insula sub ima maria permeet. Rhodiorū fons in cherronneso nono anno purgamēta egerit. Mutantur & colores aquarū: sicut babyloniæ lacus æstate rubras habet diebus undecim. Et borysthenes æstatis temporibus cæruleus fertur: quāq̄ omniū aquarum tenuissimus. Ideoq; innatans hypani. In quo & illud mirabile. Austris flātibus superiorem hypanin fieri. Sed tenuitatis argumentū & aliud est: quod nullū halitū non modo nebulam emittit. Qui uolunt diligentes circa hoc uideri: dicunt aquas grauiores post brumam fieri.

¶Ratio aquæ ducendæ: & quomodo medicatis utendum: & quid prosit nauigatio: & medicinæ aquæ marinæ. ¶Capitulum.v.

CAeterum a fonte duci fictilibus tubis: utilissimum est: crassitudine binum digitorum: commissuris pyxcidatis ita ut superior intret calce uiua ex oleo leuigatis. Libramentum aquæ in centenos pedes sursum elici: minimum erit si uno cuniculo ueniet in binos actus: laminæ esse debebunt: per quas surgere in sublime opus fuerit: e plumbo. subit altitudinē exortus sui: ut si longiore tractu ueniat subeat crebra: descendatq; libramenta ne pereant. Fistulas denum pedum longitudinis esse: legitimum est. Et si quinariæ erunt: sexagena pondo pendere. Si octonariæ centena. Si denariæ cētena uicena. Ac deinde ad has portiones. Denaria appellatur: cuius laminæ latitudo anteq̄ curuetur digitorum decem est. dimidioq; eius quinaria. In omni anfractu enim collis quinariam fieri: ubi dometur impetus: necessarium est. Itē castella prout res exiget. Homerum calidorum fontium mentionem non fecisse demiror: cū alioquī lauari calida frequēter indiceret. uidelicet quia medicina tunc non erat hæc: quæ nunc aquarum perfugio utitur. Est autem utilis sulphurata neruis. Aluminata paralyticis: aut simili morbo solutis. Bituminata aut nitrosa qualis cutilia utilis est bibendo: atq; purgationibus. Pleriq; in gloria ducunt: plurimis horis perpeti calorē earum: quod est inimicissimū. Nanq; paulo diutius q̄ balneis uti oportet. ac postea frigida dulci nec sine oleo discedentibus: quod uulgus alienū arbitratur: idcirco non alibi corporibus magis obnoxiis. Quippe & uastitate odoris capita replētur: & frigore infestantur sudantia: reliqua corporū pte mersa. Similis error quo quidam plurīo potu gloriātur. Vidiq; iam turgidos bibendo: in tantum ut annuli integerentur cute: cum reddi non posset hausta multitudo aquæ. Nec hoc ergo fieri conuenit sine crebro salis gustu. Vtuntur & ceno fontium ipsorū utiliter: sed ita si in litum sole inarescat. Nec uero omnes quæ sint calidæ: medicatas esse credendū: sicut in segesta siciliæ: larissa: troade: magnesia: melo: lipara. Nec decolor species æris argētiue: ut multi existimauere: medicaminū argumentū est. quando nihil eorū in patauinis fōtibus ne odoris quidem differentia aliqua deprehenditur. Medendi modus idem & in marinis erit: quæ calefiunt ad neruorū dolores ferruminata & fracturas ossaq; contusa. Itē ad corpora siccāda. Qua de causa & frigido mari utūtur. Præterea est alius usus multiplex. Principalis uero nauigandi pthisi affectis ut diximus: aut sanguinē egerentibus: sicut proxime Anneū Gallionem fecisse post consulatū meminimus. Neq; enim ægyptus propter se petitur: sed propter longinquitatem nauigandi. Quin & uomitiones ipsæ instabili uolutatione commotæ pluribus morbis capitis oculorum pectoris medentur. Omnibusq; propter quæ helleborum bibitur. Aquā uero maris

per sese efficaciorē discutiendis tumoribus putant medici: si illa decoquatur hordea-cea farina ad parotidas. emplastris etiā maxime albis & malagmatis miscent. Prodest & infusa cerebro ictu. Bibitur quoq; quis non sine iniuria stomachi ad purgāda corpora bilemq; atram: aut sanguinem concretum reddendum alterutra pte. Quidam & in quartanis dedere eam bibendā. Et in tenasmis articularibusq; morbis adseruatam: & in hoc uetustate uirus deponentem. Aliqui decoctam: omnes ex alto haustā nullaq; dulciū mixtura corruptam. Inquo usu præcedere uomitum uolunt. Tunc quoq; acetum aut uinum aqua miscent. Qui puram dedere raphanos supermandi ex mulso aceto iubent: ut ad uomitiones reuocent. Clysteribus quoq; marinam infūdunt tepefactam. Testiū quidē tumori fouendo: non aliud præferunt. Item pnionū uitio ante ulcera. Simili modo pruritibus psoris & lichenū curationi. Lendes quoq; & tetra capitis animalia hac curantur. Et liuentia reducit eadē ad colorem. In quibus curationibus post marinam aceto calido fouere: plurimum prodest. Quin & ad ictus uenenatos salutaris intelligitur: ut phalangiorum & scorpionum & phthiade aspide respersis. Calida autem in iis assumitur. Suffitur eadem cū aceto capitis doloribus. Tormina quoq; & choleram calida infusa clysteribus sedāt. Difficilius perfrigescūt marina calefacta. Mammas rigētes præcordia: maciemq; corporis piscinæ maris corrigunt. Aurium dolores capitis grauitates cum aceto feruentium uapor. Rubiginem ferro marinæ celerrime exterunt. Pecorum quoq; scabiem sanant: lanasq; emolliunt. Nec ignoro hæc mediterraneis superuacanea uideri posse. Verū & hæc cura præuidit inuenta ratione qua sibi quisq; aquam maris faceret. Illud in ea ratione mirum: si plusq̄ sextarius salis cum quattuor aquæ sextariis mergatur: uinci aquam saleq; nō liquari. Cætero sextarius salis cum quattuor aquæ sextariis salsissimi maris uim & naturam implet. Moderatissimum autem putant supradictam aquæ mensurā octonis cyathis salis temperari: quoniam ita & neruos calefaciat: & corpus non exasperet. Inueteratur quod uocatur thalassomeli æquis portionibus maris: mellis: hymbris ex alto. & ad hunc usum aduehunt: fictiliq; uase & picato condunt. Prodest ad purgationes maxime sine stomachi uexatione & sapore grato & odore. Hydromeli quoq; ex hymbre puro cum melle tēperabatur quōdā quod daretur appetentibus uinū ægris: ueluti innocētiore potu. Damnatum iā multis annis iisdē uitiis quibus uinum: nec iisdē utilitatibus. Quia sæpe nauigātes defectu aquæ dulcis laborāt: hæc quoq; subsidia demōstrabimus. Expansa circa nauim uellera madescunt accepto halitu maris quibus humor dulcis exprimitur. Item demissæ reticulis in mari cōcauæ e cæra pilæ. uel uasa inania obturata dulcem intra se colligunt humorem. Nam in terra marina aqua argilla percolata: dulcescit. Luxata hominum corpora & quadrupedum natando in cuiuslibet genis aquā: facillime in artus redeunt. Est & ī metu pegrinātiū: ut tentent ualitudinē aquæ ignotæ. Hæc cauēt a balneis egressi statī frigidā suspectā hauriendo. Muscus qui in aqua fuerit podagris illitus prodest. Item oleo ammixto talorū dolori tumoriq;. Spumaq; aquæ affrictu uerrucas tollit. Necnon harena littorū maris: præcipue tenuis & solibus candens: in medicina est siccandis corporibus cooptis hydropicorū aut rheumatismos sētiētiū. Et hactenus de aquis. Nūc & de aquatilibus. Ordiemur autē ut ī reliqs a pricipalibus eorū: quæ sūt sal & spōgia.

¶DE Generibus salis: & cōfecturis: et medicinis: et obseruationibus. ¶Cap. vii.

SAl omnis aut fit: aut gignitur. Vtrunq; pluribus modis: sed causa gemina: coacto humore uel siccato. Siccatur in lacu tarentino æstiuis solibus. totumq; stagnum ī salē abit: modicū alioquī altitudine genua nō excedens. Item in sicilia in lacu qui cocaicus uocatur: et alio iuxta gelam. Horū extremitates tantum iarescunt: sicut in phrygia cappadocia. Aspendi: ubi largius coquitur et usq; ad mediū lacum. Aliud etiam in eo mirabile: q̄ tātundem noctu subuenit: quātū die auferas. Omnis est alius sal minutus: atq; non gleba est. Aliud genus ex aquis maris sponte gignitur

spuma ĩ extremis littoribus ac scopulis relicta. Hæc enim omnis rore densatur. Et est acrior quæ in scopulis inuenitur. Sunt etiam num naturales differentiæ tres. Nanq; in bactris duo lacus uasti: alter ad scythas uersus: alter ad darios sale æstuant. Sicut ad stytium in cypro & circa memphin extrahunt lacu. dein sole siccant. Sed & sũma fluminum densantur in sale: amne reliquo ueluti sub gelu fluente: ut apud caspias portas quæ salis flumina appellantur. Item circa mardos & armenios. Præterea apud bactros amnis ochus et xerxes ex appositis montibus deferunt salis ramenta. Sũt et in africa lacus & quidẽ turbidi salem ferentes. Ferunt quidem & calidi fontes sicut pegasei. Et hactenus habent se genera ex aquis sponte prouenientia. Sũt & montes natiui salis: ut in indis oromenus: in quo lapidicinarum modo cæditur renascens. maiusq; regum uectigal ex eo est: q̃ ex auro atq; margaritis. Effoditur & e terra ut palã ẽ humore densato in cappadocia. Ibi quidem cæditur specularium lapidum modo. Pondus magnum glebis: quas micas uulgus appellat. Carrhis arabiæ oppido muros domosq; massis salis faciunt: aqua ferruminantes. Inuenit & iuxta pelusium Ptolemæus rex cum castra faceret: quo exemplo postea inter ægyptũ & arabiã etiam squalentibus locis cœptus est inueniri detractis arenis. Qualiter & per africæ sitientia usq; ad Hammonis oraculum. Iis quidem crescens cum luna noctibus. Nam cyrenaici tractus nobilitantur hammoniaco & ipso quia sub arenis inueniatur: appellato. Similis est colore alumini: quod schiston uocant: lõgis glebis: neq; perlucidis: ingratus sapore: sed medicinæ utilis. Probatur q̃maxime perspicuus rectis scissuris ĩsigne. de quo proditur: q̃ leuissimus intra specus suos in lucem uniuersam prolatus: uix credibili pondere ingrauescat. Sed causa euidens cuniculorũ spiritu madido sic adiuuãte moliẽtes ut adiuuent aquæ. Adulteratur siculo quẽ cocanicũ appellauimus: necnon & cyprio mire simili. In hispania quoq; citeriore e gelaeste cæditur glebis pene trãslucentibus. Cui iam pridem palma a plerisq; medicis inter omnia salis genera ꝓhibet. Omnis locus in quo reperitur sal: sterilis est. nihilq; gignit: & in totum spõte nascẽs. Inter hæc sunt factitii uaria genera. Vulgaris plurimusq; in salinis mari adfuso: non sine aquæ dulcis riguis: sed hymbre maxime iuuante: ac super omnia sole multo: non aliter inarescens. Africa circa uticam construit aceruos salis ad collium speciem. Qui uero sole lunaq; induruere: nullo humore liquescunt: uixq; etiã ferro cædunt. Fit tamen & in creta sine riguis in salinas mare infundentibus. Et circa ægyptũ ipso mari influente in solum ut credo nilo succosum. Fit & e puteis in salinas ingestis. Prima densatio babyloniæ in bitumen liquidum cogitur oleo simile: quo & ĩ lucernis utuntur. Detracto subest sal. Et in cappadociæ puteis ac fonte quem in salinas ingerunt. In chaonia excoquunt aquam ex fonte: refrigerandoq; salem faciunt ĩertẽ nec cãdidum. Galliæ germaniæq; ardẽtibus lignis aquã salsam infũdunt. Hispaniæ quadam sui parte puteis hauriunt muriam appellantes. Et illi quidem etiã lignum referre arbitrãtur. Quercus optima ut quæ ꝑ se cinere sincero uim salis reddat. Alibi corylus laudatur. Ita infuso liquore salso. Carbo etiam in salem uertitur. Quicunq; ligno conficitur sal niger est. Apud Theophrastum inuenio imbros harundinis & iunci cinerem decoquere aqua solitos: donec exiguum superesset humoris. Quin & e muria salsamentorum recoquitur. iterũq; consumpto liquore ad naturam suã redit uulgo heminis iucundissimis. Marinorum maxime laudatur cyprius a salamine. At e stagnis tarentinis. Ac e riguis qui tateus uocatur. Hi duo oculis utiles. A cappadocia uero qui in laterculis affertur: cutis nitorem dicitur facere. Magis tamen extendit is quem stytium appellauimus. Itaq; a partu uentrem eo cum melanthio illinunt. Salsissimus sal qui siccissimus. Suauissimus omnium tarẽtinus atq; cãdidissimus. Et de cætero fragilis qui maxime candidus. Pluuia dulcescit omnis. Suauiorẽ tamẽ rores faciunt. Sed copiosum aquilonis flatus. Austro non nascitur. Flos uero salis non fit nisi aquilonibus. In igni nec crepitat nec exilit tragaseus. neq; acanthius ab

oppido appellatus. Nec ullius spuma aut ramentum aut tenuis. Agrigentinus igni-
um patiens:ex aqua exilit. Sunt et colorum differentiæ. Rubeus memphi. Ruffus ē
circa oxum. Centuripis purpureus. Circa gelam in eadem sicilia tanti splendoris: uti
imaginem recipiat. In cappadocia croceus effoditur translucidus et odoratissimus.
Ad medicinæ usus antiqui tarentinum maxime laudabant. Ab hoc uero quæcunq; e
marinis ex genere eo:præcipue spumeū. Iumentorū uero et boum oculis tragaseum
et beticum. Ad obsonium et cibum utilior quisquis facile liquescit. Item humidior.
minorem enim amaritudinem habēt: ut atticus et euboicus. Seruandis carnibus ap-
tior acer & siccus ut megaricus. Conditur etiam odoribus additis:et pulmentarii uicē
implet excitans auiditatem inuitansq; in omnibus cibis:ita ut sit peculiaris ex eo ī-
tellectus inter innumera condimenta. Ita est in mandendo quæsitus garo. Quin et
pecudes armentaq; et iumenta sale maxime sollicitantur ad pastum:multum largi-
ores lacte:multoq; gratiore etiam in caseo dote. Ergo hercule uita humanior sine sale
nequit degere.adeoq; necessarium elementum est: ut trāsierit intellectus ad uolup-
tatem. Animi quoq; sammia sales appellantur.omnisq; uitæ lepos & summa hilari-
tatis laborūq; requies non alio magis uocabulo cōstat. Honoribus etiam militiæq; ī-
terponitur salariis inde dictis:magna apud antiquos auctoritate:sicut apparet ex no-
mine salariæ uiæ:quoniam illa sal in sabinos portari consuerat. Ancus Martius rex
salis modia sex milia in congiario dedit populis.& salinas primus instituit. Varro
etiam pulmentarii uice usos ueteres auctor est.esitasse enī salem cum pane & caseo:
ut prouerbio apparet. Maxime tamen in sacris intelligitur actoritas quādo nulla cō-
ficiūtur sine mola salsa. Salinarū synceritas sūmam fecit suam differentiā. Quædā
enī fauilla salis:quæ leuissima ex eo est & candidissima flos salis appellatur. Et flos
quidem salis in totum diuersa res humidiorisq; naturæ & crocei coloris:aut ruffi ue-
luti rubigo salis. Odore quoq; ingrato ceu gari dissentiens a sale non modo a spuma.
In ægypto inuenitur uideturq; nilo deferri. Et fōtibus tamen quibusdam innatat.
Optimum ex eo quod olei quādam pinguitudinem reddit. Est enim in sale pingui-
tudo.quod miremur. Adulteratur autem tingiturq; rubrica:aut plerūq; testa trita.
Qui fucus aqua deprehenditur diluente factitium colorem:cum uerus ille non nisi
oleo resoluatur:& unguentarii propter colorem eo maxime utantur. Canicia in uasis
summa est. Media uero pars humidior ut diximus. Floris natura aspera excalfactoria
stomacho inutilis. Sudorem cit. Aluum soluit in uino & aqua acopicis & smegma-
ticis utilis. Detrahit & ex palpebris pilos efficacissime. Fæces imæ cōcutiūtur ut color
croci redeat. Præter hæc etiamnum appellatur in salinis salsugo:ab aliis salsilago to-
ta liquida marina aqua salsior ui distās. Aliud etiānū liquoris exquisiti genus quod
garon uocauere intestinis piscium cæterisq; quæ abiicienda essēt:sale maceratis:ut sit
illa putrescentium sanies. Hoc olim conficiebatur ex pisce:quem græci garon uoca-
bant. Capite eius usto suffitu extrahi secundas morantes.

¶DE Scombro pisce:& muria:& alece. ¶Cap viii.

NVnc e scombro pisce laudatissimum in finibus carthaginis spartarie & cetariis
sotiorum appellatur singulis milibus nummum pmutātibus congios pene bi-
nos. Nec liquor ullus pene præter unguēta maiore in precio esse cœpit : nobilitatis
etiam gētibus. Scombros quidem & mauritania beticaq; & carteia ex oceano intrātes
capiunt:ad nihil aliud utiles. Laudatur & clazomene garo. Pompeiiq; & Leptis.
Sicut muria antipolis ac thuria. Iā uero & dalmatia. Vitiū huius est alex impfecta
nec colata fæx. Cœpit tamen & priuatim ex inutili pisciculo minimoq; confici. Apuā
nostri aphyen græci uocant:quoniam is pisciculus e pluuia nascitur. Foroiulienses
piscem ex quo faciunt lupum appellant. Transiit deinde in luxuriam creuerūtq; ge-
nera ad infinitum:sicuti garum ad colorem mulsi ueteris:adeoq; dilutā suauitatem
ut bibi possit. Aliud uero ad castimoniarum superstitionē:etiam sacris iudæis dicatū:

quod fit e piscibus squamma carentibus. Sic alex peruenit ad ostreas echinos urticas cammaros mullorum iocinera. Innumerisq; generibus ad saporé gulæ cœpit sal ta/bescere. Hæc obiter indicata sint desideriis uitæ:& ipsa tamen nonnulli usus in me/dendo. Nanq; & alece scabies pectoris sanatur infusa per cutem incisam. Et contra canis morsus draconisq; marini prodest. In linteolis auté concerptis imponitur. Et garo ambusta recentia sanantur:siquis infundat ac non nominet garum. Cótra canũ quoq; morsus ꝓdest:maximeq; crocodili:& ulceribus quæ serpũt:aut sordidis. Oris quoq; & aurium ulceribus:aut doloribus mirifice prodest. Muria quoq; siue illa sal/sugo:spissat:mordet:extenuat:siccat. Dysentericis utilis est etiam si nome ĩtestina corripit. Ischiadicis cæliacis ueteribus infunditur. Fotu quoq; apud mediterraneos aquæ marinæ uicem pensat.

¶DE Natura salis:& eius medicinis. ¶Cap.ix.

SAlis natura est per se ignea & inimica ignibus fugiens eos:omnia erodés. Cor/pora uero astringens:siccans:alligans. Defuncta autem ac putrescentia ita ué/dicans ut duret ea per sæcula. In medendo uero mordens: adurens : repurgans:exte/nuans:dissoluens. Stomacho tantum inutilis præterq̃ ad excitandam auiditatem. Aduersus serpentium morsus cum origano:melle:hysopo. Contra cerasten cũ origa/no & cæra aut pice aut melle. Auxiliat cótra scolopendras ex aceto potus. Aduersus scorpionum ictus cum quarta parte lini seminis:& oleo uel aceto illitus. Aduersus crabrones uero:uel uespas similiaq; ex aceto. Ad hecerocranas capitisq; ulcera & pus/tulas papulasue & incipientes uerrucas cum seuo uitulino. Item oculorum remediis: & ad excrescentes ibi carnes totiusq; corporis pterygia. Sed in oculis peculiariter. Ob id collyriis emplastrisq; additur. Ad hoc maxime probatur etateus:aut caunites. Ex ictu uero suffusis cruore oculis suggillatisq; cum myrrhæ pari pódere ac melle:aut cũ hysopo ex aqua calida:utq; foueãtur salsugine. Ad hæc hispaniensis eligitur:cótraq; suffusiones oculorum cum lacte in coticulis teritur. Priuatim suggillationibus ĩ lin/teolo inuolutus crebroq; ex aqua feruenti impositus. Vlceribus oris manantibus in linteolo concerpto. Gingiuarum tumori infricatus. Et cótra scabriciem lĩguæ frictus comminutusq;. Aiunt dentes non erodi neq; putrescere siqs quotidie mane ieiunus salem contineat sub lingua:donec liquescat. Lepras idem: & furunculos:& lichenas: & psoras emendat cum passa uua exempto eius ligno:& seuo bubulo atq; origano ac fermento uel pane:maxime thebaicus. Hic & ad pruritus eligitur. Tósillis & uuis cũ melle prodest. Quicunq; ad anginas. Hic amplius cum oleo & aceto. Eodem tépore extra fauces illitus cum pice liquida. Emollit & aluum in uino mixtus. Idem noxia: & tinearum genera pellit in uino potus. Aestus balnearum cóualescentes ut tolerari possint:linguæ subditus præstat. Neruorum dolorem maxime usurpanda obserua/tione circa humeros & renes in saccis aqua feruenti crebro madefactus leuat. Colum torminaq; & coxarum dolores potus:& ĩ iisdem saccis impositus candens. Podagras cum farina ex melle & oleo tritus.ibi maxime obseruanda usurpatione qua quidem totis corporibus nihil esse utilius sale et sole dicunt. Itaq; cornea uidemus corpora piscatorum. Sed hoc præcipuum dicatur in podagris. Tollit et clauos pedum. Item perniones. Ambustis ex oleo imponitur:aut commanducatus. pustulasq; reprimit. Ignibus uero sacris ulceribusq; quæ serpunt:ex aceto aut hysopo. Carcinomatis cum uua taminia. Phagedenis ulcerum tritus cum farina hordei superimposito linteolo madente uino. Morbo regio laborantes donec sudent ad ignem contra pruritus quos sentiunt:ex oleo et aceto infricatus iuuat:et fatigatos ex oleo. Multi et hydropicos sale curauere:feruoresq; febrium cum oleo perunxere:et tussim ueterem linctu eius discussere. Clysteribus infudere ischiadicis. Vlceribus excrescétibus uel putrescétibus imposuere. Crocodilorum morsibus ex aceto in linteolis:ita ut battuerentur ãte ictũ ulcera. Bibitur et contra oppium ex aceto mulso. Luxatis imponitur cum farina et

melle. Item extuberationibus. Dentium dolori cum aceto totus et illitus cum resina prodest. Ad omnia autem spuma salis iucundior utiliorq;. Sed quicunq; sal acopis additur ad excalfactiones. Item smegmaticis ad extendendam cutem leuandamq;. Pecorum quoq; scabiem et boum illitus tollit. Datusq; lingendus: et oculis iumētorum inspuitur. Hæc de sale dicta sint.

DE Nitri generibus: et cōfecturis: et medicinis: et obseruationibus. Cap. x.

Non est differenda et nitri natura non multum a sale distans. et eo diligentius dicenda: quia palam est medicos qui de eo scripsere: ignorasse naturam. Nec queq̄ Theophrasto diligentius tradidisse. Exiguum fit apud medos canescētibus siccitate conuallibus: quod uocant halmigara. Minus etiam in thracia iuxta philippos sordidum terra: quod appellant agrium. Nam quercu cremata nunq̄ multū factitatum est: et iam pridem in totum omissum. Aquæ uero nitrosæ pluribus locis repiūt: sed sine uiribus densandi. Optimum copiosumq; in clitis macedoniæ: quod uocāt calestricum candidum purumq; proximum sali. Lacus est nitrosus exiliente e medio dulci fonticulo. Ibi fit nitrum circa canis ortum nouenis diebus: totidemq; cessat ac rursus innatat: et deinde cessat: quo apparet soli naturam esse quæ gignat: quoniā cōpertum est nec soles proficere quicq̄: cum cesset: nec hymbres. Mirum est & illud scatebra fonticuli semper emicante: lacum nec augeri nec effluere. Iis autem diebus quibus gignitur si fuere hymbres: salsius nitrum faciunt. aquilones deterius quia ualidius commouent limum. Et hic quidem nascitur. In ægypto autē cōficitur multo abūdantius: sed deterius. Nam fuscum lapidosumq; est. Fit pene eodem modo quo sal: nisi ꝙ salinis mare infundunt. nihilum autem nitrariis. Excedente nilo siccātur: decedente madent succo nitri. xl. diebus cōtinuis: non ut in macedonia statis. Si etiā hymbres affuerint: minus de flumine addunt. statimq; ut densari est cœptum: rapitᷣ ne resoluatur in nitrariis. Sic quoq; olei natura interuenit. Ad scabiem animalium utilis. Ipsum autem conditum in aceruis durat. Mirum in lacu asanio & quibusdā circa chalcida fōtibus sūmas aquas dulces esse: potariq;: inferiores nitrosas. In nitro optimum quod tenuissimum: & ideo spuma melior. Ad aliqua tantum sordidū tāq̄ ad inficiendas purpuras: tincturasq; omnes. Magnus & nitro usus q̄ dicetur suo loco. Nitrariæ egregiæ ægyptiis. Nam circa achatin & memphin tātum solebant esse. Circa memphin deteriores. Nam & lapidescit ibi in aceruis. multiq; sunt tumuli ea decausa saxei. Faciunt ex iis uasa. Necnon frequenter liquatum cum sulphure coquētes in carbonibus. Ad ea quoq; quæ inueterari uolunt illo nitro utuntur. Sunt ibi nitrariæ: in quibus & ruffum exit a colore terræ. Spumam nitri quæ maxime laudatᷣ: antiqui negabant fieri: nisi cum ros cecidisset: prægnātibus nitrariis: sed nōdū pariētibus. Itaq; non fieri incitatis etiam si caderet. Alii operimentorum fermento gigni existimauere. Proxima ætas medicorum aphronitrum tradidit in asia colligi in speluncis molibus distillans. Specus eos colligas uocant. Dein siccant sole. Optimū putatᷣ lydium. Probatio ut sit minime ponderosum: & maxime friabile. Colore pene purpureo. Hoc in pastillis affertur. Aegyptium in uasis picatis: ne liquescat. Vasa quoq; ea sole inarescentia perficiūtur. Nitri probatio: ut sit tenuissimum & q̄maxime spōgiosum fistulosumq;. Adulteratur in ægypto calce. Deprehenditur gustu. Sincerū enim facile resoluitur. Adulteratum pungit. Calce aspersum reddit odorē uehemēter. Vritur in testa opertum ne exiliat. alias igni non exilit nitrum. nihilq; gignit aut alit. Cum in salinis herbæ gignantur: & in mari tot animalia: tantum algæ. Sed maiorē esse acrimoniam nitro apparet: nō hoc tantum argumento: sed & illo ꝙ nitrariæ calciamenta protinus consumunt. Alias salubres: oculorūq; claritati utiles. In nitrariis non lippiunt. Vlcera allata eo celerrime sanantur. Ibi facta tarde. Cit & sudorem cū oleo perunctis: corpusq; emollit. In pane salis uice utuntur calestrico. Ad rhaphāos ægyptio: teneriores eos facit. sed obsōia alba & deteriora: olera uiridiora. In medicina

autem calfacit:extenuat:mordet:spissat:siccat:exulcerat. Utile iis quæ euocanda sit aut discutienda & lenius mordēda atq; extenuāda:sicut in papulis pustulisq;. Quidam in hoc usu accensum uino austero restinguunt:atq; ita trito in balneis utuntur sine oleo. Sudores nimios inhibet cum iride arida adiecto oleo uiridi. Extenuat & cicatrices oculorum & scabricias genarum cum fico illitum aut decoctum in passo ad dimidias partes. Item contra argemas oculorum. Ungues decoctum in passo in mali punici calice adiuuat nitrum. Claritatemq; uisus cum melle inunctum. Prodest dē-tium dolori ex uino si cum pipere colluantur. Item cum porro decoctum. Nigrescē-tes dentes crematum dentifricio ad colorem reducit. Capitis animalia & lendes necat cum samia terra illitum ex oleo. Auribus purulentis uino liquato infunditur. Sordes eiusdem partis erodit ex aceto. Sonitus & tinnitus discutit siccum additum. Vitiligines albas cum cymolia creta æquo pondere ex aceto in sole illitum emendat. Furunculos ammixtum resinæ extrahit:aut cū uua alba passa:nucleis eius simul tritis. Testium inflammationi occurrit. Item eruptionibus pituitæ in toto corpore cū axūgia. Contraq; canis morsus addita resina initiis cum aceto illinitur. Sic & serpētium morsibus:phagedenis:& ulceribus quæ serpunt:aut putrescunt cum calce ex aceto. Hydropicis fico tusum datur:illiniturq;. Discutit & tormina si decoctum bibatur pondere drachmæ cum ruta uel anetho uel cymino. Reficit lassitudines cum oleo ex aceto perunctorum:& cōtra algores horroresq; prodest:manibus pedibusq; cōfricatis cum oleo. Comprimit & pruritus suffusorum felle:maxime cum aceto datum. Succurrit & uenenis fungorum ex posca potum. Aut si buprestis pasta sit ex aqua : uomitionesq; euocat. Iis qui sāguinem tauri biberint cum lasere datur. In facie quoq; exulcerationes sanat cum melle & lacte bubulo. Ambustis tostum donec nigrescat tritumq; illinitur. Infūditur urceis & renum doloribus:aut rigori corporum: neruorumq; doloribus. Paralysi in lingua cum pane imponitur. Suspiriosis in ptisana sumitur. Tussim ueterem sanat flore mixto galbani:resinæ terebinthinæ pari pondere omnium:ita ut fabæ magnitudo deuoretur. Coquitur dilutumq; postea cum pice liquida sorbendum in angina datur. Flos eius cum oleo cyprio:articulorū doloribus in sole iucundus est. Regium quoq; morbum in uino exterminat potum. Et īflatiōes discutit. Sanguinis profluuiū sistit e naribus ex feruenti aqua uapore naribus rapto. Pruriginē alumine permixto tollit. Alarum uirus ex aqua quotidiano fotu. Ulcera ex pituita nata cæra permixtum. Quo genere neruis quoq; prodest. Cæliacis īfundit᷑. Perungi āte accessiones frigidas nitro & oleo:multi præcepere. Sic & aduersus lepras lentigines. Podagricis in balneis uti solia nitri ꝓdest:atrophis:opisthotonis:tetanis. Sal nitrum sulphuri concoctum in lapidem uertitur.

❡DE Spongiarum natura. ❡Capitulum. xi.

Spongiarum genera diximus in naturis aquatilium marinorum. Quidam eas ita distinguunt. Alias ex iis mares existimauere tenui fistula spissioresq; psorbentes:& quæ tinguntur in deliciis aliquando & purpura. Alias fœminas maioribus fistulis ac ppetuis maribus duriores. Alias quas appellant tragos tenuissimis fistulis æq; densissimis. Candidæ cura fiunt:e mollissimis recentes per æstatem tinctæ salis spuma:ad lunā & pruinas sternūtur inuersæ:hoc est qua parte adhæsere:ut candorē bibant. Animal esse docuimus etiam cruore inhærente. Aliqui narrant & auditu regi eas:contrahiq; ad sonum:exprimentes abundantiam humoris:nec auelli petris posse ideo abscindi & saniem emittere. Quin & eas quæ ab aquilone sint genitæ præferunt cæteris. Nec usq̄ diutius durare spiritum medici affirmant. Sic & prodesse corporibus:quia nostro suum misceant:& ideo magis recentes:magisq; humidas. Sed minus in calida aqua minusq; unctas:aut ūctis corporibus impositas. Et spissas minus adhærescere. Mollissimū genus earum penicelli oculorum tumores leuant ex mulso impositi. Itē abstergēdæ lippitudini utilissimi. Eam quæ tenuissima est mollissimā

quoq; esse oportet. Imponũtur spongiæ ipsæ epiphoris ex posca:& ex aceto calido ad capitis dolores. De cætero recentes discutiũt:molliũt:mitigãt. Veteres conglutinant uulnera. Vsus earũ ad abstergẽda:fouenda:opiẽda a fotu dũ aliud imponat̃. Vlcera quoq; humida & senilia impositæ siccãt. Fracturæ & uulnera spõgiis utilissĩe fouẽt̃. Sanguis rapitur in secando ut curatio ꝑspici possit. Et ipsæ uulnerũ inflãmationibus imponuntur:nũc siccæ:nũc ex aceto inspersæ:nũc e uino:nũc ex aqua frigida. Ex aq̃ uero cælesti impositæ siccant.recentia non patiuntur intumescere. Imponuntur et integris ꝑtibus & fluctuatione occulta laborantibus quæ discucienda sint:& iis quæ apostemata uocant melle decocto perunctis. Item articulariis alias aceto salso madidæ:alias e posca. Si ferueat impetus ex aqua eadem e callo salso madidæ. At contra scorpionum ictus ex aceto. In uulnerum curatione & succidæ lanæ uicem implent. Nunc ex uino & oleo:nũc ex eadem. Differentia hæc ꝙ lanæ emolliunt: spongiæ coercent rapiuntq; uitia ulcerũ. Circunligantur & hydropicis siccæ:uel ex aqua tepida poscaue utcunq; blandioribus opus est opeririue:aut siccare cutem. Imponuntur & iis morbis:quos uaporari oporteat:feruenti ex aqua perfusæ expressæq; inter duas tabulas. Sic & impositæ stomacho prosunt:& in febri contra nimios ardores. Sed spleneticis e posca. Ignibus sacris ex aceto. Efficaciores quãdo aliud ĩponi oportet:sicut sanas quoq; partes spatiose operiant. Sanguinis profluuium sistunt ex aceto:aut frigida. Liuorem ab ictu recentem ex aqua salsa calida sæpius mutata. Tollũtq; testiũ tumorẽ doloremq; ex posca. Ad canũ morsus utiliter concisæ imponuntur ex aceto aut frigida:aut melle abunde subinde humectandæ. Africanæ cinis cum porri sectiui succo sanguinem reiicientibus haustu salis ex frigida prodest. Item cinis cũ oleo uel aceto fronti illitus tertianas tollit. Priuatim africanæ ex posca tumorem discutiunt. Omnium autem cinis cum pice crematarum sanguinem sistit uulnerum. Aliq raras tantum ad hoc cum pice urunt. Et oculorum causa comburuntur in cruda olla figulini operis:plurimum proficiente eo cinere contra scabricies genarum: excrescentesq; carnes:& quicquid opus sit ibi destringere:spissare:explere. Vtilius in eo usu lauare cinerem. Præstant & strigilum uicem linteorumq; affectis corporibus:& cõtra solem apte protegunt capita. Medici ĩscitia ad duo nomina eas redegere. Africanas : quarũ firmius sit robur. Rhodiacasq; ad fouendum molliores. Nũc autẽ mollissimæ circa muros antipolis urbis reperiuntur. Trogus auctor est:circa lyciam penicillos mollissimos nasci in alto unde ablatæ sint spongiæ. Polybius super ægrum suspensos:qetiores facere noctes. Nunc præuertemur ad marina animalia:& aquatilia.

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER TRICESIMVS SECVNDVS. ¶PROOEMIVM.

¶Medicinæ ex aquatilibus.

VENTVM EST AD SVMMA NATVRAE exemplorumq; per rerum ordinem:& ipsum sua sponte occurrit immensum potẽtiæ occultæ documentum:ut prorsus nec aliud ultra quæri debeat:nec par aut simile possit inueniri : ipsa se uincẽte natura.et qdẽ numerosis modis declarãte.Quid enim uiolentius mari uentisue:& turbinibus ac procellis quo maiore hominũ ingenio ĩ nulla sui parte adiuta est: q̃ uelis remisq;: Additur his & reciproci æstus inenarrabilis uis:uersumq; totum mare in flumen.

DE Echeneide pisce : & mirabili eius proprietate : de torpedine:& marino lepo/
re : & mirabilia rubri maris. Capitulum.i.

TAmen omnia hæc pariterq; eodẽ impellẽtia:unus ac ꝑuus admodũ pisciculus
echeneis appellatus in se tenet. Ruant uẽti licet:et seuiant procellæ imperat
furori:uiresq; tãtas cõpescit:et cogit stare nauigia.quod nõ uĩcula ulla:nõ anchoræ
pondere irreuocabili factæ. Infrenat impetus:& domat mundi rabiem:nullo suo la/
bore:nõ retinẽdo:aut alio modo q̃ adhærẽdo.Hæc tantilla est satis cõtra tot impetus
ut uetet ire nauigia. Sed armatæ classes imponũt sibi turriũ ꝓpugnacula:ut in mari
quoq; pugnet̃:uelut e muris. Heu uanitas humana cũ rostra illa ære ferroq; ad ictus
armata semipedalis ĩhibere possit:ac tenere deuĩcta pisciculus. Fertur acciaco marte
tenuisse prætoriam nauim Antonii ꝓperãtis circuire & exhortari suos donec trãsiret
ĩ aliã. Ideoq; cæsariana classis impetu maiore ꝓtinus uenit. Tenuit & nostra memo/
ria Caii principis ab astura antium remigãtis ut res est:etiã auspicalis pisciculus. Si/
quidẽ nouissime tum ĩ urbẽ reuersus ille imperator:suis telis cõfossus est. Nec lõga
fuit illius moræ admiratio statĩ causa ĩtellecta:cũ e tota classe quĩq;remis sola non
ꝓficeret.& exilientibus ꝓtinus q id quærerẽt circa nauim ĩuenere adhærẽtẽ guberna/
culo:ostẽderũtq; Caio ĩdignãti hoc fuisse quod se reuocaret:quadrĩgẽtorũq; remigũ
obseqo cõtra se ĩtercederet. Constabat peculiariter miratũ quõ adhærẽs tenuisset:nec
idẽ polleret ĩ nauigiũ receptus. Qui tũc posteaq; uidere:eũ limaci magnæ similem
esse dicũt. Nos plurimorũ opiniones posuimus ĩ natura aq̃tiliũ cũ de eo diceremus.
Nec dubitamus idẽ ualere ad oĩa genera cũ celebri & cõsecrato etiã exẽplo apud gni/
diam Venerẽ cõchas quoq; eiusdẽ potẽtiæ credi necesse sit. E nostris q̃dã latinis re/
morã appellauere eũ. Mirũq; e græcis:alii lubricos ꝑtus atq; ꝓcidẽtes cõtineri ad ma/
turitatẽ alligato eo ut diximus ꝓdiderũt. Alii sale adseruatũ adalligatũ grauidis ꝑtus
soluere:ob id alio noĩe odinolyontẽ appellauere. Quocũq; mõ ista se habeãt:quis ab
hoc tenẽdi nauigia exẽplo de ulla potẽtia naturæ atq; effectu ĩ remediis spõte nascẽ/
tiũ rerũ dubitare debeat? Quin & sine hoc exẽplo ꝑ se satis esset. Ex eodẽ mari tor/
pedo etiã ꝓcul & e longinquo: uel si hasta uirgaue attĩgat̃:q̃uis præualidos lacertos
torpescere.q̃libetq; ad cursum ueloces alligari pedes ꝓdit̃. Quod si necesse habemus
fateri hoc exẽplo esse uim aliquã quæ odore tãtũ & quadam aura sui corporis afficiat
mẽbra : quid nõ de remediorũ omnium momẽtis sperãdũ est? Non sũt minus mira
quæ e lepore marino tradũt̃. Venenũ est aliis ĩ potu:aut ĩ cibo datus:aliis etiã uisus.
Siquidẽ grauidæ si oĩno aspexerĩt fœminã ex eo genere dũtaxat statĩ nausea & redũ/
datione stomachi uitiũ fatẽt̃:ac deinde abortũ faciũt. Remedio ẽ mas ob id ĩduratus
sale ut in brachialibus habeant. Eadem res ĩ mari & tactu quidem nocet. Vescitur eo
unũ tãtum animaliũ ut nõ intereat. Mullus piscis:& tenerescit tantum:& ingratior
uiliorq; fit. Homines quibus ĩ pastu est:piscẽ olẽt:hoc primo argumẽto ueneficium
id deprehenditur. Cætero moriũtur totidẽ diebus quot uixerit lepus. Incertiq; tẽpo/
ris ueneficiũ id esse auctor est Licinius macer. In ĩdia affirmãt nõ capi uiuẽtẽ. Inui/
cemq; ibi hominẽ illi pro ueneno esse:ac uel digito omnino in mari tactũ mori. Esse
autẽ ãpliorẽ multo sicut reliqua animalia. Iuba in iis uoluminibus quæ scripsit ad
Caium Cæsarẽ Augusti filiũ de arabia:tradit uitulos marinos ternas heminas capere.
Cetos sexcentorũ pedũ lõgitudinis:& trecentorũ sexagĩta latitudinis ĩ flumen arabiæ
intrasse:pĩguiq; eius negociatores :& omnium piscium adipe camelos perungi in eo
situ:ut asilos ab iis fugent odore.

DE Ingeniis : & mansuetudine quorundam piscium : & ubi ex manu edant:&
ubi responsa dantur ex piscibus. Cap.ii.

MIhi uidentur mira & quæ Ouidius ꝓdidit pisciũ ingenia in eo uolumine quod
halieuticon inscribitur. Scarum ĩclusum nassis nõ fronte erũpere:nec infestis
uiminibus caput ĩserere:sed auersũ caudæ ictibus crebris laxare fores:atq; retrorsum

ita erūpere. Quem luctatum eius ſi forte alius ſcarus extrinſecus uideat: apprehenſa mordicus cauda adiuuare niſus erumpentis. Lupū piſcem rete circūdatū harenas arare cauda: atq; ita cōditum trāſire rete. Murenā maculas appetere ipſas cōſciā teretis ac lubrici tergi: tum multiplici flexu laxare: donec euadat. Polybum hamos appetere brachiiſq; cōplecti: nō morſu: nec prius dimittere q̃ eſcā circūroſerit: aut harundine leuatū extra aquā. Scit & mugil eſſe in eſca hamum: inſidiaſq; nō ignorat: auiditas tamen tāta eſt: ut cauda uerberādo excutiat cibos. Minus ī ꝓuidendo lupus ſollertiæ habet: ſed magnū robur in pœnitendo. Nā ut hæſerit ī hamo: tumultuoſo diſcurſu laxat uulnera donec excidāt inſidiæ. Murenæ āplius deuorāt hamū admouentq; dentibus lineas: atq; ita erodūt. Pytheas id tradit. Idem infixā hamo īuertere ſe: quoniā ſit dorſo cultellato: ſpinaq; lineā præſecare. Licinius Macer murenas tātū fœminini ſexus eſſe tradit: & cōcipere e ſerpentibus ut diximus: ob id ſibilo a piſcatoribus tanq̃ ſerpētibns euocari & capi. Pingueſcere lactatu. Fuſte non interimi. Eaſdem ferula ꝓtinus. Animam in cauda habere certū eſt: eaq; icta celerrime exanimari. at capitis ictu difficulter. Nouacula & ferrū quæ piſce tacta ſūt: olēt. Duriſſimum eſſe piſciū conſtat qui orchis uocet̃. rotūdus eſt: & ſine ſquāmis: totuſq; capite cōſtat. Miluago quotiēs cernat̃ extra aquā uolitās: tēpeſtates mutari Trebius Niger auctor eſt. Xiphiā id eſt gladiū roſtro mucronato eſſe: ab hoc naues ꝑfoſſas mergi in oceano ad locum mauritaniæ qui cotta uocetur: nō ꝓcul a lyxo flumine. Idē lolligines euolare ex aqua tradit: tanta multitudine ut nauigia demergāt. Et manu ueſcūtur piſces in pluribus quidē Cæſaris uillis. Sed quæ ueteres prodidere in ſtagnis non piſcinis ammirati in helore ſiciliæ caſtello nō ꝓcul ſyracuſis. Itē in labra Cnidii Iouis fōte āguillas. Et eæ inaures additas gerūt. Similiter in chio iuxta ſenū delubrū. In meſopotamiæ quoq; fōte chabura de quo diximus piſce. Nam in lycia myris in fonte Apollinis: quē curiū appellant ter fiſtula euocati ueniūt ad augurium. Diripere eos carnes abiectas lætum eſt conſultantibus: caudis abigere dirum. Hierapoli ſyriæ in lacu Veneris æditurum uocibus parent uocati: exornati auro ueniunt adulantes. Scalpūtur. ora hiantia manibus inſerendis præbent. In ſtabiano cāpaniæ ad Herculis petram: melanuri ī mari panem abiectum rapiūt. Iidemq; ad nullum cibum in quo hamus ſit: accedūt. Nec illa in nouiſſimis mira: amariſſimos eſſe piſces ad apellem inſulā & ad clazomenas. Contra ad ſcopulum ſiciliæ: ac leptin africæ & eubœam & dyrrhachium. Rurſus ita ſalſos: ut poſſint ſalſamenta exiſtimari. Circa cephaloniam & ampeloporon & deli petras in portu eiuſdem inſulæ dulces. Quam differentiam pabulo conſtare: non eſt dubium. Appion maximum piſcium eſſe tradit porcum: quem lacedæmonii oſtagoriſtum uocant. Grunnire eum cum capiatur. Eſſe uero illam naturæ accidētiam quod magis miremur etiam in locis quibuſdam: appoſito occurrit exemplo. Siquidē ſalſamenta omnium generum in italia beneuenti recentia refici conſtat. Piſces marinos ī uſu fuiſſe ꝓtinus a condita roma: auctor eſt Caſſius Hemina: cuius uerba de ea re hic ſubiiciam. Numa cōſtituit: ut piſces q ſquāmoſi nō eſſēt ni pollincerēt patrimonia ad cōuentus & cōuiuia publica: & priuata cœnaſq; ad puluinaria facilius cōpararent̃: ni qui ad pollinctum emerent: precio minus parcerent: eaq; præmercarentur. Quantum apud nos indicis margaritis precium eſt de quibus ſuo loco ſatis diximus: tātū apud indos in chorallio. Nanq; iſta ꝑſuaſione gētiū cōſtāt. Gignit̃ q̄dem & ī rubro mari: ſed nigrius. Item in perſico uocatur iace. Laudatiſſimum in gallico ſinu: circa orcadas inſulas. Et in ſiculo circa heliam & drepanum. Naſcitur & apud grauiſcas: & ante neapolin cāpaniæ: maximeq; rubens ſed molle: & ideo uiliſſimū erythris. Forma eſt ei fruticis: color uiridis. Baccæ eius candidæ ſub aqua ac molles. Exemptæ cōfeſtī durantur & rubeſcunt: quaſi corna ſatiua ſpecie atq; magnitudine. Aiunt tactu protinus lapideſcere ſi uiuat. Itaq; occupari euelliq; retibus: aut acri ferramento præcidi. Hac de cauſa cheralium uocitatum interpretātur. Probatiſſimū q̄maxime rubet

& q̄ramosissimum:nec scabrosum aut lapideum:uel rursus inane aut concauum. Auctoritas baccarum eius non minus indorum uiris quoq; preciosa est: q̄ fœminis nostris uniones indici. Aruspices eorum uatesq; in primis religiosum id gestamen amoliendis periculis arbitrantur. Itaq; & decore & religione gaudent. Priusq̄ hæc notescerent:galli gladios:scuta:galeas:adornabant eo. Nunc tanta penuria est uendibili merce:ut pq̄raro cernatur in suo orbe. Surculi infantiæ adalligati:tutelam habere creduntur. Contraq; torminum ac uesicæ & calculorum mala:in puluerem igne redacti:potiq; cū aqua auxiliantur. Simili modo ex uino poti:aut si febris sit:ex aq̄ somnum afferunt. Ignibus diu repugnant. Sed eodē medicamine sæpius poto tradunt lyenem quoq; absumi. Sauguinem reiicientibus excreantibusue medent̄. Cinis eorum miscetur oculorū medicamentis. Spissat enim: ac refrigerat. Vlcerum caua explet. Cicatrices extenuat. Quod ad repugnantiam rerum attinet:quā græci antipathiā uocant:nihil est uenenatius usq̄:q̄ in mari pastinaca:utpote cum radio eius arbores necari dixerimus. Hanc tamen persequitur galeos. Idem & alios qdē pisces sed pastinacas præcipue. Sicut in terra serpentes mustela. Tanta est auiditas ipsius ueneni. Percussis uero ab ea medetur & hic qdem:sed & mullus ac laser.

¶DE hiis quibus in terris & in aquis uictus est:& de castoreis medicinæ : & obseruationes. ¶Capitulum.iii.

SPectabilis naturæ potentia in iis quoq; quibus & in terris:& in aqua uictus est: sicut & fibris quos castores uocant:& castorea testes eorum. Amputari hos ab ipsis cum capiuntur negat Sestius diligentissimus medicinæ. Quinīmo paruos esse substrictosq; & adhærentes spinæ:nec adimi sine uita animalis posse. Adulterari autem renibus eiusdem qui sint grandes:cum ueri testes parui admodum reperiantur. Præterea ne uesicas quidem esse cum sit gemīæ quot nulli animaliū. In iis folliculis inueniri liquorem:& asseruari sale. Itaq; inter probationes falsi esse folliculos geminos ex uno nexu dependentes:quod ipsum corrumpi fraude coniicientibus gummi cum sale:aut hammoniacum:quoniam hāmoniaci coloris esse debeant circundati liquore ueluti mellis cærosi:odoris grauis:gustu amaro:& acri friabiles. Efficacissime e ponto galaciæ:mox africæ. Sternutamenta olfactu mouent. Somnum conciliāt cū rosaceo:& peucedano peruncto capite. Et per se poti in aqua. Ob id phreneticis utiles. Item lethargicos odoris suffitu excitant. Vuluarūq; exanimationes uel subditi. & menses ac secundas ciunt duabus drachmis ex aqua cum puleio poti. Medētur & uertigini:opisthotonis:tremulis:spasticis:neruorū uitiis:ischiadicis:stomachicis: paralyticis:perunctis omnibus:uel triti ad crassitudinem mellis cum semine uiticis ex aceto:aut rosaceo. Sic & cōtra comiciales sumpti. Poti uero cōtra inflationes: tormina:uenena. Differētia tātum contra genera est mixturæ. Quippe aduersus scorpiōes ex uino bibuntur. Aduersus phalāgia & araneos ex mulso:ita ut uomitione reddāt̄. Aut ut retineantur:cum ruta. Aduersus chalcidas cum myrtite. Aduersus cerasten & præsteras cum panace:aut ruta ex uino. Aduersus cæteros serpentes cum uino. Dari binas drachmas satis est:eorum quæ adiiciantur singulas. Auxiliantur priuatī cōtra uiscum ex aceto. Aduersus aconitum ex lacte:aut aqua. Aduersus helleborum albū ex aqua mulsa nitroq;. Medentur & dentibus infusi cum oleo triti in aurem a cuius parte doleant. Aurium doloribus melius si cum meconio. Claritatem uisus faciunt cum melle attico inuncti. Cohibent singultus ex aceto. Vrina quoq; fibri resistit uenenis:& ob id ī ātidota additur. Adseruatur autē optīe ī sua uesica ut aliq existimāt.

¶DE Testudīe. Et multorū pisciū medicīæ:et obseruationes. ¶Cap.iiii.

GEminis similiter uictus in aquis terraq; et testudinum:effectusq; par ī honore habendo:uel propter excellens in usu precium figuræq; ueræ proprietatē. Sūt ergo testudinum genera:terrestres:marinæ:lutariæ:quæ in dulci aqua uiuunt. Mas quidem e græcis emydas appellant. Terrestriū carnes suffitionibus ꝓprie : magicisq;

artibus refutandis:et contra uenena salutares produntur. Plurimæq; in africa. Hæ
ibi amputato capite pedibusq; pro antidoto dari dicuntur:& ex iure in cibo sumptæ.
Strumas discutere ac lyenes tollere. Itē comitiales morbos. Sanguis earum claritatē
uisus facit.suffusionesq; oculorum tollit. Et contra serpētium omnium et araneorū
et similium:et ranarum uenena auxiliatur. Sanguine seruato in farina pilulis factis:
et cum opus sit in uino datis. Felle testudinum cum attico melle glaucomata inūgi
prodest. Et scorpionum plagæ instillari. Tegumēti cinis uino et oleo subactus:pedū
remas ulceraq; sanat. Squammæ e summa parte derasæ:et in potu datæ uenerē co/
hibēt. Eo magis hoc mirum:quoniam totius tegumenti farina accēdere traditur libi/
dinē. Vrinam earum aliter q̄ in uesica dissectarum:inueniri posse:nō arbitror:et ītra
eam esse.Hæc quoq; portētosa magis demonstratur aduersus aspidū ictus sigulare
remedium. Efficacior est tamē ut aiunt cimicibus ammixtis. Oua durata illinuntur
strumis et ulceribus frigore:aut adustione factis. Sorbentur in stomachi doloribus.
Marinarum carnes ammixtæ ranarum carnibus contra salamandras præclare auxili/
antur. Neq; est testudine aliud salamandræ aduersius. Sanguine alopeciarum īanitas
& prurigo omniaq; capitis ulcera curantur. Inarescere autem eū oportet:lēteq; ablui.
Instillatur & dolori aurium cum lacte mulierum. Aduersus comitiales morbos mā/
ditur cum polline frumenti. Miscetur autem sanguis heminis tribus aceti hemina
uini addita iis:& cum hordeacea farina:aceto quoq; ammixto:ut sit quod deuoretur
fabæ magnitudine. Hæc singula & matutina & uespertina dantur:dein post aliquot
dies uespera. Comitialibus instillatur ore diductis labris iis : q modice corripiantur.
Spasmo cum castoreo clystere infunditur. Quod si dentes per annū colluatur testu/
dinum sanguine immunes a dolore fiunt. Et anhelitus discutit:q̄sq; orthopneas uo/
cant:ad has in polenta datur. Fel testudinum claritatem oculorum facit. Cicatrices
extenuat. Tonsillas sedat:& anginas:& omnia oris uitia. Priuatim nomas ibi. Item
ardentium testium. Naribus illitū. Comitiales erigit:attollitq;. Idem cū uernatione
anguium aceto ammixto:unice purulentis auribus prodest. Quidam bubulum fel
ammiscent:decoctarumq; carniū testudinis succum addita æque uernatione āguiū.
Sed diu in uino testudinem excoquunt. Oculorum quoq; uitia omnia fel inunctum
cum melle emendat. Suffusiones etiam marinæ felle:uel cum fluuiatilis sanguine &
lacte mulierum capillus inficitur. Fel & contra salamandras: uel succum decoctum
bibisse:satis est. Testudinum est tertium genus in ceno & paludibus uiuētium. La/
titudo iis ī dorso pectori similis:nec cōuexo incurua calice:īgrata uisu. Ex hac quoq;
tamen aliqua contingunt auxilia. Tres nanq; in succensa sarmenta coniectæ & diui/
dentibus se tegumentis rapiuntur. Tū euulsæ carnes earum coquūtur in aquæ cōgio
sale modice addito. Ita decoctarum ad tertias partes succus paralysin : & articularios
morbos sentientibus bibitur. Detrahit item fel pituitas:sāguinēq; uitiatum. Sistitur
ab eo remedio aluus aquæ frigidæ potu. Ex quarto genere testudinū quæ sūt ī amni/
bus diuulsarum pinguia cum aizoo herba tusa ammixto unguento & semine lilii āte
accessiones perunguntur ægri:præter caput mox conuoluti:calidam aquam bibunt:
quartanis liberari dicuntur. Hanc testudinem.xv.luna capi oportere:ut plus pin/
guium reperiatur. Verum ægrum . xvi.luna perungi tradunt. Ex eodem genere
testudinum sanguis instillatus crebro capitis dolores sedat. Item strumas. Sunt
qui testudinum sāguinē cultro æreo supinarum capitibus præcisis excipi nouo fictili
iubeant. Ignem sacrum cuiuscunq; generis sanguine illini. Item capitis ulcera ma/
nantia:et uerrucas. Iidem promittunt testudinum omnium fimo panos discuti. Et
licet incredibile dictu sit:ut aliqui tradunt:tardius ire nauigia:testudinis pedē dextrū
uehentia. Hinc deinde in morbos digeremus aquatilia:nō quia ignoremus gratiorē
esse uniuersitatem animalium:maiorisq; miraculi. Sed hoc utilius est uitæ cōtributa
habere remedia:cum aliud alii prosit. Aliud alibi facilius inueniatur. Venenatū mel

diximus ubi nasceretur. Auxilio est piscis aurata in cibo. Vel si ex melle sincero fastidium cruditasue quæ sit grauissima incidat. Testudinem circuncisis pedibus: ca/pite: cauda decoctam antidotum esse: auctor est Helopi Scincoq; Apelles. Qui esset Scincus diximus. Sæpius uero quantum beneficium præstaret menstruis mulierum. Contra omnia ea auxiliatur: ut diximus: mullus. Item contra pastinacam & scorpiões terrestres marinosq;: & dracones & phalãgia illitus sumptusue in cibo. Eiusdẽ recẽtis e capite cinis cõtra omnia uenena: priuatim contra fungos. Mala medicamenta ĩfer/ri negant posse: aut certe nocere stella marina uulpino sanguine illita: & affixa limini superiori: aut clauo æreo ianuæ. Draconis marini scorpionumq; ictus carnibus earũ impositis: item araneorũ morsus sanantur. In summa contra omnia uenena: uel potu: uel ictu: uel morsu noxia. Succus earũ ex iure decoctarũ: efficacissimus habet. Sunt et seruatis piscibus medicinæ. Salsamentorũq; cibus prodest a serpẽte pcussis: & contra bestiarũ ictus mero subinde hausto: ita ut ad uesperam cibus uomitione reddatur. Peculiariter a chalcide cerastę: aut quas sepas uocant: aut helope dispadeue percussis. Contra scorpiones largius sumi. Sed non euomi salsamenta prodest: ita ut sitis toleretur: & imponere ea plagis conuenit. Contra crocodilorum qdem morsus non aliud præsentius habetur. Priuatim contra præsteris morsum sarda prodest. Im/ponuntur salsamenta & contra morsum canis rabiosi: uel si non sit ferro ustæ plagæ corporaq; clysteribus exinanita. Hæc per se sufficit. Et contra draconem marinum ex aceto imponitur. Iidem & ex cybio profectus. Draco enĩ marinus ad spinæ suæ qua ferit uenenum ipsæ impositus: uel cerebro toto prodest. Ranarum marinarũ ex uino & aceto decoctarum: succus contra uenena bibitur: & contra ranæ rupetæ uenenum: & contra salamandras. Fluuiatiles si carnes edantur iusue decoctarum sorbeat' psũt: & contra leporem marinum: & cõtra serpentes supradictas. Cõtra scorpiões ex uino. Democritus quidem tradit: siquis extrahat ranæ uiuenti linguam nulla alia corporis parte adhærente: ipsaq; dimissa in aqua imponat supra cordis palpitationẽ mulieri dormienti: quæcunq; interrogauerit: uera responsuram. Addunt etiã nũc alia magi: quæ si uera sunt: multo utiliores uitæ existimantur ranæ q̃ leges. Nanq; harundine transfixa natura per os: si surculus in menstruis defigatur a marito: adulterorũ tediũ fieri. Carnibus earum: uel hamo additis: præcipue purpuras certum est allici. Iecur ranæ geminum esse dicunt. obiiciq; formicis oportere. eam partem quam appetant: contra omnia uenena esse pro antidoto. Sunt quæ in uepribus tantum uiuunt: ob id rupetarum nomine ut diximus: quas græci phrynos uocant: grandissimæ cunctarũ: geminis ueluti cornibus plenæ ueneficiorũ. Mira de his certatim tradunt auctores. Illatis ĩ populũ silẽtiũ fieri. Ossiculo quod sit ĩ dextro latere ĩ aquã feruẽtẽ deiecto refrigerari uas: nec postea feruere nisi exẽpto. Extẽplo id ĩueniri. Nã obiecta rana for/micis: carnibusq; erosis sigula ĩ oleũ addi. Et aliud esse ĩ sinistro latere: quo deiecto feruere uideat': apocynõ uocari. Canũ ĩpetus eo cohiberi. Amorẽ concitari: & iurgia: addito ĩ potionẽ. Venerẽ adalligatũ stimulare. Rursus a dextro latere refrigerari fer/uẽtia. Hoc & q̃rtanas sanari alligato ĩ pellicula agnina recẽti: aliasq; febres. Amorẽ ĩhiberi eo. Itẽ ex iis ranis lyẽ cõtra uenena quæ fiãt ex ipsis: auxiliat'. Cor uero etiã effi/cacius ẽ. Coluber ẽ ĩ aqua uiuẽs. huius adipẽ & fel habentes qui crocodilos uenentur: mire adiuuari produntur: nihil contra bælua audente. Efficacius etiã num si herba potamogeton misceatur. Cancri fluuiatiles triti potiq; ex aqua recentes seu cinere adseruato: contra uenena omnia prosunt: priuatim contra scorpionum ictus cũ lacte asinino. uel si non assit: caprino uel quocunq;. Addi & uinum oportet. Necant eos triti cum ocimo admoti. Eadem uis contra uenenatorum omnium morsus: priuatĩ scytalen: & angues: & contra leporem marinum: ac ranam rupetam. Cinis eorũ ser/uatus pdest pauori. Prodest periclitãtibus ex canis rabiosi morsibus. Quidã adiiciũt gentianam: & dant in uino. Nam si iam pauor occupauerit: pastillos uino subactos

deuorandos ita præcipiunt. Decem uero cancris cum ocimi manipulo adalligatis: omnes qui ibi sunt scorpiones ad eum locum coituros magi dicunt. Et cum ocimo ipsos cineremue eorum percussis imponunt. Minus in omnibus iis marini prosunt: ut Traxillus auctor est. Nihil autem æq; aduersari serpentibus q̄ cancros. Suesq; p/cussas hoc pabulo sibi mederi. Cū sol sit in cancro: torqueri serpentes. Ictibus scor/pionū carnes fluuiatilium cochlearum resistūt crudæ uel coctæ. Quidā ob id salsas quoq; adseruant. Imponunt & ipsis plagis. Coracini pisces nilo quidem peculiares sunt. Sed nos hæc omnibus terris demonstramus. Carnes eorum aduersus scorpiōes ualent impositæ. Inter uenena sunt piscium porci marini spinæ in dorso cruciatu magno læsorum: remedium est limus ex reliquo piscium eorum corpore. Canis ra/bidi morsu potum expauescentibus faciem perūgunt adipe uituli marini. Efficacius si medulla hyenæ & oleum e lentisco & cæra misceatur. Murenæ morsus ipsarū capi/tis cinere sanantur. Et pastinaca contra suum ictum remedio est cinere suo ex aceto illito: uel alterius. Cibi causa extrahi debet e dorso eius quicquid simile est croco: ca/putq; totum. Et hanc autem & omnia testacea modice collui in cibis: quia saporis gratia perit. Leporis marini ueneficium restinguūt poti hippocāpi. Cōtra dorycniū echini maxime prosunt. Et iis qui succum carphati biberint: præcipue eius iure sūp/to. Et cancri marini decocti ius contra dorycnium efficax habetur. Peculiariter uero contra leporis marini uenena & ostrea aduersantur. Idem uidetur: nec potest uideri satis dictum esse de iis cum palma mensarum diu iam tribuatur illis. Gaudēt dulci/bus aquis: & ubi plurimi influunt amnes. Ideo pelagia parua & rara sunt. Gignunt̄ tamen in petrosis: carētibusq; aquarum dulcium aduentu: sicut circa grymū & mu/riam. Grandescunt syderis quidem ratione maxime: ut in natura aquatiliū diximus. Sed priuatim circa initia æstatis multo lacte prægnantia: atq; ubi sol penetret ī uada. Hæc uidetur causa quare minora in aliis locis reperiuntur. Opacitas enim prohibet īcrementum: & tristicia minus appetunt cibos. Variant coloribus. Ruffa ī hispania. Fusca in illyrico. Nigra & carne & testa circeis. Præcipua uero habentur in quacunq; gente spissa: nec saliua sua lubrica. Crassitudine potius spectāda q̄ latitudine. Neq; in luto capta: neq; in arenosis. Sed solido uado spondylo breui atq; non carnoso: nec fibris lacinioso: ac tota in aluo. Addunt peritiores notam: ambiente purpureo crine fibras eoq; argumento generosa interpretantur callibia parata appellantes. Gaudēt & peregrinatione transferriq; in ignotas aquas. Sic brundusina in auerno. Contra ista & suum retinere succum: & a Lucrinio adoptare creduntur. Hæc sit dicta de cor/pore. Dicemus & de nationibus: ne fraudētur gloria sua littora. Sed dicemus aliena lingua digna quæq;. Peritissima huius cēsura in nostro æuo fuit. Sūt ergo Mutiani uerba quæ subiiciam. Cyzizena maiora lucrinis: dulciora britannicis: suauiora edulis: acriora lepticis: pleniora lucensibus: sicciora coryphatenis: teneriora istricis: cādidiora circeiensibus. Sed iis neq; dulciora: neq; teneriora esse ulla compertum est. In īdico mari Alexandri rerum auctores pedalia inueniri ꝓdidere. Nec non inter nos nepo/tis cuiusdam nomenculator tridacna appellauit: tantæ amplitudinis intelligi cupiēs ut ter mordenda essent. Eorum dos in medicina hoc in loco tota dicetur. Stomachū unice reficiunt. Fastidiis medētur. Addiditq; luxuria frigus obrutis niue: sūma mō/tium & maris ima miscens. Molliunt aluū leniter. Eadem cocta cū mulso tenasmo qui sine exulceratione sit: liberant. Vesicarum ulcera quoq; repurgant. In conchis suis cocta siue uti clausa uenerint: mire distillationibus prosunt. Testæ ostreorum cinis uuam sedat: & tonsillas ammixto melle. Eodem modo parotidas: panos: mam/marumq; duricias: capitum ulcera ex aqua: cutemq; mulierum extendit. Inspergitur & ambustis. Et dentifricio placet. Pruritibus quoq; & eruptionibus pituitæ ex aceto medetur. Crudæ si tondantur strumas sanant: & perniones pedum. Purpuræ quoq; contra uenena prosunt. Et algam maris theriacen esse Nicander tradit. Plura eius

genera:uti diximus. Longo folio & latiore:rubente:aliaue crispo. Laudatissima quæ in creta insula iuxta terram in petris nascitur. Tinguendis etiam lanis ita colorem alligans: ut elui postea non possit. E uino iubet eam dari. Alopecias:replet hippocampinus cinis nitro & adipe suillo mixtus:aut sincærus ex aceto. Præparant cutem sepiarum crustæ farina medicamentis. Cutem replet & muris marini cinis cũ oleo. Item echini cum carnibus suis cremati cinis. Fel scorpionis marini. Ranarũ quoq; trium si uiuæ in olla crementur cinis cum melle. Melius cum pice liquida. Capillũ denigrant sanguisugæ:quæ in uino nigro diebus.xl.computruere. Alii in aceti sextariis duobus sanguisugarum sextarium in uase plumbeo iubent putrescere totidem diebus:mox illini in sole. Sornatius tantam uim habere tradidit: ut nisi oleum ore contineant qui tingunt:dentes quoq; eorum denigrari dicat. Capitis ulceribus muricum:uel purpurarum testæ cinis cum melle utiliter illinitur conchyliorum: uel si non urantur farina ex aqua doloribus. Castoreum cum peucedano & rosaceo. Omnium piscium fluuiatilium marinorumq; adeps liquefactus oleo ammixto melle oculorum claritati plurimum confert. Item castoreum cum melle. Callionymi fel cicatrices sanat:& carnes oculorum superuacuas consumit. Nulli hoc piscium copiosius:ut existimauit Menãder quoq; in comœdiis. Idem piscis & uranoscopos uocat ab oculo quem in capite habet. Et coracini fel excitat uisum. Et marini scorpionis russi cum oleo uetere:aut melle attico incipientes suffusiones discutit. Inungi ter oportet intermissis diebus. Eadem ratio albugines oculorum tollit. Mullorum cibo aciem oculorum hebetari tradunt. Lepus marinus ipse quidem uenenatus est: sed cinis eius in palpebris pilos inutiles euulsos cohibet. Et ad hunc usum utilissimi minimi. Item pectunculi salsi triti cum cædria. Ranæ quas diphthitas & calamitas uocant:sanguis earum cum lachryma uitis si euulso pilo palpebris illinatur. Oculorum tumorem ruboremq; sepiæ cortex cum lacte mulieris illitus sedat:& per se scabricias emendat. Inuertunt itaq; genas id agentes:& medicamentum auferunt post paulũ. rosaceoq; inungunt:& pane imposito mitigant nocte. Eadem cortice & nyctilopes curantur in farina trita:& ex aceto illita. Extrahit & squammas eius cinis. Cicatrices oculorum cum melle sanat pterygia cum sale:& cadmia singulis drachmis. Emendat & albugines oculorum iumentorum. Adiiciunt & ossiculis eius genas si terantur sanari. Echini ex aceto epinyctidas sanant. Eundem comburi cũ uiperinis pellibus: ranisq;:& cinerem aspergi potioni iubent magi claritatem uisus promittentes. Ichthyocolla apellat̃ piscis cui glutinosũ ẽ coriũ. Idemq; nomen glutino eius. Hic epinyctidas tollit. Quidam ex uentre non ex corio fieri dicunt. Ichthyocolla ut glutinũ taurinum laudatur. Põtica cãdida:& carẽs uenis squãmisq;:& quæ celerrĩe liquescit. Madescere autẽ cõcisa ĩ aq̃:aut aceto nocte ac die. Mox tũdi marĩs lapidibus:ut facilius liquescat. Vtilẽ eã in capitis doloribus affirmant:& tetanicis. Ranæ dexter oculus dextro:sinistro leuus suspẽsi e collo natiui coloris pãno lippitudĩes sanãt. Quod si per coitum ranæ eruantur:albuginem quoq;. Alligati similiter in putamine oui. Reliquæ carnes impositæ suggillationem rapiunt. Cancri etiam oculos adalligatos collo mederi lippitudini dicunt. Est parua rana in arundinetis:& herbis maxime uiuens muta:ac sine uoce uiridis si forte hauriatur: uentres boum distendens. huius corporis humorem penicillis derasum claritatem oculis inunctis narrant afferre. Ipsasq; carnes doloribus oculorum superponunt. Ranas etiam quindecim coniectas in fictili nouo iuncis configunt quidam:succumq; earum qui ita effluxerit admiscent lachrymæ:quæ ex alba uite emanat:atq; ita palpebras emendant inutilibus pilis exemptis acu instillantes hunc succum in uestigia euulsorum. Meges psilothrum palpebrarum faciebat in aceto enecans putrescentes.& hoc utebatur in multis uariisq; p aquationes autumni nascentibus. Idem præstare sanguisugarum cinis ex aceto illitus putatur. Comburi eas oportet in nouo uase. Iidem cheni iecur siccatum pondere

.xiiii.cum oleo cædrino perunctis pilis nouem mensibus. Auribus utilissimum batiæ piscis fel recens: sed inueteratum uino. Item bacchi quem quidam myzen uocant. Item callionymi cum rosaceo infusum. Vel castoreum cum papaueris succo. Vocãt & in mari pediculos eosq; tritos instillari ex aceto auribus iubent. Et per se cõchylio infecta lana magnopere prodest. Quidã aceto et nitro madefaciunt. Sũtq; qui præcipue cõtra oĩa auriũ uitia laudent gari excellentis succum cyathum mellis dimidio amplius aceti cyathum in calice nouo lenta pruna decoquere. Deinde spuma pennis detersa: et postq̃ desierit spumare tepidum infundere. Si tumeant aures coriandri succo prius mitigandas iidem præcipiunt. Ranarum adeps instillatus statim dolores tollit. Cãcrorum fluuiatilium succus cum farina hordeacea aurium uulneribus efficacissime prodest. Parotides muricum testæ cinere cum melle: uel cõchyliorum ex mulso curantur. Dentium dolores sedantur ossibus draconis marini scarificatis gingiuis. Cerebro caniculæ in oleo decocto adseruatoq;: ut ex eo dentes semel anno colluãtur. Pastinacæ quoq; radio scarificare gingiuas: & in dolore utilissimum. Conteriturq; iis: & cum helleboro albo illitus dentes sine uexatione extrahit. Salsamentorũ etiã fictili uase combustorum cinis: addita farina marmoris inter remedia est. Et cyria uetere eluta in nouo uase & inde trita: prosunt doloribus. Aeq; prodesse dicuntur omnium salsamentorum spinæ combustæ tritæq; & illitæ. Decoquuntur & ranæ singulæ in aceti heminis: ut dentes ita colluãtur: cõtineaturq; in ore succus. Si fastidiũ obstaret: suspendebat pedibus posterioribus eas Salustius Dionysius: ut ex ore uirus deflueret in acetum feruens: idq; e pluribus ranis. Fortioribus stomachis ex iure edẽdas dabat. Maxillaresq; ita sanari dentes præcipue putant. Mobiles uero supradicto aceto stabiliri. Ad hoc quidam ranarum corpora binarum præcisis pedibus in uini hemina macerant: & ita collui dentes labentes iubent. Aliqui totas adalligant maxillis. Alii denas in aceti sextariis tribus decoxere ad tertias partes: ut mobiles dentium stabilirent. Nec non.xxxvi. ranarum corda in olei ueteris sextario sub ærea testa discoxere: ut infunderent per aurem dolentis maxillæ. Alii iecur ranæ decoctum & tritũ cum melle imposuere dẽtibus. Omnia suprascripta ex marina rana efficaciora. Si cariosi & fetidi sunt centum in furno arefieri per noctem præcipiunt. Postea tãtundẽ salis addi atq; fricari. Enydris uocatur a græcis coluber in aqua uiuens. huius quattuor dentium superioribus in dolore superiorum gingiuas scarificant: inferiorum inferioribus. Aliqui canino tantum earum contenti sunt. Vtuntur & cancrorũ cinere: nam muricum cinis dentifricium est. Lichenas & lepras tollit adeps uituli marini. Murenarum cinis cum mellis obolis ternis. Iecur pastinacæ in oleo decoctum. Hippocampi & delphini cinis ex aqua illitus. Exulcerationem sequi debet curatio quæ perducit ad cicatricem. Quidam delphini iecur in fictili torrent: donec pinguitudo similitudine olei fluat: ac perungunt. Muricum uel conchyliorum testæ cinis maculas in facie mulierum purgat cum melle illitus: cutemq; erugat: extenditq; septenis diebus illitus: ita ut octauo candido ouorum foueantur. Muricum generis sũt quæ uocant græci colytia: alii corythia: turbinata æque. Sed minora multo: efficaciora etiam & oris halitum custodientia. Ichthyocolla erugat cutem: extenditq; in aqua decocta horis quattuor: dein contusa: colluta: & subacta ad liquorem usq; mellis. Ita præparata in uase nouo conditur: & in usu quattuor drachmis eius binæ sulphuris: & anchusæ totidem: octo spumæ argenteæ adduntur: aspersaq; aqua teruntur una. Sic illita facies post quattuor horas abluitur.

¶Promiscuæ medicinæ. ¶Capitulum.v.

Medetur & lentigini cæterisq; uitiis ex ossibus sepiarum cinis. Idem & carnes excrescentes tollit: & humida ulcera. Psoras tollit rana decocta ĩ heminis qnq; aquæ marinæ. Excoqui debet: donec sit crassitudo mellis. Fit in mari halcyoneum appellatum ex nidis (ut aliqui existimant) halcyonum & cæycum: ut alii e sordibus

ſpumarum craſſeſcentibus. Alii e limo:uel quadam maris lanugine. Quattuor eius genera. Cinereum ſpiſſum odoris aſperi. Alterum molle lenius odore fere algæ. Tertium candidioris uermiculi. Quartum pumicoſius:ſpōgiæq; putri ſimile pene purpureum. Quod optimum id & mileſium uocatur. Quo cādidius autem hoc minus probabile eſt. Vis eorum ut exulcerent:purgent. Vſus toſtis & ſine oleo mire:lepras lichenas:lentigines tollunt cū lupino:& ſulphuris duobus obolis. Halcyoneo utunt & ad oculorum cicatrices. Andrias ad lepras cancri cinere cum oleo uſus eſt. Attalus thynni recentioris adipe ulcera. Menarum muria & capitum cinis cum melle ſanat ſtrumas. Pungi piſcis eius qui rana in mari appellatur:oſſiculo de cauda:ita ut non uulneret prodeſt. Id faciendum quotidie:donec procurentur. Eadem uis & paſtinacæ radio & lepore marino impoſito:ita ut celeriter remoueatur. Echini teſtis cōtuſis & ex aceto illitis. Item ſcolopendræ marinæ e melle. Cancro fluuiatili contrito:uel combuſto ex melle. Mirifice proſunt:& ſepiæ oſſa cum axungia uetere contuſa & illita. Sic & ad parotidas utuntur:& ſcauri piſcis marini iocineribus. Quin & teſtis cadi ſalſamentarii tuſis cum axungia uetere:muricumq; cinere ex oleo ad parotidas ſtrumaſq;. Rigor ceruicis mollitur cū marinis:qui pediculi uocantur drachma pota. Caſtoreo poto cum pipere ex mulſo mixto ranis decoctis ex oleo & ſale ut ſorbeatur ſuccus. Sic & opiſthotono medetur:& tetano:ſpaſticis pipere adiecto. Anginas menarum ſalſarum ex capitibus cinis ex melle illitus abolet. Ranarumq; decoctarum ex aceto. Succus hic & contra tonſillas prodeſt. Cancri fluuiatiles triti ſinguli in heminam aquæ:anginis medentur gargariſſati:aut e uino:aut calida aqua poti. Vuæ medetur garum cochlearibus ſubditum. Vocem ſiluri recentes ſalſiue in cibo ſumpti adiuuant. Vomitiones mulli inueterati tritiq; in potione cōcitant. Suſpirioſis caſtoreo cum hammoniaci exigua portione ex aceto mulſo ieiunis utiliſſime pota. Eadem potio ſpaſmos ſtomachi ſedat ex aceto mulſo calido. Tuſſim ſanare dicūtur piſciū modo e iure decocto in patinis ranæ. Suſpenſæ autem pedibus:cum diſtillauerit in patina ſaliua earum exenterari iubentur:abiectiſq; interaneis conditi. Eſt rana pua arborem ſcandens:& ex ea uociferans. In huius os ſiquis expuat ipſamq; dimittat: tuſſim liberare dicuntur. Præcipiunt & cochleæ crudæ carnem tritam bibere ex aqua calida in tuſſi cruenta. Iocineris doloribus ſcorpio marinus in uino necatur ut inde bibatur. Conchæ longæ carnes ex mulſo potæ cum aqua pari modo:aut ſi febres ſit: ex aqua mulſa. Lateris dolores leniunt hippocampi toſti ſumpti. Theteæq; ſimiles oſtreæ in cibo ſumptæ. Iſchiadicorum muria ſiluri clyſtere infuſa. Dantur autem conchæ ternis obolis dilutæ in uini ſextariis duobus per dies quindecim. Aluū emollit ſilurus e iure & torpedo in cibo. Et olus marinum ſimile ſatiuo ſtomacho iimicū aluum facillime purgat. Sed propter acrimoniam cum pingui carne coquitur. Et omnium piſcium ius. Idem & urinas cit e uino maxime. Optimum e ſcorpionibus & duride:& ſaxatilibus nec uirus recipientibus. Coqui debent cum anetho : apio:coriandro:porro:additis oleo et ſale. Purgant et cybia uetera:priuatimq; cruditates pituitas bilem trahunt. Purgant et myes:quorum natura tota ī hoc loco dicetur. Aceruantur muricum modo:uiuuntq; in algoſis:gratiſſimi autumno:et ubi multa dulcis aqua miſcetur mari:ob id in ægypto laudatiſſimi. Procedente hyeme: amaritudinē trahunt:coloremq; rubrum. Horum ius traditur aluum et ueſicas exinanire. Interanea diſtringere. Omnia adaperire. Renes purgare. Sanguinem adipemq; minuere. Itaq; utiliſſimi ſunt hydropicis: mulierum purgationibus: morbo regio: articulari: inflationibus. Item prodeſſe felli pituitæq; pulmonis : iocineris ſplenis uitiis:rheumatiſmis. Fauces tantum uexant:uoceſq; obtundunt. Vlceraq; quæ ſerpant:aut ſit purganda ſanant:item carcinomata. Cremati autem ut murices et morſus canum hominumq; cum melle:lepras:lentigines. Cinis eorum potus emendat caligines. Gingiuarum & dētium uitia:eruptiones pituitæ:& contra dorycnium:aut opocarpū

antidoti uicem optinent. Degenerant in duas ſpecies in mitulos:qui ſalem uiruſq;
recipiunt:muſcaſq;. Quæ rotunditate differunt : minores aliquanto atq; hirtæ te-
nuioribus teſtis:carne duriores. Mituli quoq; ut murices cinere cauſticam uim ha-
bent:& ad lepras lentigines maculas. Lauantur quoq; plumbi modo ad gingiuarũ
craſſitudines:& oculorum albugines :caligineſq;. Atq; in aliis partibus ſordida ulce-
ra:capitiſq; puſtulas. Carnes uero eorum ad canis morſus imponuntur. Et pelorides
emolliunt aluum. Item caſtorea ex aqua mulſa:drachmis binis. Qui uehementius
uolunt uti:addunt cucumeris ſatiui radicis ſiccæ drachmam:& afronitri duas. The-
teæ torminibus & inflationibus ſuccurrunt. Inueniuntur hæ in foliis marinis ſuggẽ-
tis:fungorum uerius generis q̃ piſcium. Eædem & tenaſmum diſſoluunt : renumq;
uitia. Naſcitur & in mari abſinthium:quod aliqui ſeriphum uocant:circa tapoſyrin
maxime ægypti:exilius terreſtri. Aluum ſoluit:et noxiis animalibus inteſtina liberat.
Soluunt & ſepiæ. In cibo dantur cum oleo et ſale:& farina decoctæ. Menæ ſalſæ cũ
felle taurino illitæ umbilico:aluum ſoluunt. Ius piſcium in patina coctorum cum
lactucis tenaſmum diſcutit. Cãcri fluuiatiles triti ex aqua poti:aluum ſiſtũt. Vrinã
ciunt. In uino aluum. Ademptis brãchiis calculos pellunt tribus obolis cum myrrhæ
tritæ ſingularibus eorum drachmis. Ileos & inflationes caſtoreum cum dauci ſemĩe
& petroſelini quantum ternis digitis ſumatut ex mulſi calidi cyathis quattuor. Tor-
mina uero cum aceto uino mixto. Erythini in cibo ſumpti:ſiſtunt aluum. Dyſen-
tericis medentur rana cum ſcylla decoctæ:ita ut paſtilli fiant. Fel ſiue cor earum cũ
melle tritum ut tradit Niceratus. Morbo regio ſalſamentum cum pipere:ita ut reli-
qua carne abſtineatur. Lyeni medetur ſolea piſcis impoſitus. Item torpedo. Item
rhombus uiuus:dein remittitur in mare. Scorpius marinus necatus in uino: ueſicæ
uitia & calculos ſanat. Lapis qui inuenitur in ſcorpionis marini cauda põdere oboli
potus. Enhydri iecur. Blendiorum cinis cum ruta. Inueniuntur & in branchia piſcis
uel capite ceu lapilli. Hi poti ex aqua calculoſis præclare medentur. Aiuntq; & ur-
ticam marinam in uino potam prodeſſe. Item pulmonem marinum decoctum in
aqua. Oua ſepiæ urinam mouent:renumq; pituitas extrahunt. Rupta conuulſa cã-
cri fluuiatiles triti in aſinino lacte maxime ſanant. Echini uero cum ſpinis ſuis con-
tuſi:& e uino poti calculos. Modus ſingulis hemina bibitur: donec proſit:& alias in
cibis ad hoc proficiunt. Purgatur ueſica & pectinum cibo. Ex iis mares dorcas uocãt
fœminas onychias. Vrinam mares mouent. Dulciores fœminæ ſunt unicolores.
Sepiæ quoq; oua urinam mouent:renes purgant. Euterocelæ lepus illinitur tritus cũ
melle. Iecur quoq; aquatici colubri. Item hydri tritum potumq; calculoſis prodeſt.
Iſchiadicos autem liberant ſalſamenta ex ſiluro infuſa clyſtere:euacuata prius aluo.
Sedis attritus cinis e capite mugilum mullorumq;. Comburuntur autem in fictili
uaſe. Illini cum melle debent. Item capitis menarum cinis ad rhagadas:& ad condy-
lomata utilis:ſicut pelamidum ſalſarum capitum cinis : uel cybiorum cum melle.
Torpedo appoſita procidentis interanei morbum ibi coercet. Cancrorum fluuiatiliũ
cinis ex oleo & cæra:rimas in eadem parte emendat. Item et marini cancri polline.
Panos ſalſamenta coracina diſcutiunt. Sanant interanea et ſquammæ combuſtæ.
Scorpio in uino decoctus:ita ut foueantur ex illo. At echinorum teſtæ contuſæ et ex
aqua illitæ incipientibus panis reſiſtunt. Muricum uel purpurarum cinis utroq; mõ:
ſiue diſcutere opus ſit incipientes:ſiue concoctos emittere. Quidam ita componunt
medicamentum:cæræ et thuris drachmas.xx. Spumæ argenti.xl. Cineris muricum.x.
Olei ueteris heminam. Proſunt per ſe ſalſamenta cocta. Cancri fluuiatiles triti
uerendorum puſtulas diſcutiunt. Cinis ex capite menarum. Item carnes decoctæ et
impoſitæ. Similiter percæ ſalſæ e capite cinis melle addito. Pelamidum capitis cinis
aut ſquatinæ piſcis cutis combuſta. Hæc eſt q̃ diximus lignum poliri:quia et e mari
fabriles uſus exeunt. Proſunt et ſmarides illitæ. Item muricũ:uel purpurarum teſtæ

cinis cum melle. Efficacius crematarum cum carnibus ſuis. Carbunculos uerendorũ priuatim ſalſamenta cocta cum melle reſtinguunt. At teſtem ſi deſcenderit:cochlearum ſpuma illini uolunt. Vrinæ incontinentiam hippocampi toſti:& in cibo ſæpius ſumpti emendant. Item ophidion piſciculus ſcombro ſimilis cum lilii radice. Piſciculi minuti ex uentre eius quos deuorauerit:exempti & cremati:ita ut cinis eorum bibatur ex aqua. Iubent & cochleas africanas cum ſua carne comburi: cineremq; ex uino ſignino dari. Podagris articularibuſq; morbis utile eſt oleum: in quo decocta eſt rana:& ipſarum inteſtina:& rupetæ cinis cum adipe uetere. Quidam & hordei cinerem adiiciunt trium rerum æquo pondere. Iubent & lepore marino recenti podagram fricari. Fibrinis quoq; pellibus calciari maxime pontici fibri. Item uituli marini. Cuius & adeps prodeſt. Item & bryon de quo diximus lactucæ ſimile:rugoſioribus foliis:ſine caule. Natura eſt ei ſtiptica. Impoſitum lenit impetus podagræ. Itẽ alga:de qua ſupradictum eſt. Obſeruaturq; in ea:ne arida imponatur. Perniones emendat pulmo marinus. Cancriq; marini cinis ex oleo. Item fluuiatiles triti ſicq; cinere & oleo ſubacti:& ſiluri adeps. Et in articulis morborum impetus ſedant ranæ ſubinde recentes impoſitæ:quas quidam diſſectas iubent imponi. Morbos abigit ius mitulorum:& concharum comitiales:& ut diximus coagulum uituli marini bibunt cum lacte equino aſininoue:aut cum punici ſucco. Quidam ex aceto mulſo. Nec non aliqui per ſe pilulas deuorant. Caſtoreum in aceti mulſi cyathis tribus ieiunis datur. Iis uero qui ſæpius corripiuntur:clyſtere infuſum mirifice prodeſt. Caſtorei drachmæ duæ eſſe debebunt:mellis & olei ſextarius:& aquæ tantundem. Ad præſens uero correptis olfactu ſubuenit cum aceto. Datur & muſtelæ marinæ iecur. Itẽ muris uel teſtudinum ſanguis.

¶AD Febres omnium generum:& contra diuerſas infirmitates. ¶Cap.vi.

FEbrium circuitus tollit iecur delphini guſtatum ante acceſſiones. Hippocãpi necantur in roſaceo ut perungantur ægri in frigidis febribus. Et ipſi adalligãt̃ ægris. Item ex aſello piſce lapilli qui plena luna inueniuntur in capite alligantur in linteolo. Pagri fluuiatilis longiſſimus dens capillo adalligatus:ita ut quinq; diebus eum qui alligauerit:non cernat æger. Ranæ uero in triuio decoctæ oleo abiectis carnibus perunctos liberant quartanis. Sunt qui ſtrangulatas in oleo ipſas clam adalligent:oleoq; eo perungant. Cor earum adalligatum frigora febriũ minuit. Et oleũ in quo inteſtina decocta ſint. Maxime autem quartanis liberant: ablatis unguibus ranæ & adalligatæ & rupetæ. Iecur eius:uel cor adalligatur in panno leucopho. Cãcri fluuiatiles triti in oleo & aqua perunctis ante acceſſiones in febribus proſunt. Aliqui & piper addunt. Alii decoctos ad quartas in uino e balneo egreſſis bibere ſuadent in quartanis. Aliqui uero ſiniſtrum oculum deuorari iubent. Magi quoq; oculis earum ante ſolis ortum adalligatis ægro:ita ut cæcas dimittant ĩ aquam:tertianas abigi promittunt. Eoſdemq; oculos cum carnibus luſciniæ in pelle ceruina adalligatos:præſtare uigiliam:ſomno fugato tradunt. In lethargumq; uergentibus coagulo balenæ:aut uituli marini ad olfactum utuntur. Aliqui ſanguinem teſtudinum : & lethargicis illinunt. Tertianis mederi dicitur:& ſpondylus percæ adalligatus. Quartanis cochleæ fluuiatiles in cibo recentes. Quidam ob id aſſeruãt ſale:ut dent tritas in potu. Strombi in aceto putrefacti lethargicos excitant odore. Proſunt & ĩ cardiacis. Cachecticis quorum corpus macie conficitur. Theteæ utiles ſũt cũ ruta ac melle. Hydropicis medetur adeps delphini liquatus:& cum uino potus. Grauitati ſaporis occurritur tactis naribus unguẽto:aut odoribus:uel quoquomodo obturatis. Strõbi quoq; carnes tritæ:et in mulſi tribus heminis pari modo aquæ:aut ſi febres ſint:ex aqua mulſa datæ proficiunt. Succus cancrorum fluuiatiliũ cum melle. Ranæ quoq; aquaticæ in uino uetere et farre decoctæ:ac pro cibo ſumotæ ita ut bibatur ex eodem uaſe. Vel teſtudo deciſis pedibus capite cauda et inteſtinis exemptis : reliqua carne

ita condita:ut citra faſtidium ſumi poſſit. Cãcri fluuiatiles ex iure ſumpti:et phthi-
ſicis prodeſſe traduntut. Aduſta ſanantur cancri marini:uel fluuiatilis cinere. Et ea
quæ feruenti aqua combuſta ſint. Hæc curatio etiam pilos reſtituit cum cancrorum
fluuiatilium cinere. Putantq; utendum cum cæra:et adipe urſino. Prodeſt et febri
ranarum fellis cinis. Ignes ſacros reſtinguunt ranarum uiuentium uentres impoſiti:
pedibuſq; poſterioribus pronas adalligari iubẽt:ut crebriore anhelitu proſint. Vtũt
et ſilurorum capitum cinere ſalſamentorum ex aceto. Pruritum ſcabiemq; nõ homi-
num modo:ſed et quadrupedum efficaciſſime ſedat iecur paſtinacæ decoctum ĩ oleo.
Neruos præciſos purpurarum callum quo ſe operiunt:tuſum glutinat. Lethargicos
coagulum uituli adiuuat in uino potum oboli põdere. Item hichthyocollæ. Tremu-
los iuuat caſtoreum ſi ex oleo perungantur. Mullos in cibo inutiles neruis inuenio
fieri. Sanguinem piſcium putant cibo ſiſti polypo tuſo:illitoq;. De quo et hæc tra-
duntur muriam ipſum ex ſeſe emittere:& ideo non debere addi. In coquendo ſecari
harundine:ferro eminente: in uitiumq; trahere natura deſerente. Ad ſanguinem
ſiſtendum & ranarum illinunt cinerem uel ſanguinem arefactum. Quidam ex ea
rana quam græci calamiten uocant:quoniam inter arundines fruticeſq; uiuat:mini-
ma omnium & uiridiſſima cinerem fieri iubent. Aliqui & naſcentium ranarum in
aqua quibus adhuc cauda eſt:in calice nouo combuſtarum cinerem ſi per nares fluat:
inficiendum. Diuerſus hirudinum quas ſanguiſugas uocant : ad extrahendum
ſanguinem uſus eſt. Quippe eadem ratio earum quæ cucurbitarum medicinalium
ad corpora leuanda ſanguine ſpiramenta laxanda iudicantur. Sed uitium quod ad-
miſſæ ſemel deſiderium faciunt circa eadem tempora anni ſemper eiuſdem medicĩæ.
Multi podagris quoq; admittendas cenſuere. Decidunt ſatietate & pondere ipſo
ſanguinis detractæ:aut ſale aſperſæ. Aliquando tamen adfixa relĩquunt capita .quæ
cauſa uulnera inſanabilia facit:& multos interimit: ſicut Meſſallinum e cõſularibus
patriciis cum ad genua admiſiſſet. Inueniunt uirus remedio uerſo:maximeq; ruffæ
ita formidantur. Ergo ſuggentia ora forficibus præcidunt:ac ueluti ſiphonibus de-
fluit ſanguis:paulatimq; morientium capita ſe contrahunt:nec relĩquuntur. Natu-
ra earum aduerſatur cimicibus:& ſuffitu necat eos. Fibrinarum pellium cum pice
liquida combuſtarum cinis:narium profluuia ſiſtit ſucco porri mollitus. Extrahit
tela corpori inhærentia. Sepiarum teſtæ ex aqua ſalſamentorum carnes. Cancri flu-
uiatiles triti. Siluri fluuiatilis:qui & alibi q̃ in nilo naſcitur:carnes impoſitæ recentes:
ſiue ſalſæ. Eiuſdem cinis extrahit & adeps. & cinis ſpinæ eius uicem ſpodii præbet.
Vlcera quæ ſerpunt:& quæ ex iis excreſcunt ex capite menarum cinis:uel ſiluri coer-
cet. Carcinomata per earum capita ſalſarum:efficacius ſi cineri earum miſceatur ſal
& cunila capitata:oleoq; ſubigantur. Cancri marini cinis uſti cum plumbo carcino-
mata compeſcit. Ad hoc & fluuiatilis ſufficit cum melle:lineaq; lanugine. Sed aliq
malunt alumen melq; miſcere cineri. Phagedenæ ſiluro inueterato:& cum ſãdaraca
trito. Cachoete & nomæ & putreſcentia cybio uetere ſanantur. Vermes uero innati
ranarum felle tolluntur. Fiſtulæ aperiuntur ſiccanturq; ſalſamentis cum lĩteolo im-
miſſis. Intraq; alteram diem callum omnem auferunt:& putreſcentia ulcerũ quæq;
ſerpunt emplaſtri modo ſubacta:& illita. Et halpe expurgat ulcera in linteolis con-
ceptis. Item echinorum teſtæ cinis. Carbunculos coracinorum ſalſamenta illita
diſcutiunt. Item mullorum ſalſamenti cinis. Quidam capite tantum utuntur cum
melle:uel coracinorum carne. Muricum cinis cum oleo tumores tollit. Cicatrices fel
ſcorpionis marini. Verrucas tollit glauci iecur illitum. Capitis menarum cinis cum
allio tritus ad thymia crudis utũtur fel ſcorpionis marini ruffi. Smarides tritæ illitæ.
Hallex deferuefacta unguium ſcabriciam cinisq; e capite menarum extenuat. Mu-
lieribus lactis copiam facit glaucus e iure ſumptus:et ſmarides cum ptiſſana ſũptæ:
uel cum fœniculo decoctæ. Mammas ipſas muricum:uel purpuræ teſtarum cinis cũ

melle efficaciter sanat. Cancri fluuiatiles illiti: uel marini pilos in mamma: uel muricum carnes appositæ tollunt. Squatinæ illitæ crescere mammas non patiuntur. Delphini adipe linamenta accensa excitant uuluæ strangulatu oppressas. Itẽ scõbri in aceto putrefacti. Percarum uel menarũ capitis cinis sale ammixto: & cunila oleoq; uuluæ medetur. Suffitione quoq; secundas extrahit. Item uituli marini adeps ĩstillatur igni naribus intermortuarum uuluæ uitio: & cum coagulo eiusdem in uellere impositus. Pulmonis marini cinis adalligatus egregie profluuia purgat. Echini uiuẽtes tusi: & in uino dulci poti. Sistunt & cancri fluuiatiles triti in uino potiq;. Item siluri suffitu præcipue africi faciliores partus fieri dicuntur. Cancri ex aqua poti profluuia sistere. Ex hysopo purgare. Et si partus strangulet: similiter poti auxiliantur. Eosdem recentes: uel aridos bibunt ad partus continendos. Hippocrates ad purgationes mortuosq; partus utitur illis cum quinis lappati radicibus cum ruta & fuligine tritis: & in mulso datis potui. Item in iure cocti cum lappato & apio menstruas purgationes expediunt. Lactisq; ubertatem faciunt. Item in febri quæ sit cum capitis doloribus: & oculorum palpitatione. Mulieribus in uino austero poti prodesse dicũtur. Castoreũ ex mulso potum purgationibus prodest. Contraq; uuluam olfactum cum aceto & pice: aut subditum pastillis. Ad secundas etiam uti eodem prodest cum panace in quattuor cyathis uini. Et a frigore laborantibus ternis obolis. Sed si castoreum fibrumue superegrediatur grauida: abortum facere dicitur: & periclitari partus si superferatur. Mirum & quod de torpedine inuenio. Si capiatur cum luna in libra fuerit: triduoq; asseruetur sub diuo faciles partus facere: postea quotiens inferatur adiuuare. Et pastinacæ radius adalligatus umbilico existimatur idem facere si uiuẽti ablatus sit: ipsaq; denuo in mare dimissa. Inuenio apud quosdam ostreatium uocari: quod aliqui onychen uocant. hoc suffitum uuluæ pœnis mire resistere. Odorem esse castorei: meliusq; cum eo ustũ proficere. Vetera quoq; ulcera & cacoethe eiusdẽ cinere sanari. Nam carbunculos & carcinomata in mulierum parte præsentissimo remedio sanari tradunt cancro fœmina cum salis flore contuso post plenam lunam: & ex aqua illita. Psilothrum est thynni sanguis: fel: iecur siue recentia siue seruata. Iecur etiam tritũ: mixtaq; cædro plumbea pyxide asseruatum. Ita pueros pubescere negauit Mago Salpe obstetrix. Eadem uis est pulmonis marini. Leporis marini sanguine & felle: uel si in oleo lepus hic necetur. Cancri scolopendræ marini cinis cum oleo. Vrtica marina trita ex aceto scyllito. Torpedinis cerebrum cum alumine illitum .xvi. luna. Ranæ paruæ quam in oculorum curatione descripsimus: sanies efficacissĩe psilothrum est: si recens illinatur: & ipsa arefacta ac tusa: mox decocta tribus heminis ad tertias: uel in oleo decocta æreis uasis. Eadem mensura alii ex quindecim ranis conficiunt psilothrum: sicut in oculis diximus. Sanguisugæ quoq; tostæ in uase fictili: & ex aceto illitæ eundem contra pilos habent effectum. Et suffitus urentium eas necat cimices ĩuectas. Castoreo quoq; cũ melle pro psilothro usi pluribus diebus reperiuntur. In omni autem psilothro uellendi prius sunt pili. Infantium gingiuis dentitionibusq; multum confert delphini cum melle dentium cinis: & si ipso dente gingiuæ tangantur. Adalligatusq; idem pauores repentinos tollit. Idem effectus & caniculæ dentis. Vlcera uero quæ in auribus: aut ulla corporis parte fiant cancrorum fluuiatilium succus cum farina hordeacea sanat. Et ad reliquos morbos triti in oleo perunctis prosunt. Siriasisq; infantium spongia frigida cerebro humefacto rana inuersa adalligata efficacissime sanat: quam aridam inueniri affirmant. Mullus in uino necatus: uel piscis rubellio: uel anguillæ duæ. Item una marina in uino putrefacta iis qui inde biberit: tedium uini affert. Venerem inhibet: & cinis hippopotami frõtis: e sinistra parte pellis in linteolo adalligata. Fel ue torpedinis uiuæ genitalibus illitum. Concitant cochlearum fluuiatilium carnes sale adseruatæ: & ĩ potu ex uino datæ. Erythini in cibo sumpti. Iecur ranæ dyrophetes & calamites in pellicula gruis

alligatum: uel dens crocodili maxillaris annexus brachio: uel hippocampus: uel nerui rupetæ dextro lacerto adalligati. Amorem finit in pecoris recenti corio rupeta alligata. Equorum scabiem ranæ decoctæ in aqua extenuãt: donec illini possit. Aiũtq; ita curatos non repeti postea. Et salpe negat canes latrare: quibus in offa rana uiua data sit. Inter aquatilia dici debet: & calamochnus latine adarcha appellata. Nascit circa harundines tenues spuma aquæ dulcis ac marinæ ubi se miscent. Vim habet causticam. Ideo acopis additur contra perfrictionum uitia. Tollit & mulierum lentigines in facie. Et calami simul dici debent. Phraxmatis radix recens tusa luxatis medetur: & spinæ doloribus ex aceto illita. Cypri uero qui et donax uocatur cortex: alopeciis medetur ustus: et ulceribus ueteratis. Folia extrahunt quæ infixa sunt corpori: et igni sacro. Paniculæ flos si aures intrauerit: exurdat. Sepiæ atramento tanta uis est: ut in lucerna addito æthiopas uideri ablato priore lumine Anaxialaus tradat. Rupeta decocta & ĩ aq̃ potu data suum morbis medetur: uel cuiuscunq; ranæ cinis. Pulmone marino si confricetur lignum ardere uidetur: adeo ut faculã ita præluceat.

¶ Animalium omnium in mari uiuentium. clxxvii. genera esse. ¶ Cap. vii.

FEracta aquatilium dote non alienum uidetur indicare per tot maria tam uasta et tot milibus passuum terræ infusa: extraq; circundata mensura pene ipsius mundi quæ intelligantur animalia centum. lxxvii. omnium generum esse: eaq; nominatim complecti: quod in terrestribus uolucribusq; fieri non quit. Neq; enim omnis indiæ æthiopiæq; aut scythiæ desertorumue nouimus feras aut uolucres cum hominum ipsorum multo plurimæ sint differentiæ quas inuenire potuimus. Accedat his taprobane insulæq; aliæ oceani fabulose narratæ. profecto cõueniet: nõ posse omnia genera in contemplationem uniuersam uocari. At hercule in tanto mari oceano quæq; nascuntur: certa sunt: notioraq; quod miremur quæ profundo natura mersit. Vt a beluis ordiamur: arbores physethres: balenæ: pistrices: tritones: nereides: elephanti: homines qui marini uocantur. rotæ: orcæ: arietes: musculi: & alii piscium forma arietes delphini: celebresq; Homero urituli. Luxuriæ uero testudines: & medicis fibri: quorum genera nusq̃ mari accepimus mergi: tantum marina dicentes. Iam caniculæ: drynones: cornutæ: gladii: serræ: communesq; mari terræ anni hippopotami: crocodili. Et amni tantum ac mari: thynni: thynnides: siluri: coracini: percæ. Peculiaris autem maris accipẽser: aurata: asellus: acarne: aphia: alopeca: aguilla: araneus: box: batia: bachus: batrachus: belonæ: quos aculeatos uocamus: balanus: coruus: citharus. Rhomborum genera chalcis gobio. Collurus asellorum generis ni minor esset colla: siue parianus: siue saxtanus. a patria baetica: lacertorum minima: abysmon: elesse: cybium. ita uocatur concisa pelamis: quæ post. xl. dies a ponto in mæotin reuertitur. Cordula & hæc pelamis pusilla: cum in pontum e mæotide exit: hoc nomen habet cantharus. callyonimus. siue uranoscapus. cinædi. soleæ. phiscinulæ. cnidæ. quã nos urticam uocamus. Cancrorum genera chamecistite. chameleos. chamepotorides. generis uarietate distantes et rotunditate. chameglycia. menides. quæ sunt maiores q̃ pelorides. glycia siue corophia. Concharum genera ĩter quæ & margaritiferæ cochleæ quarum generis pentadactylides. melicembales. echinophoræ dicuntur quibus cantant. Extra has sunt rotundæ in oleario usu cochleæ. cucumis. cynopos. camymarus. cynosdexia. draco. Quidam aliud uolunt esse dracunculum. Est autem graculæ similis. Aculeos in branchiis habet ad caudam spectantis. Sic & scorpio lædit dũ manu tollitur. erythinus. echeneis. echinus. Elephanti locustarum generis nigri pedibus quaternis bisulcis. Præterea brachia duo binis articulis singulisq; forficulis denticulatis. Fabri siue zaegaucisci. glaneus. conger. gyres. galeos. garus. hippus. hippuros. hirundo. ale. pleumon. hippocampos. heparcotinos. Sunt lacertorum genera. lolligo uolitans. locustæ. lucernæ. liparis. lamyrus. lepus. leones quorum brachia cãcris similia sunt: reliqua pars locustæ. mullus. merula. inter saxatiles laudata. mugil.

melanurus.mena.metis.murena.misimylus.miscus.murex.oculata.ophidion.ostria eotia.orcynon.hic est pelamidum generis maximus. Neq; redit in mæotim : similis tritoni:uetustate melior. Orphus.orthagoriscus.phager.pichus saxsatiliūq; pelamis. Earum generis maxima apolectus uocatur.durius.triton.phorcus.phitharus.passer. pastinaca. Polyporum genera pectines maximi & nigerrimi æstate. Laudatissimi autem mitylenis rhyas.tyndarides salonis.altimatia in insula alexandriæ.in ægypto pectunculi.purpuræ.pegrides.pinna.pinnothere.rhina quem squatinam uocamus. Rhombus scarus principalis hodie.solea.sargus.scylla.sarda:ita uocatur pelamis lō-ga ex oceano ueniens.scomber.salpa.horus.scorpena.scorpios.scyascia.sciena.scolo-pendra.myrus.ægypta.strombus.solen siue aulos siue donax siue onyx siue dacty-lus.spondylus.maristella. spongia. Turdus inter saxatiles nobilis. tynnus tranus: quem alii xiphiam uocant. Stassa. torpedo.tethea. triphonon: pelamidum generis magni:ex eo serena cymbia fiunt Veneri. Euax.xyphi. Hiis adiiciemus apud Ouidi-um posita nomina:quæ apud neminem alium reperiuntur. Sed fortassis in ponto nascuntur:ubi id uolumen supremis suis temporibus inchoauit. Bopgyrum in sco-pulis uiuentem. Orphum rubentem.rhacinumq; pullum:pictas mormyras: aureiq; coloris chryson. Præterea paruum teragum:& placentem cauda labrum. Epodas lati generis. Prærer hæc insignia piscium tradit : channem ex seipsa concipere. Glaucum æstate nunq̄ apparere. Pompium qui semper comitetur nauigiorum cursus. Chro-min qui nidificet in aquis. Helopem quoq; dicit esse nostris incognitum undis. Ex quo apparet falli eos:qui eundem accipenserem existimauerunt. Helopi palmam saporis inter pisces multi dedere. Sunt præterea a nullo auctore nominati sudis latīe appellata:a græcis phyren ostreæ similis nomine:magnitudine inter amplissimos ra-rus:sed tamen non degener:& pernæ concharum generis circa pontias insulas frequē-tissimæ. Stant uelut suillo crure longo in harena defixæ.hiantesq; qua limpitudo ē: pedali non minus spatio. Cibum uenantur. Dentes in circuitu marginum habent pectinatim spissatos. Intus pro spondyli grandis caro est. Et hyenam piscem uidi in oenaria insula captum caput exerentem. Præter hæc purgamenta aliqua relatu in-digna:& algis potius annumeranda q̄ animalibus.

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER TRI-CESIMVS TERTIVS. PROOEMIVM.

Metallorum naturæ.

METALLA NVNC IPSAEQVE OPES ET rerum precia dicentur:tellurem intus exquirente cura multiplici. Modo quippe alibi diuitiis fo-ditur:quærente uita aurū argentum æs electrū. Alibi deliciis gemmas: & parietum digitorumq; pigmenta. Alibi temeritati ferrum auro etiam gratius inter bella cædesq;. Persequimur omnes eius fibras uidemusq; superexcauatos montes mirantes dehiscere aliquando: aut intremiscere illam. Ceu uero nō hoc etiam exemplum īdigna-tionis sacræ parentis exprimi possit. Imus ī uisce-ra eius : & in sede manium opes quærimus: tāq̄ parum benigna fertiliq; qua secetur. Inter hæc minimum remediorum gratia scru-tamur. Cui enim fodiendi causa medicina est? Quanq̄ & hæc summa sui pte tribuit ut minime pca:facilisq; in omnibus quæ prosunt. Illa nos premūt:illa nos ad īferos

agunt quæ occultauit atq; demerſit. Illa quæ non naſcuntur:ut repente mens ad in/ane euolans reputet quis deinde futurus finis eſt:ſæculis omnibus exhauriendi eam quouſq; penetret auaricia? Quã inocẽs q̃ beata: immo uero & delicata eſſet uita:ſi nihil aliud de ea niſi quod ſupra terras concupiſceret:haberetq; non niſi quod ſecũ eſt? Eruitur quidem aurum & chryſocolla iuxta:ut precioſior uideatur nomẽ ex auro cuſtodiens. Parum enim erat naturæ unam inueniſſe uitæ peſtem:niſi in precio etiã eſſet ſanies auri. Quærebat argentum auaricia. Boni conſuluit interim inueniſſe minium:rubentiſq; terræ excogitauit uſum. Heu prodigioſa ingenia quot modis auximus precia rerum? Acceſſit ars picturæ:& aurum argentumq; cælando carius fe/cimus. Didicit homo naturam prouocare. Auxere & artem uitiorum iritamenta. In poculis libidines cælare iuuit:ac p obſcenitates bibere. Abiecta ſunt deinde hæc:& ſordere cœpere:& auri argentiq; nimium fuit. Murina & cryſtallina ex eadem terra effodimus:quibus precium faceret ipſa fragilitas. Hoc argumentum opum:hæc uera luxuriæ æſtimata eſt gloria:habere quod poſſet ſtatim totum perire. Nec hoc fuit ſatis : turba gemmarum potamus:& ſmaragdis teximus calices:ac temulentiæ cauſa tenere indiam iuuat:& aurum iam acceſſu eius.

¶ Quæ prima commendatio metallorum auri:& de origine annulorum aureorum: & modo auri apud antiquos:& equeſtri ordine:& de iure ãnulorum aureorũ. ¶ C.i.

Utinamq; poſſet e uita totũ abdicari aurũ ſacra fames: ut celeberrimi auctores dixere:proſciſſum conuitiis ab optimis quibuſq;:& ad perniciem uitæ repertũ. Quantum fœliciore æuo cum res ipſæ permutabantur inter ſe:ſicut & troianis tem/poribus factitatum Homero credi conuenit. Ita enĩ(ut opinor)commercia uictus gra/tia inuenta:alios coriis boum: alios ferro captiuiſq; rebus emptitaſſe tradit. quãq̃ & ipſe miratus aurum æſtimationes rerum ita fecit:ut centum boum arma aurea permutaſſe Glaucum diceret cum Diomedis armis nouẽ boum. Ex qua cõſuetudine multa legum antiquarum pecore conſtat etiam romæ. Peſſimum uitæ ſcelus fecit: qui annulum primus induit digitis. Nec hoc quis fecerit traditur. Nam de Prome/theo omnia fabuloſa arbitror. quanq̃ illi quoq; ferreum annulum dederit ãtiquitas: uinculumq; id non geſtamen intelligi uoluerit. Midæ quidem annulum quo circũ/acto habentem nemo cerneret: quis non etiam fabuloſiorem fateatur? Manus & prorſus ſiniſtræ maximam auctoritatem conciliauere auro:non quidẽ romani quorũ more ferendum erat bellicæ uirtutis inſigne. De regibus romanis non facile dixerim. Nullũ habet Romuli in capitolio ſtatua:nec præter Numæ Seruiiq; Tullii alia. Nec .L. quidem Bruti. Hoc in Tarquiniis maxime miror:quorum egregia fuit origo: unde hic annulorum uſus uenit. quanq̃ nunc lacedæmone ferreo utantur. Sed a Priſco Tarquinio omnium primo filium cum in prætextæ annis occidiſſet hoſtem bulla aurea donatum conſtat:unde mos bullæ durauit:ut eorum qui equo meruiſſẽt filii id inſigne haberent:cæteri lorum. Et ideo miror Tarquinii eius ſtatuam ſine annulo eſſe. Quanq̃ & de nomine ipſo ambigitur. Id græci a digitis appellauere. Apud nos priſci ungulum uocabant. Poſtea & græci & noſtri ſymbolum. Longo certo tẽpore ne ſenatum quidem romanum habuiſſe aureos:manifeſtum eſt. Siquidem iis tantũ qui legati ad exteras gentes ituri eſſent:annuli publice dabantur credo:quoniam ex/terorum honoratiſſimi intelligebantur. Neq; aliis uti mos fuit:q̃ qui ex ea cauſa pu/blice accepiſſent: uulgoq; ſic triumphabant. Et cum corona ex auro etruſca ſuſtine/retur a tergo:annulus tamen in digito ferreus erat:æqua fortuna triũphantis & ſerui coronam ſuſtinentis. Sic triumphauit de Iugurta. C. Marius. Aureum non ãte tertiũ conſulatum ſumpſiſſe traditur. Ii quoq; qui ob legationem acceperant aureos :in publico tantum utebantur:intra domos uero ferreis. Quo argumento etiã nũc ſpõ/ſæ annulus ferreus mittitur:iſq; ſine gemma. Nec iliacis temporibus ullos fuiſſe an/nulos' uideo:nuſq̃ certe Homerus dicit:cũ & codicillos miſſitatos epiſtolarum gratia

indicet:& conditas arte uestes:ac uasa aurea argenteaq;:& ea colligata nodi nō ānuli
nota. Sortiri quoq; contra prouocationem duces non annulis tradit. Fabricæ etiam
deum fibulas:& aliam muliebris cultus:sicut inaures in primordio factitasse sine
mentione annulorum. Et qui primus instituit:contanter id fecit:leuisq; manibus ac
latentibus induit:cum si honos securus fuisset: dextra fuerit ostentandus. Quod si
impedimentum potuit in ea aliquod intelligi:etiam insertorii usu argumentum ē:
maius in leua fuisse qua scutum rapitur. Est quidem apud eundem Homerum ui-
rorum crinibus aurum implexum. Ideo nescio an prior usus a fœminis cœperit. Ro-
mæ quidem non fuit aurum:nisi admodum exiguum longo tempore. Certe cum a
gallis capta urbe pax emeretur:non plus q̄ mille pondo effici potuere. Nec ignoro.M.
Crassum duo milia pondo auri rapuisse suo:& Pompeii tertio consulatu e capitolini
Iouis solio a Camillo ibi condita:& ideo a plerisq; existimari duo milia pondo colla-
ta. Sed quod accessit:ex gallorum præda fuit:detractumq; ab his in parte captæ ur-
bis delubris. Gallos autem cum auro pugnare solitos Torquatus indicio est. Appa-
ret ergo gallorum templorumq; tantundem nec amplius fuisse. Quod quidem in
augurio intellectum est:cum capitolinus duplum reddidisset. Illud quoq; obiter in-
dicari conuenit:quoniam de annulis sermonem repetimus: æditquum custodiæ eius
deprehensum fracta in ore annuli gemma statim expirasse:& indicium ita extinctū.
Ergo ut maxime duo tantum milia pondo cum capta est roma anno trecentesimo
lxiiii.fuere:cum iam capitum liberorum censa essent.c.lii.milia quingenti.lxxxiii.
Eadem post annos.ccc.vii.quod ex capitolinæ ædis incendio cæterisq; omnibus de-
lubris.C.Marius filius preneste detulerat tredecim milia pondo sub eo titulo in triū-
pho transtulit Sylla. Et argenti.vii.milia. Idē ex reliqua omni uictoria pridie trāstu-
lerat auri pondo.xv.milia :argenti pondo.c.xv.milia. Frequentior autem usus annu-
lorum non ante Cn.Flauium Annii filium deprehenditur. Hic nanq; publicatis
diebus fastis:quos populus a paucis principum quotidie petebat : tantam gratiam
plebis adeptus est:alioquī libertino patre genitus:& ipse Appii Cæci scriba: cuius
hortatu exceperat eos dies:consultando assidue sagaci ingenio promulgaueratq;:ut
ædilis currulis crearetur cum.Q. Anitio prenestino:qui paucis ante annis hostis fue-
rat:præteritis.C.Petilio & Domitio : quorum patres consules fuerant. Additum
Flauio:ut simul Tribunusplebis esset. Quo facto tanta senatus indignatione exar-
sit:ut annulos ab eo abiectos fuisse in antiquissimis reperiatur annalibus. Fallit
plerosq; qui tum & equestrem ordinem id fecisse arbitrantur. Etenim adiectum
hoc quoq;. Sed & phalera posita propter quæ nomen equitum adiectum est. An-
nulos quoq; depositos a nobilitate in annales relatum est: non a senatu uniuerso.
Hoc actum.P. Sempronio Longo.L. Sulpitio conss. Flauius uouit ædem Concor-
diæ si populo reconciliasset ordines. Et cum ad id pecunia publica non decerneret:
ex multaticia fœneratoribus condemnatis ædiculam æream fecit in gratotasio:
qui tunc supra comitium erat. Inciditq; in tabula ærea eam ædem . ccc. quattuor
annis post capitolinam dedicatam. Ita quadringentis.xlviii.a condita urbe gestum
est:& primum annulorum uestigium extat. Promiscui autem usus alterum secūdo
punico bello. Neq; enim aliter potuissent trimodia illa annulorum carthaginem
ab Annibale mitti. Inter Scipionem quoq; & Drusum ex annulo in auctione nauali
inimiciciæ cœpere. Vnde origo sotialis belli:& exitia rerum. Ne tum quidem omnes
senatores habuerunt:utpote cum memoria auorum multi prætura functi in ferreo
consenuerint: sicut Calpurniū & Maniliū:qui legatus.C.Marii fuerat: iugurthino
bello Fenestella tradit. Et multi.L.Fufidium illum quē Scaurus in uita sua scribit.
In Quītiorum uero familia aurum ne fœminas quidē habere mos fuerit. Nullosq;
omnino annulos maior pars gentium hominumq; etiam qui sub imperio nostro
degunt hodie habeat. Non signet oriens aut ægyptus etiam nunc litteris contenta

ſolis. Multis hoc modis ut cætera omnia luxuria uariauit: gemmas addendo exqui/
ſiti fulgoris: cenſuq; opimo digitos onerando. ſicut dicemus in gemmarum uolu/
mine. Mox & effigies uarias cælando: ut alibi ars: alibi materia eſſet in precio. Alias
deinde gemmas uiolari nefas putauit: ac ne quis ſignandi cauſa in annulis eſſe
intelligeret: ſolidas induit. Quaſdã uero neq; ab ea parte: quæ digito occultatur: auro
cluſit aurumq; milibus lapillorum uilius fecit. Contra uero multi nullas admit/
tunt gemmas: auroq; ipſo ſignant: ut Claudii Cæſaris principatu repertum. Nec
non & ſeruitia iam ferrum auro cingunt: alia per ſeſe mero auro decorant: cu/
ius licentiæ origo nomine ipſo ĩ ſamothracia id inſtitutum declarat. Singulis pri/
mo digitis gerere mos fuerat: qui ſunt minimis proximi. Sic in Numæ &
Seruii Tullii ſtatuis uidemus. Poſtea pollici proximo induere etiam deorum ſi/
mulacris. Dein iuuit & minimo dare. Galliæ britanniæq; in medio dicuntur uſæ.
Hic nunc ſolus excipitur: cæteri omnes onerantur: atq; etiam priuatim articuli
minoribus aliis. Sunt qui tres uni minimo congerant. Alii uero & huic unum
tantum: quo ſignanda ſignent. Conditurq; ille ut res rara: & ad iniuriæ uſus in/
digna: uelut e ſacrario promitur. Et unum in minimo digito habuiſſe precioſio/
ris eſt in recondito ſupellectilis oſtentatio. Iam alii pondera eorum oſtentant.
Aliis plures q̃ unum geſtare labor eſt. Alii bratteas inſerunt leuiore materia: &
propter caſum gemmarum totam ſollicitudinem putant. Alii ſub gemmis uene/
na cludunt: ſicut Demoſthenes ſummus oratorum græciæ: annuloſq; mortis gra/
tia habent. Demumq; & plurima opum ſcelera annulis fiunt. Quæ fuit illa priſco/
rum uita: qualis innocentia in qua nihil ſignabatur? At nunc quoq; cibi ac potus
uindicantur annulo a rapina. Hoc profecere mancipiorum legiones: & in domo
turba externa acta. Seruorum quoq; cauſa nomenclator adhibendus. Sed aliter
apud antiquos. Singuli marſiferes lociferesue dominorum gentiles: omnem uictũ
in promiſcuo habebant: nec ulla domi cuſtodia a domeſticis opus erat. Nunc ra/
piendæ comparantur epulæ: pariterq; qui rapiant eas. Sed & claues quoq; ipſas
ſignare non eſt ſatis: grauatis ſomno: aut morientibus annuli detrahuntur: ma/
iorq; uitæ ratio circa hoc inſtrumentum eſſe cœpit. incertum a quo tempore. Vi/
demur tamen poſſe in externis auctoritatem eius rei intelligere circa Polycratem
ſami tyrannum: cui dilectus ille annulus in mare abiectus capto relatus eſt piſce
ipſo circiter ducenteſimum. xxx. annum urbis noſtræ interfecto. Celebratioré qui/
dem uſum cum fœnore cœpiſſe argumento eſt conſuetudo uulgi ad ſponſiones
etiamnum annulo exiliente: ab eo tempore quo nundum erat arra uelocior: ut
plane affirmare poſſimus: nummos ante apud nos cœpiſſe: mox annulos. De
nummis paulopoſt dicetur. Annuli diſtinxere alterum ordinem a plebe: ut ſemel
cœperant eſſe celebres: ſicut tunica ab annulis ſenatum tantum. quanq̃ & hoc
ſero: uulgoq; purpura latiore tunica uſos inuenimus etiam præcones: ſicut pa/
trem. L. Elii Stellionis Præconini ob id cognominati. Sed annuli plane medium
ordinem tertiumq; plebi & patribus inſeruere. Ac quod antea militares equi nomen
dederant: hoc nunc pecuniæ iudices tribuunt. Nec pridem id factum. Diuo Au/
guſto decurias ordinante: maior pars iudicum in ferreo annulo fuit. Iiq; non
equites: ſed iudices uocabantur. Equitum nomen ſubſiſtebat in turmis equo/
rum publicorum. Iudicum quoq; non niſi quattuor decuriæ fuere primo. Vixq;
milia ſingula in decuriis inuenta ſunt: nondum prouinciis ad hoc munus ad/
miſſis. Seruatumq; in hodiernum diem eſt: ne quis e nouis ciuibus in iis iudicaret.

¶DE Decuriis iudicum: & quotiens nomina equeſtris ordinis ĩmutata: & donis
militaribus: & quando primum corona aurea. ¶Cap. ii.

DEcuriæ quoq; ipſæ pluribus diſcretæ nominibus fuere Tribunorum æris:
& Selectorum: & iudicum. Propter hoc etiamnum Nongenti uocabantur

Nõgenti uocabāt̃ ex omnibus Selecti ad custodiẽda suffragiorum scita in comitiis. Et diuisus hic quoq; ordo erat superba usurpatione nominum: cum alius se Nõgentum: alius Selectum: alius Tribunum appellaret. Tyberii demũ prĩcipatus nono ãno in unitatẽ uenit equester ordo annulorumq; auctoritati forma cõstituta ẽ. C. Asinio Pollione. C. Antistio Vetere cõss. anno urbis conditæ. dcc. septuagesimoqnto. Quod miremur futuli pene de causa: cum. C. Sulpitius Galba iuuenalem famã apud prĩcipem popinarum pœnis aucuparetur: occupatusq; in his esset questus ĩ senatu uulgo institores eius culpæ defẽdi ãnulis. Hac de causa cõstitutũ: ne cui ius eius esset: nisi cui ingenuo ipsi patri auoq; paterno sestertia. cccc. cẽsus fuissẽt: & lege iulia theatrali ĩ. xiiii. ordĩbus sedẽdi. Postea gregatim ĩsigne id appeti cœptũ. Propterq; hæc discrimina Caius Princeps decuriam qntã adiecit: tantumq; natum est fastis: ut quæ sub Diuo Augusto impleri non potuerant decuriæ nõ capiãt eũ ordinẽ: passimq; ad ornamenta ea etiã seruitute liberati transiliant. quod antea nũq̃ erat factũ: quoniam ĩ ferreo annulo equites iudicesq; intelligebantur: adeoq; ꝓmiscuum id esse cœpit: ut apud Claudium Cæsarem in censura eius unus ex equitibus Flauius Proclus. cccc. ex ea causa reos postularet. Ita dum separatur ordo ab ĩgenuis: communicatus est cũ seruitiis. Iudicum autẽ appellatione separari eum ordinem primi omnium ĩstituere Gracchi discordi popularitate ĩ cõtumeliã senatus. mox ea debellata: auctoritas nominis uario seditionum euentu circa publicanos substitit. & aliquandiu tertiæ uires publicani fuere. M. Cicero demũ stabiliuit equestre nomen in consulatu suo ei senatũ cõcilians: ex eo se ordine ꝓfectũ esse celebrãs: & eius uires peculiari popularitate quærẽs. Ab illo tẽpore plane hoc tertium corpus in re publica factũ est. Cœpitq; adiici senatui populoq; romano equester ordo. Qua de causa & nũc post populum scribitur: quia nouissime cœptus est adiici. Quin etiam ipsum eqtum nomẽ sæpe uariatũ est: in iis quoq; q ad equitatum trahebãtur. Celeres sub Romulo regibusq; appellati sunt. Deinde flexumines. Postea trossulli: cũ oppidũ ĩ thuscis citra uolsinios hoc nomine passuum. ix. milia sine ullo adiumẽto peditũ cepissẽt. Eius uocabuli uis durauit ultra. C. Gracchũ. Iunius certe q ab amicicia eius Gracchanus appellatus est scriptũ reliquit his uerbis. Quod ad equestrẽ ordinẽ ꝑtinet ãtea trossullos uocabãt: nũc equites uocãt. Ideoq; qa nõ intelligũt trossullus nomẽ quid ualeat: multos pudet eo nomĩe appellari: & causã quæ supra dicta est: exponit. Inuitosq; etiam num tamen trossullos uocari. Sunt adhuc aliquæ nõ omittendæ in auro differẽtiæ. Auxiliares quippe externos torquibus aureis donauere: at ciues nõ nisi argẽteis. Præterq; armillas ciuibus dedere: quas non habent externi. Iidem quod magis miremur coronas ex auro dedere ciuibus. Quis primus dõatus sit ea nõ inueni. Sed quis primum donauerit a. L. Pisone traditur. A. Postumius dictator apud lacum regillum castris latinorũ expugnatis ei cuius maxĩe opera capta essẽt: hãc coronã ex præda dedit. Item . L. Lẽtulus cõsul Seruilio Cornelio merende samnitum oppido capto. Sed quinq; librarũ corona Piso frugi filium ex priuata pecunia donauit. eamq; coronam testamento reipublicæ legauit.

¶DE Reliquo usu auri ĩ uiris: & mulieribus: & de nummo aureo: & quãdo primũ signatũ est æs argentũ & aurũ: & ãteq̃ signaretur qui mos ĩ ære: & quæ maxĩa pecuĩa primo cẽsu: & quotiẽs: & qbus tẽporibus auctoritas auri. ¶Cap. iii.

dEorũ uero honori ĩ sacris nihil aliud excogitatũ ẽ: q̃ ut auratis cornibus hostiæ maiores dũtaxat ĩmolarẽt̃. Sed ĩ militia quoq; ĩ tãtũ adoleuit hæc luxuria: ut . M. Bruti ĩ philippicis cãpis epistolæ reperiãt̃ fremẽtes fibulas tribunicias ex ãuro geri. At Hercules idẽ tu Brute mulierũ pedibus aurũ gestari tacuisti. Cuius sceleris nos coarguimus illũ primũ: q auro dignitatem ꝑ ãnulos fecit: ut habeãt ĩ lacertis iã qdẽ & uiri quod e dardanis uẽit: itaq; & dardanũ uocabat̃. Viriolæ celticæ dicunt̃. Viriles celtibericæ. Habeãt fœminæ ĩ armillis digitisq; totis collo auribus. Per has discurrãt

catenæ circa latera:& inserta margaritaꝝ pōdera e collo dominatum auro pendeāt: ut in somno quoq; unionum conscientia assit. Etiam num pedibus induitur: atq; inter stolam plebemq; hunc medium fœminarum equestrē ordinē facit. Honestius uiri pedagogis id damus:balneasq; diues puerorū forma conuertit. Iam uero etiam Herpocratem statuasq; ægyptiorum numinum ī digitis uiri quoq; portare īcipiunt. Fuit & alia Claudii principatu differentia insolens iis quibus admissionē liberti eius dedissent:imaginem principis in annulo ex auro gerendi:magna criminum occasione. Quæ omnia salutaris exortus Vespasiani principis aboleuit:æqualiter publicādo principem. De annulis aureis eorumq; usu hactenus dictum sit. Proximum scelus fecit:qui primus ex auro denariū signauit.quod & ipsum latet auctore incerto. Populus romanus ne quidem argento signato ante Pyrrhum regem deuictum usus est. Libralis unde etiam nunc libella dicitur:& dipōdius appendebatur assis. Quare æris grauis pœna dicta. Et adhuc expensa in rationibus dicuntur. Item intendia:& pondera. Quin & militum stipendiorum:hoc est stipis ponderandæ pensatores libripēdes dicuntur. Qua consuetudine in iis emptionibus quæ mancupi sunt:etiam nunc libra interponitur. Seruius rex primus signauit æs. Antea rudi usos romæ Timeus tradit. Signatum est nota pecudum:unde & pecunia appellata. Maximus cēsus.cx. milia assium fuit illo rege. Et ideo hæc prima classis. Argentum signatum est anno urbis quingentesimooctogesimoqnto.Q.Fabio consule quinq; annis ante primum bellum punicum.Et placuit denarius ꝓ decē libris æris: quinarius ꝓ quīq;: sestertium pro dipondio ac semisse. Libræ autē pondus æris imminutum bello punico prīo cū impensis respublica non sufficeret. Constitutumq; ut asses sextantario pondere ferirentur. Ita qnta pte facta lucri dissolutum æs alienum. Nota æris fuit ex altera pte Ianus geminus:ex altera rostrum nauis. In triente uero & quadrante æs quadrās antea triuncis uocatus a tribus ūciis. Postea Annibale urgēte.Q.Fabio Maxīo dictatore asses unciales facti. Placuitq; denarium.xvi.assibus ꝑmutari: quinariū octoīs: sestertium quaternis. Ita respub.dimidium lucrata est. In militari tamē stipendio sēp denarius ꝓ decē assibus datus. Nota argēti fuere bigæ:atq; quadrigæ:& īde bigati quadrigatiq; dicti. Mox lege papyriana semunciales asses facti. Liuius Drusus in tribunatu plebis:octauam partem æris argento miscuit. Qui nunc uictoriatus appellatur:lege clodia ꝑcussus est. Antea enim hic nummus ex illyrico aduectus mercis loco habebat̃. Est autē signatus uictoria:& inde nomen. Aureus nummus post ānū sexagesimūsecūdū ꝑcussus est q̃ argēteus:ita ut scrupulum ualeret sestertiis uicenis. quod efficit in libras ratione sestertii:q tūc erāt:sestertios nōgētos. Post hæc placuit .xl.milia signari ex auri libris: paulatīq; prīcipes imminuere pōdus. minutissimus uero ad.xlv.milia. Sed a nūmo prima est origo auariciæ excogitata fœnore quæstuosaq; segnicia. Hæc paulatī exarsit rabie q̃dā nō iā auaricia:sed fames auri. utpote cū Sepeius Claudius.C.Gracchi familiaris auro repensū caput eius excisum ad Opimiū tulerit.plūboq; ī os addito paricidio suo rēpublicā etiā circūscripserit. Nec iā quiritium aliquo:sed uniuerso nomine romano īfami:rex Mithridates Aqlio duci capto aurū ī os īfūdit.Hæc parit habēdi cupido. Pudet ītuētem tātū oīa ista quæ subinde noua græco sermone excogitāt̃ expresso argēteis uasis auro aut incluso:qbus deliciis ueneūt tā aurea q̃ īaurata cū sciamus īterdixisse castris suis Spartacū ne qs aurū haberet:aut argētū. Tāto fuit plus āīmi fugitiuis nostris. Messalla orator ꝓdidit Antoniū triūuirum aureis usū uasis in oībus obscenis desideriis:pudendo etiam crimine Cleopatræ. Sūmæ apud exteros licētiæ fuerat poculo aureo puluīo subdito Philippū regē dormire solitū. Agomēcelū Alexandri Magni præfectum aureis clauis suffigere crepidas. Antonius Sopus ī cōtumeliā naturæ uilitatē auro fecit opus proscriptione dignū. Sed præter alia eqdē miror populum romanum uictis gētibus in tributo sēp argentum imperasse:non aurum sicut carthagini cū Annibale uictæ argenti pondo

annua in quīquaginta ānos nihil auri. Nec potest uideri penuria mūdi id euenisse. Nam Mida: sed & Crœsus: infinituū possederāt. Iā Cyrus deuicta asia pōdo. xxxiiii. milia inuenerat: præter uasa aurea aurumq; factum: & in eo folia ac platanū uiteq;. Qua uictoria argenti quingenta milia talentorum reportauit: & craterem Semiramidis: cuius pondus. xv. talentorum colligebat. Talentum autem ægyptium pōdo. lxxx. patere Varro tradidit. Iam regnauerat in colchis Salauces & Esubopes: qui terram uirginem nactus plurimū argenti auriq; eruisse dicitur in suanorum gēte: & alioqn uelleribus aureis inclyto regno. Sed & illius aureæ cameræ: & argenteæ trabes narrantur: & columnæ atq; parastate uicto Sosestre ægypti rege tam superbo: ut ꝓdatur annis quibusq; sorte reges singulos e subiectis iungere ad currum solitus: sicq; triūphare. Et nos fecimus quæ posteri fabulosa arbitrentur. Cæsar qui postea dictator fuit primus in ædilitate munere patris funebri omni apparatu arenæ argēteo usus est: ferasq; argenteis uasis incessere tum primum uisum. Mox quod etiam in municipiis æmulantur. C. Antonius ludos scæna argentea fecit. Item. L. Murena & Caius princeps in cyrco pecma duxit. In quo fuere argenti pondo. cxxiiii. Claudius successor eius: cum de britannia triūpharet: inter coronas aureas unam. vii. pōdo habuit: quam cōtulisset hispania citerior: alteram. ix. quam gallia comata sicut titulus indicauit. Huius deinde successor Nero Pompeii theatrum operui auro in unum diem: quo Tyridati regi armeniæ ostenderat. Et quota pars ea apparatus fuit aureæ domus ambientis urbem. Auri in ærario populi romani fuere Sex. Iulio. L. Aurelio cōss. septem annis ante bellum punicum tertium pōdo. dcc. xxvi. argenti nonagītaduo milia & extra numerū. ccc. &. lxxv. milia. Item Sex. Iulio. L. Martio cōss. hoc est belli sotialis īitio: octīgēta. xlvi. auri pōdo. Cæsar primo ītroitu urbis ī ciuili bello suo ex ærario ꝓtulit laterū aureorū. xxvi. milia: & ī numero pōdo. ccc. Nec fuit aliis tēporibus respu. locupletior. Intulit & Aemilius Paulus Perseo rege macedonico deuicto: prædā pōdo triū miliū: a quo tempore populus romanus tributū pēdere desiit. Laquearia quæ nūc & ī priuatis domibus auro tegūtur: post carthaginem euersā primo īaurata sūt in capitolio censura. L. Mūnii. Inde trāsiere ī cameras. In parietes quoq;: qui iā & ipsi tāq̃ uasa īaurātur: cū sua ætas uaria de Catulo existimauerit: ꝙ tegulas æreas capitolii inaurasset primus. Inuentores auri sicut metallorū fere omnium: septimo uolumine diximus. Præcipuā gratiā huic materiæ fuisse arbitror: non colore qui in argento clarior est: magisq; diei similis: & ideo militaribus signis familiarior: quoniā is longius fulget. manifesto errore eorum qui colorem syderum placuisse in auro arbitrantur: cum in gemmis aliisq; rebus non sit præcipuus. Nec pondere aut facilitate materiæ prælatum est cæteris metallis: cum cedat per utrunq; plumbo. Sed quia rerum uni nihil igne deperit: tota etiā in incendiis rogisq; durante materia. Quinimo quo sæpius arsit: proficit ad bonitatem. Auriq; expimento ignis est: ut simili colore rubeat ignis. atq; ipsum obrizum uocant. Primum autem bonitatis argumentū est q̄ difficillime accendi. Præterea mirū prunæ uiolentissimæ ligni indomitum palea citissime ardescere. atq; ut purgetur: cum plumbo coqui. Altera causa precii maior: ꝙ minimum usus deterit: cum argento ære plumbo lineæ ducantur: manusq; sordescant decidua materia. Nec aliud laxius dilatatur: aut numerosius diuiditur: utpote cuius unciæ in septuagenas & quinquagenas pluresq; bratteas quaternum utræq; digitorum spargantur, Crassissimæ ex iis prenestinæ uocantur: etiam num retinentes nomen Fortunæ inaurato ibi fidelissime simulacro. Proxima brattea quæstoria appellatur. Hispania strigiles uocat auri paruulas massas: quod super omnia solum in massa auramento capitur. Cum cætera in metallis reperta igni perficiantur: hoc statī aurum est: consummatamq; materiam protinus habet cum ita inuenitur. Hæc enī inuentio eius naturalis est. Alia quam dicemus coacta. Super cætera nō rubigo ulla: non erugo: non aliud ex ipso quod consumat bonitatem: minuatue pondus. Iā cōtra

salis & aceti succos domitores rerum constantia supq; omnia netur:ac texitur lanæ modo:& sine lana. Tunica aurea triūphasse Tarquiniū Priscum Verrius tradit. Nos uidimus Agrippinam Claudii principis:edente eo naualis prælii spectaculum assidē-tem ei:indutam paludamento:auro textili sine alia materie. Attalicis uero iāpridē intexitur inuento regum asiæ. Marmori & iis quæ candæ fieri non possunt oui can-dido illinitur. ligno glutini ratione composita:leucoporon uocant. Quid sit hoc:aut queādmodum fiat:suo loco docebimus. Aes inaurari argento uiuo:aut certe hydrar-gyro legitimum erat. de quibus ut dicemus illorum naturam reddentes: excogitata fraus est. Nanq; æs cruciatur in primis accensumq; restinguitur sale aceto alumine. postea exarenatur:an satis recoctum sit:splendore deprehendente. iterumq; exhalat igni:ut possit edomitū mixtis pumice alumine argento uiuo inductas accipere brat-teas. Alumen in purgando uim habet. tale est qualem esse diximus plumbo.

¶Ratio naturalis inueniendi auri:& quando primum aurea statua:& medicinæ ex auro. ¶Capitulum. iiii.

HVrum inuenitur in nostro orbe:ut omittamus indicum : atq; a formicis: aut gryphibus apud scythas erutum. Apud nos tribus modis fluminum ramentis: ut in tago hispaniæ:pado italiæ:hebro thraciæ:pactolo asiæ:gange indiæ. Nec ullū absolutius aurum est:ut cursu ipso trituq; perpolitum. Alio modo puteorum scro-bibus effoditur:aut in ruina montium. Quare utraq; ratio dicetur. Aurum q quæ-runt:ante omnia segullum tollunt:ita uocatur indicium. alueus ubi id est: arenæq; lauantur. atq; ex eo quod resedit:coniectura capitur:ut inueniatur aliquando in sū-ma tellure protinus rara felicitate:ut nuper in dalmatia principatu Neronis sigulis diebus etiam quinquagenas libras fundens cum iam inuentum est in sūmo cespite. Alutationem uocant si & auro ea tellus subest. Cæterum montes hispaniæ aridi ste-rilesq;:& in quibus nihil aliud gignatur:huic bono coguntur fertiles esse. Quod pu-teis foditur:canalitium uocant:alii canaliense mamoris gloriæ inhærens:nō illo mō quo in oriēte sapphyro atq; thebaico aliisq; in gemmis scītillat. Sed micas amplexū marmoris:hi uenarum canales per marmor uagantur & latera puteorum & huc illuc: inde nomine inuento. tellusq; ligneis columnis suspenditur. Quod effossum est tū-ditur:lauatur:uritur:mollitur in farinam. nam quod in pilis cudunt apilascudem uocant argentum quod exit a fornace. sudoremq; equi camino iactatur. Spurcicia in omni metallo uocatur scoria. Hæc in auro coquitur iterum & tunditur. Catini fiunt ex tasconio. Hæc est terra alba similis argillæ. Neq; enim alia afflatum ignemq; & ardentem materiam tolerat. Tertia ratio opera uicerit gigantum. Cuniculis per magna spatia actis cauantur montes ad lucernarum lumina. Eadem mensura uigi-liarum est. multisq; mensibus non cernitur dies. Arrugias id genns uocant. siduntq; rimæ subito:& opprimunt operarios:ut iam minus temerarium uideatur e profūdo maris petere margaritas:tāto nocētiores fecimus terras. Relinquūtur itaq; fornices crebri mōtibus sustinēdis. Occursāt ī utroq; genere silices. Hos igni & aceto rūpūt. Sæpius uero:quoniā ī cuniculis uapor & fumus strangulat:cædunt fractaris. cl. libras ferri agentibus. Egerūtq; humeris noctibus ac diebus p tenebras proximis tradētes. lucē nouissimi cernūt. Si lōgior uidet silex:latus sequitur. Fossā ambit qete. Tamē in silice facilior existimatur opa. Est nanq; terra ex quodam argillæ genere glareæ mixta:candidam uocāt:prope inexpugnabilis. Cuneis eā ferreis aggrediuntur: & iis-dem malleis. nihilq; durius putāt. nisi q inter oīa auri fames durissima est. Peracto ope ceruices fornicū ab ultīo cædūt. dantq; signū rima. Eamq; solus intelligit in ca-cumine mōtis eius puigil. Hic uoce ictuue repēte reuocari operarios iubet: pariterq; ipse deuolat. Mōs fractus cadit a sese lōgo fragore:qui cōcipi humana mente non possit:& flatu incredibili. Spectāt uictores ruinā naturæ. Nec tamē adhuc aurū est. Nec sciere esse cū fodere. Tantaq; ad pericula euincenda fuit satis causæ sperare quod

cuperēt. Alius par eſt labor uel hoc maioris impēdii flumīa ad lauādā hāc ruinam iugis mōtiū duxere obiter a cēteſīo plerunq; lapide. Corrugos uocant a corriuatione credo. nimirū & hic labor eſt. Præcepiſſe librameto oportet ut fruaris quādo īfluat. itaq; altiſſīs partibus ducit̃. Conuallis & interualla ſubſtructis canalibus iunguntur. Alibi rupes īuiæ cædūt̃: ſedēq; trabibus cauatis præbere cogūt̃. Is q cædit: funibus pē‑ det: ut procul intuētibus ſpēs nefaria qdē: ſed alitū fiat. Pendētes maiore ex parte librāt: & lineas itineri præfigūt. Itaq; īſiſtētis ueſtigiis hōinis locus nō ē. Manes tra‑ hūt̃ ad hōines: ut uitiū īportēt. Id genus terræ uriō uocāt. Ergo ꝑ ſilices calculoſue ducūt̃: & uriū euitāt. Ad capita deiectus ī ſupciliis mōtiū piſcinæ cauāt̃: ducenos pe‑ des ī q̃ſq; ꝑtes: & ī altitudinē denos. Emiſſaria ī iis qna pedū q̃dratoꝝ ternū fere lī‑ quūt̃: & repleto ſtagno excuſſis obturamētis erūpit torrens: tāta ui ut ſaxa ꝓuoluat. Alius etiā nū ī plano labor. Foſſæ ī q̃s ꝓfluat cauāt̃: agāgas uocāt. eæ ſternūt̃ gradatī. Frutex ē ulex roris marini ſimilis aſꝑ aurūq; retinēs. Latera cludūtur tabulis: ac ꝑ præ‑ rupta ſuſpēdūt̃: canali ita ꝓfluēte de terra ī mare. His de cauſis iā ꝓmouit hiſpania ī priore gn̄e: quæ exhauriūt̃ īmēſo labore ne occupēt puteos ī hoc rigāt̃. Aurū arrugia quæſitū nō coqt̃: ſed ſtatī ſuū ē. Inueniūt̃ ita maſſæ. Necnō ī puteis etiā denas ex‑ cedētes libras. Palacas hiſpani: alii palacranas: iidē quod minutū ē: balucem uocāt. Vlex ſiccatus urit̃: & cinis eius lauat̃ ſuſtrato ceſpite herboſo ut ſidat aurum. Vicena milia pōdo ad hūc modū ānis ſigulis aſturiā atq; galletiā & luſitaniam præſtare qdā tradiderūt: ita ut plurimū aſturia gignat. Neq; ī alia ꝑte terrarū tot ſæculis hæc fer‑ tilitas. Italiæ ꝑcitū ē uetere interdicto patrū: ut diximus. alioqn nulla fœcūdior me‑ talloꝝ quoq; erat tellus. Extat lex cēſoria uictimiliaꝝ aurifodinæ: qua in uercellenſi agro cauebat̃: ne plus qnq; hominū ī ope publicani haberēt. Auꝝ faciēdi ē etiā num una ratio ex auripigmēto: quod ī ſyria fodit̃ pictoribus ī ſūma tellure auri colore: ſed fragili lapidū ſpeculariū modo. Inuitaueratq; ſpes Caium prīcipē auidiſſimū auri: q̃mobrē iuſſit excoq magnū pōdus: & plane fecit aurū excellēs: ſed ita ꝑui pōderis ut detrimētū ſētiret illud ꝓpter auariciā exꝑtus: q̃q̃ auripigmēti libræ. xiiii. ꝑmutarent̃. nec poſtea tentatū ab ullo eſt. Omni auro īeſt argētū uario pondere: alibi dena: alibi nona: alibi octaua ꝑte. In uno tantum galliæ metellæ loco: quod uocāt albucrarenſe .xxxvi. portio īuenitur: ideo cæteris præeſt. Vbicūq; quinta argenti portio eſt: electrū uocatur. Scrobes eæ reperiuntur in canalienſi. Fit & cura electrum argento addito. Quod ſi quintā portionem exceſſit: incudibus nō reſiſtit. Eſt electro auctoritas Ho‑ mero teſte qui Menelai regiam auro: electro: argento: ebore fulgere tradit. Mineruæ templū habet lindos inſula rhodiorum: in quo Helena ſacrauit calicem ex electro. Adiicit hiſtoriam mammæ ſuæ mēſura. Electri natura eſt ad lucernaꝝ lumīa clarius argēto ſplēdere. Quod ē natiuū & uenena deprehendit. nāq; diſcurrūt ī calicibus ar‑ quus cæleſtibus ſimiles cū igneo ſtridore: & gemina ratione prædicunt. Aurea ſtatua prima omniū nulla īanitate: & āteq̃ ex ære aliqua illo mō fieret: quā uocāt holoſphy‑ ratō ī tēplo Anaetidis poſita dicit̃. Quod ī ſitu terrarū nomē hoc ſignificauimus: nu‑ mine gētibus illis ſacratiſſīo. Direpta ē Antonii parthicis rebus. Scitūq; narrat̃ dictū unius ueteranoꝝ bononiæ hoſpitali diui Auguſti cœna cum īterrogaret̃: eſſet ne ueꝝ: eū q primus uiolaſſet hoc numen: oculis mēbriſq; captā exſpiraſſe? reſpondit. n. tum maxīe Auguſtū de cruore eius cœnare: ſeq; illū eſſe: totūq; ſibi cēſū ex ea rapina eſſe. Hominū primus & aureā ſtatuā & ſolidā Gorgias Leōtinus delphis in tēplo ſibi po‑ ſuit. lxx. circiter olympiade. Tātus erat docēdæ oratoriæ artis quæſtus. Aurū pluribus mōis poller ī remediis. Vulneratiſq; & īfātibus applicat̃: ut minus noceāt: quæ infe‑ rantur ueneficia. Eſt & ipſi ſuperlato uis malefica gallinarū quoq; & pecoꝝ fœturis. Remedium eſt abluere illatū & ſpargere eos quibus mederi uelis. Torretur & cū ſalis grūmo pōdere triplici miſſo: & rurſū cū duabus ſalis portiōibus & una lapidis quem ſchiſtō uocāt: ita uirus tradit rebus una crematis ī fictili uaſe ipſū puꝝ & īcorruptū.

Reliquus cinis seruatus in fictili & ex aqua illitus: lichenas in facie sanat. Lomento id conuenit ablui. Fistulas etiã sanat: & quæ uocantur hemorrhoides. Quod si trito spuma adiiciatur putria ulcera & tetri odoris emendat. Ex melle uero decoctum cum melãthio & illitũ ũbilico leuiter soluit aluũ. Verrucas curari eo. M. Varro est auctor.

DE Chrysocolla & medicinæ ex chrysocolla. vi. & mirabilia naturæ de glutinandis inter se perficiendisq; metallis. Capitulum. v.

CHrysocolla humor est in puteis quos diximus: per uenam auri defluens crassescente limo rigoribus hybernis usq; in duriciam pumicis. Laudatiorem eãdem in ærariis metallis: & proximam in argentariis fieri cõpertum est. Inuenitur & ĩ plũbariis uilior etiam auraria. In omnibus autem iis metallis fit & cura multum infra naturalem illam: immissis in uenam aquis leuiter hyeme tota: usq; in iunium mensẽ. Dein siccatis in iunio & iulio ut plane intelligatur nihil aliud chrysocolla q̃ uena putris. Natiua duritia maxime distat. uuam uocant. Et tamen illa quoq; herba: quam luteam appellant: tinguitur. Natura est quæ lino lanæue ad succum bibendum. Tũditur in pila. deinde tenui cribro secernitur: postea molitur: ac deinde tenuius sic cribrat᷑. Quicqd non transmeat: reperitur in pila: dein molitur. Puluis semper ĩ catinos digeritur: & ex aceto maceratur: ut omnis duricia soluatur. Ac rursus tunditur dein lauatur in conchis. siccaturq;. tũc tinguitur alumine schisto & herba supradicta. pingiturq; anteq̃ pingat. Refert q̃ bibula docilisq; fit. Nam nisi rapuit colorem: addũt᷑ & scytanum atq; turbystum. ita uocant medicamenta sorbere cogentia. Cum tinxere pictores: turessobitin uocant. Eiusq; duo genera faciunt. Elutam quæ seruatur in lomenta: Et liquidam globulis sudore resolutis. Hæc utraq; genera in cypro fiunt. Laudatissima in armenia. Secunda in macedonia. Largissima in hispania. Summa commẽdationis est ut colorem herbæ segetis lætæ uirentis q̃simillime reddat. Visũq; est iam Neronis principis spectaculis arenam cyrci chrysocolla sterni: cum ipse concolori panno aurigaturus esset inducta opificum turba. Tribus eam generibus distinguunt. Asperam quæ taxatur ĩ libras. vii. Mediam quæ denariis quinis. Attritam quam & herbaceam uocant: quæ. xiii. Sublinunt autem arenosam: priusq̃ inducant atramento & paretonio. Hæc sunt tenacia eius & colore blanda. Paretoniũ: quoniã est natura pinguissimum & propter leuorem tenacissimũ atramento aspergit᷑: ne paretoni cãdor pallorem chrysocollæ afferat. Luteam putant a lutea herba dictam: quã ipsam cæruleo subtritam chrysocolla inducũt: uilissimo genere atq; fallacissĩo. Vsus chrysocollæ & in medicina est ad purganda uulnera cum cæra & oleo. Eadem per se arida siccat: & contrahit. Dat᷑ & in angina ortopnoeaue miscẽda cum melle. Cõcitat uomitiones. Miscetur & collyriis ad cicatrices oculorum: ac uiridibus emplastris. Ad dolores mitigandos & cicatrices trahendas. Hanc chrysocollam medici acesin appellant quæ non est orobitis. Chrysocollam & aurifices sibi uendicant agglutinãdo auro & inde omnes appellatam similiter utentes dicunt. Temperatur autem ea cypria erugine & pueri impubis urina: addito nitro. Teritur cyprio ære in cypriis mortariis. santernam uocant nostri. Ita ferruminatur aurum quod argẽtosum uocant. Signumq; est si addita santerna nitescit. E diuerso erosum contrahit se: hebetat᷑q;. & difficulter ferruminatur auꝝ. At id glutinum fit auro & spuma argenti ad supradicta additis: unaq; contritis. Contexi par est reliqua circa hoc: ut uniuersa naturæ contingat ammiratio. Auri glutinum est tale. Argilla ferro. Cadmia æris massis: Alumen laminis. Resina plumbo & marmori. Sed plumbum nigrum albo iungitur. Ipsũq; album sibi oleo. Item stagnum æramentis stagno argentum. Pineis optime lignis æs ferrumq; funditur. Sed & ægyptia papyro. Paleis aurum. Calx aqua accenditur: & trachinius lapis. Idemq; oleo restinguit᷑. Ignis autem aceto maxime & uisco & ouo. Terra minime flagrat. Carboni maior uis exusta. Iterumq; flagranti.

DE Argento & argento uiuo: & stibia siue alabastro: & scoria argẽti: & de spuma

argenti ¶ Capitulum. vi.

AB his argenti metalla dicantur: quæ sequens insania est. Non nisi in puteis reperitur. nullaq; sui spe nascitur: nullis ut in auro lucentibus scintillis. Terra est alia ruffa: alia cineracea. Excoqui non potest nisi cum plumbo nigro: aut cũ uena plumbi. Galenam uocant quæ iuxta argenti uenas plerunq; reperitur. Et eodẽ ope ignium descendit pars in plumbum. argẽtum autem superne innatat: ut oleum aqs. Reperitur in omnibus pene prouinciis: sed in hispania pulcherrimum. Id quoque in sterili solo atq; etiam in montibus. Et ubicunq; una inuenta uena est: non procul inuenitur alia. Hoc quidem & in omni fere materia: ũde metalla græci uidẽt̃ dixisse. Mirum adhuc per hispanias ab Annibale inchoatos puteos durare sua ab inuentoribus nomina habentes. Ex quis bebelo appellatur hodieq; qui. ccc. pondo Annibali sumministrauit in dies. Ad mille quingẽtos iam passus cauato monte per quod spatium aquitani stantes diebus: noctibusq; egerunt aquas lucernarũ mensura: amnẽq; faciunt. Argenti uena quæ in summo reperta est: crudaria appellatur. Finis antiquis fodiendi solebat esse alumen inuentum. ultra nihil quærebatur. Nuper inuenta æris uena infra alumen alba nullum finem spei fecit. Odor ex argentifodinis inimicus omnibus animalibus: sed maxime canibus. Aurum argentũq; quo mollius eo pulchrius. Lineas ex argẽto nigras fieri produciq; miramur. Est & lapis ĩ iis uenis: cuius uomica liquoris æterni argentumuiuũ appellatur. Venenũ rerum omniũ ẽ. Exedit ac perrumpit uasa permanẽs tabe dira. Omnia ei innatant præter aurum. Id unum ad se trahit. Ideo & optime purgat cæteras eius sordes expuẽs crebro iactatu fictilibus in uasis ita uitiis abiectis: ut & ipsum ab auro discedat. In pelles subactas effunditur. perq; eas sudoris uice defluens purum relinquit aurum. Ergo & cum æra ĩaurantur: sublitum bratteis pertinacissime retinet. Verum pallore detegit simplices aut prætenues bratteas. Quapropter id furtum quærentes oui liquore candido usum eum adulterauere. Mox & hydrargiro: de quo suo dicemus loco. Et alias argentumuiuum non largum inuentum est. In iisdem argenti metallis inuenitur: ut proprie dicamus: spumæ lapis cãdidæ nitentisq;: nõ tamen translucentis. stimini appellant: alii stibiã: alii alabastrum: aliqui turbasin. Duo eius genera mas & fœmina. Magis probãt fœminam. Horridior est mas: scabriorq; & minus ponderosus: minusq; rabians & arenosior. Fœmina cõtra nitet friabilis: fissurisq; non globis dehiscẽs. Vis eius astrĩgere ac refrigerare. Principalis autem circa oculos. nanq; ideo etiam platyophthalmon id appellauere: quoniam in callibus mulierumq; epiphoris dilatet oculos & fluctiones inhibeat oculorum: exulcerationesq;. Farina eius & thuris gummi ammixto sistit & sanguinem e cerebro profluentem. Efficacior & contra recentia uulnera. Et cõtra ueteres canum morsus insperſa farina. Et contra ambusta igni cum adipe ac spuma argena cærussaq; & cæra. Vritur autem offis bubuli fimi circumlitum in clibanis. Dei restinguitur mulierum lacte. Teriturq; in mortariis ammixta aq̃ pluuia. Ac subinde turbidum transfunditur in æreum uas. Et mundatur nitro. Fæx eius intelligitur plumbosissima quæq; subsedit in mortario: abigiturq;. Dein uas in quo turbida trãsfusa sunt: opertum linteo per noctem relinquitur. & postero die quicquid innatat effunditur: spongiaq; aqua tollitur. Quod ibi subsedit: flos intelligitur. ac linteo interposito in sole siccatur non ut perarescat. Iterumq; in mortario terit̃: & ĩ pastillos diuiditur. Ante omnia autem urẽdi modus necessarius est: ne plumbum fiat. Quidã non fimo utuntur coquẽtes: sed adipe. Alii tritum in aqua triplici linteo siccant: fæcemq; abiiciunt. idq; quod defluxerit transfundunt. Ac quicquid subsidet id colligentes: emplastris collyriisq; miscent. Scoriam ĩ argento græci uocãt helcysma. Vis eius astringere & refrigerare corpora. Additur emplastris: ut molibdena: de qua dicemus in plumbo. Cicatricibus maxime glutinandis: & contra tenasmos: dysenteriasq; infusa clysteribus cum myrteo oleo. Addunt & in medicamenta quæ uocant liparas

ad excrescentia ulcerum aut ex attritu facta aut in capite manantia. Fit & in iisdem metallis:& quæ uocatur spuma argēti. Genera eius tria. Optima quā chrysitin uocāt. Secunda:quā argyritin. Tertia quā molibditin. Et plerunq; omnes hi colores ī eisdē tubulis inueniuntur. Probatissima est attica. Secūda hispaniensis. Chrysitis ex ipsa uena fit. Argyritis ex argento. Molibditis plumbi ipsius fusura quæ fit puteolis:& inde habet nomen. Omnis autem fit ex cocta sua materia ex superiori catino deflués in inferiorem. Ex eo sublata ueruculis ferreis: atq; in ipsa flamma conuoluitur ueruculo:ut sit modici ponderis. Est autem ut ex nomine ipso intelligi potest feruescētis & futuræ materiæ spuma. Distat a scoria quo potest spuma a fæce distare. Alterum purgātis se materiæ:alterum purgatæ uitium est. Quidam duo genera faciūt spumæ quæ uocant stelerythida & peumenen. Tertium molibdenam in plumbo dicendā. Spuma ut sit utilis:iterum coquitur:cōfractis tabulis ad magnitudinem annulorū. ita accensa follibus ad seperandos carbones cineremq;. Abluitur aceto aut uino. Simulq; restinguitur. Quod si sit agyritis:ut candor ei detur:magnitudine fabæ confracta in fictili coqui iubet̃ ex aqua addito in linteolis tritico:& hordeo nouis:donec ea purgentur. Postea sex diebus terunt in mortariis ter die abluentes aqua frigida. Et cum desinant calida:addito sale fossili in libram spumæ obolo. Nouissimo die condunt in plumbeo uase. Alii cum faba candida & ptisana coquunt & ī sole siccāt. Alii in lana candida cum faba donec lanam non denigrent. Tūc salem fossilem adiiciunt:subinde aqua mutata:siccantq; diebus.xl.calidissimis æstatis. Nec nō in uētre suillo in aqua coquunt exemptamq; nitro fricant.& ut supra terunt in mortariis cum sale. Sunt qui non coquant:sed cum sale terant. & adiecta aqua abluant. Vsus eius ad collyria:& nitrum ad muliebrium cicatricum fœditates tollēdas: maculasq;. & abluendum capillum. Vis autem: siccare: mollire:refrigerare: temperare:purgare: explere. Vlcerum tumores lenire. Talibusq; emplastris supradictis:ignes etiā sacros tollit cum ruta:myrtoq; & aceto. Itemq; perniones cum myrto & cæra & abdomine.

¶DE Minio q̄ntæ auctoritatis fuerit apud romanos & origine ac inuētiōe eius: & cinnabaris rōne ī picturis & medicīæ de gn̄ibus minii & rōne eius ī picturis. ¶Ca.xii.

INuenitur in argentariis metallis minium quoq;:& nūc inter pigmenta magnæ auctoritatis:& quōdā apud romanos nō solū maximæ:sed etiā sacræ religiōis. ut auctor est Verrius: & cuius sit necesse credere auctoritati. Iouis ipsius simulacri faciem diebus festis minio illini solitam:triumphātumq; corpora. Sic Camillum triumphasse. Hac religione etiam nunc addi in unguenta cœnæ triumphalis:& a censoribus in primis Iouem miniandum locari. Cuius rei equidem causam miror. quanq̄ & hodie id expeti constat æthiopum populis: totosq; eo tingui proceres: huncq; ibi deorum simulacris colorem esse. Quapropter diligentius prosequemur ōnia de eo. Theophrastus.xc.annos ante Praxibulum atheniensium magistrum.quod tempus exit in urbis nostræ ducentesimum quadragesimum.ix.annum:tradit inuētū miniū a Callia atheniense initio sperāte aurum posse excoqui arena rubente in metallis argenti. Hanc fuisse originem eius. Reperiri autem iam tum in hispaniis sed durum & arenosum. Item apud colchos in rupe quadā inaccessa ex qua iaculātes decuterēt id esse adulterum. Optimū uero supra ephesum. Cilbianis agris. Arenā cocci colorē habere. Hanc teri. Dein lauari farinam. Et quod subsidat iterum lauari. Differētiā artis esse:ꝙ alii minium faciunt prima lotura. Apud alios id esse dilutius. Sequentis autem loturæ optimum. Auctoritatem colori fuisse non miror. Iam enim troianis temporibus rubrica in honore erat Homero teste:qui naues ea cōmendat. Alias circa picturas pigmenta quæramus. Militon uocāt græci minium:quidā cinnabari. Vnde natus error indico cinnabaris nomine. Sic enim appellant illi saniem draconis elisi elephantorum morientium pondere permixto utriusq; animalis sāguine:ut diximus. Neque alius est color qui in picturis proprie sanguinem reddat. Illa cinnabaris

antidotis medicamentisq; utilissĩa est. At hercule medici quia cinnabarin uocãt pro ea utuntur hoc minio: quod uenenum esse paulo mox docebimus. Cĩnabari ueteres quæ etiã nunc uocant monocromata: pingebant. Pinxerunt & ephesio minio: quod derelictũ est quia curatio magni operis erat: prætereaq; utrunq; nimis acre existimat. Ideoq; trãsire ad rubricam & sinopidem: de quibus suis locis dicam. Cinnabaris adulteratur sãguine caprino: aut sorbis tritis. Precium sinceræ nummi quinquaginta. Iuba minium nasci & in carmania tradit. Hermogenes & in æthiopia. Sed neutro ex loco inuehitur ad nos: nec fere aliunde q̃ ex hispania. Celeberrimum ex sisaponẽsi regione in betica miniario metallo uectigalibus populi romani nullius rei diligẽtiore custodia. Nõ licet id ibi perficere excoquiq;. Romam perfertur uena signata ad dena milia fere pondo annua. Romæ autem lauatur. In uendendo precio statuta lege ne modum excederet. lxx. in libras. Sed adulteratur multis modis: unde præda societati. Nanq; est alterum genus in omnibus fere argẽtariis: itemq; plũbariis metallis: quod fit exusto lapide uenis permixto non ex illo cuius uomicam argentumuiuum appellauimus (is enim & ipse in argentum excoquitur) sed aliis simul repertis. Steriles etiam plumbi deprehenduntur solo colore nec nisi in fornacibus rubescentes: exustique tunduntur in farinam. Et hoc est secundarium minium perq̃paucis notum: multum infra naturales illas harenas. Hoc ergo adulteratur minium in officinis sociorum. Item syrico. quonam modo syricũ fiat: suo loco dicemus. Sublini aut syrico minium compendii ratio demonstrat. Et alio modo pingentium furto opportunum ẽ plenos subinde abluentium penicillos. Sidit autem in aqua: constatq; furantibus. Sinceri cocci nitor esse debet. Secundarii autem splendor in parietibus sentit imaginem. Quanq̃ hoc rubigo quædã metalli est. Sisaponensibus aũt miniariis suæ uenæ arena sine argento excoquit. Auri modo probatur. Auro cãdẽte fucatum nigrescit. Sincerum retinet colorem. Inuenio & calce adulterari. Ac simili ratione ferri cãdẽtis lamina: si non sit aurum: deprehendi illico. Solis atq; lunæ contactus inimicus. Remedium ut parieti siccato cæra punica cum oleo liquefacta candens setis inducatur. Iterũq; admotis gallæ carbonibus aduratur ad sudorem usq;. Postea candelis subigat ac deinde linteis puris sicut & marmora nitescunt. Qui minium in officinis poliũt: faciem laxis uesicis illigant: ne in respirando pernitialem puluerem trahant: & tamẽ ut per illas spectẽt. Minium in uoluminum quoq; scriptura usurpatur. Clarioresq; litteras uel in auro uel in marmore etiam in sepulchris facit.

¶DE Hydrargyro: de argento inaurando: de coticulis in argenti generibus & experimentis. ¶Capitulum. viii.

EX secundario inuenit uita & hydrargyrum in uicem argenti uiui paulo ante dilatum. Fit autem duobus modis: æreis mortariis pistillisq; trito minio ex aceto aut patinis fictilibus impositum ferrea concha calice coopertum argilla superillita. Dein sub patinis accensum follibus cõtinuo igni. atq; ita calicis sudore deterso: q fit argẽteo colore: & aquæ liquore. Idem guttis diuidi facilis & lubrico humore cõfluere. Quod cũ uenenum esse conueniat: omnia quæ de minio ĩ medicinæ usu traduntur: temeraria arbitror. præterq̃ fortasse q illitum capiti uentriue sanguinem sistit: dũ ne quid prætereat in uiscera: ac uulnus attingat: aliter utendum non equidem censeam. Hydrargyro argentũ inauratur solum nunc prope: cum & ĩ æra simili modo duci debeat. Sed eadem fraus quæ ĩ omni uitæ parte ingeniosissima est: uiliorẽ excogitauit materiam: ut docuimus. Auri argentiq; mentionem comitatur lapis quem coticulã appellant: quondam non solitum inueniri nisi in flumine hymocho ut auctor est Theophrastus. Nunc uero passim quem alii heraclium alii lydium uocant. Sũt aũt modici: q̃ternas: uncias lõgitudinis: binasq; latitudinis non excedẽtes. Quod a sole fuit in iis melius: q̃ q a terra. Iis coticulis periti cum e uena lima rapuerint experimentum: ptinus dicunt quantum auri sit in ea: quantum argenti uel æris scrupulari

differentia mirabili ratione non fallente. Argenti duæ differentiæ. Batillis ferreis candentibus ramento imposito quod candidum permaneat: probatur. Proxima bonitas ruffo: nulla nigro. Sed experimento quoq; fraus interuenit. seruatis enim in uirorum urina batillis inficitur ita ramentum obiter dum uritur: candoremq; métit. Est aliquod experimétũ politi & in halitu hominis si sudet ꝓtinus nubéq; discutiat.

¶DE Speculis & ægyptio argento ¶Cap. ix.

LAminas duci & specula fieri nõ nisi ex optimo posse creditum fuerat. Id quoq; iam fraude corrumpitur. Sed natura mira est imagines reddendi: quod repercusso aere atq; in oculos regesto fieri conuenit. Eadem ui in speculis usu polita crassitudine: paulumq; propulsa dilatatur in immensum magnitudo imaginum. Tantũ interest: repercussum illum respuat: an accipiat. Quin etiam pocula ita figurantur: expulsis intus crebris ceu speculis: ut uel uno intuẽte populus totidem imaginũ fiat. Excogitantur & monstrifica: ut in templo smyrnæ dicata. Id euenit figura materiæ. Plurimũq; refert: cõcaua sint & poculi modo an media depressa an elata an auersa an obliqua supina an festa qualitate excipientis figuræ torquente uenientes umbras. Neq; enim est aliud illa imago: q̃ digesta claritate materiæ excipientis umbram. Atq; ut omnia de speculis peragantur hoc loco: optima apud maiores fiebant brundusina: stagno & ære mixtis. Prælata sunt argentea. Primus fecit Praxiteles Magni Pompeii ætate. Nuperq; credi cœptum: certioré imaginem reddi auro apposito auersis. Tĩgit & ægyptus argentum: ut ĩ uasis Anubem suum spectet: pingitq; nõ celat argentum. Transiit inde materia & ad triumphales statuas. mirumq; crescit precium fulgoris excæcati. Id autem fit hoc modo. Miscetur argento tertia pars æris cyprii tenuissimi quod coronarium uocant: & sulphuris uiui quantum argenti. Conflantur in fictili circumlito argilla. Modus coquendi donec se ipsa opercula operiant. Nigrescit oui indurati luteo: ut tamen aceto & creta deteratur. Miscuit denario triumuir Antonius ferrum. Miscuit æri falsæ monetæ. Alii e pondere subtrahunt: cum sit iustũ. lxxxiiii. e libris signari. Igitur ars facta denarios probare tam iucunda e lege plebe: uti Mario Gratidiano uicatim totas statuas dicauerit. Mirũq; ĩ hac artium sola uitia discũtur. & falsum denarii spectatur exemplar. pluribusq; ueris denariis adulterinus emitur.

¶DE Immodica pecunia: & quorũ maximæ opes fuerint: & quãdo primũ populus ro. stipem sparserit ¶Capitulum. x.

NOn erat apud antiquos numerus ultra centum milia. Itaq; hic & hodie multiplicatur ut decies centena milia: aut sæpius dicantur. Fœnus hoc fecit nũmusq; percussus: & sic quoq; æs alienum etiam num appellat᷑. Postea diuites cognominati. dum modo notum sit: eum qui primus acceperit hoc nomen: decoxisse creditoribus suis. Ex eadem gente. M. Crassus negabat diuitem esse: nisi qui redditu annuo legionem tueri posset. In agris suis sestertium. xx. milia possedit. Quiritium post Syllam ditissimus. Nec fuit satis nisi totum parthorum esurisset aurum. Atq; ut memoriã quidem optimo occupauerit. Iuuat enim insectari inexplebilem istã habendi cupiditatem. Multos postea cognouimus seruitute liberatos opulentiores pariterque tres Claudii prĩcipatu Pallantem Callistum & Narcissũ. Atq; ut hii omittãt᷑ tanq̃ adhuc rerum potiant᷑. C. Asinio Gallo. C. Martio Cyrino Conss. ad. vi. ka. febru. C. Cecilius Claudius Isidorus testamento suo edixit: quãuis multa ciuili bello perdidisset: tamé relinquere seruorum quattuor milia: centum. xvi. Iuga boum tria milia sexcẽta. Reliqui pecoris. cc. quinquaginta. vii. milia. In numerato põdo sexcenta milia. Qui funerari se iussit sextertiis. xi. milibus. Congregatæ & excedẽtes numerũ opes. Quota tamen portio erunt Ptolemæi: quem Varro tradit Põpeio res gerente circa iudæam: octona milia equitum sua pecunia tolerauisse. Mille conuiuas totidem aureis potoriis imitantem uasa cum ferculis saginasse. Quota uero illæ ipsæ (neq; enim de regibus loquor) portio fuerit Pythis bythinii q platanum auream: uitemq; nobilem

illã Dario regi donauit? Xerxis copias: hoc est septies.lxxxviii. milia hominũ excepit epulo. Stipendium quinq; mensium frumentumq; pollicitus: ut e quinq; liberis se/ nectuti suæ in delectu unus saltem concederetur. Hunc quoq; ipsum aliquis cõparet Crœso regi. Quæ malum amentia est: id in uita cupere: quod aut etiam seruis conti/ gerit: aut ne in regibus quidem inuenerit finem? Populus romanus stipẽ spargere cœpit: Sp. Postumio. Q. Martio Cõss. Tanta pecunia erat: ut eam conferret. L. Scipioni: ex qua is ludos fecit. Nam q̃ Agrippæ Menenio sextantes æris in funus cõ/ tulit: honoris id necessitatisq; propter paupertatẽ Agrippæ: nõ largitionis esse dixeri.

¶DE Luxuria & frugalitate in uasis & lectis argenteis: & quando lances ĩmodicæ factæ. ¶Capitulum. xi.

VAsa ex argento mira inconstantia humani ingenii uariat: nullum genus officiæ diu probando: nunc furniana: nunc clodiana: nunc gratiana. Etenim tabernas massis adoptauimus: nũc anaglypha: in asperitatemq; excisa circa linearum picturas quærimus. Iam uero & mensas repositoriis imponimus. & ad sustinenda obsonia interradimus altera. & interest q̃plurimum lima perdiderit. Vasa coquinaria ex ar/ gento Caluus orator fieri queritur. At nos carrucas ex argento cælare inuenimus. Nostraq; ætate Pompeia coniunx Neronis principis delicatioribus iumentis suis so/ leas ex auro quoq; induere solebat. Libras. xxxii. argenti Africanus sequens hæredi reliquit. Idemq; cum de pœnis triumpharet: quattuor milia. cccc. lxx. põdo trãstulit. Hoc argentum tota carthago habuit illa terrarum æmula: quod nunc in mensarum est apparatu. Postea uicta numantia & deleta: idem Africanus ĩ triumpho militibus .xvii. milia pondo dedit. O uiros illo imperatore dignos: quibus hoc satis fuit. Frater eius allobrogicus primus omnium mille põdo habuit. At Liuius Drusus ĩ tribunatu plebis. xi. milia. Nam propter quinq; pondo notatum a censoribus triũphalẽ senẽ: iam fabulosum uidetur. Item Catum Elium cum legati ætolorum in consulatu pran/ dentem in fictilibus adissent missa ab iis uasa argentea non accepisse: neq; aliud ha/ buisse argenti ad supremum uitæ diem q̃ duo pocula: quæ. L. Paulus socer ei ob uir/ tutem deuicto Perseo rege donasset. Inuenimus legatos carthaginensium dixisse: nullos hominum benignius inter se uiuere q̃ romanos. Eodem enim argento apud omnes cœnitauisse seipsos. At hercules Pompeium Paulini equitis arelatensis filiũ: paterna quoq; gente pulsum: q̃. xii. pondo argenti habuisset apud exercitum feroci/ simis gentibus oppositum scimus. Lectos uero mulierum iam pridem totos operiri argento & triclinia quædam quibus argentum addidisse primus traditur Caruillius Pollio eques romanus: non ut opere: aut delicata specie faceret: sed punica. Idem & aureos fecit. Nec multo post argentei deliacos imitati sunt. Quæ omnia expiauit bellum ciuile syllanum. Paulo enim ante hæc facta sunt. Lancesq; e centenis libris argenti: quas tunc super quingentas numero romæ fuisse constat: multosq; ob eas proscriptos dolo concupiscentium. Erubescant annales qui bellum ciuile talibus ui/ tiis imputauere. Nostra ætas fortior fuit Claudii prĩcipatu. Seruus eius Drusillanus nomine Rotũdus: dispensator hispaniæ citerioris quinquagenariam lancem habuit cui fabricandæ officina prius exædificata fuerat. Et comites eius octingentas qnq̃gin/ taocto librarum. Quare quæso? nisi ut q̃ multi eas cõserui inferrent: aut quibus cœ/ nantibus. Cornelius Nepos tradit ante Syllæ uictoriam duo tantum triclinia romæ fuisse argentea. Repositoriis argentum addi sua memoria cœptum Fenestella dicit: qui obiit nouissimo Tyberii Cæsaris principatu. Sed & testudinea tum in usum ue/ nisse. Ante se autem paulo lignea rotunda solida nec multo maiora q̃ mensas fuisse. Se quidem puero: quadrata & compacta aut acere operta ac cædro cœpisse. Mox additum argentum in angulos lineasq; per commissuras. Tympana uero se iuuene appellata tumateras & lances quas antiqui magiras appellauerant. Nec copia tãtum argenti fuerat uitæ: sed ualidius pœnæ metu preciũ. Idq; iam pridem ut ignoscamus

nobis. Delphinos quinis milibus sestertiis in libras emptos. C. Gracchus habuit. L. uero Crassus orator duos scyphos Mentoris artificis manu cælatos sestertiis centum. Confessus est tamen nunq̃ se iis uti propter uerecundiam ausum. Sicut eundem. vi. milia sestertiis in singulas libras uasa empta habuisse. Asia primum deuicta luxuriã misit in italiam. Siquidem. L. Scipio transtulit in triumpho argenti cælati pondo milia quadringenta. l. Et uasorum aureorum pondo. cc. milia ãno conditæ urbis quingentesimo sexagesimoquito. Eadem asia domita: multo etiã grauius afflixit mores: inutiliorq; uictoria illa hæreditas Attalo rege mortuo fuit. Tum enim hæc emendi romæ in auctionibus regiis uerecundia exempta est: urbis anno. dc. xxvi. mediis. lvii. annis erudita ciuitate amare etiam & non solum ammirari opulentiam externam. Immenso & achaicæ uictoriæ momento ad impellendos mores: quæ & ipsa hoc interuallo ãno urbis. dc. viii. parthica signa & tabulas pictas inuexit: ne qd deesset. Pariterq; luxuria nata est & carthago sublata: ita congruentibus fatis: ut & liberet ãplecti uitia: & liceret peccare ex dignatiõe. Hinc aliqui ueterum ut. C. Marius post uictoriã cimbricam cantharis potasse: Liberi patris exemplo traditur: ille arator arpinas & manipularis imperator.

DE Statuis argenteis: & cælatura argenti: & cæteris quibusdam. Cap. xii.

ARgenti usum in statuas primum ad honorem diui Augusti in adulationem temporum transisse falso existimatur. Iam enim triumpho Magni Pompeii reperimus translatam Pharnacis: qui primus regnauit in ponto: argenteam statuã. Item Mithridatis Eupatoris & currus aureos argenteosq;. Argento succedit ex ea re aliquãdo & auro luxus: fœminaꝝ plebis: compedes sibi ex eo facientium. q̃s ĩduere aureas mos tristior uetat. Vidimus & ipsi Ialerium Tuscum motum equestri ordine ob insignem calumniam cum celebritate expectarentur adolescentium scholæ ex argento annulos habẽtem. Et quid hoc attinet colligere cum capuli militum ebore ẽt fastidito cælentur argento: uaginæ catillis: baltei laminis crepitent. Iam uero a pædagogis ad transitum uirilitatis custodiantur. Argento fœminæ lauentur & nisi argẽtea solia fastidiant: eademq; materia & cibis & probris seruiatur. Videret hæc Fabritius & stratas argento mulierum balineas: ita ut uestigio locus non sit cum uiris lauãtiũ. Fabritius inq̃ qui bellicosos imperatores plusq̃ pateram & salinum ex argẽto habere uetabat. Videret hĩc dona fortiũ fieri: aut ĩ hæc frangi. Heu mores. Fabritii nos pudet. Mirum in auro cælando inclaruisse neminem: argento multos. Maxime tamen laudatus est Mẽtor: de quo supra diximus. Quattuor paria deniq; ab eo õnino facta sunt: ac iam nullum extare dicitur. Ephesiæ Dianæ tẽplum iacet. Capitoliũ ĩcendiis. Varro & æreum signum eius habuisse scripsit. Proximi ab eo ammiratione Acragas & Boetus & Mys fuere. Extant hodie omnium opera in ĩsula rhodiorum boeti apud lyndiã Mineruã in templo. Acragantis in templo Liberi patris in ipsa rhodo bacchæ centauriq; cælati in cyphis. Myos in eadem æde & Silenus & Cupido & ueneratio in scyphis. Magna fama post hos celebratus est Antipater quiq; Satyrum in phyala grauatum somno collocauisse uerius q̃ cælasse dictus est Stratonicus. Mox Cyzicenus Tauricus. Itẽ Ariston & Onychus Mithylene laudat᷑. Et Hecateus. Et circa Magni Pompeii ætatẽ Praxiteles Posidonius Ephesius Ledus Stratites: q prælia armatosq; cælauit. Zopyrus qui areopagitas & iudicium Orestis in duobus cyphis pondo. xii. æstimatis. Fuit dein Pytheas cuius duæ unciæ uiginti uenierũt. Vlyxes & Diomedes erant ĩ phialæ emblemate palladiũ surripentes. Fecit idem & cocos Magiresia appellatos paruulis potoriis. Sed e quibus ne exemplaria quidem liceret exprimere. Tam opportuna iniuriæ subtilitas erat. Habuit & Teucer Crustarius famam. Subitoq; hæc ars ita exoleuit: ut sola iam uetustate censeatur usq; adeo attritis cælaturis: ne figura discerni possit: auctoritas constet. Argentum medicatis aquis inficitur atque etiam afflatu salso sicut in mediterraneis hispaniæ. In argenti & auri metallis

naſcũť etiam nunc pigmenta. Fit enim cæruleum quod proprie limus eſt. Optimũ
ex eo quod atticum uocatur. Precium in pondo libras.xxii. Proximum marmoroſũ
ſub dimidio attici precio. Tertium genus eſt preſſum: quod alii ſyricum uocant ex
inſula ſcyro. Iam quidem & ex achaia quo utuntur ad picturæ umbras. Precium
in libras huius.hſ.bini. Dipondiis uero detractis quod lucidum uocãt e gallia ueniẽs.
Hoc autem & attico ad lumina utuntur. Ad abacos non niſi marmoroſo: quoniam
marmor in eo reſiſtit amaritudini calcis. Effoditur & ad.xx. ab urbe lapidem in mõ/
tibus. Poſtea uritur preſſum appellantibus qui adulterant. Sed eſſe falſũ aduſtũq;
amaritudine apparet: quoniam reſolutum in puluerem eſt.

DE Sile & cæruleo & chryſocolla & neſtoriano & cilono: & ꝙ non omni anno
æq̃liter ſpecies uendantur. Capitulum.xiii.

SIle primi inſtituere pingere. Sed Polygnotus & Micon attico duntaxat. Hoc
ſecuta ætas ad lumina uſa ẽ. Ad ũbras aũt ſcyrico & lydio. Lydium ſardibus
emebať: quod nũc obmutuit. Cæruleum arena eſt. Huius genera tria. Antiqus ægyp/
tium. quod maxime probať ſcyricũ. hoc diluiť facile. Cũq; teritur: in q̃ttuor colores
mutať: candidiorẽ nigrioreue: craſſiorẽ: tenuioreue. Præferť huic etiãnũ cypriũ. Ac/
ceſſit his puteolanũ & hiſpanienſe: arena ibi confici cœpta. Tinguiť aũt õne & ĩ ſua
coqť herba: bibitq; ſuccũ. Reliqua cõfectura eadem quæ chryſocollæ. Ex cæruleo fit:
quod uocať lomẽtũ. Perficitur id lauãdo terẽdoue & hoc ẽ cæruleo cãdidius. Precia
eius.xxiii. in libra. Cærulei.xviii. Vſus in creta calcis ĩpatiens. Nuꝑ acceſſit & neſto/
rianũ ab auctore appellatũ. Fit ex ægyptii leuiſſĩa parte. Preciũ eius.xl. in libras. Idẽ
& puteolani uſus: præterq; ad feneſtras. Vocant coelon. Nõ pridẽ apportari & in/
dicũ eſt cœptũ. Cuius preciũ.xvii. in libras. Ratio ĩ pictura ad inciſuras. hoc ẽ ũbras
diuidẽdas ab lumine. Eſt & ſubtiliſſimũ genus lomẽti quod dãt tritũ quinis aſſibus
æſtimatũ. Cærulei ſĩceri experimẽtũ ĩ carbone ut flagret. Fraus uiola arida decocta in
aqua: ſuccoq; ꝑ lĩteũ expreſſo ĩ cretã erethriam. Vis eius ĩ medicina ut purget ulcera.
Itaq; & ẽplaſtris adiiciũt. Itẽ cauſticis. Teriť difficillĩe ſile. In medio leuiter mordet.
aſtrĩgitq; & explet ulcera. Vriť ĩ fictilibus ut ꝑſit. Precia reꝝ quæ uſq̃ diſpoſuimus:
nõ ignoramus alia in aliis locis eſſe. & oĩbus pene ãnis mutari ꝓut nauigatiões cõſti/
terint: aut ut qſq; mercatus ſit: aut aliquis præualens manceps annonã flagellet: nõ
obliti Demetrium tota helladia Neronis principatu accuſatũ apud conſulem. Poni
tamẽ neceſſarium fuit: quæ plerunq; erant romæ ut exprimeretur auctoritas rerum.

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER TRI/
CESIMVS QVARTVS.

PROOEMIVM

Aeris metalla. Ca.i.

PROXIMA DICANTVR AERIS METAL/
la: cui & in uſu proximũ eſt preciũ: Immo uero
ãte argẽtũ: ac pene etiã ante auꝝ corinthio. Sti/
pis quoq; auctoritas ut dixĩus. Hĩc æra militũ:
tribuni ærarii & ærarium: & obærati ab ære dicti.
Docuimus q̃diu populus romanus ære ſignato
tãtũ uſus eſſet: & alia quæ uetuſtas tradidit cum
æqualẽ urbi auctoritatẽ eius declararet a rege Nu/
ma collegio tertio fabrũ ærarioꝝ inſtituto. Vena
quo dictum eſt mõ effodiť: igniq; ꝑficiť. Fit & e
lapide eroſo: quẽ uocãt cadmiã. Celebritas ĩ aſia:
& quondã in campania: nũc ĩ bergomatiũ agro:
extrema parte italiæ. Ferũtq; nuper in germania etiam prouincia repertum.

¶Genus æris: quæ corinthia: quæ deliaca: quæ æginetica. ¶Cap. ii.

FIt & ex alio lapide: quem chalcitem uocāt in cypro: ubi prima fuit æris īuentio:
Mox uilitas præcipua repto ī aliis terris præſtantiore: maxime aurichalco: quod
ob præcipuā bonitatē āmirationē diu optinuit. Nec repit̃ longo iā tēpore effœta tel-
lure. Proximū bonitate fuit ſaluſtianū in centronū alpino tractu non longi & ipſū
æui. Succeſſit & liuianū in gallia. Vtrūqꝫ a metalloꝝ dominis appellatum: illud ab
amico diui Auguſti: hoc a coniuge: uelocis defectus. Liuianū quoqꝫ certe admodū
exiguū inuenit̃. Summa gloria nūc ī marianū cōuerſa: quod & cordubenſe dicitur.
Hoc a liuiano cadmiā maxime ſorbet: & aurichalci bonitatem imitatur in ſeſtertiis
dipōdiariiſqꝫ cyprio ſuis aſſibus cōtēto. Et hactenus nobilitas in ære nat̃alis ſe habet.
Reliqua genera artificio conſtant quæ ſuis locis reddentur: ſūma claritate ante ōnia
indicata. Quondā æs cōfuſe auro argētoqꝫ miſcebat̃: & tamē ars precioſior erat. Nūc
incertū eſt peior hæc ſit an materia. Mirūqꝫ cū ad infinitū opeꝝ præcia hæc creuerīt:
auctoritas artis extincta eſt. Quæſtus enim cauſa: ut omnia: exerceri cœpta eſt: quæ
gloriæ ſolebat. Ideo ēt deoꝝ adſcripta operi cū ꝓceres gentiū claritatē & hac uia quæ-
rerēt: adeoqꝫ exoleuit fundendi æris precioſi ratio: ut iā diu ne fortuna qdē in ære ius
artis habeat. Ex illa autē antiqua gloria corinthiū maxime laudat̃: hoc caſus miſcuit.
Corintho cum caperetur incēſa: mireqꝫ circa id multorū affectatio fuit. Quippe cum
tradatur non aliena de cauſa Verrē quē Cicero dānauerat ꝓſcriptū eſſe ab Antonio:
q̄ ꝙ corinthiis ſe ei ceſſurū negauiſſet. At mihi maior pars eorū ſimulare eā ſcientiā
uidetur: ad ſegregandos ſe a cæteris: magis q̄ ītelligere aliquid ſubtilius. & hoc paucis
docebo. Corinthus capta eſt olympiadis centeſimæ quīq̄geſimæſextæ anno tertio:
noſtræ urbis ſexcenteſīooctauo: cū āte in ſæculo fictores nobiles eſſe deſiſſent: quorū
iſti ōnia ſigna hodie corinthia appellāt. Quapropter ad coarguendos eos ponemus
artificum ætates. nam urbis noſtræ annos ex ſupradicta cōparatione olympiadū col-
ligere facile erit. Sunt ergo uaſa tātū corinthia quæ iſti elegantiores nūc æs ſculpēdo
trāſferūt modo in lucernas modo in trullas: nullo mūdiciaꝝ deſpectu. Eius tria gn̄a.
Candidū argento nitore q̄proxime accedens: in quo illa mixtura præualuit. Alterū ī
quo auri fulua natura. Tertiū in quo æqualis ōniū tēperies fuit. Præter hæc eſt: cuius
ratio nō poteſt reddi quāq̄ hominis manu facta dederit fortuna temperamētū ſimu-
lacro ſigniſqꝫ. Illud ſuo colore precioſum ad iocineris imaginē uergens: quod ideo
hepatizon appellant: procul a corinthio. Longe tamen ante egineticum atque
deliacum: quæ diu obtinuere principatum. Antiquiſſima æris gloria deliaca fuit
mercatus in delo concelebrāte toto orbe. & ideo cura officinis tricliniorum pedibus
fulcriſqꝫ. Ibi prima nobilitas æris. Peruenit deinde ad deū ſimulacra: effigiemqꝫ ho-
minū: & alioꝝ animaliū. Proxima laus eginetico fuit. Inſula ipſa ē nec gignens: ſed
officinaꝝ tēperatura nobilitata. Bos æreus inde captus in foro boario eſt romæ. Hic
eſt exemplar egenetici æris. Deliaci autē Iupiter in capitolio in Iouis tonātis æde. Illo
ære Myromilas uſus ē. Hoc Polycletus æqualis atqꝫ cōdiſcipulus. Aemulatio aūt &
in materia fuit. ¶DE Candelabris & templorum ornamentis. ¶Cap. iii.

PRiuatīqꝫ ægina cādelabrorū ſupficiē duntaxat elaborauit: ſicut tarētū ſcapos.
ī iis ergo iūcta cōmēdatio officinaꝝ eſt. Nec pudet tribunatum militariū ſa-
lariis emere: cum ipſū nomē a candelabrorū lumine impoſitū appareat. Accēſo cāde-
labri talis fuit: ut auctor eſt Dion. Iuſſu preconis Cleſippus fullo gibbere & præterea
alio fœdus aſpectu fabricatus ē: emente id Gegania ſeſtertiis. l. eodemqꝫ oſtentante ī
cōuiuio emptū: ludibrii cauſa nudatus. atqꝫ impudentia libidinis receptus in totū
mox teſtamentum prædiues numinum uice illud candelabrum coluit. & hāc corīthus
fabulā adiecit uīdicatis tamen moribus nobili ſepulchro ꝑ quod æterna ſupra terras
Geganiæ dedecoris memoria duraret. Sed cū eſſe nulla corinthia candelabra cōſtet:
nomen id præcipue in iis celebratur: quoniam Mummii uictoria corinthum quidem

diruit:sed cõpluribus achaiæ oppidis simul æra dispersit. Prisci limina ẽt ac ualuas ĩ
tẽplis ex ære factitauere. Inuenio & a Cn.Octauio: q de Perseo rege naualẽ triũphũ
egit factã porticũ duplicẽ ad cyrcũ flaminium:quæ corinthia sit appellata a capitulis
æreis columnarũ. Vestæ quoq; ædẽ ipsã syracusana superficie tegi placuisse. Syracu-
sana sũt in Pantheo capita colũnaꝝ a.M.Agrippa posita. Quĩ etiã priuata opulẽtia
eo mõ usurpata ẽ. Camillo.n.crimini obiecit.Sp.Caruilus quæstor:q; ærata hostia
haberet in domo. Nam triclinia ærata abacosq; & monopodia Cn.Manlium asia
deuicta primũ ĩuexisse triũpho suo:quẽ duxit urbis anno qngẽtesĩo sexagesĩoseptĩo
L.Piso auctor est. Antias quidẽ. L. Crassũ hæredẽ. L.Crassi oratoris multa etiã tri-
clinia ærata uẽdidisse. Ex ære factitauere & cortinas tripodiũ noĩe delphicas: quoniã
donis maxime Apollinis delphici dicabanť. Placuere & lychni pensiles in delubris:
arborum modo mala ferentium lucentes. Qualis est in tẽplo Apollinis palatini:quẽ
Alexander thebarum expugnatione captum in cyma dicauerat eidem deo. Transit
deĩde ars ubiq; uulgo ad effigiẽ deorum.

¶Quãdo primũ simulacrũ romæ factũ & de origine statuaꝝ & honore statuarũ &
generibus & figuris.¶Capitulum.iiii.

ROmæ simulacrũ ex ære factũ Cereris primũ reperio ex peculio. Sp.Cassii:quẽ
regnũ affectãtẽ pater ipsius interemerat. Transiit & ab diis ad hominũ statuas
atq; imagines multis modis. Antiq pingebãt eas bitumine:quo magis mirũ est:pla-
cuisse auro integere.Hoc nescio an romanum fuerit ĩuẽtũ.Certe etiã romæ nõ habet
uetustatẽ. Effigies hominũ nõ solebãt exprimi nisi aliqua illustri causa ppetuitatẽ
merentiũ:& primo socrorũ certaminũ uictoria: maximeq; olympiæ ubi õniũ qui ui-
cissent:statuas dicari mos erat. Eoꝝ uero q ter ibi superauissent: ex membris ipsorũ
similitudine expressa : quas econas uocant. Athenienses nescio an primi omnium
Harmodio & Aristogitoni tyrãnicidis publice posuerint statuas. Hoc actum est eodẽ
anno:quo & reges romæ pulsi. Excepta deinde res est a toto orbe terrarũ hũanissima
ãbitione. Et iam omniũ municipiorũ & fori statuæ ornamentũ esse cœpere: proro-
gariq; memoria hominũ & honores legi æuo:& basibus inscribi:ne in sepulchris tãtũ
legerẽtur. Mox forũ & in domibus priuatis factũ.atq; in atriis:honos clientiũ insti-
tuit sic colere patronos. ¶DE Statuis & qbusdã aliis:& qbus primũ ĩ columna:
& quãdo rostra:& quãdo primũ publice:& quæ primũ statuæ romæ.¶Cap.v.

ROgata effigie ãtiqtus statuæ dicebãť. Placuere & nudæ tenẽtes hastã ab ephe-
borũ gymnicis exẽplaribus:quas achilleas uocãt. Græca res est nihil uelare.At
ecõtra romana ac militaris thoracas addere. Cæsar qdẽ dictator loricatã sibi dicari in
foro suo passus est. Nã lupercoꝝ habitu factæ tã nouiciæ sũt: q̃ quæ nuper ꝑdidere
penulis indutæ. Mãcinus eodẽ habitu sibi ĩstituit quo deditus ẽ. Notatũ ab aucto-
ribus &.L.Actiũ poetã ĩ camœnaꝝ æde maxima forma statuã sibi posuisse:cũ breuis
admodũ fuisset. Equestres uero statuæ mõ romanã celebrationẽ habẽt:orto sine du-
bio a græcis exẽplo. Sed illi cælatas tãtũ dicabãt in sacris uictores. Postea uero & qui
bigis uel quadrigis uicissent. Vnde & nr̃i currus nati in iis q triũphauissẽt. Serũ hoc
& in iis nõ nisi a diuo Augusto seiuges:sicut & elephanti. Non uetus & bigarũ cele-
bratio in iis qui prætura functi curru uecti essent p cyrcum. Antiqor colũnarũ:sicut
.C.Menio q deuicerat priscos latinos:qbus ex fœdere tertias prædæ populus romãus
præstabat. Eodẽq; in consulatu in suggestu rostra deuictis ãtiatibus fixerat ãno urbis
.cccc.xvi.Itẽ.C.Duilio q primus naualẽ triũphũ egit de pœnis:quæ ẽ etiã nũc ĩ foro.
Itẽ.P.Minutio præfecto annonæ:extra portã trigeminã ũciaria stipe collata. Nescio
an primo honor talis a populo. Antea.n.a senatu erat. præclara res:nisi friuolis cœ-
pisset initiis. Nanq; & Atti. Nauii statua fuit ante curiã:cuius basis cõflagrauit curia
incensa.P.Clodii funere. Fuit & Hermodori ephesii in comitio legum:qs decemuiri
scribebãt: interpretis publice dicata. Alia cã & alia auctoritas maior ĩ Oratii Coclitis

ſtatua:quæ durat hodieq;: cum hoſtes a ponte ſublicio ſolus arcuiſſet. Equidem &
ſibyllæ tres iuxta roſtra ſunt minores ſint licet. Vna quā Pacuuius Taurus ædilis
plebis inſtituit. Duæ quas.M.Meſſalla. Primas putarem has & Atti Nauii poſitas
ætate Tarquinii Priſci:niſi regum antecedētiū eſſent in capitolio.

¶DE ſtatuis ſine tunicis & qbuſdam aliis:& quæ prima romæ ſtatua equeſtris:& qñ
omnes ſtatuæ priuatim & publice ſublatæ:& quibus romæ mulieribus:& quæ primæ
ab exteris publice poſitæ.¶Capitulum.vi.

EX iis Romuli eſt ſine tunica:ſicut & Camilli in roſtris:& āte ædem Caſtoꝝ fuit
.M.Tremellii equeſtris togata:q ſamnites bis deuicerat. Captaq; anagnia po/
pulum ſtipendio liberauerat. Inter antiquiſſimas ſunt & Tullii Celii. L.Roſcii. Et
Sp. Matici Fulcini in roſtris a fidenatibus in legatione interfectoꝝ. Hoc a romano
populo tribui ſolebat iniuria cæſis:ſicut.P.Iunio:&.T.Corūcanio:qui ab Teuſa illy/
ricoꝝ regina interfecti erāt. Non omittēdū quod annotauere annales:tripedaneas iis
ſtatuas in foro ſtatutas.Hæc uidelicet menſura honorata tūc erat. Nō præteribo.C.
Octauiū ob unū uerbū quo regem Antiochū dilaturum ſe reſponſū dicentem uirga
quā tenebat forte circūſcripſit:& prius q̄ egrederet̃ circulo illo:reſpōſū dare coegit. In
qua legatione interfecto ſenatus ſtatuā poni iuſſit q̄ oculatiſſimo loco in roſtris. In/
uenitur & ſtatua decreta & Taraciæ Caiæ ſiue Suffeciæ uirgini ueſtali:ut poneret̃ ubi
uellet.quod adiectū non minus honoris habet: q̄ ꝙ fœīæ eſſet decreta. Meritū eius
ipſis ponā annaliū uerbis. Quod cāpū tyberinū gratificata ea eſſet populo. Inuenio
& Pythagoræ & Alcibiadi ī cornibus comitii poſitas cū bello ſānitico Apollo pythius
fortiſſimo græcoꝝ gentis iuſſiſſet & alteri ſapientiſſimo ſimulacra celebri loco dicari:
donec Sylla dictator ibi curiam faceret. Mirumq; eſt illos patres Socrati cunctis ab
eodem deo ſapientia prælato Pythagoram prætuliſſe:aut tot aliis uirtute Alcibiadem
aut quenq̄ utroq; Themiſtocli. Colūnarū ratio erat:attolli ſupra cæteros mortales:
ꝙ & arcus ſignificant nouitio inuento. Primus tamen honos cœpit a græcis. Nul/
liq; arbitror plures ſtatuas dicatas q̄ Phalerio Demetrio athenis. Siquidē.ccc.lx.ſta/
tuere:q̄s mox lacerauerūt:nōdum anno hūc numeꝝ dieꝝ excedente. Statuerāt romæ
etiā in ōnibus uicis.C.Mario Gratidiano tribus ut diximus.eaſdēq; ſubuertere Syllæ
introitu. Pedeſtres ſine dubio romæ fuere ī auctoritate longo tempore. Equeſtrium
tn̄ origo perq̄ uetus eſt cū fœminis etiā honore cōmunicato. Cochliæ enim ſtatua ē
equeſtris:ceu parū eſſet toga eā cingi:cū nec Lucretiæ:nec Bruto qui expulerāt reges
propter quos Cochlia inter obſides fuerat:decernerentur. Hāc primā & Oratii Co/
clitis publice dicatā crediderī. Ante.n. ſibi ac ſibyllæ Tarquiniū & reges ipſos poſu/
iſſe uerisimile ē:niſi Cochliæ poſitā quoq; Piſo traderet ab iis q una obſides fuerant
redditis a Porſenna.Honorem eius habuit e diuerſo Annius fæcialis. Equeſtrē ſtatuā
cōtra Iouis Statoris ædē ī ueſtibulo ſuperiore domus Valeriæ fuiſſe Publiciæ cōſulis
filiæ:eāq; ſolam fugiſſe. Tyberimq; tranſnatauiſſe: cæteris obſidibus qui Porſennæ
mittebant̃:interemptis Tarquinii inſidiis. L.Piſo prodidit. Idem auctor eſt.M Ae/
milio.C. Pōpilio.ii.conſſ.a cenſoribus. P. Cornelio Scipione &.M Popilio ſtatuas
circa forū eoꝝ qui magiſtratus geſſerant ſublatas omnes: præter eas quæ populi aut
ſenatus ſententia ſtatutæ eſſent. Eam uero quam apud ædem Telluris ſtatuiſſet ſibi
Sp.Caſſius: qui regnum affectauerat:etiam conflatam a cenſoribus. Nimirum ī ea
quoq; re ambitioni prouidebant illi uiri. Extant Catonis in cenſura uociferationes:
mulieribus romanis in ꝓuinciis ſtatuas poni. Nec tamē potuit īhibere:quo minus
romæ poneret̃:ſicuti Corneliæ Gracchoꝝ matri:quæ fuit Africani prioris filia Sedēs
enim huic poſita:ſoleiſq; ſine amento inſignis in Metelli publica porticu. Quæ ſta/
tua nunc eſt in Octauiæ operibus. Publice autē ab exteris poſita eſt romæ a.C. Elio
tribuno plebis lege perlata in Stenniū Statiliū Lucanum:qui thurinos bis infeſtaue/
rat.Et ob id Elium thurini ſtatua & corona aurea donarunt. Iidem poſtea Fabritium

donauere statua liberati obsidione. Passimq; statuæ ĩ clientela sunt receptæ. Et adeo discrimen omne sublatum: ut Annibalis etiã statuæ tribus locis uisantur in ea urbe intra cuius muros solus hostium emisit hastam.

DE Antiq̃s statuariis & preciis signoꝝ ĩmodicis: & colossis ĩ urbe celeberrĩs. Ca. vii.

FVisse aũt statuariam artẽ familiarem italiæ quoq; & uetustã indicant Hercules ab Euandro sacratus ut produ͂t: in foro boario: q triũphalis uocat᷑: atq; p triũphos uestit᷑ habitu triũphali. Præterea Ianus geminus a Numa rege dicatus: q pacis belliq; argumento colit᷑. Digitis ita figuratis: ut trecẽtoꝝ quĩquagintaq̃q; dierum nota p significationẽ ãni tẽporis & æui se deũ indicaret. Signa quoq; thuscanica p terras dispersa: quæ in etruria factitata non est dubium. Deorum tantũ putarem esse: ni Metrodorus Sceptius cui cognomẽ romani nomĩs Odioso inditũ est. Vulsinios pulsatos propter centũ &. x. statuaꝝ signa obiecerit. Mirũq; mihi uidetur cum statuarũ in italia tam uetus origo sit: lignea potius aut fictilia deoꝝ simulacra in delubris dicata usq; ad deuictã asiã: unde irrepsit & luxuria. Similitudines exprimendi quæ prima fuerit origo: in ea quã plasticen græci uocant dici conuenientius erit. Et enim prior quã statuaria fuit. Sed hæc ad infinitũ effloruit multoꝝ uoluminũ opere siquis plures persequi uelit. Omnia enĩ quis possit? In. M. Scauri ædilitate tria milia signorũ in scæna tãtũ fuere tẽporario theatro. Mũmius deuicta achaia repleuit urbẽ. Ipse excessit non relicturus filiæ dotem. Cur enim non cũ excusatione ponat᷑? Multa & Luculli inuexere. Rhodi etiamnũ. lxx. tria milia signorũ esse Mutianus ter consul ꝓdidit: nec pauciora athenis & olympiæ. Delphis superesse credũtur. Quis ista mortaliũ perseq possit? aut qs usus noscẽdi intelligat᷑? Insignia tñ maxĩe & aliqua de cã notata: uoluptariũ sit attigisse. artificesq; celebratos nominauisse singulorum quoq; inexplicabili multitudine cũ Lysippus ad sexcenta. x. opera fecisse tradat᷑. Ante õnia ut arti claritatem possent dare uel singula. Numerũ apparuisse defuncto eo cũ thesauꝝ effregisset hæres. solitũ. n. ex immani precio cuiusq; signi denarios seponere aureos singulos. Euecta supra humanã fidẽ ars est successu: mox etiã audacia. In argumentũ successus: unũ exẽplũ afferã: nec deorũ nec hominum similitudinis expressæ. Aetas nostra uidit ĩ capitolio: priusq̃ id nouissime conflagraret a Vitellianis ĩcẽsũ in cella Iunonis canem ex ære uulnus suũ lambẽtẽ. Cuius eximiũ miraculũ & ĩdiscreta uerisimilitudo nõ ex eo solũ intelligit᷑: ꝙ ibi dicatus fuerat: ueꝝ & noua satisdatiõe. nã sũma nulla par uidebat᷑ capite tutelarios cauere ꝑ eo instituti publici fuit. Innumera sũt exẽpla. Moles q̃ppe excogitatas uidẽus statuaꝝ: q̃s colossos uocãt turribus pes. Talis ẽ ĩ capitolio Apollo trãslatus a Lucullo ex apollonia põti urbe. xxx. cubitoꝝ. c. l. talentis factus. Talis ĩ campo martio Iupiter a Claudio Cæsare dicatus: qui ideo uocatur põpeianus a uicinitate theatri. Talis & tarẽti factus a Lysippo. xl. cubitoꝝ. Mirum in eo ꝙ manus ferunt moles ea ratione libramenti: ut nullis cõuellat᷑ ꝑcellis. Id quidẽ prouidisse & artifex dicit᷑: modico ĩteruallo. Vnde maxime opus erat flatũ frangi opposita colũna. Itaq; propter magnitudinẽ difficultatemq; moliendi: non attigit eum Fabianus Verrucosus: cum Herculem qui est in capitolio: inde trãsferret. Ante omnes autem in ãmiratione fuit Solis colossus rhodi: quẽ fecerat Chares Lyndius Lysippi supradicti discipulus. Septuagĩta cubitorũ altitudinis fuit. Hoc simulacrum post quĩquagesimũsextũ annũ terræmotu ꝓstratũ. Sed iacẽs quoq; miraculo ẽ. Pauci pollicẽ eius ãplectunt᷑. Maiores sunt digiti q̃ pleræq; statuæ. Vasti specus hiant defractis membris. Spectantur intus magnæ molis saxa: quorũ pondere illud stabiliuerat constituens. Duodecim annis tradunt effectum. ccc. talentis: quæ contulerant ex apparatu regis Demetrii relicta mora & tedio obsessa rhodo. Sunt alii minores hoc in eadem urbe colossi centum numero. Sed ubicunq; singuli fuissẽt nobilitaturi locum. Præterq; hos deorũ quinq; quos fecit Braxis. Factitauit colossos & italia. Videmusq; certe Apollinem in bibliotheca templi Augusti thuscanicum

.l.pedũ a pollice:dubium ære mirabiliorem an pulchritudine. Fecit & Sp. Caruilius Iouem qui est in capitolio uictis samnitibus sacrata lege pugnantibus e pectoralibus eorũ ocreisq; & galeis. Amplitudo tanta est:ut conspiciat a Latiario Ioue. Reliqiisq; limæ suã statuam eam fecit quæ est ante pedes simulacri eius. Habent in eodem capi/tolio ammirationem & capita duo:quæ.P.Lentulus consul dicauit. Alterũ a Charete supradicto factum. Alterum fecit Decius comparatione in tãtũ uictus:ut artificium minime probabilis artificis uideatur. Ve℞ omnẽ amplitudinẽ eius generis statuarum uicit ætate nostra Zenodorus Mercurio facto in ciuitate galliæ aruernis per annos.x. pedum.cccc.in magno precio. Is postq̃ satis ibi artem approbauerat:romã accitus ẽ a Nerone:ubi destinatum illius principis simulacrum colossum fecit cẽtum.x.pedũ longitudine: qui dicatus Solis uenerationi est damnatis sceleribus illius principis. Mirabamur in officina non modo ex argilla similitudinem insignem uerũ & de puis admodũ surculis quod primũ operis instaurati fuit. Ea statua indicauit interisse fũ/dendi æris scientiam:cum & Nero largiri aurum argentumq; paratus esset:& Zeno/dorus sciẽtia fingẽdi cælandiq; nulli ueterum postponeretur. Statuam aruernorum cum faceret:prouinciæ Vibio Auito præsidente duo pocula Calamidis manu cælata: quæ Cassio Syllano auunculo eius præceptori suo Germanicus Cæsar adamata do/nauerat æmulatus est:ut uix ulla differentia esset artis. Quãtoq; maior ĩ Zenodoro præstantia fuit: tanto magis deprehendi æris oblitteratio potest.

¶Nobilitates ex ære operum & artificum. ccclxvi. ¶Cap.viii.

Signis quæ uocant corinthia pleriq; in tantũ capiũtur:ut secũ circũferant: sicut Hortensius orator sphingẽ Verri reo ablatam. Propter quã Cicero illo iudicio in altercatione neganti ei se enigmata intelligere:respõdit debere:quoniã sphingem domi haberet. Circumtulit & Nero princeps amazonem:de qua dicemus. Et paulo/ante.C.Cestius consularis signũ:quod secum etiã in prælio habuit. Alexandri quoq; Magni tabernaculũ sustinere traduntur solitæ statuæ:ex quibus duæ ante Martis ul/toris ædem dicatæ sunt:totidem ante regiam. Minoribus simulacris signisq; innu/mera prope artificum multitudo nobilitata est. Ante omnes tamen Phidias atheniẽ/sis Ioue olympiæ facto ex ebore qdẽ.Sed & ex ære signa fecit. Floruit aũt olympiade octogesima tertia circiter.ccc.nostræ urbis anno. Quo eodem tempore æmuli eius fuere Alcamenes: Critias: Nestocles: Hegleas. Et deĩde olympiade octogesimaseptĩa Agelades: Callon: Polycletus: Phradmõ: Gorgias: Lacon: Myron: Pythagoras: Scopas: Perelius. Ex iis Polycletus discipulos habuit Argium: Asopodorum: Alexin: Aristidẽ: Phrinonem: Dinonẽ: Athenodorũ: Demeam: Clitorium: Myronem Lycium. Nona/gesima.v.olympiade floruere Naucides: Dinomedes: Chanacus: Patroclus. Cente/simasecunda Polycles: Cephisodotus: Leuiares: Hypatodorus. Centesimaquar/ta Praxiteles: Euphranor. Centesimaseptima: Echion: Thermachus. Centesima/quartadecima Lysippus fuit:cum & Alexander Magnus. Item Lysistratus & frater eius Stennius: Euphronides: Sostratus: Ion: Syllanion. In hoc mirabile:ꝙ nullo doc/tore nobilis fuit ipse.discipulosq; habuit Theusin:& Iadẽ.Centesima.xx. Eutyclides: Eutycrates: Lahippus: Cephisiorotus: Timarchus: Pyromachus. Cessauit deĩde ars:ac rursus olympiade centesima.lv.reuixit cum fuere longe quidem infra prædictos ꝓ/bati tamẽ Antheus: Callistratus: Polycles: Atheneus: Callixenus: Pythocles: Pythias: Tymoles. Ita distinctis celeberrimo℞ ætatibus:raptĩ trãscurrã reliquã multitudinẽ & passim dispersam. Venere autem & in certamen laudatissimi q̃q̃ diuersis ætatibus geniti quoniam fecerant amazonas: quæ cum in templo Ephesiæ Dianæ dicarentur: placuit eligi probatissimã: ipsorum artificum qui præsentes erãt iudicio: cũ apparuit eam esse: quã omnes secundã a sua quisq; iudicassent. Hæc est Polycleti. Proxima ab ea Phidiæ. Tertia Chressilæ. Quarta Cyclonis. Quinta Phradmonis. Phidias præter Iouem olympium quem nemo æmulatur: fecit & ex ebore æque Mineruam

athenis quæ eſt in parthenonia ſtans. Ex ære uero præter amazonem ſupradictam Mineruam tam eximiæ pulchritudinis: ut a forma cognomen acceperit. Fecit & clydicum & aliam Mineruam: quã romæ ad ædem Fortunæ Aemilius Paulus dedicauit. Item duo ſigna: quæ Catulus in eadem æde poſuit: palliata. Et alterum coloſſicon nudum. Primuſque artem toreuticen aperuiſſe atq; demõſtraſſe merito iudicatur. Polycletus ſicyonius Ageladis diſcipulus Diadumenum fecit molliter iuuenem. c. talentis nobilitatum. Item & Doryphorum uiriliter puerum. Fecit & quem canona artifices uocant: liniamenta artis ex eo petentes uelut a lege quadam: ſoluſq; hominum artem ipſe feciſſe artis opere iudicatur. Fecit & deſtringentem ſe. Et nudum talo inceſſentem. Duoſq; pueros. Item talis nudos ludentes: qui uocantur aſtragalizontes. Et ſunt in Titi imperatoris atrio: quo opere nullum abſolutius pleriq; iudicant. Itẽ Mercurium qui fuit liſymachiæ. Herculem qui romæ Antheum a terra ſuſtinentem. Artemona qui Phaenaporretos appellatus eſt. Hic conſummaſſe hanc ſcientiam iudicatur: & toreuticen ſic erudiſſe: ut Phydias aperuiſſe. Proprium eiuſdem: ut uno crure inſiſterent ſigna excogitaſſe: ut ait Varro: & pene ad unum exemplum. Myronem eleuteris natum: & ipſum Ageladis diſcipulum bucula maxime nobilitauit celebratis uerſibus laudata: quando alieno pleriq; ingenio magis q̃ ſuo commendãt. Fecit & canem: & diſcobolon: & Perſea: & criſtas: & ſatyrum admirantem tibias: & Mineruam: delphicos pentathlos pancratiaſtas. Herculem etiã qui eſt apud cyrcum maximum in æde Pompeii Magni. Fecit & Cicadæ monumentum: & locuſtæ ſicut carminibus ſuis Erina ſignificat. Fecit & Apollinem quem a triumuiro Antonio ſublatum reſtituit epheſiis diuus Auguſtus ammonitus in quiete. Primus hic multiplicaſſe uarietatẽ uidetur: numeroſior in arte q̃ Polycletus: & in ſymmetria diligẽtior. Et ipſe tamen corporum tenus curioſus: animi ſenſus non expreſſiſſe. Capillũ quoq; & pubem non emendacius feciſſe q̃ rudis antiq̃tas inſtituiſſet. Vicit eũ Pythagoras ex italia Reginus Pancratiaſte delphis poſito. Eundem uicit & Leontius cum fecit haſtadie dromonſtylon: qui olympiæ oſtenduntur. Et Iolpis puerum tenentem tabellas eodem loco: & mala ferentem nudum. Syracuſis autem claudicantem: cuius ulceris dolorem ſentire etiam ſpectantes uidentur. Item Apollinem citharedum: ſerpentemq; eius confici ſagittis: qui Dircæus appellatus eſt: quoniam cum thebæ ab Alexandro caperentur: aurum a fugiẽte conditum ſinu eius cælatũ eſſet. Hic primus neruos & uenas expreſſit capillũq; diligẽtius. Fuit & alius Pythagoras ſamius initio pictor: cuius ſigna ad ædem Fortunæ huiuſce deæ ſunt ſeminuda: unde & laudata ſunt. Hic ſupradicto facie quoq; indiſcreta ſimilis fuiſſe traditur. Regini autem diſcipulus & filius ſororis fuiſſe traditur Soſtratii Lyſippus Sicyonius. Duris negat. Tullius fuiſſe diſcipulum affirmat. Sed primo ærarium fabrum. Audẽdi rationem cepiſſe pictoris Eupompi reſponſo. Eum enim interrogatum quem ſequeretur antecedentium: dixiſſe demonſtrata hominum multitudine: naturam ipſam imitãdam eſſe: non artificem. Plurima ex õnibus ſigna fecit: & ut diximus fœcũdiſſimæ artis: inter quæ diſtringentem ſe: quem. M. Agrippa ante thermas ſuas dicauit: mire gratũ Tyberio principi: qui non quiuit temperare ſibi in eo: quanq̃ ĩperioſus ſui ĩter initia principatus tranſtulitq; in cubiculum: alio ibi ſigno ſubſtituto. Cum quidem tanta populi romani contumacia fuit: ut magnis theatri clamoribus reponi Apoxyomenõ conflagitauerit: princepſq; quanq̃ adamatum repoſuerit. Nobilitatur Lyſippus & temulenta tibicina & canibus ac uenatione. In primis uero quadriga cum ſole rhodiorum. Fecit & Alexandrũ Magnum multis operibus: a pueritia eius orſus. Quam ſtatuam inaurari iuſſit Nero princeps delectatus admodum illa. Dein cum precio periſſet gratia artis: detractum ẽ aurum precioſiorq; talis exiſtimatur etiã cicatricibus operis atq; conſciſſuris in quibus aurum hæſerat remanẽtibus. Idẽ fecit Epheſtionẽ Alexandri Magni amicum: quem quidam Polycleto aſcribunt: cum is centum prope

annis ante fuerit. Item Alexandri uenationē quæ delphis sacrata est. Athenis satyrorum turmā. Alexandrum amicorumq; eius imagines summa ōniū similitudine expressit. Has Metellus macedonia subacta transtulit romam. Fecit & quadrigas multorum generum. Statuariæ arti plurimum traditur contulisse capillum exprimēdo. Capita minora faciendo q̄ antiqui. Corpora graciliora sicciora q;: per quæ proceritas signorū maior uideretur. Nō habet latinū nomē symmetria: quā diligētissīe custodiuit noua intactaq; ratione quadratas ueterum staturas permutando. uulgoq; dicebat: ab illis factos quales essent homines: a se quales uiderentur esse. Huius proprie uident̄ esse argutiæ operum custoditæ in minimis quoq; rebus. Filios & discipulos reliquit laudatos artifices Lahippum & Bedam: sed ante omnes Eutychratem. quanq̄ is cōstātiā patris potius æmulatus q̄ elegantiam austero maluit genere q̄ iucundo placere. Itaq; optime expressit Herculem delphis & Alexādrum Thespin uenatorem & thespiadū præliū equestre. Simulacrum Strophonii ad oraculū. Quadrigas Medeæ cōplures. Equum cum fiscinis. Canes uenantium. Huius quoq; discipulus fuit Thysicrates & ipse sityonius: sed Lysippi sectæ propior ut uix discernantur complura signa: ceu Senex Thebanus Demetrius rex: Peucestes Alexandri Magni seruator. Digni tanta gloria artifices. Qui compositis uoluminibus condidere hæc miris laudibus celebrāt & Telaphanem Phoceum ignotum alias: quoniam in thessalia ubi habitauerit: latuerint opera eius: alioquī suffragiis ipsorum æquatur Polycleto: Myroni: Pythagoræ. Laudant eius Larissam: & Spinarum: Pentachlon: & Apollinem. Alii nō hanc ignobilitatis fuisse causam: sed quoniam se regnum Xerxis & Darii officinis dediderit: existimant. Praxiteles quoq; marmore fœlicior: ideo clarior fuit. Fecit tamen ex ære pulcherrima opera. Proserpinæ raptum. Item Cataglysam: & ebrietatē: & Liberum patrem: nobilemq; una satyrum: quem græci Periboeoton cognominant. Signa etiā quæ ante Fœlicitatis ædem fuere. Veneremq; quæ cum ipsa æde īcendio cremata est Claudii principatu: marmore nulli super terras inclyto parem. Item stephusam. Spelumenen: Oenophorum: Harmodiū & Aristogytonem tyrannicidas: quos a Xerxe persarum rege captos uicta perside atheniēsibus remisit Magnus Alexander. Fecit & puberem Apollinem subrepenti lacertæ cōminus sagitta insidiātē: quem Saurocto nō uocant. Spectantur & duo signa eius diuersos affectus exprimentia flentis matronæ & meretricis gaudentis. Hanc putant Phrynem fuisse. deprehenduntq; in ea amorem artificis & mercedem in uultu meretricis. Habet simulacrum & benignitas eius. Calamidis enim quadrigæ aurigam suū imposuit. Et ne melior in equorum effigie hoīem deuicisse crederetur ipse Calamis & alias quadrigas bigasq; fecit: equis semper sine æmulo expressis. Sed ne uideatur in hominum effigie inferior: Achamene nullius est nobilior. Achamenes Phidiæ discipulus & marmorea fecit: & æreum petalū: q uocat̄ encrinomenos. At Polycleti discipulus Aristides quadrigas & bigas. Et Iphicratis leæna laudat̄. Scortū hæc lyræ cantu familiaris Harmodio & Aristogytoni consilia eorum de tyrannicidio usq; ad mortem excruciata a tyrannis nō prodidit. Quāobrē athenienses eam honore habere uolentes: ne tñ scortū celebrasse uiderentur: animal nominis eius fecere. Atq; ut intelligeretur causa honoris in opere linguā addi ab artifice uetuerunt. Bryaxis Aesculapium & Seleucum fecit. Bedas adorantem Batton Apollinem & Iunonem: qui sunt romæ in templo Concordiæ. Cresilas uulneratum deficientem: in quo possit intelligi: quantum restat animæ. Et Olympium Periclem dignum cognomine. Mirumque in hac arte est: q nobiles uiros nobiliores fecit. Cephisidorus Mineruam mirabilem in portu atheniensium. Et aram ad templum Iouis Seruatoris in eodem portu: cui pauca comparantur. Canachus Apollinem nudum: qui Philesius cognominat̄ in Didymeo eginetici æris temperatum. Ceruūq; una ita uestigiis suspēdit: ut linū subter pedes trahatur alterno morsu digitis calceq; retinentibus solum. ita uertebrato dēte utrisq; in partibus ut a repulsu p uices resiliat.

Idem celetizōtas pueros fecit. Chereas Alexandrum Magnum. Et Philippum patrē
eius fecit. Cleſilaus Dorophoron: & amazonem uulneratam. Demetrius Lyſi-
machen: quæ ſacerdos Mineruæ fuit ānis. lxiiii. Idem & Mineruam quæ muſica ap-
pellatur: quoniam dracones in gorgone eius ad ictus citharæ tinnitu reſonant. Idem
equitem Sarmonem: qui primus de equitatu ſcripſit. Dedalus & ipſe inter fictores
laudatus pueros duos diſtringētes ſe fecit. Dynomenes Proteſilaum: & Pythodemū
luctatorem. Euphranoris Alexander Paris eſt. in quo laudatur: ꝙ omnia ſimul intel-
ligantur. Iudex dearum: amator Helenæ: & tamen Achillis interfector. Huius eſt
Minerua romæ: quæ dicitur Catuleana īfra capitolium a. Q. Luctatio Catulo dicata:
Et ſimulacrum boni euentus dextra pateram: ſiniſtra ſpicam ac papauer tenens. Itē
Latona puerpera Apollinem & Dianam infantes ſuſtinens in æde Concordiæ. Fecit
quadrigas bigaſq;. Et Clyticon eximia forma. Et uirtutem egregiam: utraſq; coloſ-
treas. Mulierem miniſtrantem & adorantem. Item Alexandrum & Philippum in
quadrigis. Eutyclides eurotan fecit: ī qua artem ipſam liquidiorem plurimi dixere.
Hegiæ Minerua Pyrrhuſq; rex laudatur. Et celetizontes pueri. Et Caſtor: ac Pollux
ante ædem Iouis tonantis. Ageſie in pario colonia Hercules Iſidori. Buthyreus Ly-
cius Myronis diſcipulus fuit: qui fecit dignum præceptore puerum ſufflantem lan-
guidos ignes & argonautas. Leocras: aquilam ſetientem quid rapiat in Ganymede:
& quid ferat: parcentem unguibus etiam per ueſtem. Puerum Antolycum Pācratio
uictorem. Propter quem Xenophon ſympoſium ſcripſit. Iouemq; illum Tonantem
in capitolio ante cuncta laudabilem. Item Apollinem diadematum. Luciſcus Lan-
gonem puerum ſubdole ac fucate uernilitatis. Lycius & ipſe puerum ſuffitorem.
Menichini uitulus genu premitur: replicata ceruice. Ipſeq; Menechinus ſcripſit de
ſua arte. Naucides Mercurio & Diſcobolo immolante arietem cenſetur. Naucerus
luctatorem anhelantem fecit. Niceratus Aeſculapium & Hygiam qui ſunt in Con-
cordiæ templo romæ. Phyromachi quadriga regitur ab Alcibiade. Polycles Herma-
phroditum nobilem fecit. Pyrrhus Hygiā & Mineruā. Phœnix Lyſippi diſcipulus
Epidyrſam. Stypax Cyprius uno celebratur ſigno Splachnorte. Periclis olympii
uernula. Hic fuit exta torrens: ignem oris pleni ſpiritu accendens. Syllanion Apol-
lodorum fecit fictorem & ipſum: ſed inter cunctos diligentiſſimum artis & inimicū
ſui iudicem crebro perfecta ſigna frangentem: dum ſatiare cupiditatem nequit artis.
& ideo inſanum cognominatum. Hoc in eo expreſſit. Nec hominem ex ære fecit: ſed
iracundiam. Et Achillem nobilem. Item Epiſtatem exercentem athletas. Strongiliō
amazonem: quam ab excellentia crurum Eucnemon appellant. Ob id in comitatu
Neronis principis circumlatam. Item fecit puerum: quē amando Brutus philippēſis
cognomine ſuo illuſtrauit. Theodorus qui labyrinthū fecit ſami: ipſe ſe ex ære fudit
præter ſimilitudinem nobilem: fama magnæ ſubtilitatis celebratus. Dextra limam
tenet: leua tribus digitis quadrigulam tenuit tranſlatam preneſte: tantæ paruitatis:
ut totam eam currumq; & aurigam integeret alis ſimul facta muſca. Xenocrates
Tiſicratis diſcipulus: aut ut alii Eutycratis: uicit utroſq; copia ſignorū. & de ſua arte
compoſuit uolumina. Plures artifices fecere Attali & Eumenis aduerſus gallos præ-
lia. Iſigonus: Phyromachus: Stratonicus: Antigonus: qui condidit uolumina de ſua
arte. Boeti quanq̄ argento melior infans eximie anſerem ſtrangulat. Atq; ex ōnibus
quæ rettuli clariſſima quæq; in urbe iam ſunt dicata a Veſpaſiano principe ī templo
Pacis: aliiſq; eius operibus uiolentia Neronis in urbem conuecta: & ī ſellariis domus
aureæ diſpoſita. Prætera ſunt æqualitate celebrati artifices: ſed nullis operū ſuorum
præcipui. Ariſton qui & argentum cælare ſolitus eſt. Callaſes: Deſias: Cantharus
Sytionius: Dionyſiodorus Critiæ diſcipulus Deliades: Euphorion: Eunicus & He-
catæus. Argenti cælatores: Leſbocles: Prodorus Pythodicus: Polygnotus. Idem
pictores nobiliſſī. Itē ex cælatoribus: Stratonicus Scinnus: qui fuit Critiæ diſcipulus

Nunc percensebo eos:qui eiusdē generis opera fecerūt:ut Apollodorus:Androbolus: Asclepiodorus: Aleuas philosophus: Apellas:& adorantes fœminas Antigonus. Et luctatores Peryoxyomenon. Tyrānicidasq; supradictos: Antimachus: Athenodorus: Fœminas nobiles Aristodemus:& luctatores bigasq; cum auriga. Philosophos Anus Seleucum regem. Habet quoq; huius gratiam Doryphorus. Cephisodori duo fuere. E priore est Mercurius Liberum patrem in infantiam nutriens. Fecit & concionanté manu elata. Persona in incerto est. Sequens philosophus fecit Coclites qui cum Phidia Iouem olympium fecerat. Philosophus item Cleon & Cenchranus & Gallicles:& Cephis: & Chalcoschenes: & comœdos: & athletas: Dahippus: Pella:Iomenon Daiphron:& Democritus: & Dæmon. Philosophus Epigenon omnia fere prædicta imitatus præcessit in tubicine & matrem interfectam: & infantem miserabiliter blandientem. Eubolides digitis computans. Mycon athletis spectatur. Menogenes quadrigis. Nec minus Niceratus omnia quæ cæteri aggressus: repræsētauit Alcibiadem:lampadeq; accensa matrem eius Demareten sacrificantem. Tisicrates bigæ Pisto mulierem imposuit. Idemq; fecit Martem & Mercurium qui sunt in Concordiæ templo romæ. Perillum nemo laudat sæuiorem Phalaride tyranno: cui taurum fecit mugitus hominis pollicitus igne subdito. & primus eum expertus est cruciatum iustiore sæuitia. In hoc a simulacris deum: hominumq; deuocauerat humanissimam artem. Ideo ne tot conditores eius elaborauerant:ut ex ea tormenta fierent? Itaq; una de causa seruātur opera eius:ut quisquis illa uideat:oderit manus. Sthenius Cererem: Iouem: Mineruam fecit: qui sunt romæ in Concordiæ templo. Idem flentes matronas & adorantes: sacrificantesq;. Simon canem & sagittarium fecit. Stratonicus cælator ille philosophus. Scopas utrasq;. Athletas autem & armatos & uenatores:sacrificantesq; Batton. Eunuchir: Glaucides: Heliodorus: Hycanus: Lophon: Lyson: Leon: Menodorus: Myagarus: Polycrates: Polydus: Pythocritus: Protogenes. Iidemque pictura clarissimi:ut dicemus. Patrochles:Phyllis: Physidonius: qui & argentum cælauit nobiliter natione ephesius. Periclimenus: Philon: Simenus: Thimotheus: Theomnestus: Thimarchides: Thimon: Thysias: Thrason. Ex omnibus autem maxime cognomine insignis est Callimachus semper calumniator sui:nec finem habēs diligentiæ:ob id Cacizotechnos appellatus. Memorabilis exemplo adhibendæ curæ modum. Huius fūt saltantes Lacænæ emendatum opus. Sed in quo gratiam omnem diligentia abstulerit. Quem quidem & pictorem fuisse tradunt. Non ære captus nec arte unam solummodo Zenonis cypriam statuam in expeditione non uendidit Cato. Sed quia philosophi erat. Vt obiter hoc quoq; nascatur tam inane exemplum in mentione statuarum. Est & una non prætereūda licet auctoris incerti iuxta rostra Herculis tunicati. Eleo habitu romæ:torua facie sentienteque suprema in tunica. In hac tres sunt tituli. Vnus.L.Luculli imperatoris de manubiis. Alter qui pupillum Luculli filium ex.S.C.dedicasse. Tertius qui.T.Septimium Sabinum ædilem currulem ex priuato in publicū restituisse. Tot certaminum tātæq; dignationis simulacrum id fuit. Nunc reuertemur ad differētias æris & mixturas. In cyprio coronarium & regulare est:utrunque ductile. Coronariū tenuatur in laminas: taurorumq; felle tinctum speciem auri in coronis histrionum præbet. Idemq; ī uncias additis auri scrupulis senis prætenui pyropi brattea ignescit. Regulare & in aliis fit metallis. Itemq; chaldariorum differentia:ꝙ chaldarium fūditur tantum:malleis fragile: quibus regulare obsequitur:ab aliis ductile appellatū. quale omne cyprium est. Sed & in cæteris metallis cura distat a chaldario. Omne.n. purgatis diligentius igni uitiis excoctisq; regulare est. In reliquis generibus palma campano. Simile in multis partibus italiæ prouinciisq;. Sed octonas plumbi libras addunt:& bene recoquunt propter inopiam ligni. Quantum ea res differentiæ affectat:in gallia maxime sentitur:ubi inter lapides candefactos funditur. Exurente enim

coctura:nigrum atq; fragile conficit᷑. Praeterea semel recoquunt.quod saepius fecisse bonitati plurimum confert. Id quod notasse:non ab re est.

¶Differentiae aeris & mixturae: & de seruando aere.¶Cap.ix.

AEs omne frigore magno melius fundi. Sequensq; temperatura statuaria est. Eademque tabularis hoc modo. Massa proflatur in primis: mox ĩ proflatum additur tertia portio aeris collectanei:hoc est ex usu coempti. Peculiareq; in eo condi/mentum attritu domiti & consuetudine nitoris:ueluti mansuefacti. Miscentur & plumbi argentarii pondo duodena: ac selibra e centenis proflata. Appellatur etiam nunc & formalis temperatura aeris tenerrimi: quoniam nigri plumbi decima portio additur: & argentarii uicesima. maximeq; ita colorem bibit: quem graecanicũ uocãt. Nouissima est quae uocatur ollaria:uase nomen hoc dãte. Ternis aut quaternis libris plumbi argentarii in centenas aeris additis. Cyprio si addatur plumbum:colos pur/purae fit in statuarum praetextis. Aera extersa rubiginem celerius trahũt:q̃ neglecta: nisi oleo perungantur. Seruari ea optime in liquida pice tradunt. Vsus aeris ad per/petuitatem monumentorum iam pridem translatus est. Tabulis aereis in quibus pu/blicae constitutiones incidantur.

¶DE Cadmia medicinae.¶Capitulum.x.

MEtalla aeris multis modis instruunt medicinam: utpote cum ulcera omnia ibi ocissime sanentur. Maxime tamen prodest cadmia. Fit sine dubio haec & in ar/genti fornacibus: candidior ac minus ponderosa: sed nequaq̃ comparanda aerariae. Plura autem genera sunt. Nanq; ipse lapis ex quo fit aes cadmia uocatur fusuris ne/cessarius:medicinae inutilis. Sic rursus in fornacibus existit aliamq; nominis sui ori/ginem recipit. Fit autem egesta flammis atq; flatu tenuissima parte materiae:& ca/meris lateribusue fornacium pro quantitate leuitatis applicata. Tenuissima est in ipso fornacium ore:qua flammae eluctantur.appellata capnitis:exusta:& nimia leui/tate similis fauillae. Interior optima:cameris dependẽs:& ab eo argumẽto botryĩtes cognominata. Ponderosior haec priore. Leuior porro secuturis. Duo eius colores. Deterior cinereus. Puniceus melior:friabilis:oculorumq; medicamentis utilissima. Tertia est in lateribus fornacium:quae propter grauitatem ad cameras peruenire non potuit. Haec dicit᷑ placitis:& ipsa ab argumento crusta uerius q̃ pumex intus:uarias ad psoras utilior:& ad cicatrices trahendas. Fluunt ex ea duo alia genera. Onychitis extra pene caerula:intus onychiti maculis similis. Ostracitis toga nigra & caeterarum fortissima:uulneribus maxime utilis. Omnis autem cadmia in cypri fornacibus op/tima. Iterum a medicis coquitur carbone puro atq; ubi in cinerem rediit:extinguitur uino amineo quae ad emplastra praeparatur: quae uero ad psoras aceto. Quidam in ollis fictilibus tusam urunt:ac lauant in mortariis. postea siccant. Nymphodorus lapidem ipsum q̃grauissimum spissumq; urit pruna:& exustum chio uino restĩguit: tunditq;.mox linteo cribrat:atq; in mortario terit.mox aqua pluuia macerat.iterũq; terit quod subsedit: donec cerusae similis fiat:nulla dentium offensa. Eadem Lolliae actio:sed q̃purissimum lapidem eligit. Cadmiae efectus:siccare:sanare:sistere flucti/ones: pterygia: sordes oculorum purgare: scabritiem extenuare:& quicquid in plũbi effectu dicemus. Et aes ipsum ad omnia eadem uritur:praeterq; albugines oculorum: & cicatrices. Vlcera quoq; oculorum cum lacte sanat. Idq; aegyptii collyrii modo te/runt in coticulis. Facit & uomitiones e melle sumptum. Vritur autem cyprium in fictilibus crudis cum sulphuris pari pondere:uase circumlito spiramento ĩ caminis: donec uasa ipsa percoquantur. Quidam & salem addunt. Alii alumẽ pro sulphure. Alii nihil sed aceto tãtum aspergunt. Vstum teritur mortario thebaico.aqua pluuia lauatur.minor effectu. iterumq; adiecta largiore teritur.& dum considat:relinquit᷑. hoc saepius:donec ad speciem minii redeat. Tũc siccatũ ĩ sole:ĩ aerea pyxide seruat᷑.

¶DE Scoria:& flore:& squama aeris:& stomace:& erugine:& hyeratio.¶Cap.xi.

ET scoria æris simili modo lauatur: minor effectu q̃ æs ipsum. Sed & æris flos medicinæ utilis est. Fit ære fuso: & in alias fornaces trãslato: ibi flatu crebriore excutiunt̃ uelut milii squammæ: quas uocant lepidas: & sic adulteratur flos: ut squã-ma ueneat pro eo. Est autem squamma æris decussa ui clauis in quos panes ærei fer-ruminantur. In cypriis maxime officinis omnia. Differentia hæc est: q̃ squamma ex-cutitur ictibus iisdem panibus. Flos cadit spõte. Squammæ est alterum genus sub-tilius ex summa scilicet lanugine decussum: quod uocant stomoma. Atq; hæc õnia medici (quod pace eorum dixisse liceat) ignorant. Pars maior & nomina: in tantum a conficiendis iis medicaminibus absunt: quod esse proprium medicinæ solebat. Nũc quotiens incidere in libellos: componere ex iis uolentes aliq̃: hoc est ĩpẽdio miserorũ experiri commentaria: credunt semplaciæ ea omnibus quidem fraudibus corrũpẽti: factaq; iam pridem emplastra & collyria mercant̃: tabesq; mercium: fraus semplasiæ sic exteritur. Et squamma autem & flos uruntur in patinis fictilibus aut æreis. dein lauantur ut supra ad eosdẽ usus. Et amplius narium carnosa uitia. Itemq; sedis: & grauitates aurium: per fistulas in eas flatu impulsa. Et ulcera oris farina admota. Tollit & tõsillas cum melle. Fit & ex candido ære squãma cypria longe inefficacior. Nec nõ urina pueri prius macerant clauos panesq;. Quidam uero excussã squãmã terunt: & aqua pluuia lauãt. Dant & hydropicis duabus drachmis in mulsi hemina: & illinunt cum polline. Eruginis quoq; magnus usus. Sed pluribus fit ea modis. nanq; & e lapide ex quo coquitur æs deraditur: & ære candido perforato: atq; in cadis super acetum suspenso æreo: obturatumq; operculo: multo probatiore q̃ si hoc idem squammis fiat. Quidam uasa ipsa candidi æris fictilibus condunt in aceto raduntq; ix. die. Alii uinaceis contegunt: totidemq; post dies radunt. Alii delimatam æris sco-bem aceto spargunt: uersantq; spatiis sæpius die: donec absumatur. Eandemq; scobẽ alii terere in mortariis æreis ex aceto malunt. Ocissime uero cõtrahit coronariũ eru-ginem recisamentis in acetum additis. Adulterant marmore trito maxime rhodiam eruginem. Alii pumice aut gummi. Præcipue autem fallit atramento sutorio adulte-rata. Cætera enim dente deprehenduntur: stridentia in frendendo. Experimentum ĩ batillo ferreo. Nam quæ sincæra est: suum colorem retinet: quæ mixta atramento rubescit. Deprehenditur & papyro galla prius macerato. Nigrescit enim statim eru-gine illita. Deprehenditur & uisu maligne uirens. Sed siue sincæram siue adulterã aptissimum est eius siccatam in patina noua uri & uersari: donec ut fauilla fiat. Pos-tea teritur: & reconditur. Aliqui ĩ crudis fictilibus urunt: donec figlinum percoquat̃. Nonnulli & thus masculum ammiscent. Lauatur autẽ erugo sicut cadmia. Vis eius collyriis oculorum aptissima: & delachrymationibus mordendo proficiens. Sed ab-lui necessarium penicillis calidis: donec rodere desinat. Hieracium uocat̃ collyrium quod ita maxime constat. Temperatur autem idem hammoniaci unciis quattuor: eruginis cypriæ duabus: atramenti sutorii: quod chalcantum uocant: totidem. Misy uero una: croci. vi. Hæc omnia trita aceto thasio colliguntur in pilulas: excellentis remedii contra glaucomatum initia & suffusionum. Contra caliginem & scabritias & albugines ac genarum uitia. Cruda autem erugo: uulnerariis emplastris miscet̃. Oris etiam gingiuarumq; exulcerationem mirifice emendat: & labiorum ulcera cum oleo. Quod & si cæra addatur: purgat & ad cicatricem perducit. Erugo & callum fistularũ erodit: uitiorumq; quæ circa sedem: siue per se siue cum hammoniaco illita: uel col-lyrii modo in fistulas adacta. Eademq; cum resinæ terebinthinæ tertia parte subacta lepras tollit.

¶DE scolecia: & calciti: & psoro: & calcanto. ¶Cap. xii.

ESt & alterum genus eruginis: quam uocant scoleciam in cyprio ære. Hoc trito alumine & sale aut nitro pari pondere cum aceto albo q̃acerrimo. Nõ fit hoc nisi æstuosissimis diebus circa canis ortum. Teritur autem: donec uiride fiat: contra-hatq; se in uermiculorum speciem: unde & nomen. Quod uitiũ ut emendetur: duæ

partes q̄ fuere aceti miſcentur urina pueri impubis. Idem autem in medicamentis &
ſanterna efficit qua diximus aurum ferruminari. Vſuſque utriuſq; qui eruginis.
Scolecia fit & per ſe raſa ab ærario lapide: de quo nunc dicemus. Chalcitin uocant
lapidem: ex quo & ipſum æs coquitur. Diſtat a cadmia: ꝙ illa ſuper terram ex ſub/
dialibus petris cæditur: hæc ex obrutis. Item ꝙ chalcitis friat ſe ſtatim mollis natura:
ut uideatur lanugo concreta. Eſt & alia diſtinctio: ꝙ chalcitis tria genera continet
æris: & miſyos & ſorios. de quibus ſingulis dicemus ſuis locis. Habet aūt æris uenas
oblongas. Probatur mellei coloris gracili uenarum diſcurſu friabilis: nec lapidoſa.
Putant & recentem utiliorem eſſe: quoniam inueterata ſori fiat. Vis eius ad excre/
ſcentia in ulceribus ſanguinem ſiſtere: gingiuas uuam tonſillas farina compeſcere.
Vuluæ quoq; uitiis in uellere imponitur. Cum ſucco uero porri uerendorum addit̄
emplaſtris. Maceratur autem in fictili ex aceto circumlito fimo diebus.xl. Et colorē
croci trahit. Tūc ammixto cadmiæ pari pōdere medicamentum efficit ſoricon dictū.
Quod ſi duæ partes chalcitidis tertiæ cadmiæ temperentur: acrius hoc idē fiet. Acri/
us etiamnū & uehementius factum ſi aceto q̄ uino tēperentur. Toſta uero efficacior
fit ad eadem omnia. Sori ægyptium maxime laudatur: multum ſuperato cyprio
hiſpanienſi & africo: quāq̄ oculorum quoq; curationi quidam utilius cypriū putāt.
Sed in quacunq; natione optimum: cui maximum uirus olfactu: trituq; pinguiter
nigreſcens: & ſpongioſum. Stomacho res contraria in tantum: ut quibuſdā olfactu
modo uomitiones moueat. Et ægyptium quidem tale. Alterius nationis contritum
ſplendeſcit. Et miſy eſt lapidoſius. Prodeſt autem & dentium dolori ſi contineatur:
atq; colluat. Et oris ulceribus grauibus: quæq; ſerpunt. Vrit̄ carbonibus ut chalcitis.
Miſy aliqui tradiderunt fieri exuſto lapide in ſcrobibus flore eius luteo miſcente ſe
ligni pinea fauilla. Re uera autem e ſupradicto fit lapide concretum nat̄a diſcretūq;
& optimum in cypriorum officinis: cuius notæ ſunt friati aureæ ſcintillæ: & cum te/
ratur arenoſa natura ſiue terra chalcitidi ſimilis. Hoc autem miſcent qui aurū pur/
gant. Vtilitas aūt eius infuſi cū roſaceo auribus purulentis: & lana impoſiti capitis
ulceribus. Extenuat etiam ſcabritias oculorum inueteratas. Præcipue utile tonſillis.
contraque anginas & ſuppurata. Ratio ut.xvi.drachmæ in hemina aceti coquantur
addito melle: donec lenteſcat. Sic ad ſupradicta utile eſt. Quotiens opus ſit molliri
uim eius: mel aſpergitur. Erodit & callum fiſtularum ex aceto fouetium: & collyriis
additur. Siſtit & ſanguinem: ulceraq; quæ ſerpāt: quæue putreſcant. Abſumit & ex/
creſcentes carnes. Peculiariter uirilitatis uitiis utile: & fœminarum profluuiū ſiſtit.
Græci cognationem æris fecerunt nomine & atramento ſutorio. Appellant enī chal/
cantum. Nec ullius æque mira natura eſt. Fit in hiſpania e puteis ſtagniſue haben/
tibus id genus aquæ. Decoquitur ea āmixta dulci pari menſura: & ī piſcinas ligneas
funditur. Immobilibus ſuper has tranſtris dependent reſtes lapillis extentæ: quibus
adhæreſcēs limus: uitreis acinis imaginem quandam uuæ reddit. Exemptū ita ſiccat̄
diebus.xxx. Color eſt cæruleus: perq̄ ſpectabili nitori: uitrumq; eſſe credit̄. Diluēdo
fit atramentum tinguendis coriis. Fit & pluribus modis genere eo in ſcrobe cauato.
Quarum e lateribus diſtillantes hyberno gelu ſtyrias ſtalagmiam uocāt: neq; eſt pu/
rius aliud. Sed ex eo candidum colorem ſentientem uiolam leucanthon appellant.
Fit & in ſaxorum catinis pluuia aqua corriuato limo gelāte. Fit & ſalis modo flagrā/
tiſſimo ſole admiſſas dulces aquas cogente. Ideo duplici quidam differentia foſſile
aut facticium appellant. hoc pallidius: & quantum colore: tantum bonitate deterius.
Probant maxime cyprium in medicinæ uſu. Sumitur ad depellenda uētris animalia
drachmæ pondere cum melle. Purgat & caput dilutum ac naribus inſtillatum. Item
ſtomachum cum melle aut aqua mulſa ſumptum. Medetur & oculorum ſcabriciei
doloriq;: necnon & caligini & oris ulceribus. Siſtit & ſanguinem narium. Item hæ/
morrhoidum. Extrahit oſſa fracta cum ſemine hyoſcyami. Suſpendit epiphoras

penicillo fronti impositum. Efficax & in eplastris ad purgāda uulnera: & excrescētia ulcerum. Tollit & uuas uel si decocto tangantur. Cum lini quoq; semine supponit emplastris ad dolores tollendos. Quodque ex eo candicat: in eo usu præfertur uiolaceis. Et grauitati aurium per fistulas inspiratur. Vulnera etiam per se illitum sanat: sed tinguit cicatrices. Nuperq; inuentum ursorum in harena & leonum ora aspergere illo: tantaq; est uis in astringendo: ut non queant mordere.

DE Pōpholyge: & spōdio: & antispondio: & diphryge: & triente seruilio. Ca. xiii.

Etiam nunc in ærariis reperiuntur quæ uocant pompholygem: & spodion. Differētia: q pōpholyx lotura parat. Spodios illota est. Aliqui id quod fit cādidū leuissimūq; pompholygem dixere: & esse æris & cadmiæ fauillam. Spodion nigriorē ponderosioremq; esse: derasam parietibus fornacium mixtis scintillis aliquando & carbonibus. Hæc aceto accepto odorem æris præstat: & si tangatur lingua saporem horridum. Conuenitq; oculorum medicamentis quibuscunq; uitiis occurrens: & ad omnia quæ spodion. Hoc solum distat q huius elutior uis est. Addit et ī emplastra: quibus lenis quæritur refrigeratio & siccatio. Vtilior ad omnia quæ uino lota est. Spodios cypria optima. Fit autem liquescentibus cadmia & ærario lapide. Leuissime hæc efflatur & ocius: euolatq; e fornacibus: & tectis adhærescit. A fuligine distans cādore. Quod minus candidum ex ea: immaturæ fornacis argumentum est. Hoc qdā pompholygem uocant. Quod uero rubicundius ex iis inuenitur: acriorē uim habet. exulceratq; adeo: ut cum lauatur si oculos attingat excæcet. Est & mellei coloris spodios: in qua plurimum æris intelligitur. Sed quodcunq; genus lauando fit utilius. Purgatur ante pinna: dein crassiore lotura. Digitis scabriciē exterunt. Media uis eius est quæ uino lauatur. Est & aliqua in genere uini differentia. leni enim lota collyriis oculorum nimium uigiliis fatigatorum apta putatur. Eademq; efficacior ulceribus quæ manant: uel oris: quæ madent: & omnibus medicamentis quæ parantur contra grangrenas. Fit & in argenti fornacibus spodios: quam uocant lauriotin. Vtilissima autem oculis confirmatur: quæ fit in aurariis. Nec in alia parte magis est uitæ ingenia mirari. Quippe ne inquirenda essēt metalla uilissimis rebus: utilitates eadem excogitauit. Antispodion uocant cinerem fici arboris uel caprifici uel myrti foliorum cum tenerrimis ramorum partibus uel oleastri uel cytonii mali uel lentisci. Item ex moris immaturis id est cādidis in sole arefactis: uel e buxi coma: uel pseudocyperi aut rubi aut therebinthi uel oenantis. Taurini quoque glutinis: aut linteorum cinerem similiter pollere inuentum est. Vruntur omnia ea crudo fictili in fornacibus: donec figlina percoquatur. In ærariis officinis & smegma fit: iam liquato ære atq; pcocto: additis etiamnum carbonibus: paulatimq; accensis: ac repente uehementiori flatu expuitur æris pala quædam. Solum quo excipiatur: stratum esse debet. Maxili ab ea discernitur aqua in iisdem officinis. Diphryga uocant græci ab eo q bis torreatur. Cuius origo triplex. Fieri enim traditur ex lapide pyrite cremato ī caminis: donec excoquatur in rubricam. Fit & in cypro ex luto cuiusdam specus arefacto prius: mox paulatim circundatis sarmentis. Tertio fit modo in fornacibus æris fæce subsidēte. Differentia est quidem: q æs ipsum in catino defluit: scoria extra fornaces: flos supnatat. Diphryges remanet. Quidam tradunt in fornacibus globos lapidis q coquāt: ferruminari: circa hunc æs feruere. Ipsum uero non percoqui nisi translatum in alias fornaces: & esse nodum quendam materiæ. Id quod excocto superfit: diphryga uocant. Ratio eius in medicina similis supradictis. Siccare & excrescentia consumere & perpurgare. Probatur lingua: ut eam siccet tactu statim: saporemq; æris reddat. Vnū etiamnum æris miraculum non omittemus. Seruilia familia illustris in fastis triētē æreum pascit auro & argento: consumentem utrunq;. Origo atq; natura eius īcōpta est mihi. Verba ipsa de ea re Messallæ senis ponam. Seruilioꝝ familia habet triētē sacrum: cui summa cum cura magnificentiaq; sacra quot annis faciunt: quem ferūt

alias creuiſſe alias decreuiſſe uideri:& ex eo aut diminutionem aut honorem familiæ ſignificari. ¶DE Ferro & ferreis metallis:& differentiæ ferri.¶Cap.xiiii.

PRoxime indicari debent metalla ferri:optimo uitæ peſſimoq; inſtrumento. Siquidem hoc tellurem ſcindimus : ſerimus arbuſta: ponimus pomeria: uites ſqualore deciſo annis omnibus cogimus iuueneſcere. Hoc extruimus tecta:cædimus ſaxa.omneſq; ad alios uſus ferro utimur. Sed eodem ad bella cædes latrocinia non cõminus ſolũ:ſed ẽt miſſili uolucriq;:nũc tormẽtis excuſſo:nũc lacertis:nũc uero pẽnato quã ſceleratiſſimã humani ingenii fraudem arbitror. Siquidem ut ocius mors perueniret ad hominem:alitem illam fecimus:pennaſq; ferro dedimus. Quamobrẽ culpa eius non natura fiat accepta. Aliquot experimentis probatum eſt poſſe ĩnocẽs eſſe ferrũ. In fœdere quod expulſis regibus populo romano dedit Porſenna:noĩatim comprehenſum inuenimus: ne ferro niſi in agricultura uteretur. Et cũ ſtilo ſcribere intutum ut uetuſtiſſimi auctores prodiderunt. Magni Pompeii in tertio conſulatu extat edictum:in tumultu necis clodianæ prohibentis ullum telum eſſe in urbe. Et tamen uita ipſa non defuit honorem initio habere ferro quoq;. Ariſtonidas artifex cum exprimere uellet Athamantis furorem Chlearcum filium præcipitare uolentis & præcipitato illo reſidentis pœnitentiam : ferrum & æs miſcuit:ut rubigine eius per nitorem æris relucente: exprimeretur uerecundiæ rubor. Hoc ſignum extat hodierno die. Eſt in eadem urbe & ferreus Hercules:quẽ fecit Halicon laborum dei patientia inductus. Videmus & romæ ſcyphos e ferro dicatos in templo Martis Vltoris. Obſtitit eadem naturæ benignitas exigentis a ferro ipſo pœnas rubigine. eademque prouidentia nihil in rebus mortalibus faciente:ꝙ quod infeſtiſſimum mortalitati. Ferri metalla ubiq; propemodum reperiuntur. Quippe inſula etiam italiæ ilua gignente.minimaq; difficultate cognoſcuntur ipſo colore terræ manifeſto. Sed ratio eadem excoquendis uenis. In cappadocia tantum quæſtio eſt aquæ an terræ fiat acceptum:quoniam pfuſa certo fluuio terra neq; aliter ferꝝ e fornacibus reddit. Differentia ferri numeroſa. Prima in genere terræ cæliue. Alias enim molle tantum plumboq; uicinius ſubminiſtrãt. Alias fragile & eroſum rotarumq; uſibus:& clauis maxime fugiendum:cui prior ratio conuenit. Aliud breuitate ſola placet: clauiſq; caligariis. Aliud rubiginem celerius ſentit. Stricturæq; uocantur eæ omnes:quod nõ in aliis metallis a ſtringenda acie uocabulo impoſito. Et fornaciũ maxima differẽtia eſt. In hiis quidem nucleus ferri excoquitur ad indurandam aciem. Aliquæ modo ſunt ad denſandas incudes malleorumue roſtra. Summa autem differentia in aqua eſt:cui ſubinde candens immergiť. Hæc aqua alibi atq; alibi utilior nobilitauit loca gloria ferri:ſicuti bilbilin in hiſpania & turiaſſonem. Comum in italia cum ferraria metalla in iis locis non ſint. Ex omnibus autem generibus palma ſerico ferro eſt. Seres hoc cum ueſtibus ſuis pellibuſq; mittunt. Secunda parthico: neq; alia genera ferri eximia acie temperantur cæteris enim admiſcẽtur. Mollior complexus ĩ noſtro orbe. Alibi uena bonitatem hanc præſtat:ut in noricis. Alibi factura:ut ſulmone aꝗ uti diximus. Quippe cum in exacuendo oleares cotes:& aquariæ æq; differãt. oleo delicatior fiat acies. Mirumq; cum excoquať uena:aquæ modo liquari ferrum: poſtea in ſpongias frangi. Tenuiora ferramenta oleo reſtingui mos eſt: ne aquã in fragilitatem durentur. A ferro ſanguis humanus ſe ulciſcitur. Contactum nanq; eo celerius ſubĩde rubiginem trahit. De magnete lapide ſuo loco dicemus: concordiaq; quam cum ferro habet. Sola hæc materia uirus ab eo lapide accipit:retinetq; longo tempore. Aliud apprehendens ferrum:ut annulorum cathena ſpectetur interdum. Quod imperitum uulgus appellat ferrum uiuum:uulneraq; ex tali aſperiora fiant. Lapis hic & in cantabria naſcitur:non ille magnes uerus caute continua: ſed ſparſa bubbatione ita appellant:neſcio an ultro fundendo perinde utilis:nondum enim expertus eſt qſꝗ:ferri utiq; inficit aciem:ut magnes. De magnete lapide Dinocrates

architectus Alexandri Arsinoes templum cōcamerare inchoauerat: ut in eo simulacrū eius e ferro pendere in aere uideretur. Intercessit mors & ipsius & Ptolmæi regis: qui id sorori suæ iusserat fieri. Metallorum omnium uena ferri largissima est. Cantabriæ maritimæ parte qua oceanus alluit: mōs prærupte altus: incredibile dictu: totus ex ea materie est: ut in ambitu oceani diximus. ¶DE Temperatura ferri: & medicinæ ex ferro: & ex erugine: & rubigine: & squāma ferri: & hygremplastro ¶Cap. xv.

FErrum accensum igni: nisi duretur ictibus: corrumpitur. Rubens nō est habile tundendo: neq; anteq̄ albescere incipiat. Aceto & alumine illitum fit æri sile. a rubigine uindicatur cærussa & gypso & liquida pice. Hæc est temperatura a græcis anthipatia dicta: Ferunt quidam & religione quadam id fieri. Et extare ferream catenam apud euphratem amnem in urbe quæ zeugma appellatur: qua Alexander Magnus ibi uinxerit pontem: cuius annulos qui refecti sunt rubigine infestari: carētibus ea prioribus. Medicina e ferro est: & alia q̄ secandi. Nanq; circunscribi circulo terue cicumlato mucrone & adultis & infantibus prodest contra noxia medicamēta. & præfixos in limine e sepulchro euulsos clauos: aduersus nocturnas lymphationes. Pungiq; leuiter mucrone quo percussus homo sit: cōtra dolores laterum pectorumue subitos qui punctionem afferant. Quædam ustione sanantur. Priuatim uero canis rabidi morsus. Quippe etiam præualente morbo expauentesque potum: usta plaga illico liberantur. Calefit etiam ferro candente aqua in multis uitiis: priuatimque dysentericis. Est & rubigo ipsa in remediis. & sic Telephū proditur sanasse Achilles siue id ærea siue ferrea cuspide fecit. Ita certe depingitur ex ea decutiens gladio. Sed rubigo ferri deraditur humido ferro clauis ueteribus. Vis eius: ligare: siccare: restrīgere. Emendat alopecias illita. Vtuntur & ad scabritias genarum: pustulasq; totius corporis cum cæra & oleo myrteo. Ad ignes uero sacros ex aceto. Itē ad scabiem. Paronychia digitorum & pterygia ī linteolis. Sistit & fœminarum ꝓfluuia īposita uelleribus. Plagis quoq; recētibus uino diluta & cum myrrha subacta. Et condylomatis ex aceto prodest. Podagras quoq; illita lenit. Squamma quoq; ferri in usu est ex acie aut mucronibus maxime simili: sed acriore ui: q̄ rubigo. Quamobrē & contra Epiphoras oculorum assumitur. Sanguinemq; sistit: cum uulnera maxime ferro fiant. Sistit & fœminarum profluuia. Imponitur & contra lyenum uitia. Hemorroidas compescit ulcerumque serpentia. Et genis prodest farinæ modo aspersa paulisper. Præcipua tamen commendatio eius in irge emplastro ad purganda uulnera fistulasq;: & omnem callum erodendum & rasis ossibus carnes recreandas. Cōponitur hoc modo. Obolis ex cimolia creta duobus: drachmis sex ex ære: totidem ex squamma ferri: totidem cæræ: ex oleo sextarius. His adiicitur cū sunt repurgāda uulnera aut replenda cæratum.

¶DE Plumbi metallis & albo plumbo & nigro. ¶Capitulum. xvi.

SEquitur natura plumbi. Cuius duo genera: nigrum atq; candidum. Preciosissimum candidum a græcis appellatum cassiterium: fabulosēq; narratum in insulas atlantici maris peti: uitilibusq; nauigiis circumsutis corio aduehi. Nunc certum ē in lusitania gigni & in gallicia summa tellure arenosa & coloris nigri. Pōdere tantum ea deprehēditur. Interueniunt & minuti calculi: maxime torrētibus siccatis. Lauant eas harenas metallici: & quod subsedit coquūt ī fornacibus. Inuenitur & in aurariis metallis quæ alutia uocant. aq̄ īmissa eluūt calculos nigros paulū cādore uariatos: qbus eadē grauitas quæ auro. Et ideo ī colatis ī qbus auꝝ colligitᵘ remanēt cū eo. postea caminis separātᵘ. Cōflatiq; ī albū plūbū resoluūtᵘ. Nō fit ī gallicia nigrū: cum uicina cantabria nigro tantum abundet. Nec ex albo argentum: cum fiat ex nigro. Iungi inter se plumbum nigrum sine albo non potest. Nec hoc ei sine oleo. Ac ne album quidem secum sine nigro. Album habuit auctoritatem & iliacis temporibus teste Homero crissiritum ab eo dictum. Plumbi nigri origo duplex est.

Aut enim sua prouenit uena: nec quicq̄ aliud ex se parit: aut cum argento nascitur: mixtisq; uenis conflatur. Eius q primus fluit in fornacibus liquor: stagnū appellat. Qui secundus argentum. Qui remansit in fornacibus: galena quæ portio est tertia addita uenæ. Hæc rursus conflata dat nigrum plumbum deductis partibus duabus.

¶ DE Stagno & plumbo argentario: & quibusdam aliis. ¶ Cap. xvii.

STagnum illitum æreis uasis saporem gratiorem facit: & compescit eruginis uitus: mirūq; pondus non auget. Specula quoq; ex eo laudatissima (ut diximus) brundusii temperabantur: donec argenteis uti cœpere & ancillæ. Nunc adulteratur stagnum addita æris tertia portione candidi in plumbum album. Fit & alio modo: mixtis albi plumbi nigriq; libris. Hoc nunc aliqui argentarium appellant. Iidem & tertiarium uocant in quo duæ nigri portiones sūt: & tertia albi. Precium eius ī libras .xxx. Et hoc fistulæ solidantur. Improbiores ad tertiarium additis æquis partibus albi: argentarium uocant. & eo quæ uolunt incoquunt. Precia huius faciunt in pōdo .cxxx. In libras albo per se sincæro precia sunt. xxx. nigro. xvii. Albi natura plus aridi habet. Contraq; nigri tota humida est. Ideo album nulli rei sine mixtura utile est. Neq; argentum ex eo plumbatur: quoniam prius liquescit argentum. Confirmantq; si minus albo nigri q̄ satis sit misceatur: erodi ab eo argētum. Album incoquit æreis operibus galliarum inuento: ita ut uix discerni queat ab argento. eaque incoctilia uocant. Deinde & argentum incoquere simili modo cœpere: equorū maxīe ornamētis iumentorumq; iugis. In alexia oppido reliqua gloria biturigum fuit. Cœpere deīde & esseda baculis & petorita exornare. Similiq; modo ad aurea quoq; & argentea uehicula inanis luxuria peruenit: quæq; in scyphis cerni prodigū erat: hæc ī uehiculis atteri cultus uocatur. Plumbi albi permixtum in charta est: ut liquefactum pondere uideatur non calore rupisse. India neq; æs neq; plumbum habet: gemmisque suis ac margaritis hæc permutat. Nigro plumbo ad fistulas laminasq; utuntur laboriosius ī hispania eruto: totasq; per gallias. Sed in britannia summo terræ corio adeo large: ut lex ultro dicatur: ne plus certo modo fiat. Nigri generibus hæc sunt noīa. Iouetanum: caprariense: oleastrense. Nec differentia ulla scoriæ modo sit excocta diligenter. Mirumq; in his solis metallis q̄ derelicta fertilius reuiuiscunt. Hoc uidetur facere relaxatis spiramētis ad satietatem infusus aer: æque ut fœminas quasdā fœcundiores abortus facere. Nuper id compertum in betica sātarensi metallo quod locari solitum. x. libris per ducentos ante annos: postq̄ oblitteratum erat. lxv. locatū est. Simili modo antonianū. In eadem prouincia pari locatione peruenit ad pondo .cccc. uectigalis. Et mirum aqua addita non liquescere uasa e plūbo constat. Eadem in aqua calculus æreusue quadrans si addatur: uas peruri.

¶ Medicinæ de plumbo: & scoria plumbi: de molibdena: siue galena: de psymithio & sandaraca. ¶ Capitulum. xviii.

IN medicina p se plumbi usus est cicatrices reprimere: adalligatisq; lumborū & renū parti laminis frigidiore natura inhiberi impetus ueneris. Visaq; in qete ueneria sponte naturæ erūpentia usq; in morbi genus his laminis Caluus orator cohibuisse tradit: uiresq; corporis studiorum labore custodisse. Nero quoniā ita diis placuit: princeps lamina pectori imposita sub ea cantica exclamans alendis uocibus demonstrauit rationem. Coquit ad medicinæ usus patinis fictilibus substrato sulphure minuto laminis impositis tenuibus opertisq; sulphure & ferro mixtis. Cum coqtur: munienda in eo opere foramina spūs conuenit: alioqn plumbi e fornacibus halitus noxius sentit & pestilens: & canibus ocissime. Omnium uero metallorum muscis & culicibus. Quamobrem non sunt ea tædia in metallis. Quidam ī coquēdo scobē plūbi lim aquæsitam sulphuri miscent. Alii cærussam potius q̄ sulphur. Fit & lotura. Plumbi usus in medicina: cum se ipso teritur ī mortariis plumbeis: addita aq̄ cælesti: donec crassescat. Postea supernatās aqua tollitur spongiis: quod crassissimū

fuit ſiccatũ diuidit̃ ĩ paſtillos. Quidã limatũ plũbũ ſic terũt. Quidã etiã plũbaginẽ ammiſcẽt. Alii uero acetũ:alii uinũ :alii adipẽ:alii roſã. Quidã in mortario lapideo & maxĩe thebaico plumbeo piſtillo terere malunt. Candidiuſq; fit ita medicamẽtũ. Id aũt quod uſtũ eſt plũbũ lauatur & ſtibiis & cadmiæ poteſt aſtringere:ſiſtere:con/ trahere cicatrices. Vſus enim ex eodem & ĩ oculorum medicamentis:& maxime cõtra procidentiam eorum & inanitatem & ulcerum excreſcẽtia:rimaſq; ſedis aut hæmor/ rhoidas & condylomata. Ad hæc maxime lotura plumbi facit. Cinis autem uſti ad ul/ cera ſerpentia aut ſordida. Eademque quæ chartis ratio profectus. Vritur autem in patinis per laminas minutas cũ ſulphure uerſatũ rudibus ferreis aut ferulaceis donec liquor mutetur in cinerẽ. Dein refrigeratũ teritur in farinã. Alii elimatam ſcobem in fictili cado coquunt in caminis: donec percoquatur figlinum. Aliqui cæruſſam miſcent pari menſura:aut hordeum:teruntq; ut in crudo dictum eſt.& præferũt ſic tritum plumbum ſpodio cyprio. Scoria quoq; plumbi in uſu eſt. Optimaq; quæ ad luteum maxime colorẽ accedit ſine plumbi reliqiis:aut ſulphuris ſpecie & terra carẽs. Lauatur hæc in mortariis minutim fracta:donec aqua luteum colorem trahat.& trãſ/ funditur in uas purum:idq; ſæpius:uſq; dum ſubſidat:quod utiliſſimũ eſt. Eoſdẽq; effectus habet quos plumbum:ſed acriores. Mirari ſuccurrit experientiam uitæ : ne fæce quidem neu rerũ excrementorumq; fœditate intentata tot modis. Fit & ſpodiũ ex plumbo eodem quo ex cyprio ære diximus. Lauatur in linteis raris in aqua cæleſti. ſeparaturque terrenum tranſfuſione: cribratumq; teritur. Quidam puluerem cum pennis detergere malunt: ac terere in uino odorato. Eſt & molibdena quam alibi galenam uocauimus:plumbi & argenti uena cõmunis. Melior hæc:q̃nto magis aurei coloris:quãtoq; minus plumboſa friabilis & modice grauis. Cocta cũ oleo iocineris colorem trahit. Adhæreſcit & auri & argenti fornacibus. Et hanc metallicam uocant. Laudatiſſima quæ in zephyrio fiat. Probantur minime terrenæ minimeq; lapidoſæ. Coquuntur lauanturque ſcoriæ modo. Vſus in lippara ad lenienda refrigerandaque ulcera. Emplaſtriſq; quæ non alligantur ſed illita ad cicatricem perducunt in teneris corporibus molliſſimiſq; ptibus. Cõpoſitio eius eſt libris tribus & cæræ libra una olei tribus heminis. Quod in ſenili corpore cum amurca additur. Temperat̃ & cũ ſpuma argenti & ſcoria plumbi:ad dyſenteriam & tenaſmum fouendo calida. Pſymmythiũ quoq; hoc eſt cæruſſam plumbariæ dant officinæ. Laudatiſſimum in rhodo. Fit autẽ ramentis plumbi tenuiſſimis ſuper uas aceti aſperrimi impoſitis atq; ita diſtillãtibus. Quod ex eo cecidit in ipſum acetum arefactum molitur & cribratur. Iterumq; aceto mixto in paſtillos diuiditur:& ĩ ſole ſiccatur æſtate. Fit & alio modo addito ĩ urceos aceti plumbo obturatos per dies.x.deraſoq; ceu ſitu ac rurſus deiecto:donec deficiat materia. Quod deraſum eſt teritur:& cribratur:& coquit̃ in patinis:miſceturq; rudi/ culis donec ruffeſcat:& ſimile ſandaracæ fiat. Dein lauatur dulci aq̃:donec nubeculæ omnes eluantur. Siccatur ſimiliter poſtea:& in paſtillos diuiditur. Vis eius eadem quæ ſupradictis. Leuiſſima tantum ex omnibus præter quæ ad candorem fœminarũ adhibetur. Eſt autem letalis potus:ſicut ſpuma argenti. Poſtea cæruſſa ipſa ſi coq̃t̃ ruffeſcit. Sandaracæ quoque propemodum dicta natura eſt. Inuenitur autem & in aurariis & in argentariis metallis:melior quo magis ruffa:quoq; magis uirus redolens ac pura friabiliſq;. Valet purgare:ſiſtere:excalfacere:perrodere. Sũma eius dos ſep/ tica. Explet alopecias ex aceto illita. Additur oculorum medicamentis. Fauces pur/ gat cum melle ſumpta. Vocem lympidam ac canorã facit. Suſpirioſis tuſſiẽtibuſq; iucunde medetur cum reſina terebinthina in cibo ſumpta. Suffita quoq; cum cædro: ipſo nidore eis medetur. Et arſenicum ex eadem eſt materia. Quod optimũ:coloris etiam in auro excellentius. Quod uero pallidius aut ſandaracæ ſimilius eſt:deterius exiſtimatur. Eſt & tertium genus quo miſcetur aureus color ſandaracæ. Vtraq; hæc ſquammoſa. Illud uero ſiccum purumq;:gracili uenarum diſcurſu fiſſile. Vis eadẽ

quæ supra:sed acrior. Itaq; & causticis additur ex psilotris. Tollit & pterygia digitoꝝ carnesque narium:& condylomata:& quicq̃d excrescit. Torret̃:ut ualidius prosit in noua testa:donec mutet colorem.

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER TRICESIMVS QVINTVS. PROOEMIVM.

Honos picturæ & imaginum.

METALLORVM QVIBVS OPES CONstãt: adnascentium quoq; eis natura indicata ꝓpemodũ est:ita connexis rebus ut immensa medicĩæ silua & officinaꝝ tenebræ & morosa cælãdi pingendiq; ac tingendi subtilitas simul diceret̃. Restant terræ ipsius genera lapidũq;: uel numerosiores ærariæ:plurimis sigula a græcis præcipue uoluminibus tractata. Nos ĩ iis breuitatẽ sequemur utilem instituti modo: nihil necessariũ aut natale omittẽtes. Honos picturæ. Cap.i.

PRimumq; dicemus quæ restant de pictura arte quondam nobili:tunc cum expeteret̃ a regibus populisq;:& alios nobilitãte quos esset dignata posteris tradere. Nũc uero in totũ marmoribus pulsa tum quidem & auro: nec tantum ut parietes toti operiãt̃: uerũ & interraso marmore:uermiculatisq; ad effigies reꝝ & aĩaliũ crustis. Nõ placẽt iam abaci: nec spatia montis in cubiculo dilatantia. Cœpimus & lapidem pingere. Hoc Claudii principatu inuentum. Neronis uero maculas quæ non essent in crustis inserendo unitatem uariare:ut ouatus esset Numidicus:ut purpura destĩgueret̃ Sinnadicus inuenit:qualiter illos nasci optassẽt deliciæ. mõtiũ hæc subsidia deficiẽtiũ. Nec cessat luxuria id agere:ut q̃plurimũ ĩcẽdiis perdat. Honos imaginũ. Cap.ii.

IMaginum q̃dẽ pictura:q̃maxĩe similes ĩ æuũ ꝓpagabãt̃ figuræ:quod in totum exoleuit. Aerei ponũt̃ clipei:argentea facies:surdo figurarũ discrimĩe statuarũ capita permutãt̃. Vulgatis iã pridẽ salibus etiã carminũ:adeo materiã malũt cõspici ões q̃ se nosci. Et ĩter hæc pinacothecas ueteribus tabulis cõsuunt:alienasq; effigies colũt: ipsi honorẽ nisi in precio ducẽtes:ut frãgat hæres furis detrahat laqueus. Itaq; nullius effigie uiuente:imagines pecuniæ nõ suas relinquũt. Iidẽ palæstras athletaꝝ imaginibus:& ceromata sua exornant: & uultus Epicuri per cubicula gestant:ac circumferunt secum. Natali eius uicesima luna sacrificãt:feriasq; õni mẽse custodiũt: quas icadas uocãt: ii maxime qui se ne uiuentes quidem nosci uolunt. Ita ẽ ꝑfecto: artes desidia perdidit. & quoniam animorum imagines nõ sunt: negliguntur etiam corporum. Aliter apud maiores in atriis hæ erant:quæ spectarentur:non signa externorum artificum:nec æra aut marmora. Expressi cæra uultus sigulis disponebantur armariis: ut essent imagines quæ comitarentur gentilicia funera. Semperq; defũcto aliquo:totus aderat familiæ eius qui unq̃ fuerat populus. Stemmata uero lineis discurrebant ad imagines pictas. Tabulina codicibus implebantur:& monumentis rerũ in magistratu gestarum. Aliæ in foribus & circa limina animorũ ingẽtium imagines erant:affixis hostiũ spoliis:quæ nec emptori refrĩgere liceret: quæ etiã dominis mutatis:domus ornamenta erant. Eratq; hæc stimulatio sũma & ingens exprobrãtibus tectis quotidie imbellem dominũ ĩtrare ĩ alienũ triumphũ. Extat Messallæ oratoris indignatio quæ prohibuit inseri genti suæ bleuinorum alienam imaginem. Similis causa Messallæ seni expressit uolumina illa quæ de familiis condidit:cum Scipionis

Pōponiani transisset atriū: uidissetq; adoptione testamentaria Saluitonis: hoc enim ei fuerat cognomē: Africanorum dedecore notā irrepētē Scipionum nomini. Sed pace Messallarum dixisse liceat: etiā mētiri clarorum imagines: erat aliqs uirtutū amor: multoq; honestius q̄ mereri: ne qs suas expeteret. Nō ē prætereundū & nouitiū īuētū. Siqdē nō solū ex auro argentoue aut certe ex ære in bibliothecis dicant̄ illi: quorum īmortales animæ in iisdē locis ibi loquūt̄: qnimmo ēt quæ nō sūt: figūt̄. pariūtq; desideria non traditi uultus: sicut ī Homero euenit: quo maius (ut eqdē arbitror) nullū ē fœlicitatis specimen: q̄ sēp oēs scire cupere qualis fuerit aliqs. Asinii Pollionis hoc romæ īuētū: q primus bibliothecā dicādo: īgenia hominū rēpublicā fecit. An priores cœperit alexādriæ & pergami reges q bibliothecas magno certamīe īstituere: nō facile dixerī. Imaginū amore flagrasse quōdā testes sūt: & Atticus ille Ciceronis: edito de iis uolumīe: &. M. Varro benignissīo īuēto īsertis uoluminū suorum fœcūditati nō noībus tantum septīgētorum illustriū: sed & aliquo mō imagibus: nō passus ītercidere figuras: aut uetustatē æui cōtra hoīes ualere īuētiōi muneris. Etiā diis īuidiosis: qn̄ īmortalitatē nō solū dedit: uerum etiam in ōnes terras misit: ut præsentes esse ubiq; & claudi possent.

¶Quando primum clipei imaginū publice: quādo in domibus positi: & de picturæ initiis: & monochromatō: & primis pictoribus: & ātiqtate picturarum ī italia. ¶Cap. iii.

ET hoc qdē alienis ille præstitit. Suorum clipeos in sacro uel publico priuatī dicare primus instituit (ut reperio) Ap. Claudius: qui cōsul cū Seruilio fuit: anno urbis ducētesimo. lix. Posuit. n. in Bellonæ æde maiores suos: placuitq; in excelso spectari & titulos honorum legi. Decora res utiq; si liberorum turbæ paruulis imaginibus ceu nidū aliquē sobolis pariter ostendant. Quales clipeos nemo non gaudēs fauensq; aspicit. Post eū. M. Aemilius collega in consulatu. Q. Luctatii non in basilica modo æmilia uerum & domi suæ posuit. id quoq; martio exemplo. Scutis. n. q̄libus apud troiam pugnatū est: continebant̄ imagines. Vnde & nomē habuere clipeorum: nō ut peruersa grammaticorum subtilitas uoluit a cluendo. Origo plenam uirtutis faciem reddi in scuto cuiusque qui fuerit usus illo. Pœni ex auro factitauere & clipeos & imagines. secumque in castris tulere. Certe captis eis talem Hasdrubalis inuenit. Q. Martius Scipionum in hispania ultor. Isq; clipeus supra fores capitolinæ ædis usq; ad īcēdiū primum fuit. Maiorum quidem nostrorum tanta securitas in ea re annotatur: ut. L. Manlio. Q. Fuluio conss. anno urbis quīgentesimo. lxxv. M. Aufidius tutelæ capitolii redemptor docuerit patres argenteos esse clipeos: qui pro æris per aliquot iam lustra assignabantur. De picturæ initiis incerta nec instituti operis quæstio est. Aegyptii sex milibus annorum apud ipsos inuentam priusq̄ in græciam transiret: affirmant. Vana prædicatione ut palam est. Græci autem alii apud sicyones: alii apud corinthios repertam: omnes ab umbra hominis lineis circumducta. Itaq; talē primā fuisse. Secundam singulis coloribus & monochromaton dictam: postquā operosior inuenta erat. duratq; talis etiamnum. Inuentam linearē dicunt a Phylocle ægyptio uel Cleante corinthio. Primi exercuere Ardices corinthius & Telephanes sycionius sine ullo etiam hoc colore. Iam tamen spargentes lineas intus. Ideo & quos pīgerent ascribere īstitutum. Primus inuenit eos colores: teste ut ferunt Arato: Cleophantus corinthius. Hunc aut eodē nomine aliū fuisse: quem tradit Cornelius Nepos secutū in italia Demaratum Tarquinii Prisci romani regis patrem fugientem a corintho iniurias Cypseli tyranni: ut mox docebimus. Iam enim absoluta erat pictura etiam in italia. Extant certe hodieq; antiquiores urbe picturæ ardeæ in ædilibus sacris qbus equidem nullas æque miror tam longo æuo durantes in orbitate tecti ueluti recētes. Similiter lanuuii ubi Atlanta & Helena cōminus pictæ sūt nudæ: ab eodē artifice. utraq; excellentissima forma: sed altera ut uirgo: ne ruinis quidem templi concussæ. Pōtius legatus Caii principis eas tollere conatus est libidine accensus: si tecti natura permisisset. Durauere & cæteræ antiquiores & ipsæ. Fatebiturq; qsquis eas diligēter

æstimauerit:nullā artiū celerius cōsūmatā:cū iliacis tēporibus nō fuisse eā appareat.

¶DE Pictoribus romanis:& quando primū dignitas picturæ:& qui uictorias suas pictura proposuerunt:& quādo externis picturis dignitas romæ. ¶Capitulum.iiii.

[A]Pud romanos quoq; honos natæ huic arti contigit. Siquidē cognomina ex ea pictorꝶ traxerūt Fabii clarissimæ gētis.princepsque eius cognominis ipse ædem Salutis pinxit anno urbis conditæ.cccc.l.quæ pictura durauit ad nostram memoriā: æde Claudii prīcipatu exusta. Proxime celebrata est ī foro boario æde Herculis Pacu-uii poetæ pictura. Ennii sorore genitus hic fuit:clarioreq; eam artē romæ fecit gloria scænæ. Postea non est spectata honestis manibus:nisi forte quis Turpiliū equitem romanū e uenetia nostræ ætatis belle referat: hodieq; pulchris eius operibus ueronæ extātibus. Leua is manu pinxit: quod de nullo ante memoratur. Paruis gloriabatur tabellis:extinctus nup in longa senecta. Aterius Labeo prætorius etiam ꝓcōsulatu ꝓuinciæ narbonensis functus. Sed ad res in risu:& iam cōtumelia erat. Fuit & prī-cipū uirorū nō omittendum de pictura celebre consiliū.Q.Pedius Nepos.Q.Pedii consularis triumphalisq; a Cæsare dictatore cohæredis Augusto dati cū nata mutus esset:eū Messalla orator:ex cuius familia pueri auia erat:picturam docendum cēsuit. Idq; etiam diuus Augustus cōprobauit. Puer magni profectus in ea arte obiit. Di-gnatio aūt præcipua romæ increuit(ut existimo)a. M.Valerio Maximo consule:cum Messalla princeps tabulam picturæ prælii:quo carthaginenses & Hieronem in sicilia deuicerat:proposuit in latere curiæ hostile:anno ab urbe condita quadringentesimo-nonagesimo. Fecit hoc qdē &.L.Scipio.Tabulāq; uictoriæ suæ asiaticæ in capitolio posuit. Idq; ægre tulisse fratrē Africanū tradūt iratū haud īmerito:quoniā filius eius illo prælio captus fuerat.Nō dissimilē offēsionē & Aemiliani subiit.L.Hostilius Mā-cinus: qui primus carthaginem irruperat:situm eius expugnationemq; depictas pro-ponendo in foro:& ipse assistens populo spectanti sigula enarrando.Qua comitate proximis comitiis consulatum adeptus est. Habuit scæna ludis Claudii Pulchri ma-gnam ammirationem picturæ:cum ad tegulaꝶ similitudinem corui decepti imagine aduolarent. Tabulis autem externis auctoritatē romæ fecit primus ōniū.L.Mūmius cui cognomē Achaici uictoria dedit. Nam cum in præda uendenda res distraxisset:& rex Attalus sex milibus sextertium emisset Aristidis tabulam Liberumpatrem conti-nentem:preciū miratus suspicatus aliquid ī ea uirtutis quod ipse nesciret: reuocauit tabulam Attalo multum querente:& in Cereris delubro posuit. Quā primū arbitror picturam externā romæ publicatam. Deinde uideo & in foro positas uulgo. Hinc enim Crassi oratoris ille lepos agentis:cui cum reus sub ueteribus contextis compella-tus instaret:dic ergo Crasse qualem me reris? Talem inquit:ostendēs in tabula pictū infacetissime gallum exerētem linguam. In foro fuit & illa pastoris senis cū baculo: de qua teutonorum legatus interrogatus quanti eum æstimaret: respōdit sibi donari nolle talem uiuū uerumq;. Sed præcipuam auctoritatem fecit publice tabulis Cæsar dictator Aiace & Medea ante Veneris genitricis ædē dicatis. Post eū.M. Agrippa uir rusticitati q̄ deliciis propior. Extat certe eius oratio magnifica et maximo ciuium di-gna de tabulis omnibus signisq; publicandis. Quod fieri satius fuisset:q̄ in uillarū exilia pelli. Verum eadem illa toruitas tabulas duas Aiacis & Veneris mercata est a cizicenis.xiii.milia pondo. In thermarum quoq; calidissima parte marmoribus in-cluserat paruas tabellas:pauloante cum refringerentur sublatas. Super ōnes diuus Augustus in foro suo in celeberrima parte posuit duas tabulas: quæ belli pictam faciem habent & triumphum. Idem Castores ac uictoriā posuit:& quas dicemus sub artificum mentione in templo Cæsaris patris. Idem in curia quoq;:quam in comitio consecrabat:duas tabulas impressit parieti. Nemean sedentem supra leonem. Pal-migeram ipsam astante cum baculo sene. Cuius supra caput tabula bige dependet: quam Nicias scripsit se inussisse:tali enim usus est uerbo. Alterius tabulæ admiratio

e puberem filium seni patri similem esse: salua ætatis differentia: superuolante aqla draconem complexa. Philochares hoc suum opus esse testatus est. Immensam uel unam siquis tãtum hanc tabulam æstimet: potentiam artis: cum propter Philocharẽ ignobilissimos alioquĩ Glauconem filiumq; eius Aristippum senatus populusq; romanus tot sæculis spectet. Posuit & Tyberius Cæsar minime comis imperator in templo ipsius Augusti quas mox indicabimus.

¶Ratio pingendi de pigmentis. ¶Capitulum. v.

Hactenus dictum sit de dignitate artis morietis. Quibus coloribus singulis primi pinxissent: diximus cum de pigmentis traderemus in metallis. Qui monochromatea genera picturæ uocauerint: qui deinde & quæ & quibus temporibus inuenerĩt: dicemus ĩ mentiõe artificũ. quoniã ĩdicare naturas colorum causa instituti operis prior est. Tandem se ars ipsa distinxit: & inuenit lumen atq; umbras differẽtia colorum alterna uice sese excitante. Deinde adiectus est splendor: alius hic q̃ lumẽ: quẽ quia inter hoc & umbram esset: appellauerunt tonon. Commissuras uero colorũ & transitus: armogen.

¶DE Coloribus natiuis & facticiis ¶Cap. vi.

SVnt autem colores austeri aut floridi. Vtrũq; natura aut mixtura euenit. Floridi sũt: quos dominus fingenti præstat: minium: armenium: cinabaris: chrysocolla: indicum purpurissimũ. Cæteri austeri. Ex omnibus alii nascuntur. Alii fiunt. Nascuntur sinopis: rubrica: parethonium: melinum: eretria: auripigmentum. Cæteri finguntur. Primumq; quos in metallis diximus. Præterea e uilioribus ochra: cærussa usta: sandaraca: sandix: syricum: atramentum. Sinopis inuenta est primũ in ponto. Inde nomen a sinope urbe. Nascitur & in ægypto: balearibus: africa: sed optima in lemno & in cappadocia. Effossa & in spelũcis. Quæ saxis adhæsit: excellit. Glebis suus colos: extra maculosus. Hacq; usi sunt ueteres ad splendorẽ. Species sinopidis tres: rubra: & minus rubens: & inter has media. Precium optimæ in libra. xii. denariis. Vsus ad penicillum: aut si lignum colorare libeat. Eius quæ ex africa uenit: octoni asses. cicerculum appellant. Quæ magis cæteris rubet: utilior abacis. Idem precium eius: quæ pressior uocatur: & est maxime fusca. Vsus eius ad bases abacorum. In medicina uero blandus: emplastrisq; & malagmatis siue sicca compositione eius siue liquida. Facilis contra ulcera in humore sita: uelut oris sedis. Aluum sistit infusa. Fœminarũ profluuia pota denarii pondere. Eadem adusta: siccat scabritias oculorũ: uino maxime. Rubricæ genus in ea uoluere intelligi quidam secundæ auctoritatis. Palmam enim lemniæ dabant: minio proximam. Hæc est antiquis multũ celebrata cum insula in qua nascitur. Nec nisi signata uenũdabatur: unde & sphragidem appellauere. Hac minium sublinunt: adulterantq;. In medicina præclara res habetur. Epiphoras enim oculorum mitigat & dolores circũlita. Egilopias manare prohibet. Sanguinem reiicientibus ex aceto datur bibenda. Bibitur & contra lyenum renumq; uitia & purgationes fœminarum. Item & contra uenena & serpentiũ ictus terrestriũ marinorũq;. Omnibus ideo antidotis familiaris. Ex reliqs rubricæ generibus: fabris utilissima ægyptia: & africana: quoniam maxime sorbentur. Picturis autem apta nascitur: & in ferrariis metallis. Ex ea fit ochra: exusta rubrica in ollis nouis luto circumlitis. Quo magis arsit in caminis: hoc melior. Omnis autem rubrica siccat. Ideoq; & emplastris conuenit: igni etiam sacro. Sinopidis ponticæ selibra silis lucidi libris. x. & melini græciensis duabus mixtis: tritisq; una per dies. xii. eucophorum fit. hoc est glutinum auri cum inducitur ligno. Parethonion nomen loci habet ex ægypto: spumam maris esse dicunt solidatam cum limo: & ideo conchæ minutæ inueniuntur in eo. Fit & in creta insula atq; cyrenis. Adulteratur romæ creta cimolia decocta conspissataque. Precium optimo in pondo sex librarum e candidis coloribus pinguissimum: & tectoriis tenacissimum: propter liuorem. Melinum candidum & ipsum est. Optimum in melo insula. In samo quoq; nascitur. Sed eo nõ utunt.

pictores propter nimiam pinguedigem. Accubantes effodiunt ibi inter saxa uenas scrutantes. In medicina eundem usum habet quem eretria creta. Præterea linguam tactu siccat. Pilos detrahit & mitigat. Precium in libra sestertiis singulis. Est & co/ los tertius e candidis cærussæ: cuius ratioñe in plumbi metallis diximus. Fuit & ter/ ra per se in Theodoti fundo inuenta smyrnæ:qua ueteres ad nauium picturas ute/ bantur. Nunc omnis ex plumbo & aceto fit:ut diximus. Vsta casu reperta ĩ incẽdo pyræ cærussa in hortis cremata. Hac primus usus est Nicias supradictus. Optima nunc asiatica habetur: quæ & purpurea appellatur. Precium eius in libras æris.v. Fit & romæ cremato sile marmoroso & restincto aceto. Sine usta non fiunt umbræ. Eretria terræ suæ habet nomen. Hac Nicomachus & Parrhasius usi. Refrigerat emollitque. Explet uulnera si coquatur. Ad siccanda præcipue utilis:& capitis do/ loribus: & ad deprehendenda pura. Subesse enim ea intelligitur si ex aqua illita non arescat. Sandaracam & ochram Iuba tradit in insula rubri maris topazono nasci. Sed inde non peruehuntur ad nos. Sandaraca quo modo fieret:diximus. Fit adulte/ rina & ex cærussa ĩ fornace cocta. Colos esse debet flammeus. Precium in libras asses quini. Hæc si torreatur: æqua parte rubrica ammixta sandicem facit. Quanq̃ ani/ maduerto Virgilium existimasse herbam id esse:illo uersu.

Sponte sua sandyx pascentes uestiet agnos.

Precium in libras dimidium eius quod sandaracæ. Næc sunt alii colores maioris põ/ deris. Inter facticios est & syricum:quo minium sublini diximus. Fit aũt sinopide & sandyce mixtis. Atramentum quoque inter facticios erit.quanq̃ est & terra geminæ originis. aut enĩ salsuginis mõ emanat:aut terra ipsa sulphurei coloris ad hoc ꝓbat̃. Inuenti sunt pictores qui e sepulchris carbones infectos effoderent. Sed importuna hæc omnia ac nouicia. Fit enim & fuligine pluribus modis: resina uel pice exustis. Propter quod officinas etiã ædificauere:fumũ eũ nõ emittentes. Laudatissimũ eodẽ modo fit e tædis. Adulterat̃ fornaciũ balneaꝝq; fuligine:quo ad uolumina scribẽda utunt̃. Sũt qui & uini fæcem siccatã excoquãt:affirmãtq; si ex bono uino fæx fuerit: indici speciẽ id atramẽtum præbere. Polygnotus & Mycõ celeberrimi pictura athenis e uinaceis fecere:strigmon appellant. Apelles commentus est ex ebore cõbusto facere: quod elephantium uocant. Apportat̃ & indicũ ex india:inexploratæ adhuc ĩuẽtionis mihi. Fit etiam apud infectores ex flore nigro: qui adhærescit æreis cortinis. Fit & e tædis ligno combusto tritisq; in mortario carbonibus. Mira in hoc sepiaꝝ natã:sed ex iis non fit. Omne aũt atramentũ sole perficit̃. Librariũ: & tectorium glutino am/ mixto. Quod autem aceto liquefactum est: ægre eluit̃. E reliquis coloribus quos a dñis dari diximus propter magnitudinem precii ante omnes est purpurissum e creta argẽtaria cũ purpuris pariter tinguitur: bibitq; eũ colorẽ celerius lanis. Præcipuũ est primũ:feruẽti aheno rudibus medicamẽtis inebriatũ. Proximũ egesto eo addita creta in ius idẽ. Et quotiẽs id factũ ẽ:leuat̃ bonitas pro numero dilutiore sanie. Quare pu/ teolanũ potius laudat̃ q̃ tyriũ aut gætulicũ uel laconicũ: ũde preciosissimæ purpuræ. Causa est ꝙ id genus maxĩe inficit̃:rubiãq; cogit̃ sorbere. Vilissimũ a canusio. Pre/ ciũ huic a singulis denariis in libras ad.xxx. Pingẽtes sandyce subdita mox ouo indu/ centes purpurissum:fulgorem minii faciunt. Si purpurã facere malunt: cæruleum sublinũt:mox purpurissum ex ouo inducũt. Ab hoc maxima auctoritas indico. Ex india uenit arũdinum spumæ adhærescente limo cũ terit̃ nigrũ. At in diluendo mix/ turam purpuræ cæruleiq; mirabilem reddit. Alteꝝ genus eius ẽ ĩ purpurariis officinis innatans cortinis & ẽ purpuræ spuma. Qui adulterant uero indico tĩgũt stercora co/ lũbina aut cretã silenusiã uel annulariã ultro ĩficiũt. Probat̃ carbone. Reddit.n.quod sincæꝝ ẽ flãmã excellẽtis purpuræ:& dũ fumat odorẽ maris olet. Ob id qdã e scopulis id colligi putãt. Preciũ ĩdico denarii.xx.ĩ libras. In medicina indicũ rigores et ĩpetus sedat. Siccat oris ulcera. Armenia mittit quod eius nomine appellatur. Lapis ẽ hic

quoq; chrysocollæ modo infectus. Optimūq; est quod maxime uiride ē:cōmunicato colore cū cæruleo. Solebant libræ eius tricenis nūmis taxari. Inuenta per hispanias harena est similem curam recipiens. Itaq; ad denarios senos uilitas rediit. Distat a cæruleo candore modico:q̄ teneriorē hūc efficit colorem. Vsum in medicina ad pilos tantū alendos habet: maximeq; in palpebris. Sunt etiamnū nouitii duo colores e uilissimis uiride quod appianū uocat̄: et quod chrysocollā lotū mētit̄. Ceu parꝝ multa sit mēdacia eius. Fit ex creta uiridi æstimatū sestertiis ī libras. Annulare quod uocāt candidū ē:quo muliebres picturæ illuminātur. Fit & ipsum ex creta ammixtis uitreis gemmis ex uulgi annulis:unde & annulare dictum.

¶Qui colores udo non indicantur:& quibus coloribus antiqui pinxerunt:& quādo primum gladiatorum pugnæ propositæ sunt ¶Cap.vii.

EX omnibus coloribus cretulā amare: udoq; illini recusant purpurissum indicū cæruleū melinū auripigmētū appianū. Cærussa ceræ tinguntur iisdē coloribus ad eas picturas quæ inurunt̄ alieno parietibus gn̄e:sed classibus familiari. Iā uero & onerariis nauibus:quoniā & picula expīgimus:neqs miret̄ & rogos pingi. Iuuatque pugnaturos ad mortē aut certe cædē speciose uehi. Qua cōteplatiōe tot colorū tanta uarietate subit ātiqtatē mirari. Quattuor coloribus solis īmortalia opera illa fecere: ex albis melino:ex silaceis attico:ex rubris sinopide pōtica: ex nigris atramēto: Apelles Echion Melanchius Niconachus clarissimi pictores: cum tabulæ eorum singulæ oppidoꝝ uenirēt opibus. Nūc & purpuris in parietes migrātibus & īdia cōferēte fluminū suorū limū & draconū & elephātoꝝ saniē nulla nobilis pictura ē. Omnia ergo meliora tūc fuere:cū minor copia. Ita ē:quoniā(ut supra dixius)reꝝ nō animi preciis excubatur. Et nostræ ætatis īsaniam ex pictura non omittam. Nero prīceps iusserat colosseū pingi.c.xx.pedū in linteo incognitū ad hoc tempus. Ea pictura cū peracta esset in lamianis hortis:accensa fulmine cū optima hortoꝝ pte cōflagrauit. Libertus eius cum daturus esset Antii munus gladiatoriū publicas porticus occupauit pictura ut constat:gladiatoꝝ ministroꝝq; ōniū ueris imaginibus redditis. Hic multis iā sæculis summus animus in pictura. Pingi autem gladiatoria munera: atq; in publico exponi cœpta a.C. Terentio Lucano. Isq; auo suo a quo adoptatus fuerat.xxx. patia in foro per triduū dedit. Tabulamq; pictā in nemore Dianæ posuit.

¶DE Aetate picturæ operū & artificū iudicatura nobilitates.cccv.¶Cap.viii.

NVnc celebres in ea arte q̄maxima breuitate pcurrā:neq;.n. īstituti opis est talis executio. Itaq; quosdā uelut in trāscursu & in aliorum mētione obiter noīasse satis erit:exceptis opeꝝ claritatibus:quæ & ipsa coueniet attingi:siue extāt:siue itercidere. Nō cōstat sibi ī hac pte græcoꝝ diligētia q̄ multas post olympiadas celebrādo pictores q̄ statuarios auctores. Primūq; olympiade nonagesima: cū & Phidiā ipsū initio pictorē fuisse tradat̄: clipeumq; athenis ab eo pictum. Præterea in confesso sit octogesimatertia fuisse Paneū fratrem eius:q̄ clipeū intus pinxit elide Mineruæ quā fecerat Colotes Phidiæ discipulus:& in faciendo Ioue olympio adiutor. Quid̄q; in confesso perinde ē Bularchi pictoris tabula:in qua erat magnetū prælium:a Cādaule rege lydiæ heraclidarum nouissimo: qui & Myrsilus uocitatus est: repensam auro? Tanta iā dignatio picturæ erat. Id circa ætatem Romuli acciderit necesse est.duo.n. deuicesima olympiade interiit Candaules:aut ut quidam tradunt eodem anno:quo Romulus: nisi fallor: manifesta iam tum claritate artis adeo absolutiore. Quod si pcipit̄:necesse ē siul appareat multo uetustiora prīcipia esse: eosq; q̄ monochromata pinxerunt:quorum ætas non traditur. Aliquanto ergo ante fuisse Hygiemonē Monochromadā:qui primus in pictura marem fœmināq; discreuerit:Eumaꝝ atheniēsē figuras omnes imitari ausum. Quiq; inuenta eius excoluerit Cimonem Cleoneum. Hic Cataglypha inuenit: hoc est obliq̄s imagines:& uarie formare uultus respiciētes suspicientesue:& despicientes. Articulis etiam membra distinxit. Venas protulit.

præterq; in ueste rugas & sinus inuenit. Paneus quidem frater Phidiæ etiam prælíū atheniensium aduersus persas apud marathonem factum pinxit. Adeo iam colorū usus increbruerat:adeo ars perfecta erat:ut ī eo prælio iconicos duces pinxisse tradat: atheniēsium Milciadē:Callimachum:Cynegyꝝ. Barbarorum Dariū:Thyssaphernē.

Primum picturæ certamen:& qui primi penicillo pinxerunt. Cap.ix.

QVinimmo certamen picturæ etiam florente eo institutum est corinthi ac delphis. Primusque omnium certauit cum Timagora chalcidense:superatusq; est ab eo Pythis:quod & ipsius Timagoræ carmīe uetusto apparet: chronicoꝝ errore nō dubio. Alii quoque post hos clari fuere nonagesima olympiade: sicut Polygnotus Thasius:qui primus mulieres lucida ueste pinxit:capita earum mitris uersicoloribus operuit: plurimumq; picturæ primus contulit. Siquidē instituit os adaperire:dētes ostendere: uultum ab antiquo rigore uariare. Huius est tabula in porticu Pompeii: quæ ante curiam eius fuerat. In qua dubitatur ascendentem cum clipeo pinxerit:an descendētem. Hic delphis ædem pinxit. Hic & athenis porticum quæ poetile uocat gratuito:cum patrem eius Mycon mercede pingeret. Vnde maior huic auctoritas. Siquidem amphictyones:quod est publicum græciæ concilium:hospitia ei gratuita decreuere. Fuit alius Mycon qui minoris cognomine distinguitur:cuius filia Timarete & ipsa pinxit. Nonagesima autem olympiade fuere Aglaophon Cephisodorus Phrylus Euenor pater Parrhasii & præceptor Maximi pictoris:de quo suis annis dicemus. Omnes hi iam illustres:non tamen in qbus hærere expositio debeat:festināś ad lumina artis:in quibus primus refulsit Apollodorus atheniensis nonagesīatertia olympiade. Hic primus species exprimere instituit:primusq; gloriam penicillo iure contulit. Eius est sacerdos adorans:& Aiax fulmine incensus:qui pergami spectatur hodie. Neq; ante eum tabula ullius ostenditur:quæ teneat oculos. Ab hoc artis fores apertas Zeusis heracleotes intrauit olympiadis nonagesimæquītæ anno quarto:audentemq; iam aliquid penicillum(de hoc enim adhuc loquimur)ad magnam gloriā perduxit. A quibusdam falso ī octogesimanona olympiade positus:cū fuisse necesse est Demophilum hymereum:& Neseam thasium. Quoniā utrius eorum discipulus fuerit:ambigitur. In eum Apollodorus supradictus uersus fecit: Artem ipsis ablatā Zeusin ferre secum. Opes quoq; tantas acquisiuit:ut in ostētatione earum olympiæ aureis litteris in palliorum tesseris intextum nomen suum ostentaret. Postea donare opera sua instituit:ꝙ ea nullo satis digno precio permutari posse diceret: sicuti Alcmenam agrigentinis: Pana Archelao. Fecit & Penelopen:in qua mores pinxisse uidetur: & Athletam. Adeoq; sibi ī illo placuit:ut uersum subscriberet celebrem ex eo inuisuꝝ aliquē facilius q̄ imitatuꝝ. Magnificus est Iuppiter eius in throno astātibus diis. Et Hercules infans dracones strangulans Alcmena matre coram pauente & Amphitryone. Deprehenditur tamen Zeusis grandior in capitibus articulisq;. Alioquī tantus diligentia:ut agrigentinis facturus tabulam:quā in templo Iunonis laciniæ publice dicarent:inspexerit uirgines eorū nudas:& quinq; elegerit:ut quod in quaq; laudatissimum esset:pictura redderet. Pinxit & monochromata ex albo. Aequales eius & æmuli fuere Timanthes:Androgydes: Eupompus: Parrhasius.

DE Auibus per picturam deceptis:& quid difficillimū in pictura. Cap.x.

DEscendisse hic cum Zeuside in certamen traditur. Et cum ille detulisset uuas pictas tāto successu ut ī scænā aues aduolarēt:ipse detulisse līteū pictū tradit: ita ueritate repræsētata:ut Zeusis alitū iudicio timēs flagitaret tādem remoto linteo ostēdi picturā:atq; intellecto errore cōcederet palmam ingenuo pudore:quoniā ipse aues fefellisset:Parrhasius autē se artificē. Fertur & postea Zeusis pinxisse puerum uuas ferentem:ad quas cum aduolarent aues:eadem ingenuitate processu iratus opi & dixit:uuas melius pinxi:q̄ puerū.nā & si hoc cōsummassem:aues timere debuerāt. Fecit & figlina opera quæ sola in ambracia relicta sunt:cum inde musas Fuluius

nobilior romā transferret. Zeusidis manu romæ Helena est in Philippi porticibus. Et in Concordiæ delubro Marsyas religatus. Parrhasius ephesi natus: & ipse multa constituit. Primus symmetriam picturæ dedit. Primus argutias uultus: elegantiam capilli: uenustaté oris confessione artificum in lineis extremis palmā adeptus. Hæc est in pictura summa subtilitas. Corpora.n.pingere & media rerū: est quidem magni operis: sed ī quo multi gloriam tulerint. Extrema corporū facere: et desinētis picturæ modum includere: rarum in successu artis īuenit. Ambire.n.debet se extremitas ipsa: et sic desinere: ut promittat alia posse: ostendatq; etiam quæ occultat. Hanc ei gloriā concessere Antigonus et Xenocrates qui de picturis scripsere: prædicantes quoque nō solum confitentes alia multa. Graphidis uestigia extant in tabulis ac membranis ex quibus proficere dicūt artifices. Minor tamen uidet sibi compatus in mediis corporibus exprimendis. Pinxit et dæmonem atheniensium argumento quoq; īgenioso. Volebat nanq; uarium: iracūdum: īiustum: īconstātem. Eundem uero exorabilem: clæmētem: misericordem: excelsum: gloriosum: humilem: ferocem: fugacemq;: et oīa pariter ostendere. Idem pinxit et Thesiam qui romæ in capitolio fuit. Et Nauarchū thoracatum. Et in una tabula quæ est rhodi: Meleagrum: Herculem: Persea. Hæc ibi ter fulmīe ambusta: neq; oblitterata hoc ipso miraculum auget. Pīxit et Archigallū: quam picturam amauit Tiberius princeps. atq; ut auctor est Detius Epulo. lx. sestertiis æstimatam cubiculo suo inclusit. Pinxit & Cressam nutricem: infantemq; ī manibus eius. Et Philiscū & Liberū patrē astante uirtute: & pueros duos: in qbus spectat securitas & simplicitas ætatis. Item sacerdotem astante puero cum acerra & corona. Sunt & duæ picturæ eius nobilissimæ hoplitides. Alter in certamine ita decurrens: ut sudare uideat. Alter arma deponens: ut anhelare sentiat. Laudat & Aeneas Castorq; ac Pollux ī eadem tabula. Item Telephus: Achilles: Agamemnon: Vlyxes facūdus artifex. Sed quo nemo insolentius & arrogantius sit usus gloria artis. Nā & cognomīa usurpauit abrodietum se appellando: aliisq; uerbis principem artis: & eam ab se consūmatam. Super ōnia Apollinis se radice ortum. & Herculem quem lyndi fecerat talem a se pictum: qualem sæpe in quiete uidisset. Ergo magnis suffragiis superatus a Timanthe est sami in Aiace: armorum quoq; iudicio Herois nomine. Et se moleste ferre dicebat: q iterum ab indigno uictus esset. Pinxit & in minoribus tabellis libidīes eo genere & petulantibus iocis se reficiens. Nam Timanthi uel plurimum affuit ingenii. Eius.n.est Iphigenia oratorum laudibus celebrata. Qua stante ad aras pitura cum mœstos pinxisset omnes: præcipue patruum: cum tristitiæ omnem imaginē consumpsisset: patris ipsius uultum uelauit: quem digne non poterat ostendere. Sunt & alia ingenia eius exemplaria: ueluti Cyclops dormiens in paruula tabula. Cuius & sic magnitudinem exprimere cupiens pinxit iuxta satyros thyrso pollicem eius metiētes. atq; in oībus eius operibus intelligitur plus semper q̄ pingit. Et cum ars summa sit: ingenium tamen ultra artem est. Pinxit & Heroa absolutissimi operis: arte ipsa cōplexus uires pingendi. quod opus nunc romæ in tēplo Pacis est. Euxinidas hac ætate docuit Aristidem præclarum artificem. Eupompus Pamphilum Apellis præceptorē. Est Eupompi uictor certamine gymnico palmam tenens. Ipsius auctoritas tanta fuerit: ut diuiserit picturam in genera tria: quæ ante eum duo fuere helladicū & asiaticū. Asiaticum appellabant propter hunc qui erat sycionius. Diuisio helladico tria facta sunt. Ioniū sicyoniū atticum. Pamphili pictura est cognatio et prælium ad philiūtem et uictoria atheniensium. Item Vlyxes in rate. Ipse macedo natione: sed primus in pictura omnibus litteris eruditus: præcipue arithmetice et geometrice: sine quibus negabat artem perfici posse. Docuit neminem minoris talento annis decem. quam mercedem et Apelles et Melantius ei dedere. Et huius auctoritate effectum est sicyone primum: deinde et in tota græcia: ut pueri ingenui ante omnia antigraphicem: hoc est picturā in ludo docerentur: reciperteturq; ars ea in primum gradum liberaliū.

Semper quidem honos ei fuit:ut ingenui eam exercerent : mox ut honesti perpetuo
interdicto:ne seruitia docerentur. Ideo neq; in hac:neq; in toreutice ullius qui serui/
erit opera celebrantur. Clari etiam centesimaseptima olympiade extitere Echion: &
Therimachus. Echionis sunt nobiles picturæ Liber pater : item tragœdia & comœ/
dia: Semiramis ex ancilla adipiscens regnum : anus lampadas præferens : et noua
nupta uerecundia notabilis. Verum & omnes prius genitos futurosque postea supe/
rauit Apelles eousque olympiade centesima.xii.in pictura prouectus:ut plura solus
prope q̃ cæteri omnes contulerit:uoluminibus editis quæ doctrinam eam continent.
Præcipua eius in arte nenustas fuit: cum eadẽ ætate maximi pictores essent:quorum
opera cum ammiraretur:collaudatis omnibus : deesse iis unam illam uenerem dice/
bat:quam græci charita uocant. Cætera omnia contigisse. Sed hac soli sibi neminem
parem. Et aliam gloriam usurpauit:cum Prothogenis opus immensi laboris ac curæ
supra modũ anxie miraretur. Dixit enim omnia sibi cum illo paria esse:aut illi me/
liora:sed uno se præstare:ꝗ manũ ille de tabula nesciret tollere:memorabili præcep/
to:nocere sæpe nimiã diligentiam. Fuit autẽ non minoris simplicitatis q̃ artis. Nec
cedebat Amphioni de dispositione:nec Asclepiodoro de mensuris:hoc est quanto qd
a quo distare deberet. Scitum est inter Prothogenem & eum quod accidit. Ille rhodi
uiuebat. Quo cum Appelles annauigasset:auidus cognoscendi opera eius fama tãtũ
sibi cogniti:continuo officinam petit. Aberat ipse:sed tabulam magnæ amplitudinis
in machina aptatam picturæ anus una custodiebat. Hæc Prothogenem foris esse
respondit:interrogauitque a quo quæsitum diceret. Ab hoc inquit Apelles:arreptoq;
peniculo lineã ex colore duxit summæ tenuitatis per tabulam. Reuerso Prothogeni
quæ gesta erant anus indicauit. Ferunt artificem protinus contemplatum subtilitatẽ
dixisse:Apellem uenisse. Non enim cadere in alium tam absolutum opus. Ipsũ tunc
alio colore tenuiorem lineam in ipsa illa duxisse:præcepisseque abeuntem si redisset
ille:ostenderet.adiiceretque hunc esse quem quæreret.atq; ita euenit. Reuertitur.n.
Apelles:sed uinci erubescens:tertio colore lineas secuit:nullum relinquens amplius
subtilitati locum. At Prothogenes uictum se confessus in portum deuolauit:hospi/
tem quærens. Placuitque sic eam tabulam posteris tradi:omnium quidem: sed arti/
ficum præcipue miraculo. Cõsumptam eam constat priore incendio domus Cæsaris
in palatio. Auide ante a nobis spectatam spatiosiore amplitudine:nihil aliud conti/
nentem:q̃ lineas uisum effugientes. Inter egregia multorum opera inani similem &
eo ipso allicietem omniq; opere nobiliorẽ. Apelli fuit alioqn ꝑpetua cõsuetudo nũq̃
tã occupatã diẽ agẽdi:ut nõ lineã ducẽdo exerceret artẽ:quod ab eo ĩ ꝓuerbiũ uenit.
Idem ꝑfecta opa ꝓponebat ĩ ꝑgula transeuntibus. Atq; post ipsã tabulã latens: uitia
quæ notarentur ascultabat:uulgum diligentiorem iudicem q̃ se præferens. Ferũtq; a
sutore reprehensum ꝗ in crepidis una intus pauciores fecisset ansas. Eodem postero
die supbe emendationẽ pristinæ ãmonitiõis cauillãte circa crus indignatũ ꝓspexisse:
denunciantem ne supra crepidã sutor iudicaret . quod & ipsum in ꝓuerbium uenit.
Fuit.n.& comitas illi:propter quam & gratior Alexandro Magno erat:frequenter in
officinã uentitanti. Vnde ut iam diximus:ab alio pingi se uetuit inueterato edicto.
Sed & in officina imperite multa differenti silentium comiter suadebat : rideri eum
dicẽs a pueris qui colores tererent. Tantum auctoritatis & iuris erat ei in regem alio/
quin iracũdum. Quanq̃ Alexander ei honorem clarissimo præbuit exemplo. Nãq;
cum dilectæ sibi ex pallacis suis præcipue nomine Campaspen nudam pingi ob am/
mirationem formæ ab Apelle iussisset:eumq; cum paret captum amore sẽsisset:dono
dedit eam. Magnus aĩo maior imperio sui : nec minor hoc facto q̃ uictoria aliqua.
Quippe se uicit:nec thorum tantum suum:sed etiam affectum donauit artifici : ne
dilectæ quidem respectu motus ut quæ modo regis fuisset modo pictoris esset. Sunt
qui Venerem Dionæam illo pictam exemplari putãt. Apelles & in æmulis benignus

Protogeni dignationem primus rhodi conſtituit. Sordebat ille ſuis : ut plerumque
domeſtica. Percontantiq; quanti licitaretur opera effecta:paruum neſcioqd dixerat.
At ille quĩquagenis talentis popoſcit: famamq; diſpſit ſe emere ut pro ſuis uẽderet.
Ea res concitauit rhodios ad intelligendum artificem : nec niſi augentibus precium
ceſſit. Imaginum ille ſimilitudines adeo indiſcrete pinxit:ut incredibile dictu Appiõ
grammaticus ſcriptum reliquerit:quendam ex facie hominum addiuinantem: quos
Metopus uocant ex iis dixiſſe aut futuræ mortis annos:aut præteritæ. Non fuerat ei
gratia in comitatu Alexandri cum Ptolemæo quo regnante alexandriã ui tẽpeſtatis
expulſus ſubornato fraude æmulorum Planoregio inuitatus ad regis cœnam uenit.
Indignantiq; Ptolemæo:& uocatores ſuos oſtendenti ut diceret a quo eoꝝ inuitatus
eſſet:arrepto carbone extincto e foculo:imaginem in pariete deliniauit : agnoſcente
uultum Planoregio ex inchoato protinus. Pinxit & Antigoni regis imaginem altero
lumĩe orbã prĩus excogitata ratiõe uitia condẽdi. obliquã nãq; fecit:ut quod corpori
deerat:picturæ potius deeſſe uideret̃. Tãtũq; ea in pte a facie oſtendit:quã totã pote-
rat oſtẽdere. Sunt inter opa eius expirãtium imagines. Quæ autem nobiliſſima ſint:
non eſt facile dictu. Venerem exeuntem e mari diuus Auguſtus dicauit in delubro
patris Cæſaris:quæ anadyomene uocat̃:uerſibus græcis tali ope dũ laudat̃:uicta : ſed
illuſtrata. Huius.n.inferiorem ptẽ corruptã qui reficeret:non poterat inueniri. Veꝝ
ipſa iniuria ceſſit in gloriã artificis. Conſenuit hæc tabula carie. aliamq; pro ea Nero
in principatu ſubſtituit ſuo Dorothei manu. Apelles ĩchoauerat aliã Venerem coiis:
ſupaturus etiam ſuam illam priorem. Inuidit mors pacta pte.nec qui ſuccederet opi
ad præſcripta liniamenta inuentus eſt. Pinxit & Alexandrũ Magnum fulmen tenẽtẽ
in templo epheſiæ Dianæ.xx.talentis auri. Digiti eminere uidentur : & fulmen extra
tabulam eſſe. Sed legentes meminerint:omnia ea conſtare quattuor coloribus. Im-
mane tabulæ precium accepit aureos mẽſura non numero. Pinxit & Megalyſi ſacer-
dotis Dianæ epheſiæ pompã: Clytum equo ad bellum feſtinantem:& ei galeã poſcẽti
armigerum porrigentẽ. Alexandꝝ & Philippum quotiẽs pinxerit:enumerare ſupua-
cuum eſt. Mirantur eius Abronem ſamii. Et Menandrum regem cariæ rhodii. Item
Anceum. Alexandriæ Gorgonas tenentem Tragœdum. Romæ Caſtorem & Pollucẽ
cum uictoria & Alexandro Magno. Item belli imaginem reſtrictis a tergo manibus
Alexandro in curru triumphante. Quas utraſq; tabulas diuus Auguſtus in fori ſui
partibus celeberrimis dicauerat ſimplicitate moderata. Diuus Claudius pluris æſti-
mauit. In utriſq; exciſa facie Alexandri diui Auguſti imagĩes dedere. Eiuſdẽ arbitrãt̃
manu eſſe & in Antoniæ templo Herculem auerſum:ut quo eſt difficillimum faciem
eius oſtendat uerius pictura q̃ promittat. Pinxit & Heroa nudum:ad quam picturã
natura eum prouocauit. Eſt & equus eius ſiue fuit pictus in certamine quod iudiciũ
ad mutas quadrupedes prouocauit ab hominibus. Nãque ambitu æmulos præualere
ſentiens ſinguloꝝ picturas ĩductis equis oſtendit. Apellis tantum equo adhĩniuere.
idq; & poſtea ſemper illius expimẽtum artis oſtentatur. Fecit & Neoptolenium ex
equo aduerſus perſas. Archelaum cum uxore & filia. Antigonum thoracatũ cũ equo
incedentem. Peritiores artis præferunt omnibus eius operibus eundem regem ſedẽtẽ
in equo. Dianam ſacrificantium uirginum choro mixtam : quibus uiciſſe Homeri
uerſus uidetur idipſum deſcribentis. Pinxit & quæ pingi non poſſunt:tonitrua:ful-
getra:fulguraq;:bronten:aſtrapen:ceraunobolon appellant. Inuenta eius & cæteris
eius profuere in arte. Vnum imitari nemo potuit : quod abſoluta opera atramento
illinebat ita tenui:ut idipſum repcuſſu claritates oculorum excitaret : cuſtodiretq; a
puluere & ſordibus:ad manum intuẽti demum appareret. Sed & cum ratiõe magna:
ne colorum claritas oculorum aciem offenderet ueluti p lapidem ſpecularem intuẽ-
tibus e longinquo. Et eadem res nimis floridis coloribus auſteritatem occulte daret.
Aequalis eius fuit Ariſtides thebanus. Is omniũ primus animũ pinxit:& ſẽſus õnes

expressit : quos uocant græci ethe. Item perturbationes : durior paulo in coloribus. Huius pictura: oppido capto ad matris morie͂tis ex uulnere mammam adrepe͂s i͂fa͂s. Intelligiturq; sentire mater : & timere ne e mortuo lacte sanguinem infans lambat. Quam tabula͂ Alexander Magnus transtulerat pellam in patriam suam. Ide͂ pi͂xerat prælium cum persis centum homines ea tabula complexus pactusq; in sigulos mnas denas a tyranno elatensium Mnasone. Pinxit & currentes quadrigas. Et supplicantem pene cum uoce. Et uenatores cum captura. Et Leontionem pictorem. Et Anapauomenon propter fratris amorem morientem. Item Liberum patrem & Ariadnen spectatos romæ in æde Cereris. Tragœdum & puerum Apollinis. Cuius tabulæ gr͂a interiit pictoris inscitia: cui tergendam eam mandauerat. M. Iunius prætor sub die ludorum apollinarium. Spectata est & i͂ æde Fidei in capitolio imago senis cum lyra puerum docentis. Pinxit & ægrum sine fine laudatum. Qua in arte tantum ualuit: ut Attalus rex unam tabulam eius centum talentis emisse tradatur. Simul ut dictu͂ e͂ & Protogenes floruit patria phicaunus gentis rhodiis subiectæ. Summa eius pauptas initio: artisque summa intentio: & ideo minor fertilitas. Quis eum edocuerit : non putant constare. Quidam & naues pinxisse usq; ad annum quinquagesimum. Argumentum esse: ꝙ cum athenis celeberrimo loco Mineruæ delubro Popyleo͂ pi͂geret ubi fecit nobilem Paralum & Hammoniadam: quam quidam nausicam uocant: adiecerit paruulas naues longas in iis: quæ pictores parerga appellant: ut apperet a qbus initiis ad arcem oste͂tationis opera sua peruenissent. Palmam habent tabularum eius Ialysus: qui est usque hodie romæ dicatus in templo Pacis: quem cum pingeret : traditur madidis lupinis uixisse: quoniam simul famem sustinerent & sitim: ne sensus nimia dulcedine obstrueret. Huic picturæ quater colorem induxit contra subsidia iniuriæ & uetustatis: ut decedente superiore inferior succederet. Est in ea canis mire factus: ut quem pariter casus & ars pinxerit. Non iudicabat se exprimere i͂ eo spuma͂ anhelantis cum in reliqua omni parte quod difficillimum erat: sibi ipse satisfecisset. Displicebat aute͂ ars ipsa: nec minui poterat: & uidebatur nimia ac lo͂gius a uarietate discedere: spumaq; illa pingi no͂ nasci ex ore anxio animi cruciatu cum in pictura ueꝝ esse non uerisimile uellet: absterserat sæpius mutaueratq; penicillum : nullo mo͂ sibi approbans. Postre͂o iratus arti quod intelligeret͂: spongia͂ impegit i͂uiso loco tabulæ. ex illaq; reposuit ablatos colores qualiter cura optauerat. fecitque in pictura fortuna naturam. Hoc exemplo similis et Nealtem successus in spuma eq similiter spongia impacta secutus dr͂ cum pi͂geret Popizonta retinente pane. Cum ita Protogenes mo͂strauit & fortuna. Propter hunc Ialysum ne cremaret tabulas Demetrius rex : cu͂ ab ea parte sola posset rhodum cape: no͂ i͂cedit. parce͂teq; picturæ fugit occasio uictoriæ. Erat tunc Protogenes in suburbano hortulo suo: hoc est Demetrii castris. Neq; interpellatus præliis inchoata opa intermisit omnino: sed accitus a rege interrogatusque q͂ fiducia extra muros ageret: respo͂dit: scire se illi cu͂ rhodiis bellum esse no͂ cu͂ artibus. Disposuit ergo rex in tutelam eius stationes: gaudens : ꝙ posset manus seruare qbus iam pepercerat. & ne sæpius auocaret: ultro ad eu͂ uenit hostis. Relictisq; uictoriæ suæ uotis inter arma & murorum ictus spectauit artificem. Sequiturque tabulam eius temporis hæc fama: ꝙ eam Protogenes sub gladio pinxerit. Satyrus hic est: que͂ Anapauomeno͂ uocant: ne quid desit temporis eius securitati tibias tene͂s. Fecit & Cydippen Triptolemu͂: Cylisco͂ tragœdiarum scriptorem meditate͂ & Athletam: & Antigonu͂ rege͂: & imagie͂ matris Aristotelis philosophi: q ei etia͂ suadebat: ut Alexandri Magni opera pingeret: ꝓpter æternitatem reꝝ. Impetus animi & libido in hæc quædam artis eum potius tulere. Nouissime pi͂xit Alexandrum ac Pana. Fecit & signa ex ære: ut diximus. Eadem ætate Asclepiodorus fuit: quem i͂ symmetria mirabatur Apelles. Huic Mnason tyrannus pro. xii. diis dedit in singulos mnas tricenas. Idemq; Theomnesto in singulos heroas mnas centenas. His a͂numerari debet Nichomachus

Aristodemi filius:ac discipulus. Pinxit hic raptum Proserpinæ. Quæ tabula fuit in capitolio in Mineruæ delubro supra ædiculam iuuentatis. Et in eodem capitolio alia quā Plancus imperator posuerat:uictoria q̄drigam in sublime rapiens. Hic primus Vlyxi addidit pileum. Pinxit & Apollinem & Dianam. Deumq; matrē in leone sedētem. Et item nobiles uaccas arreptantibus satyris. Scyllamq; quæ nunc est romæ in templo Pacis. Nec fuit alius in ea arte uelocior. Tradunt nanq; conductum eum ab Aristrato sicyonio℞ tyranno ad pingēdum:quod is faciebat Telesti poetæ monumētū:præfinito die intra quē pageret᷑. nec multo añ uenisse:accēso in pœnā tyrāno: paucisq; diebus absoluisse celeritate & arte mira. Discipulos habuit Aristidem fratrē et Aristoclē filium & Philoxenum eretriū. Cuius tabula nullis postferenda Cassādro regi picta: continuit Alexandri prælium cum Dario. Item pinxit & lasciuiam:in qua tres Sileni comesant᷑. Hic celeritatem præceptoris secutus:breuiores etiamnum q̄sdā picturæ uias & compendiarias inuenit. Annumeratur his & Nicophanes elegans & cōcinnus:ita ut uetusta opa pingeret ꝓpter æternitatē re℞ īpetuosi animi:& cui pauci comparēt᷑. Coturnus ei & grauitas artis. Multū a Zeuside & Apelle abest Apellis discipulus Perseus: ad quē de hac arte scripsit q huius fuit ætatis. Aristidis thebani discipuli fuerūt & filii Niceros & Aristippus:cuius ē Satyrus cum scypho coronatus. Discipuli eius fuerunt Antorides & Euphranor:de quibus mox dicemus. Nanq; subtexi par est : minoris picturæ celebres in penicillo e quibus fuit Pyreicus:arte paucis postferendus. Proposito nescio an destruxerit se:quoniam humilia quidem secutus humilitatis tñ summam adeptus est gloriam. Tōstrinas sutrinasque pinxit & asellos & obsonia ac similia:ob hoc cognominatus Rhyparograuos. In iis consummatæ uoluptatis. Quippe eæ pluris ueniere q̄ maximæ multorum. E diuerso mediana ut īqt Varro:omnia operiebat Serapionis tabula sub ueteribus. Hic scænas optīe pīxit: sed hominem pingere non potuit. Contra Dionysius nihil aliud q̄ homines pinxit : ob hoc Anthropographus cognominatus. Parua & Calicles fecit. Item Caleces: comicis tabellis. Vtraq; Anthiphilus. Nam & Hesionam nobilem pinxit:& Alexandrum ac Philippum cum Minerua:qui sunt in schola ī Octauiæ porticibus & Philippi. Libe℞ patrem:Alexandrum puerū: Hippolytum tauro emisso expauescentem. In Pōpeia uero Cadmum & Europen. Idemq; iocoso nomine & gryllum ridiculi habitus pīxit. Vnde hoc genus picturæ gryllus uocat᷑. Ipse in ægypto natus didicit a Ctesidemo. Decet nō sileri & ardeatis templi pictorem præsertim ciuitate donatū. Ibi & carmīe quod est in ipsa pictura his uersibus.

¶Dignis digna loco picturis condecorauit
Reginæ iunonis supremæ coniugis tēplum.
Marcus ludius elotas ætolia oriundus.
Quē nūc & post sēper ob artē hāc ardea laudat. ¶Eaq; sūt scripta ātiqs lrīs latinis. Non fraudando & Ludio et diui Augusti ætate:qui prius instituit amœnissimā pietū picturam uillas:et porticus:ac topiaria opera:lucos:nemora colles:piscinas: euripos: amnes:littora:qualia quis optaret:uarias ibi obambulantium species:aut nauigātiū: terraq; uillas adeuntiū asellis aut uehiculis. Iam piscantes:aucupantesq; aut uenātes aut etiam uindemiātes. Sunt in eius exemplaribus nobiles plaustri accessu uillæ:sub colliū spōsione mulieres labentes trepidæq; ferunt᷑ plurimæ. Præterea faciles argutiæ: facetissimi sales. Ideq; subdialibus maritīas urbes pīgere instituit blandissīo aspectu minimoq; īpendio. Sed nulla gloria artificum est:nisi eorum qui tabulas pinxere: eoq; uenerabilior apparet antiquitas. Non enim parietes excolebant dominis tantū: nec domos uno in loco māsuras:quæ ex incēdiis rapi nō possent. Casula Protogenes contentus erat in hortulo suo: Nulla in Apellis tectoriis pictura erat. Nōdū libebat parietes totos pingere. Omnis eorum ars urbibus excubabat:pictorq; res communis terrarum erat. Fuit et Arellius romæ celebris paulo ante diuum Augustum : nisi

flagitio insigni corrupisset artē semper alicuius amore fœminæ flagrans.& ob id deas pingens:sed dilectarum imagine:itaq; in pictura eius scorta numerabantur. Fuit & nup grauis ac seuerus:ideq; floridus humilis rei pictor Amulius. Huius erat Minerua spectantem aspectans quacunq; aspiceret. Paucis die horis pingebat: id quoq; cum grauitate: q̄ semper togatus quanq̄ in machinis. Carcer eius artis domus aurea fuit:& ideo non extant exempla alia magnopere. Post eum fuere in auctoritate Cornelius Pinus & Actius Priscus:qui Honoris & Virtutis ædes imperatori Vespasiano Augusto restituenti pinxerunt. Sed Priscus antiquis similior.

¶De Auium cantu compescendo: & qui encausto & penicillo primus lacunaria & cameras pinxerit:sparsimq; precia mirabilia picturarum. ¶Cap.x.

NOon est omittenda in picturæ mentione celebris circa Lepidum fabula. Siqdē in triūuiratu quodam loco deductus a magistratibus ī nemorosū hospitium: minaciter cum iis postero die expostulauit:somnum ademptum sibi uolucrum concentu. At illi draconem in longissima membrana depictum circūdedere loco. Eoque terrore aues tunc siluisse narrantur.& postea cognitum est ita posse compesci. Cæris pingere ac picturam inurere quis primus excogitauerit:non constat. Quidam Aristidis inuentum putant:postea consummatam a Praxitele. Sed aliquanto uetustiores encausticæ picturæ extitere:ut Polygnoti & Nicanoris & Maresilai pariorum. Lysippus quoq; eginæ picturæ suæ inscripsit Eneten:quod profecto nō fecisset:nisi encaustica inuenta. Pamphilus quoq; Apellis præceptor non pinxisse tantum encaustica: sed etiam docuisse traditur Pausiam sicyonium primum in hoc genere nobilē. Brietis filius hic fuit:eiusdemq; primo discipulus. Pinxit & ipse penicillo parietes thebis cū reficerentur quondam a Polygnoto picti:multumq; comparatione superatus existimabatur:quoniam non suo genere certasset. Idem & lacunaria primus pingere instituit. Nec cameras ante eum taliter adornari mos fuit. Paruas pingebat tabellas maximeq; pueros. Hoc æmuli eum interpretabantur facere: quoniam tarda picturæ rōessent illa. Quāobrē daturus celeritatis famam:absoluit uno die tabellam quæ uocata est hemeresios puero picto. Amauit in iuuenta Glyceram municipem suam īuētricē coronarum:certandoq; imitatione eius ad numerosissimam florum uarietatem pduxit artē illā. Postremo pinxit illam sedentem cum corona. Quæ nobilissima tabula appellata est stephanoplocos:ab aliis stephanopolis:quoniam Glycera coronas uēditando sustinuerat paupertatem. Huius tabulæ exemplar: quod apographon uocant .L.Lucullus duobus talentis emit athenis. Pausias autem fecit & grandes tabulas: sicut spectatam in Pompeii porticibus boum īmolationē. Eam.n.picturam primus inuenit:quam postea imitati sunt multi:æquit autem nemo. Añ oīa cū longitudinē bouis ostendere uellet:aduersum eū pīxit:non transuersum. Vnde & abūde ītelligit̄ amplitudo. Dein cum omnes quæ uolunt eminentia uideri:candifaciant: coloremq; condiant nigro. Hic totū bouē atri coloris fecit:ūbræq; corpus ex ipso dedit. Magna prorsus arte in equo extantia ostendens:& in confracto solida omnia. Sicyone & hic uitam egit:diuq; fuit illa patria picturæ. Tabulas inde omnes ex publico propter æs alienum ciuitatis addictas Scauri ædilitas romam transtulit. Post eū eminuit longe añ omnes Euphranos isthmius olympiade scilicet centesimaquarta. Is est qui inter fictores dictus est a nobis. Fecit & colossos & marmora ac scyphos sculpsit. Docilis ac laboriosus añ omnes:& in quocunq; gñe excellens ac sibi æqualis. Hic prius uidet̄ & expressisse dignitates ī signa heroum:& usurpasse symmetriam. Sed fuit ī uniuersitate corporum exilior:capitibus articulisq; grandior. Volumina quoq; composuit de symmetria & coloribus. Opera eius sunt: equestre prœlium.xii.dii: Theseus: in quo dixit: eūdem apud parrhasium rosa pastum esse:suum uero carne. Nobilis eius est tabula ephesi: Vlyxes simulata uesania bouem cum equo iungens: et Palamedes dux fasce gladium condens. Eodem tpr̄e fuit et Cyclias:cuius tabulam Argonautas

talentis.c.xliiii. Hortensius orator mercatus est. eiq; ædem fecit in thusculano suo. Euphranoris aũt discipulus fuit Antidotus. Huius ẽ clipeo dimicans athenis et luctator tibicẽq; ĩter pauca laudatus. Ipse diligentior:q̃ numerosior:et ĩ coloribus seuerus. Maxĩe inclaruit discipulo Nicia atheniensi:q diligentissĩe mulieres pĩxit. Lumẽ et umbras custodiuit.atq; ut eminerent e tabulis picturæ:maxime curauit. Opa eius nemea aduecta ex asia romam a Syllano:quam in curia diximus positam. Item Liber pater in æde Concordiæ. Hiacynthus:quem Cæsar Augustus delectatus eo secum deportauit alexãdria capta. Et ob id Tiberius Cæsar in templo eius dicauit hanc tabulã Dianæ. Ephesi uero est Megalysi sacerdotis ephesiæ Dianæ sepulchrum. Athenis necromantia Homeri. Hanc uendere noluit Attalo regi talentis.lx.potiusque patriæ suæ donauit:abundans opibus. Fecit & grandes picturas:in quibus sunt Calypso: et Io:et Andromeda. Alexander quoq; in Pompeii porticibus præcellens:et Calypso sedens. Huic quidem ascribuntur quadrupedes. Prosperrime canes expressit. Hic est Nicias de quo dicebat Praxiteles interrogatus:quæ maxime opera sua probaret in marmoribus:quibus Nicias manum admouisset. Tantum circunlitioni eius tribuebat. Non satis discernitur alius eodem nomine. At hunc eundem quidam faciunt olympiade centesima . xii . Niciæ comparatur : & aliquanto præfertur Athenion Maronites Glautionis corĩthii discipulus: et austerior colore: et ĩ austeritate iucũdior:ut in ipsa pictura eruditio eluceat. Pinxit ĩ templo Eleusinæ Philarchum. Athenis frequentiam:quã uocauere polygenneton. Item Achillem uirginis habitu occultatũ Vlyxe deprehendente. Et in una tabula quaque maxime inclaruit : agasonem cum equo. Quod nisi in iuuẽta obisset: nemo ei cõpararetur. Est et nomẽ Heraclidi macedoni. Initio naues pinxit. Captoque rege Perseo athenas commigrauit:ubi eodem tempore erat Metrodorus pictor:idemque philosophus magnæ in utraque scientia auctoritatis. Itaq; cum.L.Paulus deuicto Perseo petisset ab atheniẽsibus ut q̃probatissimum philosophum mitterent sibi ad erudiendos liberos : itemque pictorem ad triumphum excolendum : athenienses Metrodorum elegerunt:professi eundem in utroq; desiderio præstantissimũ.quod edicto quoq; Paulus indicauit. Timomachus bizantinus Cæsaris dictatoris ætate Aiacem ei pinxit & Medeã ab eo in Veneris genitricis æde positas : octoginta talentis uenundatas. Talentum autem atticum ut ait Varro.xvi.sestertiis taxatur. Timomachi æque laudãt Orestes : Iphigenia in tauris: et Lecythion agilitatis exercitator : cognatio nobilium palliati: quos dicturos pĩxit: alterum stantem:alterum sedentem. Præcipue tamen ars ei fauisse ĩ Gorgone uisa ẽ. Pausiæ filius & discipulus Aristolaus e seuerissimis pictoribus fuit:cuius sunt Epaminundas:Pericles:Medea:Virtus:Theseus. Imago atticæ plebis : boum ĩmolatio. Sunt quibus & Mechopanes eiusdem Pausiæ discipulus placeat diligentia:quam intelligant soli artifices. Alias durus in coloribus:sed & multus. Nã Socrates iure omnibus placet. Talesq; sunt eius picturæ. Cum Aesculapio filiæ Higia: Aegle: Pane: Calasus:& Piger qui appellatur Ocnos spartũ torquẽs quod asellus arrodit. Hactẽus indicatis genere in utroq; proceribus:non silebuntur & primis proximi. Aristoclides: qui pinxit ædem Apollinis delphis. Anthiphilus puero ignem cõflante laudatur:ac pulchre alias domo splendescente:ipsiusq; pueri ore. Item lanificio:in quo ꝑperant omnium mulierum pensa : Ptolemæo uenante. Sed & nobilissimo satyro cum pelle pantherina:quem apocoptonta appellant. Aristophon Anchalo uulnerato ab apro cum socia doloris Astipale. Numerosaq; tabula:in qua sunt Priamus:Helena: Credulitas:Vlyxes:Deiphebus:Dolus. Androbius pinxit Scyllã anchoras persicæ classis præcidentem. Artemon Danen mirantibus eam prædonibus. Reginam Stratonicẽ: Herculem & Deianiram. Nobilissimas autem quæ sunt in porticibus Octauiæ opibus. Herculem ab oeta monte exusta mortalitate consensu deorum in cælũ euntem. Laomedontis circa Herculem & Neptunnum historiam. Alcimachus:Dioxippum:

q Pācratio olympiæ circa pulueris iactū:quod uocāt aconiti:uicit. Coenus ſtēmata. Cteſilochus Apellis diſcipulus petulanti pictura innotuit Ioue Liberum parturiente depicto mitrato & muliebriter ingemiſcente inter obſtetrices & dearum clamorem. Teſtidemus oecaliæ expugnatione & laodamia. Cleſides reginæ Stratonices iniuria: nullo enim honore exceptus ab ea: pinxit uoluptatem cum piſcatore:quem reginam amare ſermo erat . eamque tabulam in portu epheſi propoſuit.ipſe uelis raptus eſt. Regina tolli uetuit:utriuſque ſimilitudīe mire expreſſa. Cratinus comœdus athenis Pompeium pīxit. Euchides bigam regis cum uictoria. Eudorus ſcæna ſpectatur. Idē & ex ære ſigna fecit. Iphis Neptunno & Victoria. Abron amicitiam & concordiā pinxit:& deorum ſimulacra. Leontiſcus Aratum uictorem cum trophæo pſaltriam: Leon Sappho. Nicæarchus Venerem īter Gratias & Cupidinem. Herculem triſtem inſaniæ pœnitentia. Nealces Venerem ſolers in arte ingenioſo operi ſuperpinxit. Siquidem cum prælium nauale ægyptiorum & perſarum pinxiſſet:quod in nilo cu-ius aqua eſt mari ſimilis:factum uolebat intelligi. Argumentoque declarauit: quod arte non poterat. Aſellum enim in littore bibentem pinxit:& crocodilum inſidiantē ei. Oenias Syngenicon. Philiſcus officinam pictoris:ignem cōflāte puero. Phaleriō Scyllam. Simonides Agatharchum & Mnemoſinem. Simus iuuenem requieſcentē officinam fullonis quinquatriis celebrātem. Idemque Nemeſin egregiam. Theodo-rus uero emungentem. Idem ab Oreſte matrem & Aegiſthum interfici. Bellumque iliacum pluribus tabulis:quod eſt romæ in Philippi porticibus:& Caſſandram quæ ē in Concordiæ delubro. Leontius Epicurum cogitantem. Demetrium regem Theon. Oreſtis inſaniam. Thamyram citharœdum. Tauriſcus Diſcobolum:Clytemneſtrā: Paniſcum: Polynicem regnum repetentem:& Capanea. Non omittetur īter hos in-ſigne exemplum. Nanque Erigonus tritor colorum Nealcæ pictoris in tantum ipſe profecit:ut celebrem etiam diſcipulum ipſe reliquerit Paſiam fratrem Egenitæ ficto-ris. Illud uero perq̄rarum ac memoria dignum etiam ſuprema opera artificum im-perfectaſque tabulas:ſicut Irin Ariſtidis: Tindaridas Nicomachi:Medeam Thimo-machi : et quam diximus Venerem Apellis:in maiori ammiratione eſſe:q̄ perfecta. Quippe in iis liniamenta reliqua:ipſæque cogitationes artificum ſpectantur:atque ī lenocinio commēdationis dolor eſt. Manus cum id agerent extinctæ deſiderantur. Sunt etiam num non ignobiles quidem in tranſcurſu tamen dicendi:Ariſtonides: Anaxander: Ariſtobolus ſyrus: Arceſilas Tiſicratis filius: Coribas Nicomachi diſci-pulus: Carmanides Euphranoris: Dionyſiodorus colophonius: Diogenes qui cum Demetrio rege uixit. Eutymedes: Heraclides macedo : Mydon ſolus Philomachi ſtatuarii diſcipulus: Mnaſitheus ſicyonius: Mnaſidemus Ariſtonidis filius & diſci-pulus: Neſſus Habronis filius: Polemon alexandrinus: Theodorus ſamius & Ta-dius Nicoſthenis diſcipuli: Xenon Neoclis diſcipulus ſicyonius. Pīxere & mulieres. Timarete Myconis filia Dianam in tabula quæ epheſi eſt in antiquiſſimis picturæ. Irene Cratini pictoris filia & diſcipula puellam quæ eſt eleuſinæ. Calypſo ſenem & præſtigiatorem Theodorum. Alciſthene ſaltatorem. Ariſtarete Nearchi filia & diſci-pula Aeſculapium. Lala cizicena perpetua uirgo. Martia.M.Varronis iuuēta romæ & penicillo pinxit:& ceſiro in ebore imagīes mulierum maxime:& Neapolitanum in grādi tabula. Suam quoque imaginem ad ſpeculum. Nec ullius in pictura uelocior manus fuit. Artis uero tantum:ut multum immanitate precii antecederet celeberrīos eadem ætate imaginum pictores Sopylon & Dionyſium:quorum tabulæ pinacothe-cas implēt. Pinxit & quædam Olympias:de qua hoc ſolum memoratur:diſcipulum eius fuiſſe Antobolum. In encauſtice pingendi duo fuiſſe antiquitus genera conſtat: cæra & ebore ceſiro id eſt uiriculo:donec claſſes pingi cœpere. Hoc tertium acceſſit: reſolutis igni cæris penicillo utendi:quæ pictura in nauibus nec ſole nec ſale uentiſq; corrumpitur. Pingunt & ueſtes in ægypto inter pauca mirabili genere. Candida uela

postq̄ attriuere illinentes non coloribus:sed colorem sorbētibus medicamentis. Hoc cum fecere non apparet in uelis: sed in cortina pingi. In feruentes aquas mersa post momentum extrahuntur picta. Mirumq; cum sit unus in cortina colos: ex illo alius atq; alius fit ĩ ueste accipientis medicamĩs qualitate mutatus. Nec postea ablui pōt: ita cortina nō dubie confusura colores si pictos acciperet. Digerit eos ex uno: pĩgitq; dum coquit. Et adustæ uestes firmiores fiunt:q̄ si non urerentur.

¶Plastices primi inuētores:de simulacris & uasis fictilibus & precio eorū. ¶Cap.xi.

dE pictura satis supq;. Contexuisse his & plasticē cōueniat:eiusdē opæ terræ fĩgere ex argilla sĩlitudĩes:Dibutades sicyonius figulus prĩus ĩuenit corĩthi filiæ opa. quæ capta amore iuuenis:illo abeūte pegre:ũbrã ex facie eius ad lucernã ĩ piete lineis circunscripsit. Quibus pater eius impressa argilla typum fecit: & cum cæteris fictilibus induratum igni proposuit.eumque seruatum in nympheo:donec corinthū Mummius euerteret:tradunt. Sunt qui in samo primos omnium plasticen ĩuenisse Ideochum Rhetum & Theodorum tradant multo ante Battiadas corintho pulsos. Demoratum uero ex eadem urbe profugum qui in etruria Tarquinium Priscum regē populi romani genuit:comitatos fictores Eucirapum & Eugrammum. Ab iis italiæ traditam plasticen. Dibutadis inuentum est rubricam addere: aut ex rubia cretam fingere. Primusque personas tegularum extremis imbricibus imposuit:quæ ĩter initia protypa uocauit. Postea idem ectypa fecit. Hĩc & fastigia templorum orta ꝓpter hunc plaste appellata. Homĩs autem imaginem gypso e facie ipsa primus omnium expressit:cæraq; in eam formam gypsi infusa emēdare instituit Lysistratus sycionius frater Lysippi de quo diximus. Hic & similitudinem reddere instituit. Ante eum q̄pulcherrimas facere studebatur. Idem & de signis effigiem exprimere inuenit. Creuitque res in tantum:ut nulla signa statuæue sine argilla fierent. Quo apparet antiquiorē hanc fuisse scientiã:q̄ fundendi æris. Plastæ laudatissimi fuere Dimophilus & Gorgasus. Idemque pictores qui Cereris ædem romæ ad cyrcum maximum utroque genere artis suæ excoluerunt: uersibus inscriptis græce quibus significarunt a dextera opera Dimophili esse:a parte leua Gorgasi. Ante hanc ædem thuscanica oĩa in ædibus fuisse auctor est.M.Varro. Ex hac cum reficerentur:crustas parietũ excisas tabulis marginatis ĩclusas esse. Item signa ex fastigiis dispersa. Fecit & Calcosthenes cruda opera athenis:qui locus ab officina eius ceramicos appellatur. M.Varro tradit sibi cognitum romæ Possunium nomine a quo factas romæ tubas. Item pisces:quos aspectu discernere a ueris uix posses. Idem magnificat Arcesilaum.L.Luculli familiarem:cuius proplasticen pluris uenire solitam ab artificibus ipsis q̄ aliorum opera. Ab hoc factam Venerē genitricem in foro Cæsaris: & priusq̄ absolueretur:festinatiōe dedicandi positam. Deinde ei a Lucullo sestertiis.lx.signum fœlicitatis locatum:cui mors utriusque inuiderit. Octauio equiti romano cratera facere uolenti exemplar e gypso factum talento. Laudat & Praxitelem qui plasticem matrem statuariæ sculpturæq; & cælaturæ esse dixit. & cū esset in omnibus his summus:nihil unquam fecit: anteq̄ finxit. Præterea elaboratam hãc artem italiæ & maxime etruriæ:Turianumq; a fregellis accitum:cui locaret Tarquinius Priscus Iouis effigiem ĩ capitolio dicandam. Fictilem eam fuisse:& ideo mirari solere. Fictiles in fastigio templi eius quadrigæ:de quibus sæpe diximus. Ab hoc eodem factum Herculem:qui hodieque materiæ nomē in urbe retinet. Hæ enim tū effigies deū erant laudatissimæ. Nec pœnitet nos illorū qui tales coluere. Aurum enim et argentum ne diis quidem conficiebant. Durant etiamnum plerisque in locis talia simulacra. Fastigia quidem templorum etiã ĩ urbe crebra et municipiis mira cælatura et arte firmitateque æui certiore auro certe innocētiore. In sacris quidem etiam inter has opes non murinis crystallinisue:sed fictilibus prolibatur sympulis innocentius. Inenarrabili terræ benignitate:siquis singula æstimet:etiam ut omittãtur ĩ frugum uini pomorum herbarum fruticum medicamētorū

metallorum generibus beneficia eius:quæque adhuc diximus : uel quæ aſſiduitate ſatiant. Figlinarum opera: imbricibus tabulis teguliſque ad balneas mammatis uel ad tecta coctilibus laterculis fundamentiſque : aut quæ rota fiunt etiam fictilibus doliis ad uina excogitatis:& ad aquas. Propter quæ Numa rex ſeptimum collegium figulorum inſtituit. Quin et defunctos ſeſe multi fictilibus ſoliis condi maluere:ſicut .M.Varro pythagorico mō in myrti et oleæ atq; nigræ populi foliis. Maior quoque pars hominum terrenis utitur uaſis. Samia etiamnum in æſculentis laudant̃. Retĩet hanc nobilitatem & arretium in italia & calicum tantum ſurrentum : aſta pollen/tia in hiſpania & ſaguntū : in aſia pergamum. Habent & trallis opera ſua : et utina in italia:quoniam & ſic gentes nobilitantur. Et hæc quoque per maria terraſq; ultro citroque portantur. Inſignibus rotæ officinis erythris. Hodieque in templo mōſtrāt̃ duæ amphoræ propter tenuitatem conſecratæ diſcipuli magiſtrique certamine uter tenuiorem humū circunduceret. Cois laus maxima : hadrianis firmitas. Nonnullis circa hoc ſeueritatis quoque exemplis. Q.Coponium inuenimus ambitus dānatum: quia uini amphoram dediſſet dono ei:cuius ſuffragii latio erat. Atq; ut luxu aliqua quoq; auctoritas contingat figlinis : tripatinum inquit Feneſtella appellabat̃ ſūma cœnarum lauticia. Vna erat murenarum:altera luporum:tertia myxonis piſcis. In/clinatis iam ſcilicet moribus ut tamē eos præferre græciæ etiam philoſophis poſſius. Siquidem in Ariſtotelis hæredum auctione .lxx. patinas ueniſſe traditur. Nam nos cum unam Eſopi tragœdiarum hiſtrionis in natura auium diceremus ſeſtertiis centū ſtetiſſe:non dubito indignatos legentes. At Hercules Vitellius in principatu ſuo.cc. ſeſtertiis condidit patinam. Cui faciendæ fornax in campis exædificata erat: quoniā eo peruenit luxuria:ut etiā fictilia pluris conſtent:q̃ murrina. Propter hāc Mutianus altero conſulatu ſuo in conquæſtione exprobrauit patinarum paludes Vitellio. Me/moria nō illa fœdiore:cuius ueneno Aſprenati reo Caſſius Seuerus accuſator obiicie/bat interiſſe.c.xxx.conuiuas. Nobilitantur iis oppida quoque: ut regium:& cumæ. Samia teſta matris deum ſacerdotes:qui galli uocantur : uirilitatem amputant. Nec aliter citra perniciem:ſi.M.Celio credamus:qui linguam ſic āputandā obiecit graui probro:tanq̃ & ipſe iam tunc eidem Vitellio malediceret. Quid non excogitauit ars:̃ fractis etiam teſtis utendo ſic ut firmius durent tuſis calce addita : quæ uocant ſignina. Quo gn̄e etiā pauimēta excogitauit. ¶Terræ uarietates: & de puluere puteolano:& aliis terræ gn̄ibus quæ ĩ lapidē uertūt̃. ¶Cap.xii.

Verum & ipſius terræ ſunt alia ſegmenta. Quis.n.ſatis miret̃ peſſimam eius ptē medioq; puluerem appellatum in puteolanis collibus opponi maris fluctibus: merſumq; protinus fieri lapidem unum inexpugnabilem ūdis:& fortiorē quotidie: utiq; ſi cumano miſceat̃ cemento. Eadem ē terræ natura in cycizena regione: ſed ibi nō puluis:uerum ipſa terra qualibet magnitudine exciſa & demerſa in mare lapidea extrahit̃. Hoc idem circa caſſandream produnt fieri. Et in fonte gnidio dulci ĩtra octo menſes terram lapideſcere. Ab oropo quidem aulidem uſq; quicquid terræ attingit̃ mari:mutatur in ſaxa. Nō multū a puluere puteolano diſtat e nilo harena tenuiſſĩa ſui parte:non ad ſuſtinenda maria fluctuſq; frangendos : ſed ad debellanda corpora palæſtræ ſtudiis. Inde certe Patrobio Neronis principis liberto aduehebatur. Quin & Leonato & Cratero ac Meleagro Alexādri Magni ducibus ſabulum hoc portari cū reliqs militaribus cōmerciis repio. Plura de hac pte nō ſū dicturus:nō hercules magis q̃ de terræ uſu ĩ cæromatis:qbus exercēdo iuuētus nr̄a corpora uires aĩorum pdidit.

¶De Parietibus fornaceis & lateritiis & eorum ratione. ¶Cap.xiii.

Quid ? non & in africa hiſpaniaq; ex terra parietes : quos appellant fornaceos (quoniam fornacum modo circūdati utrinq; duabus tabulis infarciunt̃ uerius q̃ inſtruunt̃) æuis durant:incorrupti hymbribus:uento:ignibus: omnique cemento firmiores. Spectat etiam nunc ſpeculas Annibalis hiſpania terrenaſque turres iugis

montium impositas. Hinc & cespitum natura castrorum uallis accommodata contra fluminũ ĩpetus aggeribus. Illini quidẽ crates parietũ luto: & lateribus crudis extrui qs ignorat? Lateres non sunt e sabuloso: neq; arenoso: multoque minus calculoso ducẽdi solo: sed e cretoso & albicãte: aut ex rubrica. Vel si iam ex sabulo e masculo certe. Finguntur optime uere. Nam solstitio rimosi fiunt: quos ædificiis non idoneos probant. Quin & intritum ipsum eorum priusq̃ fingantur: macerari oportet. Gña eorum tria. Lidoron quo utimur: longum sesquipede: latum pede. Alterum tetradoron. Tertium pentadoron. Græci enim antiqui doron palmum uocabant: & ideo dora munera: quia manu darentur. Ergo a quattuor & quinq; palmis prout sunt: nominantur. Eadem est & latitudo. Minore in priuatis operibus: maiore in publicis utuntur. In græcia pithacne. In asia & in ulterioris hispaniæ ciuitatibus massilia & calento fiunt lateres: qui siccati non merguntur in aqua. Sunt enim e terra pumicosa: cum subigi potest utilissima. Græci: præterq̃ ubi e silice fieri poterat structura: parietes latericios prætulere. Sunt enim æterni si ad perpendiculum fiant. Ideo & ad publica opera & regias domos adduntur. Sic extruxere murum athenis: qui ad montẽ hymetum spectat. Sic patris ædes Iouis & Herculis quamuis lapideas columnas & epistylia circundarent. Domum regiam Attali trallibus. Item sardibus Crœsi: quam gerusia fecere. Halicarnasi mausolea: quæ etiam nunc durant. Lacedæmone quidem excisum latericiis parietibus opus tectorium propter excellentiam picturæ ligneis formis inclusum romam deportauere in ædilitate ad comitium exornandum Murena & Varro. Quod opus cum per se mirum esset: translatũ tñ magis mirabãt. In italia quoq; latericius murus acreti & meuaniæ est. Romæ nõ fiunt talia ædificia: quia sesquipedalis paries: non plusq̃ unam contignatiõem tolerat. Cautumq; est: ne communis crassior fiat: nec intergerinorum ratio patitur.

DE Sulphure & alumine & generibus eorum & medicinæ. Cap. xiiii.

Haec sint dicta de lateribus. In terræ autem reliquis generibus uel maxime nata mira est sulphuris: quo pluria domantur. Nascitur in insulis æoliis inter siciliã & italiam: quas ardere diximus. Sed nobilissimum in melo insula. In italia quoque inuenitur in neapolitano campanoq; agro collibus: qui uocantur leucogabi: quod e cuniculis effossũ: perficitur igni. Genera quattuor. Viuum: quod græci apyron uocãt: nascitur solidum: hoc est glebosum. Eo solo ex omnibus generibus medici utũt. Cætera enim liquore constant: & conficiuntur oleo ĩcocta. Viuum autem effoditur: translucetq;: & uiret. Alterum genus appellant glebam: fullonum tantum officiis familiare. Tertio quoq; generi unus tantum est usus ad suffiendas lanas: quoniam cãdorẽ tãtum molliciemq; confert. Egula uocat̃ hoc genus. Quarto autem ad lychnia maxime cõficienda. Cætero tanta uis est: ut morbos comitiales deprehendat nidore: impositum igni. Lusit & Anaxilaus eo cãdens in calice nouo prunaq; subdita circũferẽs: ex ardescẽtis repercussu pallorẽ dirum uelut defũctorum effundente cõuiuiis. Natura eius excalfacit: concoq̃t. Sed & discutit collectiões corporum: ob hoc talibus emplastris malagmatibusq; miscetur. Renibus quoq; & lumbis in dolore cum adipe mire prodest impositum. Aufert & lichenas a facie cum terebinti resina: & lepras. Harpacticon uocat̃ a celeritate auellendi. auelli. n. subinde debet. Prodest & suspiriosis linctum. Purulenta quoq; extussientibus: & contra scorpionum ictus. Vitiligines uiuum nitro mixtum: atq; ex aceto tritum & illitum: tollit. Item lendes in palpebris: aceto sandaracato ãmixto. Habet & in religionibus locũ ad expiandas suffitu domos. Sẽtit̃ uis eius et in aquis feruentibus. Neq; alia res facilius accenditur: quo appet: igniũ uim magnam etiam ei inesse. Fulmĩa et fulgura quoq; sulphuris odorẽ habent: ac lux ipsa eorum sulphurea est. Et bituminis uicina est natura: alibi limus: alibi terra. Limus a iudææ lacu ut diximus emergens. Terra in syria circa sydonem oppidum maritimum. Spissantur hæc utraque: et in densitatem coeunt. Est uero

liquidum bitumen ſicut zacynthium & quod a babylone inuehitur. Ibi quidem & candidum gignit. Liquidum eſt & apolloniaticum:quæ omnia græci piſſaſphalton appellant:ex argumento picis et bituminis. Gignitur et pingue liquoriſque oleacei in ſicilia:agragantino fonte inficiens riuum. Incolæ id arundinũ panniculis colligũt citiſſime ſic adhæreſcens. Vtunturque eo ad lucernarum lumina olei uice. Item ad ſcabiem iumentorum. Sunt qui et naphthen de qua in ſecundo diximus uolumine: bituminis generi aſcribunt. Verum ardens eius uis ignium naturæ cognata procul abeſt ab omni uſu. Bituminis probatio ut q̃maxime ſplendeat : ſitque pondero-ſum ac graue. Leue autem modice:quoniam adulteratur pice. Vis bituminis quæ ſulphuris:ſiſtit:diſcutit:attrahit:glutinat. Serpẽtes nidore fugat accenſũ. Ad ſuffu-ſiones oculorum et albugines babylonium efficax traditur. Item ad lepras lichenas prurituſque corporum. Illinitur et podagris. Omnia autem eius genera incõmodos oculoꝝ pilos replicant. Dentium doloribns medentur ſimul cum nitro illita. Tuſſẽ ueterem et anhelitus cum uino potum emendat. Dyſentericis etiam datur eodẽ mõ. Siſtitque aluum. Cum aceto uero potum diſcutit cõcretum ſanguinem:et detrahit. Mitigat lumborum dolores : item articulorum. Cum farina hordeacea impoſitum: emplaſtrum peculiare facit ſui nominis. Sãguinẽ ſiſtit. Vulnera colligat. Glutinat neruos. Vtuntur etiam ad quartanas bituminis drachma & hedyoſmi pari pondere cum myrrhæ obolo ſubacti. Comitiales morbos uſtũ deprehendit. Vuluarum ſtrã-gulationes olfactum diſcutit cum uino & caſtoreo. Procidentia ſedis ſuffitu re-primit. Purgationes fœminarum in uino potum elicit. In reliquo uſu eramentis illinitur : firmatque ea contra ignes. Diximus & tingi ſolitas ex eo ſtatuas & illini. Calcis quoque uſum præbuit:ita ferruminatis babylonis muris. Placet in ferrariis fabrorum officinis tingendo ferro : clauorumque capitibus : & multis aliis uſibus. Nec minor aut ab eo diſſimilis eſt aluminis opera : quod intelligitur ſalſugo terræ. Plura & eius genera. In cypro candidum & nigrum:exigua coloris differentia : cum ſit uſus magni:quoniam inficiendis claro colore lanis candidum liquidumque uti-liſſimum eſt. Contraque fuſcis aut obſcuris nigrum. Et aurum nigro purgatur. Fit autem omne ex aqua limoque:hoc eſt terræ exudantis natura. Corriuatum hyeme æſtiuis ſolibus maturatur. Quod fuerit ex eo præcox:candidum fit. Gignitur autem ĩ hiſpania:ægypto:armenia:macedonia:ponto:africa. Inſulis ſardinia:melo:lipara: ſtrongyle. Laudatiſſimum in ægypto:proximum in melo. Huius quoque duæ ſpe-cies:liquidum:ſpiſſumque. Liquidi probatio:ut ſit lympidum lacteumque ſine of-fenſis fricandi:cum quodam igniculo caloris. Hoc phorimon uocant. An ſit adul-teratum:deprehenditur ſucco punici mali. Sĩcærum enim mixtura ea nigreſcit. Al-terum genus eſt pallidæ & ſcabræ naturæ & quod inficitur galla. Ideoque hoc uocãt paraphoron. Vis liquidi aluminis aſtringere:indurare:rodere. Melle ammixto ſanat oris ulcera:papulas:pruritusque. Hæc curatio fit in balneis duabus mellis partibus: tertia aluminis. Virus alarum ſudoreſque ſedat. Sumitur pilulis cõtra lyenis uitia. Pellendumque pruritum:ac per urinam ſanguinem. Emendat & ſcabiem nitro ac melanthio admixtis. Concreti aluminis unum genus ſchiſton appellant græci in ca-pillamenta quædam caneſcentia dehiſcens. Vnde quidam trichitin potius appella-uere. Hocque fit ex lapide:ex quo & id chalcitin uocant : ut ſit ſudor quidam eius lapidis in ſpumam coagulati. Hoc genus aluminis ſiccat:minuſque ſiſtit humorem inutilem corporibus. Sed auribus magnopere prodeſt infuſum:uel illitum: uel oris ulceribus: dentibuſq; ſi ſaliua cum eo contineatur. Et oculorum medicamẽtis ĩſerit apte:uerẽdiſq; utriuſq; ſexus. Coquitur in patinis:donec liquari deſinat. Inertioris eſt & alterum genus quod ſtrigilin uocant. Duæ eius ſpecies:fungoſum atq; omniũ ore dilui facile:quod in totum damnatur. Melius pumicoſum: & foraminũ fiſtulis ſpongiæ ſimile:rotundumq; natura:candido propius:cum quadam pĩguedine ſine

arenis friabile: nec inficiens nigricia. Hoc coquitur per se carbonibus puris: donec cinis fiat. Optimū ex omnibus quod melinum uocant: ab insula melo: ut diximus. Nulli uis maior neq; astringēdi: neq; denigrandi: neq; indurandi. Nullum spissius. Oculorum scabricias extenuat. Combustum utilius epiphoris inhibendis. Sic & ad pruritus corporis. Sanguinem quoq; sistit in totū foris illitum. Vulsis pilis ex aceto illitū: renascentem mollit lanuginem summam. Omniū generum uis ī astringēdo. Vnde nomen a græcis. Ob id oculorum uitiis aptissima sunt. Sanguinis fluctiones inhibent cum adipe. Sic & infantium ulcera. Putrescentia ulcerum compescit cum adipe. Et hydropicorum eruptiones siccat. Et aurium uitia cum succo punici mali. Et unguium scabricias: cicatricūque duricias: & pterygia: ac perniones. Phagedenas ulcerum ex aceto: aut cum galla pari pondere cremata. Lepras cum succo olerum. Cum salis uero duabus partibus uitia quæ serpunt. Lendes & alia capillorum aīalia permixtum aquæ. Sic & ambustis prodest: et furfuribus corporum cum pice. Infū-ditur & dysentericis. Vuam quoq; in ore comprimit: ac tonsillas. Ad omnia quæ ī cæteris generibus diximus efficacius intelligitur ex melo aduectum. Nam ad reliquos usus uitæ in coriis lanisq; perficiendis: quanti sit momenti: significatum est. Ab his per se omnia ad medicinas pertinentia terræ genera tractabimus.

¶DE Terra samia & eretria & chia & sibanisia & phiniti & appelliti medicīæ. ¶Ca. xv.

SAmiæ duæ sunt: quæ syropicon: & quæ aster appellantur. Prioris laus ut recēs sit: & lenis: līguæq; glutinosa. Altera globosior: candida. Vtraq; urit̃: ac lauat̃. Sunt qui præferant priorem. Prosunt sanguinem expuentibus. Emplastrisq; quæ siccandi cā componūtur. Oculorum quoq; medicamentis miscentur. Eretria totidē differentias habet. Nanq; & alba est & cinerea: quæ præfertur in medicina. Probatur mollicie: & quod si ære producatur: uiolaceum reddit colorem. Vis & ratio eius ī me-dendo dicta est inter pigmenta. Lauatur omnis terra. In hoc enim loco dicemus: p-fusa aqua siccataque solibus: iterum ex aqua trita ac reposita: donec cōsidat: & digeri possit in pastillos. Coquitur in calicibus crebro concussu. Est ī medicamībus & chia terra candicans. Effectus eius qui samiæ. Vsus ad mulierum maxime cutem. Idem & selinusiæ. Lactei coloris est hæc: & aqua dilui celerrima. Eademque lacte diluta: tectoriorum albaria interpolantur. Phnitis eretriæ simillima est: grandioribus tantū glebis & glutinosa: cui effectus idē qui cimoliæ: infirmior tantum. Bitumini simillia est ampelitis. Experimentum eius: si in cæra accepta olei modo liquescat. Et si nigri-cans colos maneat tostæ. Vsus ad molliendum discutiendumque. Ad hæc medica-mentis additur: præcipue in calliblepharis & inficiendis capillis.

¶Cretæ gn̄a ad uestium usus cimolia: sarda: umbrica: saxum: argentaria. ¶Cap. xvi.

CRetæ plura genera. Ex iis cimoliæ duo ad medicos pertinentia. Cādidum & ad purpurissū inclinans. Vis utriq; ad discutiendos tumores: & sistendas fluctio-nes aceto assumpto. Panos quoq; & parotidas cohibet. Et lichenas illita: pustulasq;. Si uero aphronitrū & cyprium admisceatur & acetum: pedum tumores sanat: ita ut in sole curatio hæc fiat: & post sex horas aqua salsa abluatur. Testium uero tumori-bus cypria cæra addita prodest. Et refrigerandi quoq; natura cretæ est. Sudoresque ī-modicos sistit illita. Atq; ita papulas cohibet ex uino sūpta in balneis. Laudat̃ maxīe thessalica. Nascitur & lycia creta circa bubonem. Est & alius cimoliæ usus ī uestibus. Nam sarda quæ affertur de sardinia: candidis tantum assumitur. Inutilis uersicolo-ribus. Est & utilissima omnium cimoliæ generum. praeciosior umbrica: et quā uocāt saxum. Proprietasq; saxi: q; crescit in macerando: atq; pondere emitur: illa mensura. Vmbrica non nisi poliendis uestibus assumitur. Neq; enim pigebit hanc quoq; ptē attingere: cū lex metella extet fullonibus dicta: quam. C. Flaminius: et. L. Aemilius cēsores dedere ad populum ferendam. Adeo oīa maioribus curæ fuere. Ergo ordo hic ē. Primū abluit̃ uestis sarda. dein sulphure suffitur. mox desquammatur cimolia:

quæ est coloris ueri. Fucatus.n.deprehēdit᷑: nigrescitq; & effundit᷑ sulphure. Veros autem & preciosos colores emollit cimolia:& quodā nitore exhilarat cōtristatos sulphure. Candidis uestibus saxū utilius a sulphure. Inimicum coloribus. Græcia pro cimolia tymparico utit᷑ gypso. Alia creta argentaria appellat᷑:nitorē argenteū reddēs. Est & uilissima qua cyrcum prædurere ad uictoriæ notā pedesq; uenaliū trans mare aduectoꝝ denotare instituerunt maiores. Taleq; Plociū mimicæ scenæ conditorē & astrologiæ cōsobrinū eius Mālium ātiochū: itē grāmaticæ Staberiū Erotē eadē naue aduectos uidere proaui. ¶Qui & quoꝝ liberti præpositi. ¶Cap.xvii.

SEd quid hos refero aliquo lrāꝝ honore commendatos? Talē in catasta uidere Chrisogonū Syllæ: Amphionem.Q.Catuli īterfectorē: Heronem.L.Luculli: Demetriū Pōpeii: Augēq; Demetrii.quanq̄ & ipsa Pōpeii credita est. Et Hipparchū .M.Antonii: Menā & Menecratē Sex.Pōpeii: aliosq; deīceps:quos enumerare iā nō ē:e sanguīe qritiū & ꝓscriptionū licentia ditatos. Hoc ē insigne uenaliciis gregibus: opprobriūq; insolentis fortunæ:q̄ & nos adeo potiri reꝝ uidīus:ut prætoria quoq; ornamētis decerni a senatu iubente Agrippina Claudii Cæsaris uiderimus libertis. Tātūq; non cū laureatis fascibus remitti illo unde cretatis pedidus aduenissent.

¶Terra excalata:terra clupea:terra balearica:terra ebusitana. ¶Cap.xviii.

PRæterea sūt gnā terræ ꝓprietatis suæ:de qbus iā dixīus. Sed & hoc loco reddēda natura. Ex galata insula & circa clupeam africæ scorpiones necat balearis & ebusitana serpentes.

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER TRICESIMVS SEXTVS. ¶PROOEMIVM.

¶Natⁿæ lapidū ac marmoꝝ luxuria. ¶Cap.i.

LAPIDVM NATVRA RESTAT:HOC EST præcipua moꝝ insania: etiā ut gēmæ cū sucinis atq; cristalli cū murrinis sileant᷑. Oīa nanq; quæ usq; ad hoc uolumē tractauimus homini aliq̄ ex cā genita uideri possūt. Montes nat̄a sibi fecerat ad quasdā cōpages telluris uisceribus densandis. simul ad īpetus fluminū domandos: fluctusque frangendos : ac minime quietas ptes coercendas durissīa sui materia. Cædimus hos:trahimusque nulla alia q̄ deliciaꝝ cā:quos transcēdisse quoq; miꝝ fuit. In portēto ꝓpe habuere maiores alpes ab Annibale exupatas:& postea a cimbris. Nunc ipsæ cædunt᷑ in mille gnā marmoꝝ. Promontoria apiunt᷑ mari:& reꝝ nat̄a agit᷑ ī planū. Euehimus ea quæ sepandis gētibus ꝓ terminis cōstituta erāt : nauesq; marmoꝝ cā fiunt:ac p fluctus sæuissimā reꝝ naturæ ptē:huc illucq; portant᷑ iuga montium: maiore etiānū uesania:q̄ cū ad frigidos potus uas petit᷑ in nubila. Cæloq; ꝓxīe rupes cauant᷑:ut bibatur glacie. Secū qsq; cogitet quæ precia hoꝝ audiat: q̄s uehi trahique moles uideat. Sed & q̄ sine his multorum fuerit beatior uita:ad q̄q; multoꝝ neces fit necesse ista facere:īmo uerius pati mortales:quos ad usus:q̄sq; ad uoluptates alias nisi ut inter maculas lapidum iaceant : ceu uero non tenebris noctium dimidiæ pti uitæ cuiusq; gaudia hæc auferētibus. Ingens ista reputantē subit etiā ātiqtatis rubor. Extāt cēsoriæ leges glādia ī cœnis gliresq; & alia dictu minora apponi uetātes. Marmora inuehi:& maria huius rei cā transiri:quæ uetaret lex nulla lata est.

¶Quis primus in publicis operibus ostenderit. ¶Capitulum.ii.

Dicat fortassis aliqs: nō.n.ĩuehebãt. Id qdẽ falso.ccc.lx.colũnas.M.Scauri ædilitate ad scenã theatri tp̃rarii & uix uno mẽse futi ĩ usu uiderũt portatas silẽtio legum. Sed publicis nimi℞ ĩdulgentes uoluptatibus. Id ipsũ cur: aut q̃ magis uia irrepũt uitia q̃ publica: Eniuero nō alio mō in priuatos usus illa uenere: ebora: aurũ: gẽmæ. aut qd oĩmodis reliquimus: Ve℞ esto ĩdulserit publicis uoluptatibus: etiãne tacuerũt maxĩas ea℞ atq; adeo duodeq̃dragenũ pedũ lucullei marmoris ĩ atrio Scauri collocari: nec clã illud occulteq; factũ ẽ. Satisdari sibi dãni infecti egit redẽptor cloaca℞ cũ ĩ palatio extraheret. Nō ergo ĩ tã malo exẽplo moribus caueri utilius fuerat: q̃ tacere tantas moles in priuatam domũ trahi præter fictilia deorum fastigia.

¶Quis primus peregrino marmore columnas habuerit romæ. ¶Cap.iii.

Nec pōt uideri Scaurus rudi & huius mali ĩprouide ciuitati obrepsisse quodã uitæ rudimento. Iã.n.L.Crassũ oratorẽ illũ q p̃rius pegrini marmoris colũnas hũit in eodem atrio: hymetiãs tñ nec plures sex aut longiores duodenũ pedũ: quem.M. Brutus in iurgiis ob id Venerẽ palatinam appellauerat. Nimi℞ ista omisere moribus uictis: frustraq; interdicta quæ uetuerant: cernentes: nullas potius q̃ irritas esse leges maluerunt. Qui nos sequent: meliores nos esse probabũt. Quis.n.tãta℞ hodie colũnarum atriũ hẽt: Sed prius q̃ de marmoribus dicamus: hominũ in iis præferenda iudicamus precia. Ante igitur artifices censebimus.

¶Qui primũ laudati in marmore scalpendo: & quibus temporibus. ¶Cap.iiii.

Marmore scalpendo primi omniũ ĩclaruerũt Dipoenus et Scylus geniti in creta ĩsula etiãnũ medis ĩpantibus: priusq; q̃ Cyrus ĩ p̃sis regnare incipet: hoc ẽ olympiade circiter qnq̃gesĩa. Ii sicyonẽ se cõtulere: quæ diu fuit officina℞ õniũ metallo℞ p̃ria. Deo℞ quorũdã simulacra publice siul locauerant sicyonii: quæ priusq̃ absoluerent: artifices iniuriã questi abierũt ĩ ætolos. Protinus sicyonios fames inuasit ac sterilitas: mœrorq; dirus. Remediũ petentibus Apollo pythius affutu℞ respondit: si Dipoenus et Scylus deo℞ siulacra pfecissẽt. Quod magnis mercedibus obsequiisq; ĩpetratũ ẽ. Fuere aũt siulacra Apollĩs: Dianæ: Herculis: Mineruæ. quod e cælo postea tactũ ẽ. ¶Nobilitates operum et artificum in marmore.c xxvi. de marmore pario et mausoleo. ¶Capitulum.v.

Cum ii essent: iã fuerant ĩ chio insula Malas sculptor: dein filius eius Micciades: ac deĩde nepos Anthermus chius: cuius filii Bupalus et Anthermus clarissimi in ea sciẽtia fuere Hipponactis poetæ ætate quẽ certũ ẽ.lx.olympiade fuisse. Quod siqs ho℞ familiã ad p̃auũ usq; retro agat: ĩueniet artis eius originẽ cũ olympiadũ origine cœpisse. Hipponacti notabilis fœditas uultu erat: quãobrẽ imagĩẽ eius lasciuia ioco℞ ii proposuere ridẽtiũ circulis. Quod Hipponax ĩdignatus: amaritudĩe carminũ distrixit eos in tãtũ: ut credat aliquos ex iis ad laqueũ cõpulisse: quod falsũ ẽ. Cõplura .n.ĩ finitimis insulis simulacra postea fecere: sicut in delo: qbus subiecerũt carmẽ: nō uitibus tantum cẽseri chiũ: sed & opibus Anthermi filio℞. Ostẽdũt & lasii Dianam mãibus eo℞ factã. Et ĩ ipsa chio narrata ẽ opis eo℞ Dianæ facies ĩ sublimi poita: cuius uultũ ĩtrãtes tristẽ: abeũtes exhylaratũ putant. Romæ signa eo℞ sũt ĩ palatĩa æde Apollinis ĩ fastigio. Et oĩbus fere quæ diuus Augustus fecit. P̃ris quoq; eo℞ & deli fuere opa: & in in libedo insula. Dipoeni qdẽ ãbracia: argos: cleone: opibus refertæ fuere. Omnes aũt tãtũ cãdido marmore usi sunt e paro ĩsula: quẽ lapidẽ cœpere lychnitẽ appellare: quoniam ad lucernas ĩ cuniculis cæderet: ut auctor est Varro: multis postea cãdidioribus repertis. Nup etiã in lunensiũ lapidicinis. Sed ĩ pario℞ mirabile p̃dit: gleba lapidis unius cuneis diuidentiũ soluta imaginẽ Sileni ĩtus extitisse. Nō omittẽdũ hãc artẽ tãto uetustiorẽ fuisse q̃ picturã aut statuariã: q̃℞ utraq; cũ Phidia cœpit octogesĩatertia olympiade: post ãnos circiter.ccc.xxxii. Et ipsũ Phidiã tradunt sculpsisse marmora. Venereq; eius esse romæ ĩ Octauiæ opibus eximiæ pulchritudĩs. Alcmanẽ atheniẽsẽ (quod certũ ẽ) docuit ĩ primis nobilẽ: cuius opa atheniẽses cõplura

in ædibus sacris posuere. Præclaraq; Veneris imaginem extra muros quæ appellatur aphrodite exopolis. Huic sūmā manum ipse Phidias īposuisse dr̄. Ipsius discipulus fuit Agoracritus parius ei ætate gratus. Itaq; e suis opibus pleraq; nōi eius donasse fert̄. Certauere aūt īter se ābo discipuli ī Venere facienda. Vicitq; Alcmanes nō ope: sed ciuitatis suffragiis cōtra pegrinū suo fauētis. Quare Agoracritus ea lege signum suū uēdidisse tradit̄:ne athenis esset:& appellasse nemesī. Id positū ē rhānūte pago atticæ:quod.M.Varro oībus signis prætulit. Est & ī mr̄is magnæ delubro ī eadē ciuitate Agoracriti opus. Phidiā clarissimū esse p ōnes gentes quæ Iouis olympii famam ītelligūt:nemo dubitat. Sed ut & merito laudari sciāt etiā q opa eius nō uiderūt ꝓferemus argumēto puo & īgenii tātū. Neq; ad hoc Iouis olympii pulchritudīe utemur: nō Mineruæ athenis factæ āplitudīe:cū sit ea cubitoꝝ.xxvi. Ebore hæc & auro cōstat: sed ī scuto eius in quo amazonū præliū cælauit ītumescēte ābitu parmæ eiusdē cōcaua pte deoꝝ & gigātū dimicationē. In soleis uero laphitaꝝ & cētauroꝝ:adeo momēta oīa cōpacta artis illi fuere. In base aūt quod cælatū ē Pādoras genesī appellauit. Ibi dii sūt.xx.nūero noscētes uictoriā mirabili & præcipuo precio. Miramur & serpentē: & sub ipsa cuspide æreā sphīgē. Hæc licet sint obiter dicta de artifice nūq̄ satis laudato sīul ut noscat̄ illā magnificentiā æq̄lē fuisse & ī puis. Praxitelis ætatē īter statuarios dixīus:q marmoris gl̄ria supauit etiā semet. Opa eius sūt athenis ī ceramico:sed añ oīa & nō solum Praxitelis:ueꝝ & ī toto orbe terraꝝ Venus:quā ut uiderent multi nauigauerūt gnidū. Duas fecerat:sīulq; uēdebat. Alterā uelata specie quā ob id qdē prætulerūt optione:quoꝝ cōditio erat coī:cū alterā etiā eodē precio detulisset:seuerū id ac pudicū arbitrantes. Reiectā gnidii emerūt:īmēsa differentia famæ. Voluit eam postea a gnidiis mercari rex Nicomedes:totū æs ciuitatis alienū:quod erat īgēs : dissolutuꝝ repromittēs. Oīa ppeti maluere:nec īmerito. Illo.n.signo Praxiteles nobilitauerat gnidū. Aedicula eius tota apit̄:ut cōspici possit ūdiq; effigies deæ : fauente ipsa ut credit̄ facto. Nec mīor ex q̄cūq; pte āmiratio ē. Ferūt amore captū quēdā: cū delituisset noctu simulacro cohæsisse:eiusq; cupiditatis esse īdicē maculā. Sūt ī gnido & alia signa marmorea illustriū artificū. Liber pr̄ Bryaxidis:& alter Scopæ:& Minerua. Nec maius aliud Veneris praxitelicæ specimē: q̄ quod īter hæc sola memorat̄. Eiusdē ē Cupido obiectus a Cicerone Verri ille ꝓpter quē thespiæ uisebāt̄. Nunc in Octauiæ scholis positus. Eiusdē & alter nudus ī pario colonia ꝓpōtidis par Veneri gnidiæ nobilitate & īiuria. Adamauit.n.eū Alchidas rhodius:atq; in eo quoq; simile amoris uestigiū reliqt. Romæ Praxitelis opa sūt:Flora:Triptolemus: Ceres in hortis seruilianis. Boni euētus & bonæ fortunæ simulacra ī capitolio. Itē Menades:& quas Thyeladas uocāt:& Carsatidas:& Sileni ī Asinii Pollionis monumentis: & Apollo & Neptūnus. Praxitelis filius Cephisodo rei & artis hæres fuit. Cuius laudatū ē pergami Symplegaꝝ signū nobile:digitis corpori uerius q̄ marmori īpressis. Rōæ eius opa sūt Latona ī palatii delubro: Venus in Asinii Pollionis monumētis: et ītra Octauiæ porticus ī Iunonis æde Aesculapius ac Diana. Scopæ uero laus cū his certātis. Fecit Venerē & Pothō & Phæthōtē:q samothraciæ sāctissīs ī cerimoniis colūt̄. Itē Apollinē palatinū. Vestā sedētē laudatā in seruilianis hortis : duasq; chameteras circa eā: quoꝝ pares ī Asinii monumētis sūt. Vbi & Canephorus eiusdē. Sed ī maxīa dignatione Cn.Domitii delubro in cyrco flaminio Neptūnus ipse & Thetis atq; Achilles. Nereides supra delphinos & cete & hippocāpos sedentes. Itē tritones:chorusq; Phorci:& pistrices:ac multa alia marina. Eiusdē māus oīa. Magnū & præclaꝝ opus etiā si totius uitæ fuisset. Nūc uero præter supradicta quæq; nescius:Mars ē etiānū sedēs. Colossus eiusdē ī tēplo Bruti Callaici apud cyrcū eūdē ad lauicanā portā eūti. Præterea Venus ī eodē loco nuda praxitelicē illā gnidiā añcedēs:& quæcūq; aliū locū nobilitant. Romæ qdē magnitudo opeꝝ ē iam oblitterata a magnis officioꝝ negocioꝝq; aceruis: quæ ōnes a cōtēplatiōe taliū abducūt:quoniā ociosoꝝ:& ī magni loci silētio

apta ãmiratio talis ẽ. Qua de cã ignorat̃ artifex eius quoq; Veneris:quã Vespasiãus ĩpator in operibus Pacis suæ dicauit ãtiquorũ dignã fama. Par hæsitatio ẽ in templo Apollinis sosiani Nioben cũ liberis morientem Scopas an Praxiteles fecerit. Item Ianus pater ĩ suo tẽplo dicatus ab Augusto:ex ægypto aduectus:utrius manu sit:iam qdem & auro occultatus. Siliter ĩ curia Octauiæ quærit̃ de Cupidine fulmen tenen/te. Id demũ affirmat̃:Alcibiadẽ esse prĩcipẽ forma in ea ætate. Multa ĩ eadem schola sine auctoribus placẽt. Satyri q̃ttuor:ex qbus unus Libeꝝ patrẽ palla uelatũ Veneri præfert. Alter Liberã similiter. Tertius ploratũ ĩfantis cohibet. Quartus cratere alte/rius sitim sedat. Duæq; nimphæ uelificantes sua ueste. Nec mĩor quæstio est:in sep/tis Olympũ & Pana Chironemq; cũ Achille q fecerĩt:præsertĩ cũ capitali satisdatiõe fama iudicet dignos. Scopas hũit æmulos eadem ætate Bryaxĩ:& Timotheũ:& Leo/carẽ:de qbus simul dicendũ est:quoniã piter cælauere mausoleũq; hoc est sepulchrũ ab uxore Artemisia factũ Mausulo cariæ regulo:q obiit olympiadis centesimæ anno secundo. Opus id ut esset inter septem miracula:ii maxime artifices fecere. Patet ab austro & septentrione sexagenos ternos pedes. Breuius a frõtibus toto circuitu pedes q̃dringentos.xi. Attollit̃ in altitudinem . xxv.cubitis. Cingit̃ colũnis.xxxvi. Ab ori/ente cælauit Scopas:a septentrione Bryax:a meridie Timotheus:ab occasu Leocares: Priusq; q̃ pageret:regina Artemisia:quæ mariti mẽoriæ id opus extrui iusserat: obiit. Nõ tñ recesserũt:nisi absoluto iã.id gloriæ ipsoꝝ artisq; monumentũ iudicãtes. ho/dieq; certant manus. Acessit & qntus artifex. Nãq; supra pteron pyramis altitudine inferiorẽ æq̃uit.xxiiii.gradibus in metæ cacumẽ se cõtrahens. In sũmo ẽ q̃driga mar/morea:quã fecit Pythis. Hæc adiecta.cxl.pedũ altitudĩe:totũ opus ĩcludit. Timothei manu Diana romæ ẽ ĩ palatio Apollinis delubro:cui signo caput reposuit Aulanius Euander. In magna ãmiratiõe ẽ & Hercules Mnestrati. Et Hecate ephesi in templo Dianæ post ædem in cuius cõtẽplationẽ ãmonẽt æditui pcere oculis:tanta marmoris radiatio est. Nõ postferũt̃ & charites ĩ ꝓpyleis atheniẽsiũ: q̃s Socrates fecit:alius ille q̃ pictor:idẽ ut aliq putãt. Nã Myronis illius:q ære laudat̃:anus ebria est smyrnæ in primis inclyta. Pollio Asinius ut fuit acris uehementiæ:sic quoq; spectari monumen/ta sua uoluit. In iis sũt cẽtauri nymphas gerẽtes:Archesitæ:Thespiades:Cleomenis: Oceanus & Iupiter Entochi. Hermerotes Taurisci nõ cælatoris illius: sed Tralliani. Iupiter hospitalis. Pappipi Praxitelis discipuli Zetus & Amphion & Dirce & Tau/rus:uinculũq; ex eodẽ lapide. A rhodo aduecta opa Apollonii & Taurisci parentũ. Ii certamen de se fecere Menecraten uideri ꝓfessi:sed esse naturalẽ Artemidorũ. Eodẽ loco Liber pr̃ Eutychidis mãu laudat̃. Ad Octauiæ uero porticũ Apollo Philisci rho/dii in delubro suo. Itẽ Latona & Diana:& musæ nouẽ:& alter Apollo nudus. Eũ q citharã ĩ eodẽ tẽplo tenet:Timarchides fecit. Intra Octauiæ uero porticus in æde Iu/nonis:ipsã deã Dionysius & Polycles. Aliã Venerẽ eodẽ loco Philiscus. Cætera signa Praxiteles. Itẽ Polycles & Dionysius Timarchidis filii Iouẽ q ẽ in ꝓxĩa æde fecerũt. Pana & Olympũ luctantes. Eodẽ loco Heliodorus:quod est alteꝝ in terris symplega nobile. Venerẽ lauantẽ sese. Dædalũ astantem Polycharmus. Ex quo appet ĩ magni honoris auctoritate hĩtũ Lysiæ opus:quod in palatio super arcũ diuus Augustus ho/nori Octauii pr̃is sui dicauit in ædicula columnis adornata. Id ẽ q̃driga currusq;:& Apollo ac Diana ex uno lapide. In hortis seruilianis repio laudatos Calamidis Apol/linẽ illius cælatoris. Dactylidis Pythias. Amphistrati Callisthenẽ historiaꝝ scriptorẽ. Deĩde multorũ obscurior fama ẽ:quorũdã claritati ĩ opibus eximiis obstãte numero artificũ:quoniã nec unus occupat gloriã:nec plures piter nuncupari possũt: sicuti in Lachoõte:q ẽ ĩ Titi ĩpatoris domo:opus õibus & picturæ & statuariæ artis præponẽ/dum. Ex uno lapide eũ & liberos:draconũq; mirabiles nexus de consilii sentẽtia fe/cere summi artifices Agesãder & Polydorus & Athenodorus rhodii. Siliter palatinas domos Cæsarum repleuere probatissĩs signis Craterus cũ Pythodoro. Polydectes cũ

Hermolao:Pythodorus alius cum Artemone. Et singularis Aphrodisius trallianis.
Agrippæ Pãtheũ decorauit Diogenes atheniensis & Carsatides. In colũnis tẽpli eius
ꝓbant̃ inter pauca opeꝝ sicut in fastigio poĩta signa:sed ꝓpter altitudinẽ loci minus
celebrata. In honore est ĩ tẽplo illo Hercules ad quẽ pœni oĩbus annis hũana sacrifi-
cauerunt uictĩa humi stãs:añ aditũ porticus agnationes sitæ. Fuere & Thespiades ad
ædem Fœlicitatis:q̃ꝝ unã amauit eques romanus Iunius Pisciculus:ut tradit Varro.
Ammirat̃ & Pasiteles:q etiã qnq; scripsit uolumina nobiliũ opeꝝ ĩ toto orbe. Natus
hic in græcia italiæ ora & ciuitate romana donatus cũ iis oppidis. Iouẽ fecit eburneũ
ĩ Metelli æde:q̃ cãpus petit̃. Accidit uero ei:ut cũ in naualibus ubi feræ africanæ erãt:
p caueã ĩtuẽs leonẽ cælaret:ut ex alia cauea pãthera erũpet nõ leui piculo diligẽtissimi
artificis. Fecisse opa cõplura dr̃:sed quæ fecerit noĩatĩ nõ refert̃. Arcesilaũ quoq; ma-
gnificat Varro:cuius se marmoream hũisse leænã tradit aligerosq; ludẽtes cũ ea Cu-
pidines quoꝝ alii religatã tenerent:alii e cornu cogerent bibere:alii calciarent soccos:
omnes ex uno lapide. Idem et a Coponio .xiii. nationes quæ sunt circa Pompeium
factas auctor est. Inuenio et Canacum laudatum inter statuarios:fecisse marmorea.
Nec minus Sauron atq; Bathracum oblitterari conuenit:qui fecere templa Octauiæ
porticibus inclusa natione ipsi lacones. Quidam & opibus præpotẽtes fuisse eos pu-
tant:ac sua impensa construxisse:inscriptionem sperantes. Qua negata:hoc tamen
alio loco & modo usurpasse. Sunt certe etiamnum in columnarũ epystiliis ĩsculpta
nominum eorum argumenta rana atq; lacerta. In Iouis æde extitisse picturam cul-
tusq; reliquos õnes fœmineis argumentis constat. At.n.facta Iunonis æde cũ ĩferrẽt̃
signa:pmutasse geruli tradunt̃:& id religioni custoditum : uelut ipsis diis sedem ita
partitis. Ergo & ĩ Iunonis æde cultus est:qui Iouis esse debebat. Sũt & ĩ paruis mar-
moreis famam consecuti Myrmecides:cuius quadrigam cum agitatore cooperuit alis
musca. Et Callicrates:cuius formicarum pedes atq; alia membra peruidere non est.

¶Quando primum marmorum in ædificiis usus:& quis primus romæ crustauerit
parietes:& quibus ætatibus quæq; marmora in usum uenerint romæ: & quis primus
marmora secuerit & ratio secandi de arena. ¶Cap.vi.

HAec sint dicta de marmorum sculptoribus:summaque claritate artificum:quo
in tractu subit mentem non fuisse tum auctoritatem maculoso marmori: quã
fecere e tapso cycladum insularum una:æque & e lesbio:liuidius hoc paulo uersico-
lores quidem maculas habens. Et in totum marmorum apparatum Menander etiã
diligentissimus luxuriæ interpres primus & raro attigit. Columnis demum utebant̃ ĩ
templis:nec læticiæ causa:nõ dum enim ista intelligebantur:sed quia firmiores aliter
statui nõ poterant. Sic est inchoatum athenis templum Iouis olympii:ex quo Sylla
capitolinis ædibus aduexerat columnas. Fuit tamẽ inter lapidem atq; marmor diffe-
rentia iam apud Homerum. dicit enim Paridem os marmoreo saxo percussum. Sed
hactenus. Regias quoque domos laudatissime tum præter æs: aurum: electrum:ar-
gentum : ebore tantum adornans. Primum(ur arbitror)uersicolores istas maculas
chiorum lapidicinæ ostẽderunt:cum extruerent muros:faceto ĩ id.M.Ciceronis sale.
Omnibus enim ostendebant ut magnificum. Multo inquit magis mira res esset: si
tyburtino lapide fecissetis. Et hercules non fuisset picturæ honos ullus : non modo
tantus:aliqua marmorum auctoritate. Secandi marmor in crustas : nescio an cariæ
fuerit inuentum. Antiquissima quod equidem inueniam:Halicarnasi Mausoli do-
mus proconneso marmore exculpta est:latericiis parietibus. Is obiit olympiadis cen-
tesimæsextæ anno secundo. Vrbis romæ anno.ccc.secundo. Primum romæ parietes
crusta marmoris operuisse totius domus suæ in cælio mõte Cornelius nepos tradidit
Mamurram formiis natum equitem romanũ præfectum fabiorũ.C.Cæsaris ĩ gallia.
Neq; id indignatio sit tali auctore inuenta re. Hic nanq; est Mamurra Catulli uero-
nensis carminibus proscissus:quẽ ut res ẽ:domus ipsius clarius q̃ Catullus dixit hr̃e:

quicquid habuiſſet comata gallia. Nanque adiecit idem Nepos eum primum totis ædibus nullam niſi e marmore columnam habuiſſe:omnes ſolidas e caryſtio aut lu/nenſi. Denique.M.Lepidus Catuli in conſulatu collega primus omnium limina ex numidico marmore in domo poſuit:magna reprehẽſione. Is fuit conſul anno urbis .dc.lxvi. Hoc primum inuecti numidici marmoris ueſtigium inuenio: non in colũ/nis tãtum cruſtiſue ut Mamurra caryſtium poſuit: ſed in maſſa & uiliſſimo liminũ uſu. Poſt hunc Lepidum ferme quadriennio.L.Lucullus conſul fuit:qui nomen(ut apparet ex re)lucullleo marmori dedit:admodum delectatus illo. Primuſque romam inuexit atrum alioquin:cum cætera maculis aut coloribus commendentur. Naſcitur autem in nilo inſula.ſolumque pene horum marmorum ab amatore nomẽ accepit. Inter hos primum(ut arbitror)marmoreos parietes habuit ſcena.M.Scauri: nõ facile dixerim ſectos an ſolidis glebis politos:ſicuti eſt hodie Iouis tonantis ædes in capito/lio. Nondum enim ſecti marmoris ueſtigia inuenerat italia. Sed quiſquis primum inuenit ſecare luxuriamque diuidere:importuni ingenii fuit. Arena hoc fit : & ferro uidetur fieri ſerra in prætenui linea premente arenas uerſando tractuque ipſo ſecãte. Aethiopica ad hoc maxime probatur. Nam id quoque acceſſit:ut ad æthiopas uſque peteretur:quod faceret marmora. Immo uero etiam in indos unde margaritas quoq; peti ſeueris moribus indignum erat. Hæc proxime laudatur. Mollior tamen quæ ex æthiopia. Illa enim nulla ſcabricie ſecat. Indica non æque leuigat : ſed ea combuſta polientes marmora fricare iubentur. Simile & naxiæ uitium eſt & coptidi:quæ uocatᷣ ægyptia. Hæc fuere antiqua genera marmoribus ſecandis. Poſtea reperta eſt ars:non minus probanda:ex quodam hadriatici maris uado æſtu nudante obſeruatione non facili. Iã quidem quacunque arena ſecare e fluuiis omnibus fraus artificum auſa ẽ: quod diſpendium admodum pauci intelligunt. Craſſior enim arena laxioribus ſeg/mentis terit.& plus erodit marmoris . maiuſque opus ſcabricia polituræ relinquit. Ita ſectæ attenuantur cruſtæ. Rurſuſque thebaica polituris accommodatur. Et quæ fit e toro lapide aut e pumice. Signis e marmore poliendis:gemmiſque etiam ſcal/pendis atque limandis.

¶DE Naxio & harmonio & de generibus marmorum. ¶Cap.vii.

NAxium diu placuit ante alia uti.ita uocantur cotes in inſula cypro genitæ. Vi/cere poſtea ex armenia uectæ. Marmorum genera & colores non attinet dicere in tanta noticia. Nec facile ẽ enumerare in tanta multitudine. Quoto enim quoque loco non ſuum marmor inuenitur? Et tamen celeberrimi generis dicta ſunt ĩ ãbitu terrarum cum gentibus ſuis. Non omnia autem in lapidicinis gignuntur. Sed multa & ſub terra ſparſa. Precioſiſſimi quidem generis lacedæmonium uiride : cunctiſque hilarius. Sic & auguſteum:ac deinde tiberium : in ægypto Auguſti ac Tiberii primũ principatu reperta. Differentiaque eorum eſt ab ophite : cum ſit illud ſerpentium maculis ſimile:ũde & nomen accepit:ꝙ hæ maculas diuerſo mõ colligũt. Auguſteũ undatim criſpum in uertices. Tiberium ſparſim conuoluta canicie. Neq; ex ophite colũnæ: niſi paruæ admodum ĩueniuntur. Duo eius genera:molle candidũ:nigricãs durum. Dicũtur ambo capitis dolores ſedare adalligati:& ſerpentium ictus. Quidã phreneticis ac lethargicis adalligari iubent candicantem. Contra ſerpentes autem a quibuſdam laudatur præcipue ex his quem tephriam appellant a colore cineris. Vo/catur & memphites a loco gemmantis naturæ. Cuius uſus conuenit iis quæ urenda aut ſecanda ſunt:ex aceto illitus. Obſtupeſcit enim ita corpus ut nõ ſentiat cruciatũ. Rubet porphyrites in ægypto ex eo candidis interuenientibus punctis : leucoſtyctos uocatur. Quantiſlibet molibus cædendis ſufficiunt lapidicinæ. Statuas ex eo Clau/dio Cæſari procurator eius ĩ urbem ex ægypto aduexit tris Aſinius Pollio nõ admodũ probata nouitate. Nemo poſtea certe imitatus eſt. Inuenit eadem ægyptus ĩ æthio/pia quem uocant baſalten:ferrei coloris atq; duriciæ. Vnde & ei nomen dedit. Nũq̃

is autem maior repertus est q̄ in templo Pacis ab imperatore Vespasiano Augusto dicatus. Argumento ipse liberis circa ludentibus: per quos totidem cubiti summi incrementi augentes se annis eius intelliguntur. Non absimilis illi narratur in thebis delubro Serapis ut putāt Memnonis statua dicatus: quem quotidiano solis ortu cōtactum radiis crepare dicunt. Onychiten etiam tum in arabiæ montibus nec usq̄ alibi nasci putauere nostri ueteres. Sed & in germania potoriis uasis īde factis primū dein pedibus lectorum sellisque Cornelius Nepos tradit magno fuisse miraculo: cum.P. Lentulus Spinter amphoras ex eo & urceos magnitudine cadorum ostendisset. Post quinquennium deinde triginta duorum pedum longitudine columnas uidisse. Variatum in hoc lapide postea est. Nanque pro miraculo insigni quattuor modicas in theatro suo Cornelius Balbus posuit. Nos ampliores triginta uidimus in scena quā Callistus Cæsaris Claudii libertorum potentissimus exædificauerat.

¶DE Alabastrite & ligdino alabandico. ¶Cap.viii.

HVnc aliqui lapidem alabastriten uocant: quē cauant ad uasa unguentaria: quoniam optime ea incorrupta seruare dicitur. Idemq; etiam exustus: emplastris conuenit. Nascitur circa thebas ægyptias: & damascum syriæ. Hic cæteris candidior. Probatissimus uero in carmania: mox in india. Iam quidē & in syria asiaq;. Vilissius autem & sine ullo nitore in cappadocia. Probant̄ q̄maxime mellei coloris in uertice maculosi atq; nō trāslucidi. Vitia uero ī iis corneus color aut candidus: & quicquid simile uitro est. Paulum distat ab eo ad unguentorum fidem: uti existimant: lygdinus in tauro repertus amplitudine qua lances craterasq; non excedat. Antea tantum ex arabia aduehi solitus candoris eximii. Magnus & contrariæ inter se naturæ duobus honos. Coralitico in asia reperto: mensuræ non ultra bina cubita: candore proximo ebori & quadam similitudine. E diuerso niger est alabandicus terræ suæ nomine: quanq̄ & mileti nascens: ad purpuram tamen magis aspectu declinante. Idemque liquatur igni: ac funditur ad usum uitri. Thebaicus intercinctus aureis guttis inuenitur in africæ parte ægypto ascriptæ coticulis ad terenda collyria quadam utilitate naturæ alia conueniens. Circa syenem uero thebaidis simites: quem ante pyrrhopœcilon uocabant. Trabes ex eo fecere reges quodam certamine obeliscos uocantes solis numini sacratos. Radiorum eius argumentum in effigie est: & ita significatur nomīe ægyptio. Primus omnium id instituit Mitres qui in solis urbe regnabat sōnio iussus: & hoc ipsum inscriptū est ī eo. Etenim sculpturæ illæ effigiesq; q̄s uidemus: ægyptiæ sunt litteræ. Postea & alii regum in supradicta urbe. Sothis quattuor numero: quadragenoꝝ & octonum cubitorum longitudine. Ramises autem is quo regnante iliū captum est: quadraginta cubitorum. Idemq; digressus inde: ubi fuit Mneuidis regia posuit alium longitudine undecentenis pedibus: pet latera cubitis quattuor.

¶DE Obelisco & thebaico alexandrino: & de illo qui est in circo magno. ¶Cap.ix.

OPus id fecisse dicūtur uiginti milia hominum. Ipse rex cum subrecturus esset: uereretur que ne machinæ ponderi non sufficerent: quo maius periculum curæ artificum denunciaret: filium suum adalligauit cacumini: ut salus eius apud moliētes prodesset lapidi. Hac ammiratiōe operis effectum est: ut cum oppidum id expugnaret Cambyses rex: uentumque esset incendio ad crepidines obelisci: extingui ignē iuberet molis reuerentia qui urbis nullam habuerat. Sunt & alii duo. Vnus a Myrne positus: alter a Phio sine notis quadragintaocto cubitorum. Alexandriæ statuit unū octoginta cubitorum Ptolemæus Philadelphus: quem exciderat Nectabis rex purū. Maiusque opus fuit in deuehendo statuendoue multo q̄ in excidendo. A Satyro Architecto aliqui deuectum tradunt. Rate ut Callixenus dixit a phœnice fossa pducta usque adiacentem obeliscum e nilo. Nauesque duas in latitudinem patulas: pedalibus spatiis ex eodem lapide ad rationem geminati per duplicem mensuram ponderis oneratas ita ut subirent obeliscum pendentem extremitatibus suis in ripis utrinque:

poſtea egeſtis laterculis alleuata naue excepiſſe onus ſtatutum. Exciſos autem ſex talis in monte eodem & artificem donatum talentis quinquaginta. Hic autem obeliſcus fuit in arſinoe poſitus a rege ſupradicto:munus amoris in coniuge: eademque ſorore Arſinoe. Inde eum naualibus incommodum Maximus quidam præfectus ægypti tranſtulit in forū reciſo cacumine dum uult faſtigium addere auratum:quod poſtea amiſit. Et alii duo ſunt alexandriæ ad portum in Cæſaris templo:quos excidit Meſphees rex quadragenum binū cubitorum. Super omnia acceſſit difficultas mari romam deuehendi:ſpectatis admodum nauibus. Diuus Auguſtus priorem aduexerat miraculi gratia:puteoliſq; naualibus perpetuis dicauerat. Sed incendio cōſūptus eſt. Diuus Claudius aliquot per annos aſſeruatum eum quem Caius Cæſar importauerat:oībus quæ unquam in mari uiſa fūt:mirabiliorem turribus puteolis ex puluere exædificatis perductum oſtiam portus gratia merſit. Alia ex hoc cura nauium quæ tyberi ſubuehebāt.quo experimento palam fuit:non minus aquarum huic amni eſſe q̄ nilo. Is autem obeliſcus quem diuus Auguſtus in cyrco magno conſtituit: exciſus a rege Semneſerteo:quo regnante Pythagoras in ægypto fuit:centum uigintiquinq; pedum eſt:& dodrātis:præter baſin eiuſdem lapidis. Is uero qui eſt in campo martio nouem pedum minor ē a Seſotide. Inſcriptam ambo rerum naturæ interpretatiōem ægyptiorum opere & philoſophiæ continent.

DE Illo qui eſt in campo martio pro gnomone. Cap.x.

SI q̄ ē ī cāpo diuus Auguſtus addidit mirabilē uſum ad deprehendendas ſolis ūbras:dierūq; ac noctiū magnitudīes:ſtrato lapide ad obeliſci magnitudinem: cui par fieret umbrarum romæ confecto die ſexta hora paulatimque per regulas quæ ſunt ex ære incluſæ ſingulis diebus decreſceret:ac rurſus augeſceret. Digna cognitu res & ingenio fœcundo. Manlius mathematicus apici auratam pilam addidit: cuius uertice umbra colligeret̄ in ſemetipſam alia atq; alia incrementa iaculātē apice: ratione ut ferunt:a capite hominis intellecta. Hæc dierum obſeruatio triginta iam fere annis nō congruit:ſiue ſolis ipſius diſſono curſu & cæli aliqua rōne mutato:ſiue uniuerſa tellure aliquid a centro ſuo dimota:ut deprehēdi & in aliis locis accipio:ſiue urbis tremoribus ibi tātū gnomone ītorto:ſiue inūdationibus tiberis ſedimēto molis facto. quanq̄ ad altitudinē īpoſitæ rei ī terrā quoq; dicant̄ iacta fundamenta.

DE Tertio obeliſco romæ in uaticano. Cap.xi.

TErtius eſt in uaticano Caii & Neronis principum cyrco:ex omnibus unus omnino fractus in molitione eius : quem fecerat Seſotidis filius Nuncoreus. Eiuſdem remanet & alius centum cubitorum : quem poſt cæcitatem uiſu reddito ex oraculo ſoli ſacrauit.

DE Pyramidibus ægyptiis & ſphinge. Cap.xii.

DIcantur obiter & pyramides in eadem ægypto regum pecuniæ ocioſa ac ſtulta oſtentatio. Quippe cum faciendi eas cauſa a pleriſque tradatur: ne pecuniam ſucceſſoribus aut æmulis inſidiantibus præberent : aut ne plebs eſſet ocioſa. Multa circa hoc uanitas illorum hominum fuit:ueſtigiaque complurium inchoatarū extāt. Vna eſt in arſinoe urbe:duæ in memphi non procul a labyrintho:de quo & ipſo dicemus. Totidem ubi fuit meridis lacus:hoc eſt foſſa grandis. Sed ægyptus inter mira ac memorāda narrat harum cacumina extrema:quæ eminere dicuntur. Reliquæ tres: quæ orbem terrarum impleuere fama:ſane cōſpicuæ undique ānauigantibus : ſitæ ſunt in parte africæ monte ſaxeo ſterilique inter memphin oppidum:& quod appellari diximus delta a nilo minus quattuor milibus paſſuum : a memphi ſeptem.d. paſſ.a uico appoſito quem uocant buſirin. In quo ſunt aſſueti ſcandere illas. Ante has eſt ſphinx uel magis miranda: qua ſilueſtria ſunt accolentium. Amaſin regem putāt in ea conditum:& uolunt inuectam uideri. Eſt autem ſaxo naturali elaborata: & rubrica. Capitis monſtri ambitus per frōtem centum duos pedes colligit:lōgitudo

pedum centum quadragintatriū eſt.altitudo a uentre ad ſummam aſpidem ĩ capite ſexagintaduum. Sed pyramis ampliſſima ex arabicis lapidicinis conſtat. Trecenta ſexaginta hominum milia ānis uiginti eam conſtruxiſſe produntur. Tres uero factæ ānis ſeptuagintaocto & menſibus quattuor. Nempe qui de iis ſcripſerunt ſunt Herodotus:Euhemerus:Duris ſamius:Ariſtagoras:Dionyſius:Artemidorus: Alexander Polyhiſtor:Butarides:Antiſthenes: Demetrius: Demoteles:Appion. Inter ōnes uero eos nō cōſtat a quibus factæ ſit iuſtiſſimo caſu oblitteratis tātæ uanitatis auctoribus. Aliqui ex iis prodiderunt in raphanos et allium ac cepas mille octingēta talenta erogata. Ampliſſima octo iugera optīet ſoli:quattuor angulorum paribus interuallis p octīgentos octogintatres pedes ſingulorum laterum altitudo. A cacumīe pedes qndecim. Alterius interualla ſingula per quattuor angulos pares.dcc.trigintaſeptem comprehendūt. Tertia minor prædictis:ſed multo ſpectatior. Aethiopicis lapidibus conſurgit.ccc.ſexaginta tribus pedibus inter angulos. Veſtigia ædificationum nulla extant. Arena late pura circum lentis ſimilitudine : qualis in maiori parte africæ. Quæſtionum ſumma eſt quanam ratione in tantam altitudinem ſubuecta ſint cementa. Alii enim nitro ac ſale adaggeratis cum creſcente opere. At peracto fluminis irrogatione dilutis. Alii lateribus e luto factis extructos pontes in priuatas domos diſtributos. Nilum enim non putant rigare potuiſſe multo humiliorē. In pyramide maxima eſt intus puteus octogintaſex cubitorum:flumen illo admiſſum arbitrant̄. Menſuram altitudinis earum:omniumque ſimilium deprehendere inuenit Thales mileſius umbram metiendo:qua hora par eſſe corpori ſolet. Hæc ſunt pyramidum miracula. Supremumque illud:ne quis regum opes miretur:minimam extitiſſe laudatiſſimam a Rhodope meretricula factam. Aeſopi fabularum philoſophi conſerua quondam & contubernalis hæc fuit:maiore miraculo tantas opes meretricio eſſe cōqſitas quæſtu. Magnificatur & alia turris a rege facta in inſula pharo portū optinēte alexandriæ:quam conſtituiſſe.d.ccc.talentis tradunt: magno animo ne qd omittāus Ptolemæi regis : ꝙ in ea permiſerit Soſtrati caſſidis architecti ſtructuræ ipſius nomen inſcribi. Vſus eius nocturno nautarum curſui ignes oſtendere ad prænūtianda uada portuſque introitum. Sicut iam tales compluribus locis flagrāt:ut potneoſicæ ac rauennæ ad uitandum periculum etiam in corriuatione. Flagrant cum eo ſita ea craſſienne. Periculum in corriuatione ignium ne ſydus exiſtimetur:quoniam e longinquo ſilis Flammaꝝ aſpectus ē. Hic idē Architectus prius ōniū pēſilē ābulationē gnidi feciſſe traditur. ¶DE Labyrinthis ægyptio:lemnio:italico. ¶Cap.xiii.

DIcamus & labyrinthos:uel portentoſiſſimum humani ingenii opus. Sed nō ut exiſtimari poſſit falſū. Durat etiam nunc in ægypto in heracleopolite nomos qui primus factus eſt ante annos ut tradunt tria milia ſexcentos a Peteſuco rege:ſiue Tithoe. Quanq̄ Herodotus totum opus regum eſſe dicat:nouiſſimeq; Pſammetici. Cauſas faciēdi uarie īterpretāt̄. Demoteles regiam Motherudis fuiſſe. Lycias ſepulchrum Meridis. Plures ſoli ſacrum id extructum:quod maxime creditur. Hic utiq; ſumpſiſſe Dædalum exemplar eius labyrīthi quē fecit ī creta:nō ē dubiū:ſed centeſimā tantū portionē eius imitatum:quæ itineꝝ ambages occurſuſq; ac recurſus inexplicabiles continet. Non ut in pauimentis puerorūue ludicris cāpeſtribus uidemus breui lacinia milia paſſuum plura ābulationis continentem:ſed crebris foribus īditis ad fallendos occurſus:redeundūq; in errores eoſdem. Secundus hic fuit ab ægyptio labyrinthus:tertius in lemno:quartus ī italia. Omnes lapide polito fornicibus tecti. Aegyptius quod miror equidem in introitu lapideis e paro columnis. Reliquæ erāt ſyenitæ:molibus compoſitis quas diſſoluere:ne ſæcula quidem poſſint: adiuuātibus Heracleopolitis:qui id opus in uiſu mire infeſtauere. Poſitionem operis eius:ſingulaſq; partes enarrare non eſt:cum ſit in regiones diuiſum atque in præfecturas:quas uocant nomos:ſedecim nominibus eoꝝ totidem uaſtis domibus attributis. Præterea

templa omnium ægypti deorum continet : ſuperque Nemeſes quindecim ædiculis incluſæ. Sunt pyramides complures quadragenarum ulnarum ſenos radice muros optinentes. Feſſi iam eundo perueniunt ad uiarum illum inexplicabilem errorem. Quin & cœnacula prius excelſa:porticuſque aſcenduntur nonagenis gradibus ōnes. Intus columnæ de porphyrite lapide : deorum ſimulacra : regum ſtatuæ : mōſtrifi-cæ effigies. Quarundam autem domorum talis eſt ſitus:ut adaperientibus fores to-nitruum intus terribile exiſtat. Maiore autem in parte tranſitus ē per tenebras.aliæq; rurſus extra murum labyrinthi ædificiorum moles pteron appellant. Inde aliæ per-foſſis cuniculis ſubterraneæ domus. Refecit unus omnino pauca ibi ex monte phado Thebis rex ante Alexandrum Magnum annis quingentis. Id quoq; traditur fulſiſſe trabibus ſpinæ oleo incoctæ dum fornices quadrati lapidis aſſurgerent. De ægyptio & cretico labyrinthis ſatis dictum eſt. Lemnius ſimilis illis columnis tantum centū-quinquaginta memorabilior fuit:quarū in officina turbines ita librati pependerūt: ut puero circumagente tornarentur. Architecti illum fecere Zmilus & Rholus & Theodorus indigena. Extantq; adhuc reliqæ eius:cum cretici italiciq; nulla ueſtigia extent. Nanq; & italicū dici conuenit:quem fecit ſibi Porſenna rex etruriæ ſepulchri cauſa:ſimul ut & externorum regum uanitas quoq; ab italis ſuperaretur. Sed cū ex-cedat oīa fabuloſitas:utemur ipſius.M.Varronis ī expoſitiōe eius uerbis. Sepultus ē iqt ſub urbe cluſio:in quo loco monumētum reliquit lapide q̄drato. Sīgula latera pedum lata tricenum:alta quinquagenum. Inque baſi quadrata intus labyrinthum īextricabilem. Quo ſiqs īproperet ſine glomere lini:exitum īuenire nequeat. Supra id q̄dratum pyramides ſtant qnq;. Quattuor in angulis & ī medio una. In imo latæ pedum ſeptuagenumquinum:altæ centum quinquagenum:ita faſtigiatæ:ut ī ſūmo orbis æneus & Pegaſus unus omnibus ſit īpoſitus:ex quo pendeant excepta catenis tintinnabula:quæ uento agitata longe ſonitus referant:ut dodonæ olim factum. Su-pra quem orbem quattuor pyramides inſup ſingulæ extant altæ pedum cētenum. Supra quas uno ſolo quinq; pyramides:quarum altitudinem Varronem puduit ad-iicere. Fabulæ etruſcæ tradunt eandem fuiſſe: quam totius operis : adeo ueſana de-mentia quæſiſſe gloriam impendio nulli profuturo. Præterea fatigaſſe regni uires: ut tamen laus maior artificis eſſet.

¶DE Penſili horto & oppido:& templo Dianæ epheſiæ. ¶Cap.xiiii.

LEguntur & penſiles hortos:immo uero totum oppidum feciſſe ægyptiæ thebæ: exercitus armatos ſubito educere ſolitis regibus nullo oppidanorum ſentiente. Etiamnum hoc minus mirum:q̄ ꝑ flumine medium oppidum interfluente : quæ ſi fuiſſent:non dubium eſt dicturum Homerum fuiſſe:cum centum portas ibi prædi-caret. Græcæ magnificentiæ uera ammiratio extat templum epheſiæ Dianæ ducentis uigīti annis factum a tota aſia. In ſolo id paluſtri fecere:ne terræmotus ſentiret: aut hiatus timeret. Rurſus ne in lubrico atq; inſtabili fundamenta tantæ molis locarēt: ante calcatis ea ſubſtrauere carbonibus:dein uelleribus lanæ. Vniuerſo templo lon-gitudo eſt quadringentorum uigintiquinque pedum: latitudo ducentorum uiginti. Columnæ cētum uiginti ſeptem a ſingulis regibus factæ:ſexaginta pedum altitudīe. Ex iis triginta ſex cælatæ. Vna a Scopa. Operi præfuit Cteſiphō architectus. Sūma miracula:epyſtilia tātæ molis attolli potuiſſe. Id conſecutus eſt ille beronibus arena plenis molli puluino ſuper capita columnarum exaggerato paulatim exinaniens ab imo ut ſenſim totum in colle ſederet. Difficillime hoc contigit in limine ipſo: quod foribus imponebat. Etenim ea maxima moles fuit:nec ſedit. In cubili ergo anxio ar-tifici mortis deſtinatione ſuprema. Traduntque in ea cogitatione feſſum nocturno tempore in quiete uidiſſe præſentem deam:cui templum fiebat:hortantem ut uiue-ret.ſe compoſuiſſe lapidem:atque ita poſtero die apparuit:pondereq; ipſo correptus uidebatur. Cætera eius operis ornamenta plurium librorum inſtar optinent:nihil ad

specimē natūræ ptinētia. DE Delubro Cyzici:& lapide fugitiuo: & de echo septies resonante:& ædificio sine clauo:& mirabilia ædificiorum romæ. Cap.xv.

DVrat & Cyzici delubrum:in quo filū aureū cōmissuris oībus politi lapidis subiecit artifex eburneum Iouē dicaturus intus coronante eo marmoreo Apolline. Tralucēt ergo picturæ tenuissīs capillamentis:leniq; afflatu sīulacra refouēte: præter ingeniū artificis ipsa materia quāuis occulta in precio opis ītelligit. Eodē ī oppido ē lapis:fugitiuus appellatus: Argonautæ eo pro anchora usi ibi reliquerant. Hunc e prytaneo:ita uocatur locus:sæpe profugum fixere plumbo. Eadem ī urbe iuxta portā quæ thracia uocatur turres.vii.acceptas uoces numerosiore repercussu multiplicant. Nomēq; huic miraculo echo ē a græcis datum. Et hoc quidem natura locoꝝ euenit. Et plerunque conuallium: ibi casu accidit. Olympiæ autem arte mirabili modo in porticu quam oppidani heptaphonō appellant:quoniam septies eadem uox reddit. Cyzici & buleuterion uocant ædificium amplum sine ferreo clauo ita disposita contignatione ut eximantur trabes sine fulturis ac reponantur. Quod item romæ ī pōte sublicio religiosum est:postea q̄ Coclite Horatio defendente ægre reuulsus est. Verū & ad urbis nostræ miracula transire conuenit:nongentorūque annoꝝ dociles scrutari uiros:& sic quoq; terraꝝ orbem uictum ostendere:quod accidisse totiens pene:quot referēt miracula:appebit. Vniuersitate uero aceruata & ī quēdā unū cumulū cōiecta: nō alia magnitudo exurget:q̄ si mūdus alius qdā ī uno loco narret. Nā ut cyrcum maximum a Cæsare dictatore extructū lōgitudīe stadioꝝ triū: latitudīe unius:sed cū ædificiis iugeꝝ quaternū ad sedem ducentoꝝ.lx.miliū inter magna opera dicamus. Nonne inter magnifica basilicam Pauli columnis e phrygibus mirabilem: forumq; diui Augusti: templum Pacis diui Vespasiani imperatoris Augusti: pulcherrima operum quæ unq̄: Pantheon Ioui ultori ab Agrippa factum: cum theatrum ante texerit romæ Valerius ostiēsis architectus ludis Libonis: Pyramidas regum miramur opera:cum solum tantū foro extruendo sestertiis mille ducentis Cæsar dictator emerit. Et siquidem impensæ mouent captos auaricia animos.P.Clodius quem Milo occidit:sestertiis.cxlviii.milibus domo empta habitauerit. Quod eqdē non secus ac regum insaniam miror. Itaq; & ipsum Milonem sestertia septīgēta milia æris alieni debuisse inter prodigia animi humani duco. Sed tunc senes aggeris uastum spatium & substructiones insanas captiosi mirabātur. Præterea cloacas operum omniū dictu maximum:suffossis mōtibus:atq; ut pauloante rettulimus:urbe pensili:subterq; nauigata. Id.M.Agrippa fecit ī ædilitate post consulatum per meatus corriuatis septē amnibus cursu præcipiti torrentium modo rapere:atque auferre omnia coactis. Insuper mole hymbrium concitati uada ac littora quatiunt. Aliquando tiberis retro īfusi recipiunt fluctus. Pugnantque diuersi aquarum impetus intus: & tamē obnixa firmitas resistit. Trahuntur moles internæ tantæ non succumbentibus causis operis. Pulsant ruinæ spōte præcipites:aut īpactæ incēdiis. Quatitur solum terræmotibus. Durant tamen a Tarquinio Prisco annis octingentis prope inexpugnabiles. Non omittendo memorabili exēplo uel eo magis:quoniam celeberrimis rerū cōditoribus omissum est. Cum id opus Tarquinius Priscus plebis manibus faceret:essetq; labor incertum longior an periculosior:passim conscita nece quiritibus tedium fugiētibus: Nouum & inexcogitatum ante posteaq; remedium inuenit ille rex: ut omnium ita defunctorum figeret crucibus corpora:spectanda ciuibus:simul & feris uolucribusq; lacerāda. Quamobrē pudor romani nominis propius qui sæpe res perditas seruauit in præliis:tunc quoq; subuenit. Sed illo tempore imposuit iā erubescens:cū puderet uiuos tanq̄ puditurum esset extinctos. Amplitudinem cauis eam fecisse proditur ut uehem fœni large onustam transmitteret. Parua sunt cuncta quæ diximus: & ōnia uni comparanda miraculo:anteq̄ noua attigam. M.Lepido.Q.Catulo cōss.ut constat inter diligentissimos auctores domus pulchrior non fuit romæ:q̄ Lepidi ipsius.

At hercule intra annos.xxxv.eadem centeſimum locum non optinuit. Computet in hac æſtimatione qui uolet:marmorum molem:opera pictorum:ĩpendia regalia. Et cum pulcherrĩa laudatiſſimaq; certantes cẽtũ domos:poſteaq; eas ab ĩnumerabilibus aliis in hunc diem uictas. Profecto incendia puniunt luxum:nec tamẽ effici poteſt: ut mores aliquid ipſo in homine mortalius eſſe intelligant. Sed eas õnes duæ domus uicerunt. Bis uidimus urbem totam cingi domibus principum:Caii & Neronis. Et huius quidem ne quid deeſſet aurea. Nimirum ſic habitarunt illi qui hoc imperium fecere:tantas ad uincendas gẽtes triumphoſq; referendos ab aratro aut foco exeũtes: quorum agri quoq; minorem modum optinuere q̃ cellaria iſtorum. Subit uero cogitatio quota portio harum fuerint areæ illæ:quas inuictis imperatoribus decernebant publice ad exædificandas domos. Summuſq; illarum honos erat:ſicut in.L.Valerio Publicola:qui primus conſul fuit cum.L.Bruto poſt tot merita:& fratre eius qui bis in eodem magiſtratu ſabinos deuicerat: adiici decreto: ut domus eorum fores extra aperirẽt:& ianua in publicum reiiceretur.hoc erat clariſſimum inſigne inter triũphales quoq; domos. Nõ patiemur duos Caios uel duos Nerones ne hac quidem gloria famæ frui. Docebimuſq; etiam ĩſaniam eorum uictam priuatis operibus.M.Scauri: cuius neſcio an ædilitas maxĩe proſtrauerit mores ciuiles:maiuſq; ſit Syllæ malũ tãta priuigni potentia q̃ proſcriptio tot milium. Hic fecit in ædilitate ſua opus maximum omnium quæ unq̃ fuere humana manu facta:non temporaria mora:uerũ etiã æternitatis deſtinatione. Theatrum hoc fuit. Scæna ei triplex altitudine.ccc.lx.colũnarũ in ea ciuitate quæ ſex hymetias non tulerat ſine probro ciuis ampliſſimi. Iam pars ſcænæ e marmore fuit. Media e uitro inaudito etiam poſtea genere luxuriæ. Summæ tabulis inauratis columnæ ut diximus:imæ duodequadragenum pedum. Signa ærea inter columnas ut indicauimus:fuerunt tria milia numero. Cauea ipſa cepit hominũ lxxx.milia:cum Pompeii amphitheatri totiens multiplicata urbe tantoq; maiore populo ſufficiat large.xl.milia. Sed & reliquus apparatus tantus:attalica ueſte:tabulis pictis:cæteraq; cura fuit:ut ĩ tuſculanã uillam reportatis quæ ſupfluebãt quotidiani uſus deliciis incenſa uilla ab iratis ſeruis concremarẽt ad ſeſtertia.M. Aufert animũ & a deſtinato itinere digredi cogit contemplatio tam prodigæ mẽtis:aliamq; cõnecti maiorem inſaniam. E ligno.C.Curio qui bello ciuili in cæſarianis partibus obiit: funebri patris munere cum opibus apparatuq; nõ poſſet ſuperare Scaurũ. Vnde.n. illi uitricus Sylla?& Metella mater proſcriptionũ ſectrix?unde.M.Scaurus pater totiens princeps ciuitatis:& marianis ſodaliciis rapinarum prouincialiũ ſinus?cum iã ne ipſe quidem comparari ſibi poſſet.quando hoc certe incendii illius premiũ habuit conuectis ex orbe terrarum rebus:ut nemo poſtea par eſſet inſaniæ illi. Ingenio ergo ſuo erat utendum:Curioniq; aliud excogitandum fuit. Operæ precium eſt ſcire quid inuenerit:& gaudere moribus noſtris:ac noſtro mõ nos uocare maiores. Theatra duo iuxta fecit ãpliſſima e ligno cardinũ ſigulorum uerſatili ſuſpenſa libramẽto. in quibus utriſq; antemeridiano ludorum ſpectaculo edito inter ſeſe auerſis:ne ĩuicẽ obſtreperẽt ſcænæ:& repente circũactis ut conſtiterant. Poſtremo iã die diſcedẽtibus tabulis & cornibus inter ſe coeũtibus faciebat ãphitheatꝛũ:& gladiatorum ſpectacula edebat:ipſum magis auctoratum populum romanum circunferens. Quid.n.mirẽt quiſq; in hoc primum?inuẽtorem?an inuentum?artificem?an auctorẽ?auſũ aliquẽ hoc excogitare?an ſuſcipere?parere?an iubere? Super omnia erit populi furor ſedere auſi tam infida inſtabiliq; ſede. En hic eſt ille terrarum uictor & totius dominator orbis:qui gentes & regna diriperet:iura exteris mitteret:& quoſdam in numero deoꝝ immortaliũ:generis humani portio in machina pendens:& ad piculum ſuũ plaudẽs. Quæ uilitas animarum iſta?aut quæ querela de cannis?aut quantũ mali potuit accidere?Hauriri urbes terræ hiatibus publicus mortaliũ dolor eſt. Ecce populus ro.uniuerſus uelut duobus nauigiis ĩpoſitus binis cardinibus ſuſtiẽt:& ſeipſũ depugnantẽ

ſpectat:periturus momēto aliquo luxatis machinis:& per hoc queritur in tribuniciis concionibus gratia:ut penſiles tribus faceret. Qualia hic in roſtris? Quid non auſurus apud eos quibus hoc perſuaſerit? Vera nanque confitentibus populus romanus funebri munere ad tumulum patris eius depugnauit uniuerſus. Variauit hanc magnificētiam ſuam feſſis turbatiſque cardinibus:& amphitheatri forma cuſtodita nouiſſimo die diuerſis duabus per medium ſcænis athlætas edidit:raptiſq; e cōtrario repēte pulpitis eodem die uictores e gladiatoribus ſuis produxit. Nec fuit rex Curio aut gentium imperator:non opibus inſignis:uti qui nihil in cenſu habuerit: præter diſcordiam principum. Sed dicātur uera æſtimatione inuicta miracula:quæ.Q.Martius rex fecit. Is iuſſus a ſenatu aquaꝝ appiæ & anienis tegula ductus reficere: nouā a nomine ſuo appellatā cuniculis per montes actis intra præturæ ſuæ tēpus adduxit. Agrippa uero ī ædilitate ſua:adiecta uirginea aqua:cæteriſq; corriuatis atq; emēdatis lacus.dcc.fecit. Præterea fontes.cv.caſtella.cxxx.compluraq; etiam cultu magnifica & operibus. His ſigna.ccc.ærea aut marmorea impoſuit: & columnas ex marmore q̄dringentas:eaq; omnia ānuo ſpatio. Adiecitq; ipſe in ædilitatis ſuæ cōmemoratiōe & ludos unde ſexaginta diebus factos:& gratuita præbuit balnea cētū.lxx.quæ nunc romæ ad infinitum auxere numerū. Vicit antecedentes aquarum ductus nouiſſimū impēdium operis inchoati a Caio Cæſare:& peracti a Claudio. Quippe a lapide.xl. ad eam excelſitatem:ut in omnes urbis montes leuarentur:influxere curtius atq; cæruleus fontes. Erogata in id opus ſeſtertia q̄ngenta.lv.milia. Quod ſiquis diligētius æſtīauerit aquarum abundantiam in publico balneis piſcinis domibus euripis hortis ſuburbanis uillis ſpatioq; aduenientis extructos arcus:mōtes ꝑfoſſos:cōualles æq̄tas: fatebitur nihil magis mirandum fuiſſe in toto orbe terrarum. Eiuſdem Claudii inter maxīa eq̄dē ac memoranda duxerī:quāuis deſtitutū ſucceſſoris odio mōtē ꝑfoſſū ad lacū fucinū emittēdū:īenarrabili ꝑfecto īpendio:& operioꝝ multitudine ꝑ tot ānos: cū aut corriuatio aquaꝝ:q̄ terrenus mons erat egereretur in uertice machinis: aut ſilex cæderetur. Oīaq; intus in tenebris fierēt:quæ neq; concipi aīo niſi ab iis q uidere:neq; humano ſermone enarrari poſſunt. Nā portus oſtienſis opus prætereo. Itē uias īter montes exciſas. Mare thirrhenum a lucrino molibus ſecluſum. Tot pontes tantis īpēdiis factos. Et īter pluria alia italiæ miracula: ipſa marmora ī lapidicinis creſcere auctor ē Papyrius Fabianus naturæ reꝝ peritiſſimus. Exēptores quoq; affirmāt cōpleri ſpōte illa mōtiū ulcera. Quæ ſi uera ſūt:ſpes ē:nūq̄ defuturā luxuriam.

¶DE Magnetis gn̄ibus & medicinis. ¶Cap.xvi.

HMarmoribus digredienti ad reliquoꝝ lapidū inſignes naturas:qs dubitet ī prīs magnetem occurrere? Quid.n.mirabilius?aut q̄ in ꝑte naturæ maior īprobitas dederat uocem ſaxis ut diximus: reſpondentem homini:immo uero & obloquentē. Quid lapidis rigore pigrius? Ecce ſenſus manuſq; tributi illi. Quid ferri duricia pugnacius? Sed cedit: & patitur mores. trahitur nanq; a magnete lapide. Domitrixq; illa rerum omnium materia ad inane neſcioquid currit:atq; ut propius uenit:aſſiſtit.teneturq;:& complexu hæret. Sideritin ob hoc alio nomine appellant:q̄dā heracleon. Magnes appellatus eſt ab inuentore:ut auctor eſt Nicander in india repertus. Nāq; & paſſim inuenitur:ut in hiſpania quoq;. Inueniſſe autem fertur clauis crepidarum & baculi cuſpide hærentibus:cū armenta paſceret. Quinque genera magnetis Sotacus demonſtrat. Aethiopicum: & magneſiacum a macedonia & contermina a bebonœa locatum petentibus dextra. Tertium in echio boetiæ. Quartum circa alexandriam troadem. Quintum in magneſia aſiæ. Differētia prima mas ſit an fœmina. Proxīa in colore. Nam qui in macedonia & magneſia reperiuntur: ruffi nigriq; ſūt. Boetius uero ruffi coloris plus habet q̄ nigri. Is qui in troade inuenitur: niger eſt & fœminei ſexus:ideoq; ſine uiribus. Deterrimus autē in magneſia aſiæ candidus:neq; attrahēs ferrum ſimiliſq; pumici. Compertum tāto meliores eſſe:quanto ſūt magis cærulei.

Aethiopicis laus summa datur:pondusq; argento rependitur. Inuenit hic i æthiopia zmiri:ita uocatur regio arenosa. Ibi & hematites sanguinei coloris:sanguineq; reddēs si teratur. Sed & crocū. In attrahendo ferrū nō eadem quæ magneti hematite nata. Aethiopici argumentum est:q magnetem quoq; alium ad se trahit. Omnes autē hi oculorum medicamentis prosunt ad suā qsq; portionē. Maxīeq; epiphoras sistūt. Sanāt & adusta cremati tritiq;. Alius rursus ī eadē æthiopia nō pcul mōs gignit lapidē theameden:q ferrum omne abigit:respuitq;. De utraq; nata eius sæpius diximus.

DE Lapidibus qui cito absumunt corpora in eis cōdita:& de his q diu seruāt: & de thasio lapide & medicinis eius. Cap.xvii.

Lapidem e scyro insula integrum fluctuare tradunt: eundem cōminutū mergi. In asso troadis sarcophagus lapis fissili uena scinditur. Corpora defunctorum condita in eo absumi constat ītra.xl.diē:exceptis dentibus. Mutianus specula quoq; & strigiles & uestes & calciamenta illata mortuis lapidea fieri auctor ē. Eius generis & in lycia saxa sunt & in oriente:quæ uiuentibus quoq; adalligata:erodunt corpora. Mitior est autem seruandis corporibus nec absumendis chemites ebori simillimus: ī quo Darium conditum ferunt. Parioq; similis candore & duricia:minus tñ pōderosus qui porus uocatur. Theophrastus auctor est & trāslucidos lapides in ægypto inueniri quos ophionitæ similes ait:quod fortassis tunc fuerit:quoniam & ii desinunt: & noui reperiuntur. Assius gustu salsus podagras lenit pedibus in uase ex eo cauato inditis. Præterea omnia crurum uitia in iis lapidicinis sanantur:cum in metallis ōnibus crura uitientur. Eiusdem lapidis flos appellat. in farinam redigendam mollis ad quædam perinde efficax. Est autē similis pumici russo. Ammixtus æri cyprio mammarum uitia emēdat. Pici autē resinæue strumas & panos discutit. Prodest & phthisicis licitu. Cū melle uetera ulcera ad cicatricē perducit. Excrescentia erodit. Et ad bestiarum morsus utilis. Repugnantia curationi ac suppurata siccat. Fit cataplasma ex eo podagricis mixto fabæ lomento.

DE Ebore fossili & lapidibus osseis & palmatis & aliorum gñibus. Cap.xviii.

IDem Theophrastus & Mutianus esse aliquos lapides:qui pariāt credūt. Theophrastus auctor est & ebur fossile candido & nigro colore inueniri:& ossa e terra nasci:inueniriq; lapides osseos. Palmati circa mundam in hispania:ubi Cæsar dictator Pompeium uicit:repeтiuntur : idque quotiens fregeris. Sunt & nigri : quorum auctoritas uenit in marmora:sicut tænarius. Varro nigros ex africa firmiores esse tradit:q in italia. E diuerso albos coranos duriores:q parios. Idem lunensē silicē serra secari. At tusculanū dissilire igni. Sabinū fuscum addito oleo etiā lucere. Idē molas uersatiles uolsine inuentas. Aliquas & sponte motas inuenimus in prodigiis. Nusq autē hic utilior q in italia gignit:lapisq; nō saxū ē. In quibusdā uero prouīciis omnino nō īuenit. Sunt qdā in eo gñe molliores:qui & cote leuigantur:ut pcul ītuētibus ophitæ uideri possint. Neq; ē alius firmior:qñ & lapidis natura ut lignum similiter hymbres solesq; aut hyemes non patitur. In aliis atq; aliis generibus. Sunt q & lunā nō tolerent:& q uetustate rubiginem trahant:coloréue cādidum oleo mutent.

DE Corallio uel pyrite:& medicinis eius & ostracite:de amātho lapide & medicīs eius:de militino lapide & uiribus eius:de gagate lapide & medicinis eius:de spongiis & phrygio lapide et natura eius. Cap.xix.

COrallium lapidem quidam pyriten uocant:quoniam fit plurimus ignis illi. Sed est alius etiamnum pyrites similitudine æris. In cypro eum reperiri uolūt: et in metallis quæ sunt circa acamaniam : unum argenteo colore : alterum aureo. Coquūtur uarie. Ab aliis iterum tertioque in melle : donec consumatur liquor. Ab aliis pruna prius : dein melle : et postea lauantur ut æs. Vsusque eorum in medicina excalfacere: siccare:discutere:humorem extenuare:et duricias nimias mollire. Vtuntur et crudis tusisque : ad strumas atque furunculos. Pyritarum etiamnum

aliq genus unũ faciunt plurimũ habẽs ignis:quos uiuos appellãus & põderosissimi sunt. Hi exploratoribus castrorum maxime necessarii:qui clauo uel altero lapide p/cussi:& scintillas edũt:quæ exceptæ sulphure aut fũgis aridis uel foliis:dicto celerius ignem trahunt. Ostraticæ similitudinem testæ habent. Vsus eorum pro pumice ad leuigandam cutem. Poti sanguinem sistunt:& illiti cum melle ulcera doloresq; mã/maꝝ sanãt. Amiãtus alumini silis nihil igni deperdit. Hic ueneficiis resistit oĩbus: priuatim magorum. Geoden ex argumento appellant:quoniã amplexus est terram: oculoꝝ medicamentis utilissimus. Itẽ mammarum & testium uitiis. Melitites lapis succũ remittit dulcẽ:mellitũq; tusus. Et cæræ mixtus eruptiõibus pituitæ maculisq; corporis medet̃:et faucium exulcerationi. Epinyctidas tollit:et uuluaꝝ dolores ĩpo/situs uelleri. Gagates lapis nomen loci et amnis habet gagatis lyciæ. Aiunt et ĩ leuco colla expelli mari:atq; infra duodecim stadia colligi. Niger est: planus: pumicosus: non multum a ligno differens: leuis: fragilis:odore si teratur grauis. Fictilia ex eo inscripta non delentur. Cum uritur:odorem sulphureum reddit. Mirumq; accendit̃ aq̃:oleo restinguit̃. Fugat serpentes ita recreatq; uuluæ strangulationes. Deprehẽdit sonticum morbum & uirginitatem suffitus. Item ex uino decoctus:dentibus medet̃. Strumisq; cæræ permixtus. Hoc dicuntur uti magi in ea quam uocant necyomãtiã. Id peruri negant si euenturum sit:quod aliquis optet. Spongiæ lapides inueniunt̃ ĩ spongiis: et sunt natiui. Quidam eos cysteolithos uocant: quoniam uesicæ medẽt̃. Calculos rumpunt in uino poti. Phrygius lapis gentis nomen habet. Est autẽ gleba pumicosa. Vritur ãte uino perfusus:flaturq; follibus:donec ruffescat:ac rursus dulci uino restinguitur:& hoc trinis uicibus. Tingendis uestibus tantum utilis.

¶DE Hematite & qnq; generibus eius & schisto. ¶Cap.xx.

SChistos & hematites cognationem habent. Hematites inuenitur in metallis. Vstus minii colorem imitatur. Vritur ut phrygius:sed non restinguitur uino. Adulteratur schisto. Hematiten discernunt uenæ rubentes: & friabilis est natura. Oculis cruore suffusis mire conuenit. Sistit profluuium mulierum potus. Bibunt eum & qui sanguinem reiecerunt cum succo punici mali. Et in uesicæ uitiis efficax. Bibit̃ & in uino cõtra serpentium ictus. Infirmior ad omnia eadem est:quẽ schiston appellant. Sed in iis commodior croco similis: peculiarius splẽdet. Proficit oculorũ lachrymis in lacte muliebri. Procidentesq; oculos præclare cohibet. Hæc est sẽtentia eorum qui nuperrime scripsere. Sed Sotacus e uetustissimis auctoribus quinq; gña hematitarum tradit præter magnetem. Principatum dat ex iis æthiopico: oculorum medicamentis utilissimo. Et iis quæ panchresta appellant. Item ambustis. Alterũ atrodamanta dicit uocari:colore nigro: pondere ac duricia insignem: & inde nomen traxisse: præcipueque in africa repertam. Trahere autem in se argentum æs ferrum. Experimentum eius esse in cote ex lapide basanite. Reddere enim succum sãguineũ: & esse ad iocineris uitia præcipui remedii. Tertium genus arabici facit:simili duricia: uix reddentis succum ad cotem aquariam aliquando croco similem. Quarti generis elatiten uocari quandiu crudus sit: coctum uero militen: utilem ambustis. Ad õnia utiliorẽ rubrica. Quinti generis schistos hæmorrhoidas reprimit. In totum autem hematitas omnes tritos in oleo trium drachmarum pondere a ieiunis sumendos: ad uitia sãguinis. Idem auctor est schiston esse alterius generis q̃ hematiten tradit:quẽ uocãt atractiten. Nasci in africa nigrum attritum reddere aquariis cotibus ab ea pte quæ fuerit ab radice nigrum colorem:ab altera parte croci. Ipsum utilem esse oculoꝝ medicamentis.

¶DE Quattuor gñibus aetitis:& calamo:& samio:& arabo:& pumicibus ¶Ca.xxi.

AEtites lapis etiam argumento nominis magnam famã habet. Repitur in nidis aqlaꝝ:sicuti ĩ decĩo uolumĩe diximus. Aiunt binos inueniri:marẽ et fœminã. Nec sine iis parere q̃s diximus aqlas: et ideo binos tantum. Genera eorum quattuor.

In africa nascēte pusillū & mollē itra se ac uelut in aluo habētē argillā suauē:cādidā. Ipsū friabilē quē fœminei sexus putāt. Marē aūt q in arabia nascit᷑:durū gallæ similē: aut subrutilum in aluo habentem durum lapidem. Tertius in cypro inuenit᷑:colore illis in africa nascentibus similis:amplior tamen atq; dilatatus. Cæteris enī globosa facies. Habet in aluo arenam iucundam & lapillos. Ipse tam mollis ut etiam digitis fricetur. Quarti generis Taphiusius appellatur nascens iuxta leucadem:in taphiusa qui locus est dextra nauigantibus ex hac ad leucadem. Inuenitur in fluminibus cā- didus & rotundus. Huic est in aluo lapis qui uocatur callimus:nec quicq̄ tenerius. Aetitæ ōnes grauidis adalligati mulieribus uel quadrupedibus in pelliculis sacrificati uteri animaliū continent partus:non nisi parturiāt:remouēdi: alioqn uuluæ excidiū fit. Sed nisi parturientibus auferantur:omnino non pariunt. Est & lapis samius in eadem insula ubi terram laudauimus:poliēdo auro utilis. Vtilis & in medicina ocu- lorum ulceribus cum lacte quo supradictum est modo contra ueteres lachrymatiōes. Prodest & contra uitia stomachi potus. Vertigines sedat. Mētesq; cōmotas restituit. Quidam & morbis comitialibus utiliter dari putant. Et ad urinæ difficultates:acopis etiam miscetur. Probatur grauitate:& candore. Vuluas & partus contineri adalli- gato eo tradunt. Arabius lapis ebori similis : dentifriciis accommodatur crematus. Priuatim hæmorrhoidas sanat cum lanugine linteorum: linteolis insuper impositis. Non prætermittenda est & pumicum natura:siquidem ita appellātur quidā lapides ita erosi amne:in ædeficiis musea uocant dependentia ad imaginem specus arte red- dēdā. Sed & ii pumices qui sunt in usu corporū leuigandoꝝ fœminis iā qdē & uiris atq; ut ait Catullus liberis:laudatissimi sunt in melo escyro & æoliis insulis. Probatio in candore & in minimo pondere:& ut q̄maxime spongiosi aridiq; sint:ac teri faciles nec arenosi in fricando. Vis eorum in medicina:extenuare:siccare.in ustrina ter sic- cantur:ita ut torreantur carbone puro ac totiens uino restinguantur albo. Lauantur deinde ut cadmia: & siccati conduntur q̄nihil uliginoso loco. Vsus farinæ eius ocu- lorum maxime medicamentis. Vlcera purgant eorum leuiter:explentque cicatrices & emendant. Quidam tertia ustione refrigeratos potius q̄ restinctos terere malunt ex uino. Adduntur etiam ad malagmata capitum uerendorumq; ulceribus. Vtilis- sima fiunt ex iis dentifricia. Theophrastus autem auctor est potores in certamine bibendi præsumere farinam eius:sed nisi uniuerso potu impleātur:periclitari. Tātāq; refrigerādi natā esse:ut musta feruere desināt pumice addito.

¶DE Lapidibus mortarioꝝ medicinaliū:& mollibus lapidibus:& speculari lapide & silicibus & phen- gite & cotibus & reliqs ad structurā lapidibus igni & tēpestatibus resistētibus ¶Ca.xxii.

AVctoribus curæ fuere lapides mortariorū quoq; nec medicinaliū tantū aut ad pigmēta pertinētiū. Ethesiūq; lapidē in iis prætulere cæteris:mox & thebaicū: quē pyrrhopecilon appellauimus. Aliq psaroniū uocāt. Tertiū ex calazio chrysiten. Medici autē & basaniten. Hic enī lapis nihil ex sese remittit. Ii aūt lapides q succū reddunt oculorum medicamentis utiles existimantur. Ideoq; æthiopici maxime ad ea probantur. Tenarium uero lapidem & pœnicum et hematiten iis medicamentis prodesse tradūt:quæ ex croco componantur. Ex alio tenario qui niger est:& ex pario lapide non æque medicis utilem. Potiorem ex lapide Alabastrite ægyptio : uel ex ophite albo. Est enim hoc genus ophitis: ex quo uasa & etiam cados faciunt. In syphno lapis est qui cauatur: tornaturq; ī uasa coquendis cibis utilia:uel ad escu- lentorum usus. Quod in comensi italiæ lapide accidere scimus. Sed in syphno si- gulare ꝙ excalfactus oleo nigrescit:durescitq;. Natura mollissimus tanta q̄litatum differentia est. Nam mollicie & transalpis præcipua sūt exempla. In belgica ꝓuīcia candidum lapidem serra qua lignum: faciliusq; etiam secātium ad tegulaꝝ & ibricū uicē. Vel si libeat:ad quæ uocant pauonacea tegendi genera: & igne quidem durati iidem sectiles sunt. Specularis uero quoniam & hic lapis nomen optinet: faciliore

multo natura finditur in q̄libet tenues crustas. Hispania hunc olim citerior tantum dabat:nec tota sed intra centum milia passuum circa segobricam urbem. Iam & cy/pros et cappadocia et sicilia:et nuper inuentum africa. Postferendos omnes tamen hispaniæ: et cappadociæ mollissimis & amplissimæ magnitudinis: sed obscuris. Sunt & in bononiensi italiæ parte breues maculosi complexu silicis alligati:quorum tamen appareat natura similis eis q̄ in hispania puteis effodiuntur ꝑfūda altitudīe. Necnō & saxo inclusus sub terra inuenitur:extrahiturq;:aut exciditur. Sed maiori parte fossili natura absolutus segmenti modo: nunq̄ adhuc quinq; pedū lōgitudine amplior. Humore hunc terræ quidā autumant quadā anima crystalli mō glaciari. Et in lapidem concrescere manifesto apparet: ꝗ cum fere decidere ī puteos tales & medullæ ex ossibus earum in eadem lapidis natura post unam hyemem figurantur. Inuenitur & niger aliquando. Sed candido natura mira cum sit mollicia nota perpe/tiendi solis rigorisq;:nec senescit si modo iniuria absit:cū hoc etiā ī cemētis multorū generum accidat. Inuenere & alium usum in ramentis quoq; cyrcum maximū ludis cyrcensibus sternendi:ut sit in cōmendatiōe candor. Nerone principe in cappadocia repertus est lapis duricia marmoris candidus atq; translucens:etiam qua parte fuluæ inciderant uenæ:ex argumento phengites appellatus. Hoc construxerat ædē fortunæ quam seiam appellant: a Seruio rege sacratam aurea domo complexus. Quare etiā foribus apertis interdiu claritas ibi diurna erat haud alio q̄ specularium modo: tāq̄ inclusa luce: non transmissa. In arabia quoq; esse lapidem uitri modo translucidū: quo utuntur pro specularibus:Iuba auctor est. Nunc ad operarios lapides transisse conueniat: primumque cotes ferro acuendo. Multa earum genera. Creticæ diu maximam laudem habuere. Secundā laconicæ ex taygeto monte:utræq; oleo indi/gentes. Inter aquarias naxiæ laus maxima fuit:mox armeniacæ:de quibus diximus. Ex oleo & aqua ciliciæ pollent: ex aqua arsinoeticæ. Repertæ sunt & in italia aqua trahentes aciem acerrimo effectu. Necnon & transalpes:quas pascernices uocant. Quarta ratio est saliua hominis proficientium. Quæ in tonstrinarum officinis in/utilis est: fragili mollicia. Flaminitanæ ex hispania citeriore in eo genere præcipuæ. Reliqua multitudo lapidum in totum ædificiis inutilis est morositate. Quædā tamē loca morem illum habent: sicuti carthago in africa exercetur halitu maris: fricatur uento:& uerberatur hymbri. Sed cura tuentur:picando parietes quoniam & tectoria calx roditur. Sciteque dictum est: ad tecta eos pice ad uinum calce uti: quoniam sic musta condiunt. Alia mollicia circa romam fidenati & albano. In liguria quoque umbria & uenetia albus lapis dentata serra secatur. Hi tractabiles in opera laborē quoq; tolerant sub tecto duntaxat. Aspergine & gelu pruinisq; rumpunt̄ in testas. Nec contra humores & auram maris robusti. Tyburtini ad reliqua fortes: uapore dissiliunt. Nigri silices optimi:quibusdam in locis & rubētes. Nōnusq̄ uero & albi: sicut in tarquiniensi & anitianis lapidicinis circa lacum uolsiniensem. Et in stra/tonensi sūt:qbus ne ignis quidem nocet. Iidē et ī monumēta sculpti cōtra uetustatē quoque incorrupti permanēt. Exq; iis formæ fiunt:in qbus æra funduntur. Est et uirid s lapis uehementer igni resistens:sed nusq̄ copiosus. Et ubi inuenit̄ lapis non saxum est. E reliquis pallidus in cemento raro utilis. Globosus cōtra iniurias fortis: sed ad structuram infidelis:nisi multa suffrenatione deuinctus. Nec certior fluuia/tilis semper ueluti madēs. Remediū est in lapide dubio æstate eum eximere:nec āte biennium eum inserere tecto:domitum tempestatibus. Quæ ex eo læsa fuerint:in subterranea structura aptantur utilius. Quæ restiterint: tutū est cælo committere. Græciæ lapide duro ac silice æquo cōstruunt ueluti lateritios parietes. Cum ita fece/rint: isodomos uocant genus structuræ. At cum inæquali crassitudine structa sunt pseudisodomon. Tertium est euplecton tantūmodo frontibus politis. Reliqua for/tuito collocant. Alternas coagmentationes fieri:ut commissuras antecedentiū medii

lapides optineant: necessarium est: in medio quoq; pariete si res patiatur. Si minus: utiq; a lateribus. Medios parietes sarcire fractis cementis. Dictyotheton uocant reticulatam structuram: q̄ frequētissime romæ struunt: rimis opportunam. Structurā ad normam & libellam fieri & ad perpendiculum respondere oportet.

DE Cisternis & calce et harenæ gn̄ibus: et mixtura calcis: et harenæ: et uitiis structuræ et coctariis et columnis. Cap. xxiiii.

ET cisternas arena pura & aspera qnq; partibus: calcis q̄uehementissimæ duabus construi cōuenit: fragmētis silicis non excedentibus libras. Ita ferratis uectibus calcari solū parietesq; similiter. Vtilius geminos esse: ut in priore uitia cōsidāt aquæ: atq; p collū in proximas transeat maxime pura aqua. Calcē e uario lapide Cato Cēsorius īprobat. Ex albo melior q̄ ex duro & structuræ utilior. Quæ ex fistuloso: tectoriis. Ad utrunq; dānatur ex silice. Vtilior eadem ex effosso lapide q̄ ex ripis fluminū collecto. Vtilior e molari: quia est quædam pinguior natura eius. Mirum aliquid postq̄ arserit: accendi aquis. Arenæ tria genera. Fossicia cui quarta pars calcis addi debet. Fluuiatili aut marinæ tertia. Si & testæ tusæ tertia pars addatur melior materia erit. Ab apennino ad padum non inuenitur fossicia: nec marina. Ruinarum urbis ea maxime causa: q; furto calcis sine ferrumine suo cementa componuntur. Intrita quoq; quo uetustior eo melior. Vnde & in antiquarū ædium legibus inuenit̄ ne recentiore trima uteretur redemptor quisq̄. Ideoque nulla tectoria eorum rimæ fœdauere. Tectoriūq;: quod nisi ter arenato & bis marmorato inductū est: non satis splendoris habet. Vliginosa & ubi salsugo testatio uitia sublini utilius. In græcia tectoriis etiam arenarum quod inducturi sunt: prius in mortario ligneis uectibus subigunt. Experimentum marmorati est in subigendo: donec rutro non cohæreat. Contra in albario opere: ut macerata calx ceu glutinum hæreat. Sed macerari non nisi a gleba oportet. In elide ædes est Mineruæ: in qua frater Phidiæ Panenus tectorium induxit lacte & croco subactum: ut ferunt: ideo quæ si teratur in ea hodieque saliua pollice: odorem croci saporemq; reddere traditur. Columnæ eedere dēsius positæ: crassiores uidentur. Quattuor earum genera. Quæ sextam partem altitudinis in crassitudine ima habent: doricæ uocantur: quæ nonam ionicæ: quæ septimam thuscanicæ. Corinthiis eadem ratio quæ ionicis. Et differentia: quoniam capitularis corinthiarum eadem est altitudo quæ colligitur crassitudine ima: ideoque graciliores uidentur ionicis: capitelli enim altitudo tertia præstat crassitudinis. Antiq̄ ratio erat columnarum altitudinis tertia pars latitudinum delubri. In ephesiæ Dianæ æde: de qua prius fuit sermo: primum columnis spiræ subditæ: & capitella addita. placuitq; altitudinis octaua pars in crassitudine. & ut spiræ haberent crassitudinis dimidium septimæq; partis detrahentibus sūmarū crassitudini. Præter has sunt quæ uocātur atticæ columnæ quaternis angulis pari laterum interuallo.

DE Medicinis calcis & maltha & gypso. Cap. xxiiii.

CAlcis & in medicia magnus usus. Eligit̄. n. recēs: nec aspsa aquis: urit: discutit: extrahit: īcipiētesq; serpe ulcep; īpetus coercet. Aceto & rosaceo tēperata pducit ad cicatricem. Luxatis quoq; cum adipe suillo aut liquida resina ex melle medetur. Eadem compositione & strumis. Malta e calce fit recenti. gleba uino restinguitur. Mox tunditur cum adipe suillo & ficu duplici linamento. Quæ res ōniū tenacissīa: & duriciā lapidis antecedens. Quod maltat̄ oleo pficit̄ āte. Cognita calci resgypsū est. Plura eius genera. Nam e lapide coquitur ut in syria ac thuriis. E tertia foditur ut in cypro: ac perrhebie summa tellure: & hymeticum est. Qui coqt̄ lapis nō dissimilis alabastrite esse debet: aut marmoroso. In syria durissīos ad id eligūt: coquūtq; fimo bubulo ut celerius urantur. Omnium autem optimum fieri cōpertū ē e lapide speculari squamam uitalem habente. Gypso madido statim utendum est: quoniam celerrime coit ac siccatur. Tamen rursus tundi & in farinam resolui patitur. Vsus

gypsi ĩ albariis sigillis ædificiorum & coronis gratissimus. Exemplumq; illustre. C. Proculeium Augusti Cæsaris familiarem in maximo stomachi dolore gypso poto cõ/sciuisse sibi mortẽ. ¶DE Pauimẽtis:& qñ primũ romæ & subdiualibus pauimẽtis: & græcanicis:& quando primum cameræ.¶Capitulum.xxv.

PAuimenta originem apud græcos habent elaborata arte picturæ ratione:donec lithostrota expulere eam. Celeberrimus fuit in hoc generosus: qui pergami strauit quem uocant Eusaroton Oecon: quoniam purgamenta cœnæ in pauimento quoq; euerri solent:ueluti relicta. Fecerat paruis e testulis tinctisq; in uarios colores. Mirabilis ibi columba bibens: & aquam umbra capitis infuscãs abripiente alia escã. Dentes uideres in canthari labro. Apricantur aliæ scabentes sese. Pauimenta credo primum facta:quæ nunc uocamus barbarica:atque subregulanea. In italia e festucis cannea.hoc aperte ex nomine ipso intelligi potest. Romæ scalpturatum in Iouis capitolini æde primum factum est post tertium punicum bellum initũ. Frequentata uero pauimẽta ãte cimbricũ magna gratia animoꝝ indicio est lucillianus ille uersus. Ante pauimenta atq; emblemata uermiculata.

Subdialia græci inuenere talibus domos contegentes facili tractu & tepente. Sed fallax ubicunq; hymbres gelant. Necessariũ binas per diuersũ taxationes substerni. Capita earum præfigi ne torqueant̃. Et ruderi nouo tertiam partem testæ tusæ addi. Deinde rudus in quo duæ quintæ calcis misceant̃ pedali crassitudine festucari. Tũc nucleo crasso sex digitos induci & e testa grandi non minus alia duos digitos strui. Fastigium uero seruari in pedes denos & sescuncem. Ac diligenter cote despumare: uernisq; axibus contribulare. Quæ torquentur inutilia putant. Immo & silice aut palea substerni melius esse quo minor uis calcis perueniat. Necessariũ & globosum lapidem subiici. Similiter fiunt spicata testacea. Non negligendum etiamnũ unũ genus græcanicum. Solo festucato iniicitur rudus aut testaceum pauimentũ. Dein spissæ calcatis carbonibus inducitur sabulo calce ac fauilla mixtis.materia crassitudĩe semipedali ad regulam & libellam exigitur:& est forma terrena. Si uero cote depo/litum est:nigri pauimenti usum optinet. Lithostrota cœptauere iam sub Sylla par/uulis certe crustis. Extatque hodie quod in Fortunæ delubro preneste fecit. Pulsa deinde ex humo pauimenta in cameras transiere:ut pronum uitium. Et hoc certe inuentum ab Agrippa in thermis quas romæ fecit. Figlinum opus encausto pinxit. In relqs albaria adornauit. Non dubie uitreas facturus cameras: si prius id inuẽtũ fuisset:aut a parietibus scænæ ut dixius: Scauri peruenisset ĩ cameras. Quãobrẽ originẽ uitri dicemus. ¶DE Origine uitri & rõne faciẽdi:& de obsiano uitro:& generibus multiformibus uitri.¶Capitulum.xxvi.

PArs est syriæ quæ Phœnice uocatur finitima iudææ ĩtra montis carmeli radices paludem habens quæ uocat̃ candebea. Ex ea credit̃ nasci belus amnis quinq; miliũ.p.spatio ĩ mare ꝓfluẽs iuxta ptholemaidem coloniã.Lẽtus hic currit:ĩsalubris potu sed cerimoniis sacer:limosus:uado profundus. Non nisi refuso mari harenas fatet̃. Fluctibus.n. uolutatæ nitescunt detritis sordibus. Nũc & a marino credunt̃ astringi morsu:non prius utiles. Quĩgẽtoꝝ ẽ passuũ nõ ãplius littoris spatiũ. Idq; tantũ multa p sæcula gignẽdo fuit uitro. Fama est appulsa naue mercatoꝝ nitri cum sparsi p littus epulas pararẽt:nec esset cortinis attollẽdis lapidũ occasio:glebas nitri e naue subdidisse. Quibus accẽsis pmixta harena littoris translucẽtes nobilis liquoris fluxisse riuos:& hãc fuisse originẽ uitri. Mox ut est astuta & ĩgeniosa sollertia nõ fuit cõtẽta nitrũ miscuisse: cœptus addi & magnes lapis:quoniã in se liquorẽ uitri quoq; ut ferrũ trahere credit̃. Simili mõ & calculi splẽdẽtes multifariã cœpti uri:deĩde con/chiæ & fossiles arenæ. Auctores sũt ĩ ĩdia e crystallo fracta fieri:& ob id nullũ cõparari indico. Leuibus aũt aridisq; lignis coqt̃ addito cyprio ac nitro maxime ophirio. Cõ/tinuis fornacibus ut æs liquatur:massæq; fiunt colore pingui nigricantes. Acies tãta

est:quacunq; ut citra ullum sensum ad ossa consecet quicqd afflauerit corporis. Ex massis rursus fundit' in officinis tinguit'q;. Et aliud flatu figurat'. Aliud torno terit'. aliud argẽti mõ cælat'. Sidone quõdã iis officinis nobili:siqdẽ etiã specula excogita/uerat. Hæc fuit antiq̃ ratio uitri. Iã uero & in uulturno mari italiæ arena alba nascẽs sex miliũ passuũ a littore inter cumas atq; lucrinũ:quæ mollissima est: pila molaq; teritur. Dein miscetur tribus partibus nitri pondere uel mensura: ac liquata in alias fornaces transfũditur. Ibi fit massa quæ uocat' hammonitrum. Atq; hæc recoquit' & fit uitrum purũ ac massa uitri candidi. Iam uero & per gallias hispaniasq; simili mõ arenæ temperant'. Ferunt Tyberio principe excogitatũ uitri tẽperamentũ ut flexibile esset: & totam officinam artificis eius abolitam:ne æris argenti auri metallis precia detraherent'. Eaq; fama diu crebrior q̃ certior fuit. Sed quid refert. Neronis princi/patu reperta uitri arte quæ modicos calices duos:quos appellabant petrotos.hs'. sex milibus uenderet. In genere uitri & obsidiana numerantur:ad similitudinẽ lapidis quẽ in æthiopia inuenit Obsidius nigerrimi coloris:aliquãdo & translucidi:crassiore uisu atq; in speculis parietum pro imagine umbras reddente. Gẽmas multi ex eo fa/ciũt. Vidimusq; & solidas imagines diui Augusti:capti materia huius crassitudinis. Dicauitq; ipse pro miraculo in templo Concordiæ obsidianos quattuor elephantos. Remisit & Tyberius Cæsar heliopolitarum cerimoniis repertam ibi ĩ hæreditate eius q præfuerat ægypto: obsidianã imaginẽ Menelai. Ex quo apparet antiqor materiæ origo nũc uitri similitudine ĩterpolata. Xenocrates obsidianũ lapidẽ ĩ ĩdia & ĩ sãnio italiæ & ad oceanũ in hispania nasci tradit. Fit & tincturæ genere obsidianũ ad esca/ria uasa totũ rubens uitrum atq; non translucens: hematinon appellatũ. Fit & albũ & murrhinũ aut hyacinthos saphirosq; imitatũ:& õnibus aliis coloribus. Necẽ alia nũ materia seq̃cior:aut etiam picturæ accommodatior. Maximus tñ honos ĩ cãdido translucente q̃proxima crystalli similitudine. Vsus uero ad potãdũ argenti metalla & auri pepulit. Est autem coloris impatiens ni præcedat frigidus liquor: cum addita aqua uitreæ pilæ sole aduerso ĩ tantum excandescant: ut uestes exurant. Fragmenta teporata agglutinãt' tãtũ.rursus adfũdi nõ queũt præterq̃ abrupto sibimet tĩgui ue/luti cũ calculi fiũt:quos qdã abaculos appellãt:aliquos ẽt pluribus mõis uersicolores. Vitrũ sulphuri concoctũ ferruminatur in lapidem. At peractis õnibus quæ constant ingenio artem natura faciente:succurrit mirari nihil pene non igni perfici.

¶Ignium miracula & medicinæ prodigia ¶Capitulum.xxvii.

IGnis accipit arenas:ex qbus alibi uitrũ alibi argentũ:alibi miniũ:alibi plumbi gñã:alibi pigmẽta:alibi medicamenta fundit. Igne lapides in æs soluũt'. Igne ferrũ gignit':ac domat'. Igne cremato lapide cemẽta ĩ tectis alligatur. Alia sæpius uri ꝓdest. Eadẽq; materia aliud gignit' pris ignibus:aliud secũdis:aliud tertiis. Quãdo ipse carbo uires habere ĩcipit restinctus:atq; ĩteresse creditus:maioris fit uirtutis. Im/mẽsa & improba rerũ naturæ portio. Et ĩ q̃ dubiũ sit plura absumat:an pariat. Est & ipsis ignibus medica uis. Pestilentiæ quæ solis obscuratione cõtrahitur ignis suffitu multiformiter auxiliari certũ est. Empedocles & Hippocrates id demõstrauere diuer/sis locis. Ad conuulsa uiscera aut contusa ut.M. Varro auctor est. Ipsis.n.uerbis eius utar. Lix cinis ẽ inqt foci. Inde enĩ cinis luxatis potus medetur. Vt licet uidere gla/diatores cum deluserint hac iuuari potione. Quin & carbũculum genus morbi:quo duos cõsulares nuper absumptos ĩdicauimus: querneus carbo tritus cũ melle sanat. Adeo in rebus damnatis quoq; ac iam nullis sunt aliqua remedia:ut in carbone ecce & cinere. Non præteribo & unum foci exemplum romanis litteris clarũ. Tarquinio Prisco regnante tradunt repente in foco cõparuise genitale e cinere masculini sexus. Eaq;:quæ ĩsederat ibi: Tanaqlis reginæ ãcillã Ocrestẽ captiuã cõsurrexisse grauidã. Ita Seruiũ Tulliũ natũ qui regno successit. Inde & ĩ regia cubãti puero caput arsisse uisũ creditũq; Laris familiaris filiũ. Ob id cõpitalia & ludos Laribus primũ ĩstituisse

¶CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER TRICESIMVS SEPTIMVS ET VLTIMVS. ¶PROOEMIVM.

¶Origo gemmarum.

VT NIHIL INSTITVTO OPERI DEsit:gemmæ supersunt:& in artum coacta rerum naturæ maiestas a multis nulla sui parte mirabilior. Tantũ tribuũt uarietati coloribus materiæ decori. Violare etiã signis gẽmas nefas ducẽtes. Aliquas uero extra precia ulla taxationemq; humanarum opũ arbitrantes ut plerisq; ad sũmam absolutamq; rerum naturæ contemplationẽ satis sit una aliqua gemma. Quæ fuerit origo gẽmarũ & quibus initiis in tantũ hæc ãmiratio exarserit diximus quodã tenus ĩ mẽtione auri ãnulorũq;. Fabulæ primordiũ a rupe caucasea tradũt Promethei uiculorũ ĩterpretatiõe fatali. primũq; saxi fragmẽtũ inclusum ferro ac digito circumdatum.hoc fuisse annulum & hoc gemmam.

¶DE Gẽma Polycratis tyrãni & Pyrrhi regis:& qui sculptores optimi:& nobilitates artificũ:& qui primus dactylothecam romæ habuit. ¶Capitulum.i.

HIs initiis cœpit auctoritas in tantum amorem elata ut Polycrati Seuero samio insularum ac littorum tyranno fœlicitatis suæ: quã nimiam fatebatur esse ipse satis piamẽti in unius gẽmæ uolũtario damno uideret̃: si cũ fortunæ nobilitate paria faceret. Planeq; ab inuidia eius abunde se redimi putaret :si hoc unum doluisset. Assiduo gaudio luxus eo ꝑfectus a nauigio in altum annulum mersit. At illũ piscis eximia magnitudine regi natus escæ uice raptũ ut faceret ostentũ: in culinã domini rursus fortunæ ĩsidiãtis manui reddidit. Sardonicẽ eã gẽmã fuisse constat.ostẽdũtq; romæ:si credimus:in Concordiæ delubro cornu aureo Augustæ dono inclusã:& nouissimus : prope locum tot prælatis optinentem. Post hunc ãnulum regia fama est gẽmæ Pyrrhi illius q̃ aduersus romanos bellũ gessit. Nãq; habuisse tradit̃ acathen:ĩ q̃ nouẽ musæ & Apollo citharã tenens spectarẽt̃: nõ arte sed spõte naturæ ita discurrentibus maculis:ut musis quoq; sigulis sua redderent̃ ĩsignia. Nec deinde alia quæ tradat̃ magnopere gẽmarũ claritas extat apud auctores:præterq̃ Ismeniã Choraulen multis fugientibusq; uti solitum comitãte fabula uanitatẽ eius in dicto in cypro sex aureis denariis smaragdo in qua fuerat sculpta Amymone. Et cum duo relati essẽt: ĩminuto precio:male me hercules curatũ dixisse. Multũ.n.detractũ erat gemmæ dignitati. Hic uidet̃ ĩstituisse ut omnes musicæ artis hac quoq; ostẽtatiõe censerentur: ueluti Dionysiodorus æqualis eius & æmulus : ut sibi quoq; par uideret̃. Tertius q̃ eodẽ tẽpore fuit ĩter musicos Nicomachus multas gẽmas habuisse tradit̃:sed nulla peritia electas:sed forte quadã. His exẽplis initio uoluminis oblatis aduersus istos q̃ sibi hãc ostentationẽ arrogãt:ut palã sit eos tibicinũ gloria tumere. Hoc ĩ Polycratis gẽma quæ demõstratur illibata ĩtactaq; ab Ismeniæ ætate post multos ãnos apparet scalpi etiã smaragdos solitos. Cõfirmat hãc eãdẽ opinionẽ edictũ Alexandri Magni: quo uetuit ĩ gẽma se ab alio scalpi q̃ a Pyrgotele nõ dubie clarissiõ artis eius. Post eũ Apollonides & Cronius in gloria fuere. Quiq; diui Augusti imaginẽ similẽ expressit qua postea principes signabãt Dioscorides. Sylla dictator traditiõe Iugurtæ sẽper signauit. Est & ĩter auctores Catiensem illũ cuius patrẽ Scipio Aemilianus ex ꝑuocatiõe interfecerat:pugnæ eius effigie signasse uulgato Stillonis Præcontini sale: Quid nã fuisse acturũ eũ si Scipio a patre eius ĩterẽptus esset.̃ Diuus Augustus inter initia

ſphinge ſignauit. Duas autem in matris ãnulis iã indiſcretæ ſimilitudinis ĩuenerat. Altera p bella ciuilia abſẽte eo amici ſignauere epiſtolas & edicta. Quæ ratio tẽporũ nomĩe eius reddi poſtulabat: nõ ĩfaceto lepore accipiẽtiũ enigmata afferre eã ſphĩgẽ. Quĩ ẽt Mecenatis rana p collationẽ pecuniarꝝ ĩ magno terrore erat. Auguſtus poſtea ad deuitãda cõuitia ſphingis Alexãdri Magni imagine ſignauit. Gẽmas plures: quod peregrino appellãt nomine dactylothecã: primus õniũ habuit romæ priuignus Syllæ Scaurus. Diuq; nulla alia fuit: donec Põpeius magnus eam: quæ Mythridatis regis fuerat: inter dona in capitolio dicaret: ut. M. Varro: aliiq; eiuſdẽ ætatis auctores confirmant: multũ prælatã Scauri. Hoc exẽplo Cæſar dictator ſex dactylothecas in æde Veneris genitricis conſecrauit. Marcellus octauia genitus in palatina Apollinis æde unã. Victoria tamẽ illa Põpeii primũ ad margaritas gẽmaſq; mores ĩclinauit. Sicut .L. Scipiõis: & Cn. Mãlii ad cælatũ argentũ & ueſtes attalicas & triclinia ærata. Sicut .L. Mummii ad corinthia & tabulas pictas. ¶DE Gẽmis tranſlatis in triumpho Põpeii: & natura cryſtalli & medicĩs: & luxuria circa eã: & qñ primũ ĩuẽta myrrhina: & luxuria circa eã & natã myrrhinorꝝ: & quæ mẽtiti ſũt auctores de ſuccino. ¶Cap. ii.

[I]D uti planius noſcat̃: uerba ex ipſis Põpeii triũphorꝝ actis ſubiiciã. Ergo tertio triũpho quẽ de piratis: aſia: ponto gentibuſq; & regibus in ſeptimo opis huius uolumĩe indicatis. M. Piſone. M. Meſſalla conſſ. pridie kalendas octobris: die natalis ſui egit: tranſtulit alueum cum teſſeris luſoriũ e gẽmis duabus latũ pedes tres: longũ pedes quattuor. Et neq; de ea re dubitet: nulla gẽmarꝝ magnitudine hodie prope ad hãc ãplitudinẽ accedẽte. In quo fuit luna aurea: põdo. xxx. miliũ. Lectos tricliniares tres. Vaſa ex auro & gemmis abacorũ nouem. Signa aurea tria: Mineruæ matris: & Apollinis coronas ex margaritis. xxx. tres. Montẽ aureũ q̃dratũ cũ ceruis & leonibus & pomis õnis generis circũdata uite aurea. Muſæum ex margaritis: in cuius faſtigio horologiũ erat. Imago Cn. Pompeii e margaritis: illa regio honore grata: illius probi oris uenerãdiq; p cunctas gẽtes illa inq̃ ex margaritis: ſeueritate uicta & ueriore luxuria q̃ triũpho. Quod ꝓfecto inter illos uiros duraſſet cognomen Magni: ſi prima uictoria ſic triũphaſſes de margaritis Magne: tam prodiga re & fœminis reperta: quã habere gereréq; fas nõ ſit. Hinc ſic fieri tuos uultus? ſic te precioſũ uideri? Nõne illa ſimilior tui eſt imago: quã pyrenæi iugis impoſuiſti? Graue profecto fœdũq; probrũ erat: ni uerius ſit eũ deorũ oſtentũ credi oportere. Clareq; intelligi poſſet iam tum illud caput oriẽtis opibus ſine reliquo corpore oſtentatum. Cætera triumphi eiuſdẽ q̃uerissime ſubiiciam. Reip. datum mille talentum. Legatis & quæſtoribus: qui oras maris defendiſſent ſeſtertia bina milia. Commilitibus ſingulis quinquaginta. Tolerabiliorem tamen fecit cauſã Caii principis: q ſup omnia muliebria oculos ĩduebat e margaritis. Et Neronis principis qui ſceptra perſonis hiſtrionũ & cubicula uiatoria unionibus conſternebat. Quinimmo etiam ius uidemur pdidiſſe corripiẽdi gẽmata potoria & uariæ ſupellectilis genera annulos tranſeuntes. Quæ. n. non luxuria innocentior exiſtimari poſſit? Eadem uictoria primum in urbem murrina inuexit. Primuſq; Pompeius ſex pocula ex eo triũpho capitolino Ioui dicauit. Quæ ꝓtinus ad hominũ uſũ trãſiere: abacis etiam eſcariiſq; uaſis inde expetitis. Excreſcitq; in dies eius rei luxus murrino. lxxx. ſeſtertiis ẽpto capaci plane ad ſeſtarios tres. Caliceq; potauit ex eo ante hos annos conſularis ob amorẽ abraſo eius margine ut tamẽ iniuria illa precium augeret. Neq; eſt hodie murrini alterius præſtãtior indicatura. Idem in reliquis generis eius quantum ualuerit licet æſtimare ex multitudine: quæ tanta fuit ut auferente liberis eius Nerone Domitio theatrũ peculiare trans tyberim hortis expoſita occuparẽt: hoc a populo impleri cauẽtes. Et dũ pompeianis præludit: etiam Neroni ſatis erat: qui uidit tunc annumerari unius ſcyphi fracta mẽbra: quæ in dolorẽ credo ſæculi inuidiamq; fortunæ tanq̃ Alexandri Magni corpus ĩ cõditorio ſeruari ut oſtentarentur: placebat. T. Petronius cõſularis moriturus inuidia Nerõis

principis ut mensam eius exhæredaret:trullā murrinam. ccc. sestertiis emptā fregit.
Sed Nero ut par erat principem uicit omnes.cccc. sestertiis capedinem unā parando.
Memoranda res tanti imperatorem patremq; patriæ bibisse. Oriens murrina mittit.
Inueniuntur enim ibi in pluribus locis nec insignibus: parthici regni. Præcipua tñ
in carmania. Humorem putant sub terra calore densari. Amplitudine nusq̃ paruos
excedunt abacos. Crassitudine rara quanta dictum est uasi potorio. Splendor iis
sine uiribus:nitorq; uerius q̃ splendor. Sed in precio uarietas colorum:subinde cir/
cumagentibus se maculis in purpurā candoremq;:& tertiū ex utroq; ignescēte ueluti
per transitum coloris purpura rubescente aut lacte candescente. Sunt q maxime in
iis laudent extremitates:& quosdā colorum repercussus:quales in cælesti arquu spec/
tantur. His maculæ pingues placent. Translucere quicquā aut pallere uitium est.
Item sales uerrucæq; non eminentes:sed ut in corpore etiam plerunq; sessiles. Aliq̃ &
in odore commendatio est. Contraria huic causa crystallum facit:gelu uehemētiore
concreto. Nec aliubi certe reperitur:q̃ ubi maxime hybernæ niues rigent.glaciemq;
esse certum est:unde & nomen græci dedere. Oriens & hāc mittit. Sed indicæ nulla
præfert᷑. Nascit᷑ & in asia:uilissima circa alabandā & hortosiam finitimisq; mōtibus:
item in cypro. Sed laudata in europa alpium iugis. Iuba auctor est & in quadam
insula rubri maris ante arabiam sita nasci quæ neron uocetur. Et in ea quæ iuxta
gemmam topacion ferat. Cubitalemque effossam a Pythagora Ptolemæi regis præ/
fecto. Cornelius Bocchus & in lusitania perquāmirandi ponderis immensis iugis
deprehensis ad libramentū aquæ puteis. Mirū & quod Xenocrates tradit ephesius
aratro in asia & cypro excitari. Non enim inueniri in terreno:nec nisi inter cautes:
creditum fuerat. Similius ueri est quod idem Xenocrates tradit torrentibus sæpe de/
portari. Sudines uero negat nisi ad meridiem spectantibus locis nasci. Quod certū
est:nō.n.reperitur in aquosis quanq̃ in regione prægelida:uel si ad uada usq; glaciet᷑
amnes. Cælesti humore paruaq; niue id fieri necesse est:ideo caloris īpatiens ī frigido
potu abdicatur. Quare nascatur angulosis lateribus:non facile ratio inueniri potest.
eo magis ꝙ neque mucronibus eadem species est:ita absolutus est laterum leuor:ut
nulla id arte possit æquari. Magnitudo āplissīa adhuc uisa nobis erat:quā ī capitolio
Liuia Augusta dicauerat: librarum circiter. L. Idem Xenocrates auctor est:uas am/
phorale uisum. Et aliqui ex india crystallum sextariorum quattuor. Nos liquido
affirmare possumus in cautibus alpium nasci adeo inuiis ut plerunq; fune pendētes
eā extrahāt. Peritis signa & indicia nota sūt. Infestāt᷑ plurimis uitiis:scabro ferrugīe
maculosa nube occulta aliquando uomica: præduro fragiliq; centro a sole appellato.
Est & ruffa aliquibus rubigo. Aliis capillamētum rimæ simile. Hoc artifices litura
occultāt. Quæ uero sine uitio sūt:puras esse malūt asyntheta appellātes:nec spumei
coloris lympidæq;. Postrema uero auctoritas in pondere est. Inuenio medicos quæ
sunt urenda corporum nō aliter utilius id fieri putare q̃ cristallina pila aduersis ap/
posita solis radiis. Alius hic furor.hs.centum.L.milibus trulla una non ante multos
annos mercata a matrefamilias nec diuite. Item Nero amissarum reꝝ nūtio accepto
duos calices crystallinos in suprema ira fregit illisos. Hæc fuit in uitio sæculum suū
punientis:ne quis alius ex iis biberet. Fragmenta sarciri nullo modo queunt. Mireq;
ad similitudinem accessere uitri: sed prodigii mō ut suum precium auxerint:crystalli
non diminuerint. Proximum locum in deliciis fœminarum tamen adhuc tantum
sucina optinēt: eandēq; omnia hæ quā gemmæ auctoritatē. Sane maiorem aliqbus
de causis crystallina & murrina. Rigidi potus utraq;. In sucinis causā ne deliciæ qdē
adhuc excogitauerunt. Occasio est uanitas græcorum diligenter. Legentes modo
æque perpetiant᷑ me de ortu eorū:cum hoc quoq; intersit uitæ scire posteros quicqd
illi ꝓdidere mirādū. Phæthōtis fulmīe icti sorores fletu mutatas ī arbores populos la/
chrymis electꝝ ōnibus annis fūdere iuxta eridanū amnem: quem padum uocamus.

Et electrum appellatum: quoniam sol uocitatus sit electros: plurimi poetæ dixere: primiq; ut arbitror: Eschylus: Philoxenus: Nicander: Euripides: Satyrus. Quod esse falsum italiæ testimonio patet. Diligentiores eorum electridas insulas ĩ mari hadriatico esse dixerunt: ad quas dilaberet padus. Qua appellatione nullas unq̃ ibi fuisse certum est. Nec uero ullas ibi appositas esse in quas quicq̃ cursu padi deuehi possit. Nam q Eschylus in hyberia hoc est in hispania eridanũ esse dixit: eũdemq; appellari rhodanum: Euripides rursus & Apollonius in hadriatico littore confluere rhodanum & padum: faciliorem ueniam facit ignorati sucini: in tanta orbis ignorãtia. Modestiores: sed æque falsum prodidere in extremis hadriatici sinus rupibus inuiis arbores stare: quæ canis ortu hoc effunderent gummi. Theophrastus ĩ liguria effodi dixit. Phæthontem ĩ æthiopia Hammonis obisse. Ob id delubrum ibi esse atq; oraculum. Electrumq; gigni. Philemon fossile esse: & in scythia erui duobus locis. Candidum atq; cærei coloris: quod uocaretur electrum. In alio loco fuluum quod appellaretur sualternicum. Demonstratus lyncurion id uocat: & fieri ex urina lyncum bestiarum. E maribus fuluum & igneum: e fœminis lãguidius atq; candidum. Alii dixere langurium: & esse in italia bestias langurias. Zenothenis langas uocat easdem: & circa padum iis uitam affirmat. Sudines arborem quæ gignat in liguria. In eadẽ sentẽtia & Metrodorus fuit. Sotacus credidit in britannia arboribus effluere: quas electridas uocauit. Pytheas gutonibus germaniæ genti accolis æstuarium metonomon nomine ab oceano spatio stadiorum sex milium. Ab hoc diei nauigatione insulam abesse abalum. Illo uere fluctibus aduehi: & esse concreti maris purgamentum. Incolas pro ligno ad ignem uti eo: proximisque teutonis uendere. Huic & Timæus credidit: sed ĩsulam balisiam uocauit. Philemon negauit flammam ab electro reddi. Nicias solis radiorum succum intelligi uoluit. Hos circa occasum credit uehementiores in terrã actos pinguem sudorem in ea parte oceani relinquere: deinde æstatibus ĩ germanorũ littora eiici. Et in ægypto nasci simili modo: et uocari sacal. Item in india: gratiusq; thure esse indis. In syria quoq; fœminas uerticillos inde facere: & uocare harpaga: q̃ folia & paleas: uestiũmq; fimbrias rapit. Theophrastus oceano id exæstuante ad pyrenei promontorium eiici. Quod Xenocrates credidit: qui de iis nuperrime scripsit. Viuit adhuc Asarubas: qui tradidit iuxta atlanticum mare esse lacũ cephisida: quem mauri uocent electrum. Hunc sole excalfactum e limo dare electrũ fluitãs. Mnesias africæ lacum sicyonem appellatum: & cratinam amnem in oceanum effluentẽ e lacu: in quo aues quas meleagridas & penolopas uocat uiuere. Ibi nasci ratione eadẽ qua supra dictum est de electride lacu. Theomenes dicit: iuxta syrtin magnam hortum hesperidum esse: ex quo in stagnum cadat. Colligi uero a uirginibus hesperidum. Ctesias indis flumen esse hypobarum: quo uocabulo significetur omnia uasa ferre bona: fluere a septentrione in exortum oceanum iuxta montem siluestrem arboribus electrum ferentibus. Arbores eas aphytacoras uocari: qua appellatione significetur prædulcis suauitas. Mithridates ĩ germaniæ littoribus esse insulam: uocarique eam cædron: cædri genere siluosã: inde defluere in petras. Xenocratis nõ sucinum tãtum in italia: uerum etiã thieum uocari: a scythis uero sacrium quoniam & ibi nascatur. Alios putare in humidia gigni. Super omnes est Sophocles tragicus poeta: quod equidem miror tanta grauitate cothurni & præterea uitæ fama alias principali loco genitus athenis rebus gestis exercitu adiecto. Hic ultra indiam fieri dixit e lachrymis meleagridum auium Meleagrũ deflẽtiũ. Quod & credidisse eũ: uel sperasse aliis persuaderi posse quis non uereatur? quãue puericiam aut imperitiam posse reperiri quæ auium ploratus annuos credit: lachrymasue tã grandes: auesq; e græcia ubi Meleager periit ploratum isse ĩ indos? Quid ergo? Non multa æque fabulosa produnt poetæ? Sed hoc ea ĩ re quæ quotidie ĩuehatur: atq; abundet: & hoc mendacium coarguat serio quẽq̃ dixisse: sũma hominũ contemptio est: & intolerãda mẽdaciorũ ĩpunitas.

DE Ortu & medicinis & generibus & luxuria succinoꝝ: & lyncurio & medicinæ. Capitulum.iiii.

CErtum est gigni ĩ insulis septentrionalis oceani & a germanis appellari glessũ: itaq; & a nostris unã ĩsulaꝝ ob id glessariam appellatam: Germanico Cæsare ibi classibus rem gerente: austrauiam a barbaris dictam. Nascitur autem defluente medulla pinei generis arboribus: ut gummi in cerasis: resina pineis erumpit humoris abundantia. Densatur rigore uel tempore aut mari. Cũ uero intumescens æstus rapuit ex insulis: certe in littora expellitur: ita uolubile ut pendere uideatur. Quod arboris succum esse etiam prisci nostri credidere: ob id succinum appellantes. Pineæ autem arboris esse indicio est pineus in attritu odor: & ꝙ accensum tædæ modo ac nidore fragret. Affertur a germanis in pannoniam: mox per prouĩciam. Inde ueneti primum quos græci enetos uocãt: rei famam fecere. Proximæ pannoniæ id accipiẽtes circa mare hadriaticum. Pado uero adnexa fabulæ uidet causa: hodieq; trãspadanaꝝ agrestibus fœminis: monilium uice succina gestãtibus maxime decoris gratia. Sed & medicinæ: quando tõsillis creditur resistere: & faucium uitiis uario genere aquarum iuxta illos infestante guttura ac uicinas carnes. Centum fere milibus passuum abest a carnunto littus pannoniæ ex quo id germaniæ inuehitur. præcognitum nup. Vidit enim eques romanus missus ad id comparandum a Iuliano curante gladiatorium munus Neronis principis. Qui hæc cõmercia & littora peragrauit: tanta copia ĩuecta ut retia coercendis spodium protegentia succinis nodarentur. Arma uero & libitina totusq; unius diei apparatus esset e succino. Maximum põdus iis glebæ attulit.xiii. librarum. Nasci & in india certum est. Archelaus qui regnauit in cappadocia illinc cortice inhærente tradit aduehi rude: polirię; lacte incoctum. Liquidũ prĩo destillare argumento sunt quædam intus translucentia: ut formicæ aut culices: lacertæq; quas adhæsisse musteo: non est dubium: & ĩclusas ĩdurescenti. Genera eius plura. Candida odoris præstantissimi. Sed nec his nec tetris precium. Fuluis maior auctoritas. Ex iis etiamnũ amplior translucentibus: præterꝗ si nimio ardore flagrent: imagineq; igneam inesse: non ignem placet. Summa laus falernis a uini colore dictis molli fulgore perspicuis. Sunt & in quibus decocti mellis lenitas placeat. Verum hoc quoq; notum fieri oportet quocunq; modo tingui libeat: hædorum seuo & anchusæ radice. Quippe etiam conchylio inficiuntur. Cæterum attritu digitorum accepta ui caloris attrahunt in se paleas & folia arida: ut magnes lapis ferrum. Ramenta quoq; succini oleo addito flagrant dilucidius diutiusq; ꝗ lini medulla. Taxatio in delitiis tanta ut hominis q̃uis parua effigies uiuoꝝ hominum uigentiumq; precia superet: prorsus ut castigatio una non sit satis. In corinthiis æs placet auro argentoq; mixtum: ĩ cælatis ars & ingenia. Murrinorum & crystallinorum diximus gratiam. Vniones ꝙ capite circũferunt: gemmæ digitis. In omnibus deniq; aliis uitiis ostẽtatio aut usus placet. In succinis delitiarum tantũ conscientia. Domitius Nero in cæteris uitæ suæ portẽtis capillos quoq; coniugis suæ Popeæ in hoc nomen adoptauerat quodã etiam carmine succinos appellando. Et quoniam nullis uitiis desunt preciosa nomina ex eo tertius hic quidem colos cœpit expeti a matronis. Vsus tamen succinorum inuenitur aliqs in medicina: sed non ob hoc fœminis placent. Infãtibus alligari Amuleti rõne ꝓdest. Callistratus & cuicũq; ætati contra lymphatiões prodesse tradit. Et urinæ difficultatibus potum: alligatumq;. Hic & differentiam nouã attulit appellando chrysolectrũ quasi coloris aurei: & matutino grauissimi aspectus. Rapacissimum ignium: & si iuxta fuerint celerrime ardescens. Hoc collo alligatum: mederi febribus & morbis. Tritum cum melle ac rosaceo aurium uitiis. Et si cum melle attico conterat: oculorũ quoq; obscuritatibus. Stomachi etiam uitiis uel per se farina eius sumpta: uel cum mastice ex aqua pota. Succina etiã gemmis quæ sunt trãslucidæ: adulterãdi magnũ habẽt locum. maxime amethystis: cum omni ut diximus colore tingant. DE lyncurio

proxime dici cogit auctorū pertinacia. Quippe etiam si non electrū id esset lyncuriū tamen gemmam esse contendunt. Fieri aūt ex urina quidē lyncis. Sed egestam terra protinus bestia operiente eam: quoniam inuideat hominum usui. Esse autem qualē ī igneis succinis colorem: scalpiq;. Nec folia tantum aut stramenta ad se rapere: sed æris etiam ac ferri laminas: quod Diocles quidē & Theophrastus credidit. Ego falsū id totum arbitror. Nec uisā ī æuo nostro gēmā ullā ea appellatione. Et quod de medicina simul proditur calculos uesicæ eo poto elidi: & morbo regio occurri: si ex uino bibatur aut si portetur. Et tamen nunc gemmarum cōfessa dicemus a laudatissimis orsi. Nec uero id solum agemus: sed ad maiorem utilitatem uitæ obiter coarguetur magorum infanda uanitas: quando illi uel plurima prodidere de gemmis medicinæ ex iis species blando prodigio transgressi.

¶DE Adamantis gñibus & medicinis & margaritis. ¶Cap. v.

MAximū in rebus humanis non solum iter gemmas precium habet adamas: diu nō nisi regibus: & iis admodum paucis cognitus: unus modo ī metallis reptus: perq̄ raro comes auri: nec nisi in auro nasci uidebatur. Veteres eum in æthiopū tātū metallis inueniri existimauere: inter delubrum Mercurii atq; insulam meroen. dixeruntq; non ampliorem cucumeris semine aut colore dissimilē inueniri. Nūc genera eius sex noscuntur. Indici non in auro nascentis: sed quadam crystalli cognatione. Siquidem & colore translucido non differt. Et laterum sexangulo leuore turbinatus in mucronem: aut duabus cōtrariis partibus: quo magis miremur: ut si duo turbines latissimis suis partibus iungantur magnitudine uero etiam auellani nuclei. Similis est huic quidem arabicus: minor tantum. Similiter & nascens: cæteris pallor gentis & in auro non nisi excellentissimo natalis. Incudibus hi deprehenduntur: ita respuentes ictum ut ferrum utrinque dissultet: incudesque etiam ipsæ dissiliant. Quippe duricia inenarrabilis est: simulque ignium uictrix natura: & nunq̄ incalescens. Vnde & nomen indomita uis græca interpretatione accepit. Vnum ex iis uocant cenchron: quod est milii magnitudine. Alterum macedonicum in philippico auro repertum: & hic est cucumi semine par. Post hos cyprius uocatur in cypro repertus uergens in æreū colorem. Sed in medicina ut dicemus efficacissimus. Post hūc est sidirites ferrei splendoris: pondere ante cæteros: sed natura dissimilis. Nam & ictibus frangit̄: & alio adamante perforari potest. Quod & cyprio euenit. Breuiterq; ut degeneres nōis tantum auctoritatem habent. Idque quod totis uoluminibus his docere & mandare conati sumus de discordia rerꝫ cōcordiaq;: quā antipathiā ac sympathiā appellauere græci non aliter clarius intelligi potest. Siquidē illa inuicta uis duarꝫ uiolentissimæ naturæ rerum ferri ignisq; contēptrix hircino rumpitur sanguine ac ne aliter q̄ recenti calidoq; macerata: & sic quoque multis ictibus: tunc etiam præterq̄ eximias incudes malleosq; ferreos frangens. Cuius hoc ingenio īuentum? Quoue casu repertū? Aut quæ fuit coniectura experiendi rem immensi secreti: & in fœdissimo aīaliū omnium. Profecto muneris talis īuentio hominis est. Nec quærenda in ulla pte natāæ ratio: sed uoluntas. Vt cum feliciter rumpere contingit: in tam paruas frangantur crustas: ut cerni uix possint. Expetunt̄ a scalptoribus: ferroq; includunt̄: nullā non duriciam ex facili cauantes. Adamas dissidet cum magnete lapide in tantū: ut iuxta positus ferꝛꝫ nō patiat̄ abstrahi: aut si admotus magnes apprehenderit: rapiat: atq; auferat. Adamas & uenena irrita facit: et lymphatiōes abigit: metusq; natos expellit a mēte: ob id quidā eū anchiten uocauere. Metrodorus Sceptius in eadē germania in balista īsula nasci ī q̄ & succinū quod eqdē legerī: solus dicit: & præfert arabicis. Quod falsū esse qs dubitet? Proximū apud nos indicis arabicisq; margaritis precium est: de quibus ī nono diximus uolumine īter res marinas.

¶DE Smaragdi generibus: & gemmis uiridibus et trāslucidis. ¶Cap. vi.

TErtia auctoritas smaragdis perhibet̄ pluribus de causis: nullius coloris aspectus

iucũdior ẽ. Nã herbas quoq; uirentes frõdesq; haud despectamus. Smaragdos uero tãto libentius: quoniã nihil oĩno uiridius cõparatũ illis uiret. Præterea soli gemmaꝝ contutu oculos implent: nec satiant. Quin et ab intentione alia obscurata aspectu smaragdi recreatᷣ acies. Scalpentibusq; gemmas nõ alia gratior oculorum refectio ẽ: ita uiridi lenitate lassitudĩe mulcent. Præterea lõginquo amplificantur uisu: ĩficiẽtes circa se repercussum aera non sole mutati: non umbra: nõ lucernis: semperq; sensim radiantes: et uisum admittentes: ad crassitudinem sui facilitate translucida. Quod etiam in aquis non fit. Iidẽ plerũq; et concaui ut uisum colligant. Quapropter decreto hominũ iis parcitᷣ scalpi uetitis. Quanq̃ scythicoꝝ ægyptioꝝq; tãta duricies est ut nequeãt uulnerari. Quoꝝ uero corpus extẽsũ ẽ: eadẽ q̃ specula rõne supini imagines reꝝ reddũt. Nero prĩceps gladiatoꝝ pugnas spectabat smaragdo. Genera eorũ duodecĩ nobilissimi scythici ab ea gente ĩ qua reperiuntur: appellati. Nullis maior austeritas nec minus uitii. Et quantum smaragdi a gemmis distant: tantum scythici a cæteris smaragdis. Proximam laudem habent sicut et sedem bactriani: quos in commissuris saxorum colligere dicuntur etesiis flantibus. Tunc enim tellure ĩternitet q̃a iis uentis maxĩe arenæ mouentur. Sed hos minores multo scythicis esse tradunt. Tertiũ locũ ægyptii habent q̃ eruũtᷣ circa copton oppidũ thebaidis ĩ collibus et cautibus. Reliqua gñа ĩ metallis ærariis inueniuntur. Quapropter prĩcipatũ ex iis ægyptii optinent: dosq; eorum ut ĩ colore liq̃do nec diluto: ueꝝ ex humido pinguique quaq; perspiciatur imitante translucidũ mare: pariterq; trãslucet & nitet: hoc ẽ colorẽ expellit: et aciem recipit. Ferũt et ĩ ea ĩsula tumulo reguli Hermiæ iuxta cetarias marmoreo leoni fuisse inditos oculos e smaragdis ita radiãtibus etiã ĩ gurgitẽ: ut territi instrumenta refugerent thynni: diu mirantibus nouitatem piscatoribus: dõec mutauere oculis gemmas. Sed & uitia demõstrari oportet reperta. Sũt q̃dẽ oĩum eadem. Quædã tamen nationũ peculiaria: sicut in homine. Ergo cyprii uarie glauci: magisq; ac minus ĩ eodẽ smaragdo aliis partibus tenorem illũ scythicæ austeritatis non semꝑ custodiunt. Ad hoc q̃busdã intercurrit umbra surdusq; fit colos q̃ ĩprobatᷣ: etiã dilutior. Hincq; gñа distĩguũtᷣ. Et sunt aliqui obscuri: quos uocãt cæcos. Alii densi nec e liq̃do trãslucidi. Quidam uaria nubecula improbati. Aliud ẽ hoc q̃ umbra: de qua diximus. Nubecula .n. albicantis est uitiũ cũ uiridis nõ ꝑtrãsit aspectus sed aut itus occurrit aut excipit in fine uisũ candor. Hæc coloris uitia: ista corporis capillamẽtũ sal: plumbago. Ab iis æthiopici laudantᷣ a copto dieꝝ triũ itinere: ut auctor est Iuba: acriter uirides: sed non facile puri aut concolores. Democritus in hoc genere posuit hermieos & persicos. Illos extumescentes pinguiter: persicos uero nõ trãslucidos: sed iucundi tenoris. Visũ ĩplere quẽ nõ admittãt. Feliũ pantheraꝝq; oculis sĩles. Nanq; & illos radiare nec perspici. Eosdẽ ĩ sole hebetari: umbris refulgere: & longius q̃ cæteros nitere. Omniũ hoꝝ etiãnũ uitiũ ꝙ felis colorẽ aut aeris habẽt. In sole dilucidi q̃dẽ ac liq̃di: sed nõ uirides. Hæc uitia & atticis maxime sẽtiũtᷣ ĩ argentariis metallis reptis: ĩ loco q̃ thyricos uocatur: semper minus pingues & e longinquo speciosiores. Frequens & iis plũbago: hoc est ut in sole plũbei uideãtᷣ. Illudq; peculiare: ꝙ q̃dã ex iis senescunt: paulatĩ uiriditate euanida: & sole lædũtᷣ. Post hos medici plurimũ uiriditatis habent interdũ & e saphyro. Ii sunt fluctuosi: & reꝝ imagines cõplexi: ut uerbi grã papaueꝝ aut auiũ pinnaꝝq; uel catuloꝝ aut siliũ. Qui tamen uirides nascuntᷣ: quoniã oleo meliores fiũt. Neq; ẽ alioꝝ magnitudo amplior. Carchedonii nescio an ĩ totũ exoleuerĩt: postq̃ metalla æris ibi defecerũt: & sẽꝑ tamen uilissimi fuere minimiq;. Iidem fragiles sed colore ĩcerti et uirentiũ ĩ caudis pauonũ colũbarumq; collo plumis sĩles: ad ĩclinationẽ magis aut minus lucidi. Venosi q̃dẽ: squamosiq;. Peculiare erat ĩ iis uitium sarcion appellatum. Hoc est quædam gemmæ caro. Mox iuxta carchedonem ĩ q̃a legebatᷣ: smaragdites uocatus est. Iuba est auctor smaragdũ quẽ cholan uocant: in arabia ædificioꝝ ornamentis includi. Et lapidẽ quem alabastriten

ægyptii uocãt. Cõplures uero e proxĩo laconicos in taygeto mõte erui medicis ſiles:& alios in ſicilia. Inſeritur ſmaragdis & quæ uocat̃ tanos:e perſis ueniens gẽma ingrate uiridis:atq; intus ſordida. Item chalcoſmaragdos e cypro turbida æreis uenis. Theophraſtus tradit: ĩ ægyptioꝝ commentariis reperiri:regi eoꝝ a rege babylonio miſſum ſmaragdũ munere.iiii.cubitorũ longitudine & triũ latitudine. Et fuiſſe apud eos in Iouis delubro obeliſcũ e quattuor ſmaragdis quadraginta cubitoꝝ longitudĩe. Latitudine uero in una parte quattuor: & ĩ altera parte duoꝝ. Se aũt ſcribente eſſe ĩ tyro Herculis templo ſtentenam planã e ſmaragdo: niſi ſi potius pſeudo ſmaragdus ſit. Nã & hoc genus reperiri:& in cypro inuentum ex dimidia pte ſmaragdũ: ex dimidia iaſpidem:nondũ humore ĩ totũ transfigurato. Appion cognoĩatus Pliſtonices:pauloãte ſcriptũ reliqt:eſſe etiãnũ ĩ labyrĩtho ægypti coloſſeũ Serapin e ſmaragdo nouẽ cubitoꝝ. Eãdẽ multis naturã aut certe ſimilẽ hr̃e berylli uidentur: in india originem habentes:raro alibi reptos. Poliunt̃ ões ſexangula figura artificũ ingeniis: quoniam hebeſcunt:ni color ſurdus repcuſſu anguloꝝ excitet̃. Aliter.n.politi non habent fulgorẽ eundem. Probatiſſimi ſunt ex iis qui uiriditatem puri maris imitãtur. Proximi q uocãt̃ chryſoberylli & ſunt paulo pallidiores:ſed ĩ aureũ colorem exeunte fulgore. Vicinum genus huic eſt pallidius:& a quibuſdã ꝓprii generis exiſtimat̃:uocaturque chryſopylon. Quarto loco numerãt̃ hyacinthizontes. Quinto quos heroides uocãt. Poſt eos autem cerini. Ac deinde oleagini:hoc eſt colore olei. Poſtremi cryſtallis fere ſimiles. Hi capillamenta habent:ſordeſque:alioquin euanidi:quæ ſunt õium uitia. Indi mire gaudẽt longitudine eoꝝ:ſoloſq; gẽmaꝝ eſſe prædicãt q carere auro malĩt. & ob id pforatas elephãtoꝝ ſetis religant. Et alios cõuenit nõ oportere pforari:quoꝝ ſit abſoluta bonitas umbilicis ſtatĩ ex auro capita cõprehendẽtibus. Ideoq; cylindros ex iis facere malunt q̃ gẽmas:quoniã eſt ſũma cõmendatio ĩ longitudĩe. Quidam & anguloſos putant ſtatĩ naſci: & pforatos gratiores fieri medulla candoris exempta: additoq; auro repcuſſa aut õino caſtigata cã pſpicuitatis ad craſſitudĩẽ. Vitia præter iã dicta eadem fere quæ ĩ ſmaragdis & pterygia. In nr̃o orbe aliquando circa pontum inueniri putãtur. Indi & alias qdẽ gemmas cryſtallo inuento adulterare reppererũt: ſed præcipue beryllos.

¶DE Opali gñibus & uitiis & experimẽtis:& uariis gemmis. ¶Cap.vii.

[m]Nimũ: iidemq; plurimum q ab iis differunt opali: ſmaragdis tantũ cedẽtes. India ſolum & horum eſt mater. Atq; ideo eis precioſiſſimã gloriã cõpoſitores gemmaꝝ & maxime inenarrabilem difficultatem dederunt. Eſt .n. in iis carbunculi tenuior ignis. Eſt amethyſti fulgens purpura. Eſt ſmaragdi uirens mare: & cuncta pariter incredibili mixtura lucentia. Alii ſũmo fulgoris augmento colores pigmẽtorũ æquauere. Alii ſulphuris ardentem flãmã: aut etiam ignis oleo accenſi. Magnitudo nucem auellanam æquat: inſigni apud nos hiſtoria. Siqdẽ extat hodieq; huius gñis gemma:ꝓpter quã ab Antonio proſcriptus Nonius ſẽator eſt filius Strumæ Nonii eius:quem Catullus poeta ĩ ſella curuli uiſũ indigne tulit. Auuſq; Seruilii Noniani quem conſulem uidimus. Illeq; ꝓſcriptus fugiens hunc e fortunis ſuis õibus ãnulũ abſtulit ſecum. Quem certum eſt ſeſtertiis.xx. milibus æſtimatũ. Sed mira Antonii feritas atq; luxuria propter gemmã ꝓſcribentis. Nec minor Nonii contumacia proſcriptionem ſuã amantis cũ etiã feræ abroſas ptes corporis relinquant beſtiæ propter q̃s ſe periclitari ſciant. Vitia opali:ſi color ĩ flore herbæ quæ uocat̃ heliotropiũ exeat: aut cryſtallũ aut grãdinem. Si ſal interueniat aut ſcabritia: aut cuncta oculis occurſãtia:nulloſq; magis ĩdia ſĩlitudĩe indiſcreta uitro adulterat. Expimentũ ĩ ſole tãtũ. Falſis.n.contra radios libratis digito a pollice:unus atque idem trãſlucet colos in ſe conſumptus. Veri fulgor ſubinde uariat:& plus huc illucq; ſpargit:& fulgor lucis in digitos funditur. Hãc gemmã ꝓpter eximiã grãm pleriq; appellauere pederota. Sũt & q priuatum eius genus faciunt:ſangenonq; ab indis uocari dicunt. Tradunt̃ naſci

& in ægypto & in arabia:& uilissimi in ponto. Item in galatia ac thaso & cypro qppe opali grãm habet. Sed mollius nitet:raro non scaber. Summa coloris ex aere & purpura constat. Viriditas smaragdi deest. Constatq; melior ille color:cuius fulgor uini colore fuscatur:q̃ q diluitur aqua. Hactenus de principatu conuenit mulierũ maxie senatuscon. Minus certa sunt de quibus & uiri iudicãt. Singulorum.n.libido singulis precia facit:& præcipue regum. Claudius Cæsar smaragdos induebat & sardonycas. Primus autem romanorum sardonyce usus est prior Africanus ut tradit Demostratus. Et inde romanis hanc gemmã fuisse celeberrimã. Quãobrem proximum ei dabimus locum. Sardonyces olim ut ex noie ipso apparet intelligebãtur candore in sarda:hoc est uelut carnibus ungue hois iposito & utroq; trãslucido. Talesq; esse idicas tradũt Ismenias:Demostratus:Zenothemis:Sotacus. Hi qdem duo reliquas oes quæ traluceãt cæcas appellantes: quæ nunc nomen abstulere. Nullo sardarum uestigio arabicæ sunt. Cœperuntq; pluribus hæ gemmæ coloribus intelligi : radice nigra:aut cæruleũ imitante & unguem: creditum enim candido pingi. Nec sine quadam spe purpuræ candore in miniũ transeunte. Has indis non habitas in honore Zenothemis scribit tantæ alias magnitudinis:ut inde capulos factitarent. Etenim constat ibi torrẽtibus detegi. Et placuisse in nostro orbe initio quoniã sole prope gemmarum scalptæ cærã non auferrent. Persuasimus deinde & idis ut ipsi quoq; iis gauderent. Vtiturq; perforatis utiq; uulgus tãtũ in collo. Et hoc est nunc indicarum argumentũ. Arabicæ excellunt candore circuli prælucido atq; non gracili:neq; in recessu gemmæ aut in deiectu renidente:sed in ipsis umbonibus nitente. Præterea substrato nigerrimi coloris. Et hoc i idicis cæreũ:aut corneũ iuenit':etiã circuli albi:quædãq; i iis cælestis arquus ãhelatio e. Superficies uero locustarum maris crustis rubentior. Iã melleæ aut fæculentæ(hoc.n. nomẽ e uitio) iprobant':& si zona alba fũdat se:nõ colligat. Sili mõ si ex alio colore i se admittat aliqd enormiter. Nihil.n. in sua sede alieno interpellari placet. Sunt & armeniacæ ut cæteræ iprobandæ:sed pallida zona. Exponenda e & onycis ipsius nata propter nois societatẽ hoc in gẽma trãsilit & a lapide ex carmania. Sudines dicit i gẽma esse candorẽ unguis humani silitudine. Item chrysolithi colorẽ & sardæ & iaspidis. Zenothemis indicã onycem plures hre uarietates:igneã:nigrã : cingentibus candidis uenis oculi mõ iteruenientibus: quarundã oculis obliqs uenis. Sotacus & arabicam onycem tradit. Sed eã a cæteris distare quod idica igniculos habeat albis cingẽtibus zonis singulis pluribusue:aliter q̃ i sardonyce idica. Illic.n.momentũ esse:hic circulũ. Arabicas onycas nigras iueniri candidis zonis. Satyrus carnosas esse idicas pte carbũculi pte chrysolithi & amethysti. Totũq; id gẽus abdicat. Verã aũt onycẽ plurias uariasq; cũ lacteis zonis hre uenas:oium in transitu colore inenarrabili: & in unum redeunte concentũ suauitate grata. Nec sardæ nata differenda e diuiduæ ex eodẽ noie. Quapropter omnium obiter gemmarum ardentiũ natura indicanda.

¶DE Gñibus carbũculorum & uitiis & expimẽtis & gemmis ardentibus. ¶Cap.vii.

PRincipatũ habent carbunculi a silitudie igniũ appellati:cum ipsi non sentiant ignes:ob id a qbusdã apyrustæ uocati. Horum gña:indici et garamãtici : quos et carchedonios uocauere:propter opulentiã carthaginis magnæ. Adiiciunt æthiopicos et alabandicos i ortosiaca caute nascentes. Sed q pficiant' abandicos. Præterea in omni gñe masculi appellant' acriores : at fœminæ lãguidius refulgẽtes. In masculis quoq; obseruãt liqdioris alios flãmæ:nigrioris alios: et quosdã lucidius ac magis cæteris in sole flagrãtes. Optios uero amethystizontas:hoc e quorum extremus igniculus i amethysti uiolam exeat. Proximos illis quos uocant syrtitas pinnato fulgore radiantes. Inueniri autem ubicunq; : maxime solis repercussu. Satyrus indicos non esse claros dicit:ac plerũq; sordidos:ac semp fulgoris retorridi. Aethiopicos pingues: luceq; nõ emittentes:sed conuoluto igne flagrare. Callistratus fulgorem carbunculi debere cãdidum esse posuit extremo uisu nubilantem:et si ita attollatur:exardescentem.ob id

ā pleriſq; hunc carbūculum candidum uocari. Qui languidius et liuidius ex indicis lucent liuicontas appellari. Carchedonios multo minores eſſe. Indicos etiam minus ſextarii unius mēſura cauari. Archelaus carchedonios nigrioris aſpectus eſſe:ſed igne uel ſole et inclinatione acrius q̄ cæteros excitari. Eoſdē obumbrante tecto purpureos uideri. Sub cælo flammeos. Contra radios ſolis et ſcintillare. Cæras ſignantibus iis liqueſcere quāuis in opaco. Multi indicos carchedoniis candidiores eſſe:et e diuerſo inclinatione hebetari ſcripſere. Etiamnum ī carchedoniis maribus ſtellas ītus ardere. Fœminas uniuerſum fulgorem fūdere extra ſe. Abandicos cæteris nigriores eſſe ſca-broſq;. Naſcūt᷑ et in thracia coloris eiuſdē ignem minime ſentientes. Theophraſtus auctor eſt et in orchomeno arcadiæ inueniri et in chio. Illos nigriores:e quibuſdam et ſpecula fieri. Eſſe & troecenios uarios interuenientibus maculis albis. Itē corinthios ex pallidiore candidos. Maſſilia quoq; īportari Boccus & Vlyxippone ſcripſit magno labore ob argillam ſole aduſtis ſaltibus. Nec eſt aliud difficilius : q̄ diſcernere hæc gñā: tanta eſt in iis occaſio artis:ſubditis per quæ tranſlucere cogantur. Aiunt ab æthiopibus hebetiores in aceto maceratos quattuordecim diebus niteſcere : totidem menſibus durante fulgore. Adulterant᷑ uitro ſimillimæ. Sed cote deprehenduntur ſicut aliæ gēmæ facticiæ. Mollior.n.materia & fragilis & centroſa ſcobe deprehēdūt᷑ & pondere quod minus eſt uitreis:aliquando & puſtulis argenti modo relucentibus. Eſt & anthracitis appellata:in teſprotia foſſilis : carbonibus ſimilis. Falſum arbitror quod & in lyguria naſci tradiderunt:niſi forte tunc naſcebant᷑. Eſſe in iis & præcincti candida uena traduntur.horumq; igneus color ut ſuperiorum eſt. Peculiare quidem ꝙ lacte uelut intermortui extinguuntur. Contra aquis perfuſi exardeſcunt. Cognata eſt huic ſandaſtros : quā aliqui garamantiten uocant. Naſcit᷑ in india loco eiuſdem nominis. Gignitur & in arabia ad meridiem uerſa. Commendatio ſumma ꝙ uelut in tranſlucido ſtellantes intus fulgent aureæ guttæ:ſemper in corpore:nunq̄ in cute. Accedit religio narrata a ſyderum cognatione ab inſpectoribus:quoniam fere ſtellaꝝ hyadū & numero & diſpoſitione ſtellantur. Ob hoc a chaldæis in cerimoniis habitæ & hic mares auſteritas diſtincta quodam uigore appoſita tingueſcens. Indicæ quidē etiam hebetare uiſus dicuntur. Blandior fœminis flamma:alliciens magiſq̄ accedēs. Sūt q̄ præferāt arabicas īdicis. Numidæq; chryſolitho illas ſimiles dicunt. Iſmenias uero negat poliri ſandaſtros propter temeritatem & ob id magno uenire. Sunt qui ſandaſita uocent. Inter omnes conſtat:quantū numero ſtellarum accedat:tantum & precio accedere. Affert errorem aliquando ſimilitudo nominis. Sandaſer Nicander ſandeferion uocauit:alii ſandareſon. Quidam uero hanc ſandaſtron:illā ſādareſon: in india naſcētem illam quoque & loci nomen cuſtodientem. Malicoloriam ut olei uiridis : omnibus improbatam. Ex eodem genere ardentium lychnites appellata a lucernarum accenſarum præcipua gratia. Naſcitur circa orthoſiam: totaq; carmania ac uicinis locis. Sed probatiſſima in indis. Quam quidam remiſſiorem carbunculū eſſe dixerūt. Secunda bonitate ſimilis eſt ionis appellata a prælatis floribus. Et alias inuenio differentias. Vnam quæ purpura radiet. Alterā quæ cocco:a ſole excalfactas aut digitorum attritu:paleas & carthaꝝ fila ad ſe rapere. Hoc idem & carchedonius facere dicitur:quā̄q multo uilior prædictis. Naſcit᷑ apud naſamonas in montibus ut incolæ putant hymbre diuino. Inuenitur ad repercuſſum lunæ:maxime plenæ. Car-thaginē quondam deportabatur. Archelaus & in ægypto circa thebas naſci tradidit: fragiles:uenoſas:morienti carboni ſimiles. Potoria uaſa & ex hoc lapide & ex lychnite factitata inuenio. Omnia autem hæc genera ſcalpturæ contumaciter reſiſtūt: partēq; cæræ in ſigno tenent. E diuerſo ad hæc ſarda utiliſſima : quæ nomen cum ſardonyce cōmunicauit. Ipſa gemma uulgaris: & primum ſardibus reperta. Sed laudatiſſima circa babyloniam cum lapidicinæ quædam aperientur:hærens in ſaxi corde. Hocque modo metallum apud perſas defeciſſe traditur. Sed inueniuntur compluribus aliis

locis: sicut in ephire & asso in india trium generum rubrum: et quod demiũ uocãt a pinguedine: tertium quod argenteis bratteis sublinitur. Indicaque perlucente crassiores sunt arabicæ. Inueniuntur & circa leucada epiri & circa ægyptum quæ brattea aurea sublinuntur. Et in his autem mares excitatus fulgent. Fœminæ pigriores sũt: & crassius nitent. Nec fuit alia gemma apud antiquos usu frequentior. Hac certe apud Menandrum & Philomenem fabulæ superbiunt. Nec ullæ trãslucenti tardius suffuso humore hebetãtur: oleoque magis q̃ alio liquore. Damnantur ex his melleæ & ualidius testaceæ.

¶DE Gñibus topatii & callaite: & de gẽmis uiridibus nõ trãslucentibus. ¶Ca. viii.

EGregia etiamnum topatio gloria est: suo uirẽti genere: & cum repta ẽ prælatæ omnibus. Id accidit in arabiæ insula: quæ chytis uocatur. In qua troglodytæ prædones: cum diutius fame & tempestate pressi herbas radicesq; effoderent: eruerũt topazion. Hæc Archelai sententia est. Iuba tobazion insulã in rubro mari a cõtinẽte stadiis. ccc. abesse tradit: nebulosam: & ideo quæsitam sæpe a nauigãtibus: ex ea causa nomen accepisse. Topazin enim troglodytarum lingua significationẽ hr̃e quærẽdi. Ex hac primum importatam Berenicæ reginæ: quæ fuit mater sequentis Ptolemæi a Philemone præfecto regis: ac mire placuisse. & inde factã statuam Arsinoe Ptolemæi Philadelphi uxori quattuor cubitorum sacratam ĩ delubro quod aureũ cognoĩabat'. Recentissimi auctores & circa thebaidis alabastre oppidũ nasci dicunt. Et duo eius genera faciũt prasoidẽ: atq; chrysopteron similẽ chrysoprasio. eius enim tota silitudo ad succum porri dirigitur. Est autem amplissima gemmarum. Eadem sola nobiliũ limam sentit. Cæteræ saxo & cote poliuntur. Hæc & usu atteritur. Comitatur eam similitudĩe propior: q̃ auctoritate callais uiride pallens. Nascitur post aduersa indiæ apud insulas caucasi mõtis phicaros ac asdathas amplitudine cõspicua: sed fistulosa ac sordium plena. Sincærior multo præstantiorq; in carmania. Vtrobique autem in rupibus inuiis & gelidis: oculi figura extuberans: leuiterque adhærens: nec ut annata petris: sed ut apposita. Quapropter scãdere ad eam pigricia pedũ equestres populos tedet: simul & periculũ terret. Ergo euntes e longinquo incessunt: & cũ toto musco excutiunt. Hoc uectigal hocq; gestamen diutius in ceruice gratissimum norunt. Is census: hæc gloria a puericia deiectorum numerum prædicantium. In quo uaria fortuna. Quidam ictu primo cepere praeclaras. Multi in secundo nullas. Et qdẽ callaides tali sectura formantur: alias fragiles. Optimus color smaragdi ut tamen apparet ex alieno est ꝙ placeant. Inclusæ decorantur auro. Aurumque nullæ magis decent. Quæ sunt earum pulchriores: oleo: unguento: & etiam mero colorẽ depdũt. Viliores constantius repræsentant: neq; est mutabilior alia aut mendacior uitri. Sunt qui in arabia inueniri eas dicant in nidis auium quas melancholicos uocant. Viridantium & alia plura sunt genera. Vilioriq; est turbæ prasius. Cuius alterũ genus sanguineis punctis abhorret. Tertium uirgulis tribus distinctum est candidum. Præfertur his Chrysoprasius porri succum & ipsa referente: sed & paulum declinans a topazio in aurum. Huic et amplitudo ea est: ut cymbia etiã ex ea fiant. Cylindri qdẽ celerrime. India has generat et nilion fulgoris si ante habeas breuis: et cum intueare fallacis. Sudines uero dicit et in syuero atticæ flumine nasci. Est autem color fumidæ topazii aut aliquando melleæ. Iuba in æthiopia gigni tradit: et in littoribus amnis quẽ nilum uocauimus: et inde nomen trahere. Non translucet malachites spissius uirẽs: a colore maluæ nomine accepto: reddendis laudata signis: et infantium custodia q̃dã innato contra pericula ipsorum medicamine. Viret et sæpe trãslucet iaspis: etiam si uictus a multis antiquitatis tamen gloriam retinens. Plurimæ ferunt eam gentes. Smaragdo similem indicæ. Cyprii dicunt glaucum pinguemq;. Persæ aeri similem: ob id uocatur aerizusa talis. Et iaspis est cærulea circa thermodoontem amnem. In phrygia purpurea. In cappadocia ex pupurea cærulea atque non refulgens. Thracia

indicæ similem mittit. Chalcidia turbidam. Sed minus refert nationes q̃ bonitates distinguere. Optima ergo quæ purpuræ quicq̃ habet: secunda quæ rosæ: tertia quæ smaragdi. Singulis autem græci nomina ex argumento dedere. Quarta apud eos uocatur boria cælo autumnali matutīo similis. & hæc erit illa quæ uocatur aerizusa. Similis est & sardæ: imitata & uiolas. Non minus multæ species reliquæ: sed omnes in uitio: cæruleæ aut crystallo similes aut myxis. Item beterizusa ī proprio uti arbitror cognomine: uelut e multis eiusdem generis composita gemmis. Quamobrem præstantiores fūda clauduntur: id est patentes nec prætérq̃ margines auro amplectente. Vitium est & breuis in iis nitor & longe splendēs: & sal: & omnia quæ in cæteris. Et uitro adulterantur: quod manifestum fit: cum extra fulgorem spargunt: atq; nō in se continent: nec in diuersa quæ sphragidas uocāt. Publico gemmaꝝ dominio ī his tātū dato: quoniā optime signent.

DE Iaspidum generibus. Cap. ix.

TOtus uero oriens pro mauletis tradit testari ea: quæ ex iis smaragdo similis est e petra per transuersū linea alba præcīgitur: & grāmatias uocatur. Quæ pluribus polycalamos. Libet obiter uanitatem magicam hic quoq; coarguere: quoniam hanc concionantibus utilem esse prodiderunt. Est & onychipūcta quæ iasponyx uocatur: & nubem complexa: & niues imitata: quæ stellata rutilis punctis est: & sali megarico similis: & ueluti fumo infecta quæ capnias uocatur. Magnitudinem iaspidis. xi. unciarum uidimus: formatamq; inde effigiem Neronis thoracatam. Reddetur & per se cyaneo gratia accommodato pauloante iaspidis nomine: colore cæruleo. Optima scythica: dein cypria: postremo ægyptia. Adulteratur maxime tinctura: idq; in gloria regis ægyptii adscribitur: qui primus eam tinxit. Diuiditur aūt hæc in mares fœīasq;. Inest aliquando & aureus puluis non qualis in sapphirinis. Sapphirus enī & aureis punctis collucet. Cæruleæ & sapphiri raroq; cū purpura. Optimæ apud medos: nusq̃ tamen perlucidæ. Præterea inutiles scalpturæ interuenientibus crystallinis centris. Quæ uero sunt ex iis resani coloris: mares existimātur. Alius ex hoc ordo purpureis dabitur: & ab iis discedentibus. Principatum amethysti indicæ tenent. Sed ī arabia ex ea quoque parte quæ finitima syriæ petria uocatur: et in armenia minore: et in ægypto: & in galatia repeniuntur. Sordidissimæ autem atque uilissimæ in tharso & cypro. Causam nominis afferunt: ꝙ usque ad uini colorem accedens: priusquam eum degustet: in uiolam desinit. Fulgorque quidam in illa purpuræ non ex toto igneus: sed ī uini colorem deficiens. Perlucent autem omnes uiolaceo colore: scalptis faciles. Indicæ absolutum purpuræ colorem habent. Ad hancque tinguentium officinæ dirigunt uota. Fundit autem eum aspectu leniter blandum: neque in oculos ut carbunculi uibrat. Alterum earum genus descendit ad hyacinthos. Hunc colorem indi sacon uocant: talemq; gemmam sacondion. Dilutior uero ex eodem sapinos uocatur. Eadem & paranites in contermino gentis arabiæ. Quartum genus colorem uini habet. Quintum ad uicinia crystalli descendit albicante purpuræ deiectu. Hoc & minime probatur: quando præcellens debet esse in suspectu uelut ex carbunculo refulgens quidam in purpura leuiter roseus nitor. Tales aliqui malunt pæderotas uocari. Alii anterotas. Multi Veneris gemmam quod maxīe uidet̃ de re et specie et colore extremo gemmæ. Magorum uanitas resistere ebrietati eas promittit: et inde appellatas. Et præterea si lunæ nomē ac solis scribatur in iis: atq; ita suspendāt̃ collo e capillis cynocephali uel plumis hirūdinis: resistere ueneficiis. Iā uero quoquomodo adesse reges adituris. Grandinem auertere quoq; ac similia prospere & locustas: precatione addita: quā demonstrant. Nam e smaragdis quoq; similia promisere: si aq̄læ scalperentur: aut scarabei. Quæ quidem scripsisse eos non sine contēptu et irrisu gn̄is humani arbitror. Multum ab ea distat hyacinthos: tamen e uicino descendens. Differentia hæc: ꝙ ille emicans in amethysto fulgor uiolaceus dilutus ē in hyacintho.

Primo quoq; aſpectu gratus:euaneſcit anteq̃ ſatiet:adeoq; non ĩplet oculos ut pene non attingat:marceſcens celerius nominis ſui flore. Hyacinthos æthiopia mittit & chryſolithos:aureo colore tranſlucentes. Præferuntur iis indicæ. Et ſi uariæ non ſint: bactrianæ. Deterrimæ autem arabicæ: quoniam turbidæ ſunt & uariæ: & fulgoris interpellati nubilo macularum: etiam quæ lympidis cõtigere:ueluti ſcobe ſua refertæ. Optimæ uero ſunt:quæ in collatione aurum albicare quadam argenti facie cogunt. Funda includuntur perſpicuæ. Cæteris ſubiicitur aurichalcum. Tam&ſi iam expertes gemmarum uſu appellantur aliqui & chryſelectri in colorẽ electri declinantes.matutinus aſpectus iucundior. Ponticas deprehendit leutias. Quædam in iis duræ ſunt ruffæq;: quædam molles & ſordidæ. Bocchus auctor eſt & in hiſpania repertas:quo in loco cryſtallum dicit ad libramentum aquæ puteis defoſſis inde erutã. Et chryſolithon.xii.pondo a ſe uiſam. Fiunt & leucochryſi:interueniente cãdida uena. Sunt in hoc genere capniæ. Sunt & uitreis ſimiles ueluti croco refulgentes. Vitreæ uero ut uiſu diſcerni non poſſint. Tactus autem deprehendit tepidior ĩ uitreis. In eodem genere ſunt melichryſi:ueluti per aurum ſincæro melle tranſlucente: quas india mittit:quanq̃ ad iniuriam fragiles. Eadem & xyſtion parit plebeiam ibi gemmam. Cãdidarum dux eſt pederos: quãq̃ poteſt quæri:an in colore numerari debeat totiens iactari per alienas pulchritudines nominis:adeo decoris prærogatiua in uocabulo facta eſt. Eſt & ſuum genus expectatione tanta dignũ. Coeunt enim ĩ tranſlucidam cryſtallum uiridis ſuo modo aer ſimulq; purpura:& quidã uini aureus nitor: ſemper extremus in uiſu.ſed purpura coronatus madere ſingulis uidetur his & piter omnibus. Nec gemmarum ulla eſt liquidior capiti iucunda:ſuauis & oculis. Laudatiſſima eſt ĩ indis:apud quos argenon uocatur. Proxima apud ægyptios:ubi ſenites. Tertia in arabia:uerum ſcabra. Mollius radiat põtica & aſiatica. Ipſæ uero molliores ſunt galatica:& tragica:& cypria. Vitia earum langor:aut alienis turbari coloribus: & quæ cæterarum. Proxima candicantium eſt aſteria principatum habens proprietate naturæ:ꝙ incluſam lucem pupillæ modo quandam continet:ac tranſfundit cũ inclinatione uelut intus ambulantem ex alio atq; alio loco reddens:eademq; contraria ſoli regerens candicantis radios:unde & nomen accepit. difficilis ad cælandum. Indicæ præfertur in carmania nata. Similiter cãdida eſt quæ uocatur aſtrios cryſtallo propinquans in india naſcens:& in pallenes littoribus intus a centro: cui ſtella lucet fulgore lunæ plenæ. Quidam cauſam nominis reddunt:ꝙ aſtris oppoſita fulgorem rapiat:ac regerat. Optimam in carmania gigni: nullamq; minus obnoxiam uitio. Ceraunĩam enim uocari quæ ſit deterior. Peſſimam lucernarum lumini ſimilem. Celebrant et aſtroiten: miraſq; laudes eius in magicis artibus Zoroaſtrem ceciniſſe. Quidam diligentius de ea produnt. Aſtrobolon Sudines dicit oculis piſcium ſimilẽ eſſe:et radiare candido ut ſolem. Eſt inter candidas et quæ ceraunia uocatur:fulgorẽ ſyderũ rapiens. Ipſa cryſtallina ſplendoris cærulei in carmania naſcens.Albã eſſe Zenothemis fatetur:ſed habere intus ſtellam concurſantem. Fieri et hebetes ceraunias: quas nitro et aceto per aliquot dies maceratas concipere ſtellam eam:quæ poſt totidem mẽſes relãgueſcat. Sothacus et alia duo genera fecit cerauniæ nigras rubẽteſq;. Ac ſimiles eas eſſe ſecuribus.Per illas quæ nigræ ſũt et rotũdæ urbes expugnari et claſſes:eaſq; betulos uocari. Quæ uero lõgæ ſũt ceraunias. Faciũt et aliã raram admodũ et parthorum magis quæſitam:quoniam nõ alibi ĩueniatur:q̃ in loco fulmine icto. Proximum cerauniæ nomen apud eos habet:quæ appellatur iris. Effoditur in quadã inſula rubri maris:quæ diſtat a beronice urbe.lx.milia paſſuum. cætera ſui pte cryſtallus. Itaq; quidam radicem cryſtalli eſſe dixerunt. Vocatur ex argento iris. Nam ſub tecto percuſſa ſole:ſpecies et colores arquus cæleſtis in proximos parietes eiaculat:ſubĩde mutans:magnaq; uarietate ammirationem ſui augens. Sexangulam eſſe ut cryſtallum cõſtat. Sed eſſe aliquas ſcabris lateribus et ãgulis inæqualibus dicunt.

In ſole apto proiectas:radios in ſe recandētes diſcutere. Aliq̄s uero ante ſe proiecto nitore:adiacentia illuſtrare. Colores uero non niſi ex opaco reddūt:nec ut ipſæ habe-ant:ſed ut repcuſſu parietem illidant:optimaq; quæ maximos arquus facit : ſimilli-moſq; cæleſtibus. Eſt & alia iris cæræ ſimilis:& prædura. Quā Horus crematā tuſāq; ad ichneomonū morſus remedio eſſe. Naſci autē in perſide tradit. Similis ē aſpectu: ſed non eiuſdem effectus quæ uocatur zeros alba nigraq; macula in tranſuerſū diſtī-guente cryſtallum. Expoſitis per genera colorum principalium gemmis:reliquas lit-terarum ordine explicabimus.

¶DE Quibuſdam gemmis per alphabeti ordinem. ¶Cap.ix.

ACHATES in magna fuit auctoritate:nunc in nulla. Reperta primum in ſicilia iuxta flumen eiuſdem nominis:poſtea plurimis locis:excedens amplitudine numeroſa:uarietatibus diuerſis mutantibus cognomina eius. Vocatᷣ.n.phaſpacha-tes:cerachates:ſardachates:hæmachates:leucahates:dendrachates:uelut arbuſcula in-ſignis. Antachates cū uritur myrrham redolēs. Coraloachates guttis aureis ſapphiri modo diſtincta:qualis copioſiſſima in creta ſacra appellata. Putant eam contra araneorum et ſcorpionum ictus prodeſſe. Quod in ſiculis utiq; crediderim:quoniā primum eius prouinciæ afflatu ſcorpionum peſtis extinguitur. Et in india inuentæ contra eadem pollent:& aliis magnis miraculis.reddunt enī ſpecies fluminū nemoꝝ & iumentorū:etiā ederæ & ſtatunculas:& equorū ornamenta. Medici coticulas īde faciunt. Spectaſſe etiā prodeſt oculis. Sitimq; ſedant in os additæ. Phrygiæ uiridia non habent. Thebis ægyptiis repertæ carent rubentibus uenis:et albis. Et hæ quoq; contra ſerpentes ualidæ. Eademq; auctoritas & cypriis eſt. Sunt etiā qui maxime ꝓbent uitreā perſpicuitatem in his. Reperiuntur & in thracia circa oetham. Et in parnaſo:& in leſbo:ac meſſene:ſimiles illitis floribus:& rhodo. Aliæ apud magos differentiæ. Leoninæ pelli ſimiles:potentiam habere contra ſcorpiones dicuntur. In perſis uero ſuffitu earum tempeſtates auerti:& præterea flumina ſiſti. Argumentū eſſe ſi in feruentes cortinas additæ refrigerent. Sed ut proſint leoninis iubis alligan-das. Nam hyænæ pelli ſimilem abominantᷣ: diſcordialem domibus. Eam uero quæ unius coloris ſit inuictam athlætis eſſe. Argumentum eius ꝙ in olla plena olei cocta cum pigmentis:& intra duas horas ſubferuefacta:unum colorem ex omnibus faciat minii. Acopis nitro ſimilis eſt:pumicoſa: aureis guttis ſtellata. Cū hac oleū ſuffer-uefactum perunctis laſſitudinē:ſi credimus:ſoluit. Alabaſtrites naſcitur ī alabaſtro ægypti:& in ſyriæ damaſco candore intercincto uariis coloribus. Quæ cremata cum foſſili ſale:ac trita grauitates oris & dentium extenuare dicitur. Alectorias uocant ī uētriculis gallinacioꝝ inuentas cryſtallina ſpecie:magnitudine fabæ. Quibus Milo-nem crotonienſem uſum in certaminibus inuictum fuiſſe:uideri uolunt. Androda-mas argenti nitorem habet ut adamas:quadrata:& ſemꝑ teſſellis ſimilis magnis.pu-tantq; nomen impoſitū ab eo:ꝙ impetus hominū:& iracūdias domet. Eadem ſit an alia argyrodamas:auctores non explicant. Antiphates nigra contra lucet. Experimē-tum eius ſi coquatur in lacte:facit enim hoc myrrhæ ſimile immiſſa. Eamq; contra effaſcinationes auxiliari magi uolunt. Arabica ebori ſimillima eſt:& hoc uideretur: niſi abnueret duricia. Quamq; putant contra dolores neruoꝝ ꝓdeſſe habentibus. Aromatitis et ipſa in arabia traditᷣ gigni. Sed et in ægypto circa piſas ubiq; lapidoſa: et myrrhæ coloris et odoris ob hoc reginis frequētata. Aſbeſtos in arcadiæ montibus naſcitᷣ:coloris ferrei. Aſpilaten Democritus in arabia gigni tradidit ignei coloris. Eā oportere cameli fimo ſplenicis alligari. Inueniriq; ī nido arabicarum alitum. Et aliā eodē nomine ibi in leucopetra naſci argentei coloris:contra lymphatum habendam. Atizoem in india et perſidis acidiæ mōte naſci tradit argenteo nitore fulgētē:magni-tudine triū digitorū ad lēticulæ figurā odoris iucūdi:neceſſariā magis regē cōſtituē-tibus. Augites multis nō alia uidetᷣ eſſe q̄ quæ calais. Amphitane alio noīe appellatᷣ

chrysocolla in indiæ pte: ubi formicæ eruũt aurũ: in qua ĩuenit̃ auro similis: q̃drata figura. affirmaturq; natura eius quæ magnetis: nisi ꝙ augere quoq; aurum traditur. Aphrodisiace ex candida ruffa est. Apistos septenis diebus calorem tenet excalfacta igni: nigra ac põderosa distinguẽtibus eã uenis rubẽtibus. Putãt ꝓdesse cõtra frigora. Agyptillã Iacchus ĩtelligit per albũ sarda: nigraq; uena trãseũte. Vulgus autem in nigra radice cæruleam facit. Balanitæ genera duo habent subuirides: & corinthii æris similitudine illa a copto. Hæc ex troglodytica regione ueniũt medias secãte flãmea uena. Batrachitas mittit & coptos. Vnam ranæ similem colore. Alteram ebori. Tertiã rubẽtis e nigro. Baptes mollis: alioqn odore excellit. Beli oculus albicãs pupillã pingit nigrã e medio aureo fulgore lucẽtem. Hæc ꝓpter suã speciem: sacratissimo assyriorũ deo dicat̃. Aliã autẽ quã belũ notant in arbelis nasci Democritus tradit nucis iuglandis magnitudine uitrea specie. Baroptenus: siue botrypes nigra: sanguineis & albis nodis alligata dicit̃: ueluti portentosa. Botrytes alia nigra est: alia pampinea incipiẽti uuæ similis. Bostrychitẽ Zoroastres uocat crinibus mulieꝝ similiorẽ. Bucardia bubulo cordi similis: babylone tãtum nascitur. Broniea capitibus testudinũ similis: & tonitrua cadentia ut putãt: restrĩgit: & fulmĩe icta restinguit: si credimus. Bolæ nimbo inueniuntur glebæ similitudine. Cadmites eadẽ esset: quam ostraciten uocãt: nisi ꝙ hanc cæruleæ interdũ bullæ cingũt. Calais sapphirũ imitatur: cãdidior & littoroso mari similis. Chamites quibusdam uidetur suũ genus habere plurimis spiris fumida: ut suo loco diximus. Cappadocia & in phrygia nascitur ebori similis. Calamiten uocant e turbido: feruntq; plures calaicas cõiũctas simul inueniri. Catochites corsicæ lapis est cæteris maior mirabilis: si uera traduntur: impositam manum ueluti gummi retinẽs. Catopyrites e cappadocia prouenit. Cepites siue cepocapites candida est uenarum nodis coeuntibus cãdore imaginẽ regerens. Ceramites testæ colorem habet. Cynodiæ inueniunt̃ in cerebro piscis eiusdẽ nominis cãdidæ & oblõgæ: euentuq; mirandæ: si mõ est fides: præsagare eas habitum maris nubilo colore aut tranqllitate. Cærites cæræ similis ẽ: Circos piris: Corsoides caniciei hoĩs: Coralloachates corallo: aureis guttis distinctæ. Corallis minio gignit̃q; in india & syene. Craterites inter chrysolithũ & electrũ colorẽ habet prædurae naturæ. Crocallis cæras repræsẽtat. Cissites circa copton nascit̃ cãdida: & uidet̃ intus habere partũ qui sẽtiat̃ etiam si creditur. Chalcophonos nigra est: sed illisa æris tinnitũ reddit tragœdis ut suadent gestãda. Chelidoniæ duoꝝ sũt generũ: hirundinũ colore: & alia pte purpureæ nigris interpellãtibus maculis. Chelonia oculus est indicæ testudinis: uel portentosissima magoꝝ mẽdaciis: melle enĩ colluto ore impositam linguæ futurorum diuinationem præstare ꝓmittũt quĩtadecima luna & silẽte tota die: decrescente uero ãte solis ortũ. Cæteris diebus a prima in sextã horã. Sũt & chelonitides testudinũ similes: ex q̃bus ad tempestates sedãdas multa uaticinant̃. Eam uero quæ sit aureis guttis cũ scarabeo deiectã in aquã feruẽtem: tempestates tueri. Calorites herbacei coloris est: quam dicũt magi eam inueniri in syllæ auis uentre congenitam ei: ferroq; includi iubent ad quædam ꝓdigiosa moris sui. Choaspites a flumĩe dicta est uiridis: fulgoris aurei. Chrysolampis in æthiopia nascit̃ pallidi coloris die: & noctu ignei. Chrysophis aurũ uidetur esse. Cepionidæ in æolide nũc ad arneũ pagũ quondã oppidũ nascunt̃ multis coloribus translucentes: alias uitreæ: alias crystallinæ: alias iaspideæ. Sed & sordidis tãtus ẽ nitor: ut imagines reddãt ceu specula. Daphniã Zoroastres & Orchastres morbis comitialibus demonstrant. Diadochos beryllo similis est. Diphris duplex cãdida ac nigra: mas ac fœmina: gentile utriusq; sexus distinguente linea. Dionysias nigra ac dura mixtis rubentibus maculis. Quæ ex aqua trita: saporem uini facit: & ebrietati resistere putatur. Draconites siue dracontia e cerebro fit draconum: sed nisi uiuentibus abscisso: nunq̃ gemmascit: inuidia animalis mori se sentientis. Igit̃ mos est: ut dormientibus animalibus caput amputent. Sotacus: qui uisam eam gemmã

ſibi apud regem ſcripſit:bigis uehi quærentes tradit:& uiſo dracone ſpargere omnia medicamenta:atq; ita præcidere. Eſſe autem candore tranſlucido:nec poſtea poliri: aut artem admittere. Ecardia cognominatᷣ ecardiſte. Vna in qua nigra effigies cordis eminet. Altera eodem nomine uiridi colore:cordis ſpeciem repræſētat. Tertia nigrū cor oſtendit reliqua ſui pte candida. Enorchis candida eſt:diuiſaq; fragmētis teſtiū effigiem repræſentat. Exhebenū Zoroaſtres ſpecioſā & candidam tradit:qua aurifi/ces aurum poliunt. Eriſtalis cum ſit candida:ad inclinationes rubeſcere uidetᷣ. Ero/tylos eadem quæ mepicoros & hieronnemon a Democrito laudatur in argumentis diuinationum. Eumetis in bactris naſcitur:ſilici ſimilis:& capiti ſuppoſita uiſa noc/turna oraculi modo reddit. Eumetren beli gēmam ſanctiſſimi deorū ſibi aſſyrii ap/pellant porracei coloris ſuperſtitionibus gratam. Eupetalos quattuor colores habēt: cæruleū:igneū:miniī:mali. Eureos nucleo oliuæ ſimilis ē:ſtrictæ cōcharꝝ mō nō adeo candida. Eurotias ſitu uidetᷣ operire nigriciā. Euſebes ex oleo lapide eſt:ex quo tra/ditur Tyri in Herculis tēplo facta ſedes:ex qua dii facile ſurgebant. Epimelas fit:cū in cādida gēma ſupne nigricat colos. Galaxiā aliq galactiten uocāt: ſimilem ꝓxime dictis. Sed intercurrentibus ſanguineis:aut candidis uenis. Galactites ex uno colore lactis eſt. Eandē dicūt leucogageā & leucographiā appellāt:& ſynephiten lactis ſucco ac ſapore notabilem. In educatione nutricibus lactis fœcūditatē:infātiū quoq; alli/gata collo ſaliuā facere dicitᷣ. In ore autē liqueſcere. Eandē memoriā adimere dicūt. Mittit eā & achelous amnis. Sūt q ſmaragdū albis uenis circūligatū galactiten uo/cent. Galaicos argyrodamāti ſimilis eſt:paulo ſordidior. Inueniuntur autē binæ uel ternæ. Gaſidanen medi mittūt coloris olorini ueluti floribus ſperſā. Naſcitur & in arbellis. Hæc quoq; gēma cōcipere dicitur:& intra ſe partū fateri cōcuſſa. Concipere autē trimeſtri ſpatio. Gloſopetra linguæ ſimilis humanæ magnæ ī terra nō naſcitᷣ: ſed deficiēte luna cælo decidere:& lenocināti neceſſaria creditᷣ. Quod ne credamus: ꝓmiſſi quoq; uāitas facit. Vētos.n.ea cōprimi narrāt. Gorgōia nihil aliud ē q coral/liū:nominis cauſa:ꝙ ī duriciā lapidis mutatᷣ. Emollit marina fulminibus:& typhoni reſiſtere affirmāt. Genianen eadē uanitate īimicoꝝ pœnas efficere ꝓmittūt. Helio/tropiū naſcitᷣ in æthiopia: africa: cypro: porracei coloris: ſāguineis uenis diſtincta. Cauſa nominis:quoniā deiecta in uas aquæ fulgorē ſolis accedētem pcuſſu ſāguineo mutat:maxime æthiopica. Eadē extra aquā ſpeculi mō ſolē accipit:deprehēditq; de/fectus ſubeūtē lunā oſtendens. Magoꝝ impudentiæ uel manifeſtiſſimū hoc quoq; exemplū eſt:quoniā amixta herba heliotropio:qbuſdā quoq; additis præcationibus gerentem conſpici negent. Hepiſthites quoq; ſpeculi naturam habet in reddendis imaginibus:q̄q rutila. Experimentū eſt ſi feruentem aquā addita ſtatī refrigeret:aut ſi in ſole addita aridam materiam accendat. Naſcitᷣ ī coryco. Hermodochos ex argu/mento uiriditatis in candida gēma uel nigra:& aliquando pallida:ambiente circulo aurei coloris appellatur. Hexeconthalithos in pua magnitudine multicolor:hoc ſibi nomen adoptauit. Repitᷣ ī troglodytica regione. Hieracites alternat tota miluinis nigricās ueluti plumis. Hymnites ouis piſciū ſimilis eſt:& alia uelut nitro cōpoſita prædura alioqn. Hammonis cornu īter ſacratiſſīas æthiopiæ gemmas aureo colore arietini cornus effigiem reddens:ꝓmittitᷣ prædiuinans oīa repræſentare. Hormeſion īter gratiſſīas aſpicitᷣ ex igneo colore radians auro: portante ſecū ī extremitatibus cā/didam lucem. Hyeniæ tabido ī uaſe īueniri dicūtᷣ:& ſi credimus līguæ hoīs ſubditæ futura prædicere. Hæmatites ī æthiopia qdem principalis. Sed & in arabia & africa īuenitᷣ:ſanguineo colore:nō admittenda promiſſis ad coarguendas barbaroꝝ īſidias. Zacthalias babylonius ī his libris quos ſcripſit ad regem Mithridatem humana gemmis attribuit fata:has non contentus oculorū & iocinerum medicīa decoraſſe. A rege etiam aliquid petituris dedit:& litibus iudiciiſq; interpoſuit. In prælīis etiam eas ſalutares pronuntiauit. Eſt et alia eiuſdem generis:quæ uocatur henui ab indis:

xanthos appellata a græcis e fuluo cādicās. Idæi dactyli in creta ferreo colore pollicē hūanū exprimūt. Icterias lurido ſimilis: ideo exiſtimat᷑ ſalubris cōtra regios morbos. Eſt & alia eodē noīe liꝗdior. Tertia folio uiridi ſimilis: latior prioribus pene ſine pō/dere uenis luridis. Quartū genus ī eodē colore nigris uenis deſcēdētibus. Iouis gēma cādida ē: nō pōderoſa: tenera. Indica gētiū ſuaꝝ habet nomē: ſubruffo colore: ī attri/tu ſudorē purpureū emanat. Alia eodē noīe cādida: puluereo aſpectu. Ion apud in/dos uiolacea ē: ſed raro ſatᷓo colore lucet. Lepidotes: ſquāmas piſciū uariis coloribus imitat᷑. Leſbias leſbi patriæ nomē habēs. Inuenit᷑ & ī īdia. Leucophthalmos rutila alias oculi ſpēm cādidā nigrāq; cōtinet. Leucopetalos: cādorē niuis ex auro diſtīguit. Libanochros thuris ſimilitudinē oſtēdit: ſed ſuccū mellis. Limoniates eadē uidetur: quæ ſmaragdus. De lipare hoc tātū tradit᷑: ſuffita ea: oēs beſtias euocari. Lyſimachus rhodio marmori ſimilis ē aureis uenis. polit᷑ ex marmore: āplitudīe ī āguſtias coeūte: ut īutilia exterāt᷑. Leucochryſos fit chryſolitho īteralbicāte. Memnonia q̄lis ſit non tradit᷑. Medea nigra eſt: a Medea illa fabuloſa īuenta. Habet uenas aurei coloris ſu/dorē reddit croci: ſaporē autē uini. Meconites papauera exprimit. Mitrax a perſis eſt accepta: & rubri maris mōtibus: multicolor cōtra ſolē uarie refulgens. Meroctes por/racea lacte ſudat. Morion indica: quæ nigerrimo colore trāſlucet: uocat᷑ ꝓmnion: in q̄ miſcet᷑ & carbūculi colos. Alexādriū ubi ſardæ. Naſcit᷑ ī cypro tyro & galatia. Xeno/crates & ſub alpibus naſci tradit. Hæ ſunt gemmæ quæ ad ſculptᷓas aptant᷑. Myrites myrrhæ colorem habet: faciemq; minimæ gemmæ unguenti odorem attrita etiā nar/di. Myrmedia nigra habet eminentias ſimiles uerrucis. Myrſinites melleū colorem habet: myrrhæ odorem. Meſoleucos eſt mediam gemmā candida diſtīguente linea. Meſomelas nigra uena quemlibet colorem ſecāte ꝑ mediū. Naſomonites eſt ſāgui/nea nigris uenis. Nebrides Liberopr̄i ſacra nomen traxit a nebridū eius ſimilitudine. Sūt & aliæ nigræ gn̄is eiuſdē. Nympharena urbis & gentis ꝑſicæ nomē habet ſimilis hypodatæ. Olca barbari noīs e nigro fuluoq; ac uiridi & cādido placet. Ombria quā aliꝗ notiā uocant: ſicut ceraunia & broniena: cadere cū hymbribus & fulmībus dicit᷑. eūdemq; effectū hr̄e quem bronea narrat᷑. Præterea ī aras addita ea tradit᷑ libamenta nō āburi. Orites globoſa ſpecie a ꝗbuſdā & ſiderites uocat᷑: ignē nō ſentiens. Oſtra/cias ſiue oſtracites eſt teſtacea durior altera achatæ ſimilis: niſi ꝙ achates politᷓa pin/gueſcit duriori. Tantaq; ineſt uis: ut aliæ gemmæ ſcalpāt᷑ fragmentis eius. Oſtraci/di oſtrea nomen & ſimilitudinem dedere. Opphicardelō barbari uocāt: nigrū colore binis lineis albis includentibus. De obſidiano lapide diximus ſuperiore libro. In/ueniūt᷑ et gemmæ eodem noīe ac colore: nō ſolū ī æthiopia īdiaq;: ſed etiā ī ſamo ut aliꝗ putāt: & ī littoribus hiſpanienſis oceani. Pāchros fere ex oībus coloribus cōſtat. Panconus lōgior digito: ne cryſtallus uideat᷑ numero pluriū anguloꝝ cauet. Paneros q̄lis ſit: a Metrodoro nō dicit᷑: ſed carmē Timaridis reginæ in eadem dicatum Veneri nō īelegās pōit. ex quo intelligit᷑: addictā ei fœcūditatē. Quidā hāc panſebaſton uo/cāt. Pōticaꝝ plura ſūt gn̄a. Eſt ſtellata nūc ſāguineis: nūc atris guttis: quæ īter ſacras habet᷑. Alia ꝓ ſtellis eiuſdē coloris lineas hēt. Alia mōtiū cōualliūq; effigies. Philo/gynos quē & chryſiten uocāt oſtreæ atticæ aſſimilata: īuenit᷑ in ægypto. Phœnicites ex balani ſimilitudīe appellat᷑. Phycites oliuæ. Perileucos fit ab ore gēmæ ad radicē uſq; cādido deſcendente. Pæātides q̄s ꝗdā grauidas uocāt prægnantes fieri & parere dicūt᷑: mederiq; ꝑturiētibus. Natales in macedōia iuxta monumētū Tireſiæ īueniūt᷑: ſpēſq; eis eſt aquæ glaciatæ. Solis gēma candida eſt: & ad ſpeciē ſyderis in orbem ful/gentes ſpargit radios. Sagdam chaldæi adhæreſcentem nauibus hn̄t: inuenit᷑ praſini coloris. Samothracia inſula eiuſdē nominis gēmā dat nigram ac ſine pondere: ligno ſimilē. Sauriten in uentre uiridis lacerti arūdine deſecti tradūt inueniri. Sarcites bu/bulas carnes præſentat. Selenites ex candido tranſlucet melleo fulgore: imaginē lunæ cōtinēs. Redditq; eā in dies ſingulos creſcētis minuētiſq; numero. Naſciq; putat᷑ in

arabia. Siderites ferro similis: & litigio illata discordias facit quæq; nascitur ĩ æthiopia. Sideropœcilos ex ea fit uariantibus guttis. Spongites: spongiæ nomen repræsentat. Synodontites e cerebro piscium est: qui synodontes uocantur. Syrtitæ in littore syrtium iam quidem lucania inueniuntur melleo colore: croco refulgentes. Intus autẽ stellas continent languidas. Syringites stipulæ internodio similis: ꝑpetua fistula cauatur. Tricus ex africa niger est: sed tres succos reddit: a radice nigrũ: medio sanguineũ: sũmo candidum. Telirrhizos cinerei coloris aut ruffi candidis radicibus spectatur. Telicardios colore cordis persas: apud quos gignit᷑: magnopere delectat. Mucula quã appellant thraciã trium generũ est: uiridis aut pallidior. tertia sãguineis guttis. Thephrites nouæ lunæ speciem habet curuatæ in cornua: q̃uis cinerei coloris. Telicos oleæ nucleo similis uidet᷑: neq; est gemmæ honos: sed lingentium calculos frangit pellitq;. Veneris crines nigerrimi nitoris continent in se speciem ruffi crinis. Veientana italica gemma est ueiis repta nigrã materiam distinguente limite albo. Zathenen ĩ media nasci Democritus tradit: electri colore. Et siq̃s terat ĩ uino palmeo & croco: ceræ mõ lentescere odore magnæ suauitatis. Zmilaces in euphrate nascit᷑: proconneso marmori sĩlis: medio colore glauco. Zoronysios in indo flumĩe nascit᷑: Magoꝝ gemma esse narrat᷑: neq; aliud amplius de ea.

¶ De Gemmis quæ a membris hominum cognominant᷑: & quæ ab animalibus: & de his quæ cæteris rebus. ¶ Ca. xi.

Est etiãnum alia distinctio quã eqdem fecerim subĩde uariata expositiõe. Siquidem a membris corporum habent nomina. Hepatites a iocinere. Steatites singuloꝝ animalium adipe numerosa. Adureneis. Triopthalmos ionice nascit᷑ tres hoĩs simul oculos exprimẽs. Ab anĩalibus cognomĩant᷑. Carcinias marini cancri colore. Echites uipæ. Scorpites scorpionis aut colore aut effigie. Scarites: scari piscis. Triglites muli. Aegophthalmos caprino oculo. Item alia suillo. Et a gruis collo geranites. Hieracites: accipitris. Aetites a colore aq̃læ candicante cauda. Myrmecites innatã repentis formicæ effigiem habet. Scarabeoꝝ cantharias. Lycophthalmos quattuor est colorum ex rutilo: & sanguineo in medio nigrum candido cingit᷑: ut lupoꝝ oculi: illis per omnia similis. Taos pauoni est similis. Itemq; aspidi: quã uocari timicloniã inuenio. Arenaꝝ similitudo est ĩ hãmocryso uelut auro harenis mixto. Cenchrites milii granis uelut sparsis. Dryites: e truncis arboꝝ: hæc & ligni mõ ardet. Cissites in candido collucet ederæ foliis quæ totam tenent. Narcissites uenis etiam ederæ distinguit᷑. Cyamea nigra est: sed fracta ex se fabæ similitudinem parit. Pyrene ab oliuæ nucleo dicta est. huic aliquãdo inesse piscĩu spinæ uidentur. Chalazias grandinum & colorem & figuram habet: adamantinæ duriciæ. Narrant etiam ĩ ignẽ additæ manere suum frigus. Pyrites nigra quidem: sed attritu digitos adurit. Polizonos nigra multis zonis candicat. Astrapiæ in candido aut cyaneo discurrunt e medio fulminis radii. In phlegonitide intus ardere quædã uidetur flamma quæ non exeat. In anthracitide scintillæ discurrere aliq̃ndo uidentur. Enais semp rotunditatis absolutæ in candore est leuis. Sed admotum fluctuat intus in ea ueluti in ouis liquor. Polythrix ĩ uiridi capillat᷑: sed defluuia comaꝝ facere dicitur. Sunt & a leonis pelle: & panteræ nominatæ leontios pardalios. Colos appellauit chrysolithum aureus. Chrysoprasum herbaceus. Melleus melichrota quãuis plura eius genera sint. Melichros est geminus parte flauus: parte melleus. Crocias a croco. Polia caniciem q̃ndã sparti ĩducit: eãdẽ duriorem. Nigra spartopolia. Rhodites a rosa est. Melites mali coloris. Chalcites æri. Sicites fici. Ratio nominum nõ est in borsycite in nigro ramosa candidis aut sanguineis frondibus. Nec gemite uelut in petra candidis manibus inter se cõplexis. Ananchitide ĩ necromantia dicunt euocari imagines deorum. Synochitide ũbras inferoꝝ euocatas teneri. Dẽdritide alba defossa sub arbore quæ cædat᷑: securis aciẽ nõ hebetari. Et sunt multo plures: magisq; monstrificæ quibus

barbari dedere nomina : confessi lapides esse. Nobis satis erit in his coarguisse dira mendacia.

¶De gemmis nascentibus:& facticiis:& figuris gemmarum. ¶Ca. xii.

Gemmæ nascuntur repente nouæ : ac sine noibus: ut lampsaci i metallis aurariis una inuenta:quæ propter pulchritudinem Alexandro regi missa fuit:ut auctor est Theophrastus. Coclides quoque nunc uulgatissimæ famæ fiunt uerius quam nascuntur in arabia repertis igentibus glebis. Melle excoq tradunt : septenis diebus noctibusque sine intermissione:ita omni terreno uitiosoque puluere decusso purgatam glebam artificum ingenio uarie distribui in uenas ductusque macularum quam maxime uendibili ratione sectantium. Quondamque tantæ magnitudinis fecere: ut equis regum in oriente frontalia atque pro phaleris pensilia facerent. Et alias omnes gemmæ mellis decoctu nitescunt:præcipue corsici. In omni alio usu acriora abhorrentes. Quæ uariæ sunt:& ad nouitatem accedere caliditate ingeniorum contingit:ut nomen usitatum non habeant. Physes appellant: uelut ipsius naturæ admirationem i iis uendicantes:cum finis nominum non sit. quæ persequi non equidem cogito : innumera ex græca uanitate conficta. Indicatis nobilibus gemis : immo etiam plebeiis rariorum generum dictu dignas distrixisse satis erat. Illud modo meminisse conuenit increscentibus uarie maculis atque uerrucis linearum quæ interueniunt multiplici ductu:& colore mutata sæpius nomina in eadem plerunque materia. Nunc communiter ad omnium gemmarum obseruationem pertinentia dicemus opiniones secuti auctorum. Cauæ aut extuberantes uiliores uidentur æqualibus. Figura oblonga maxime probatur. deinde quæ uocatur lenticula. postea clipeidos & rotunda.angulosis minima gratia. Veras a falsis discernendi magna difficultas. Quippe cum inuentum sit ex ueris gemmis in alterius generis falsas traducere. Sardonyces e cerauniis glutinantur gemmis ita: ut deprehendi ars non possit : aliunde nigro : aliunde candido:aliunde minio sumptis:omnibus in suo genere probatissimis. Quin immo etiam extant commentarii auctorum : quos non equidem demonstrarim : quibus modis ex crystallo tingantur smaragdi: aliæque translucentes. Sardonyx e sarda. Item cæteræ ex aliis. Neque est ulla fraus uitæ lucrosior.

¶De ratione probandarum gemmarum. ¶Ca. xiii.

Nos contra rationem deprehendendi falsas demonstrabimus: quando etiam luxuriam aduersus fraudem muniri decet. Præter illa quæ i principalibus quibusque generibus priuatim diximus. Translucentes matutino probari censent : aut si necesse est in quartam horam:postea uetant. Experimenta pluribus modis constant. Primum pondere:si grauiores sentiuntur. Post hæc corpore. Ficticiis pustulæ i profundo apparent. Scabricia in cute. In capillamento frigoris inconstantia : priusquam ad oculos perueniat desinens nitor. Decussi fragmenti paulum quod in lamina ferrea teratur efficacissimum experimento excusant mangones gemmarum. Recusant similiter & limæ probationem. Obsianæ fragmenta ueras gemmas non scarificant. Ficticiæ scarificationis candicantiam fugiunt. Tantaque differentia est:ut aliæ ferro scalpi non possint: aliæ non nisi retuso: uerum omnes adamante. Plurimum autem in his terebrarum proficit feruor. Gemiferi amnes sunt axis:mater : ganges. Terrarum autem omnium maxime india. Etiam pactis omnibus naturæ operibus:discrimen quoddam rerum ipsarum facere conueniat. Ergo in toto orbe: & in quæcunque cæli conuexitas uergit: pulcherrima est omnium rebus meritoque principatum naturæ optinens italia rectrix parensque mundi altera: uiris: fœminis:ducibus:militibus:seruitiis:artium præstantia:ingeniorum claritatibus. Iam situ:ac salubritate cæli atque temperie: accessu cunctarum gentium facili: littoribus portuosis : benigno uentorum afflatu. Ei enim contigit recurrentis positio in partem

utilissimam: & inter ortus occasusq; mediam: aquarum copia: nemorum salubritate: montium articulis: ferorum animalium innocentia: soli fertilitate: pabuli ubertate. Quicquid est quo carere uita non debeat: nusq̄ est præstantius: fruges: uinum: olea: uellera: lina: uestes: iuuenci. Ne equos quidem in tricariis præferri ullis uernaculis animaduerto. Metallis auri: argenti: æris: ferri quandiu libuit exercere: nullis cessit. Et iis nunc in se grauida pro omni dote uarios succos: & frugum pomorumq; sapores fūdit. Ab ea exceptis indiæ fabulosis proxie q̄dē duxerī hispaniā quæcūq; ābit̄ mari.

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBRI TRICESIMISEPTIMI ET VLTIMI FINIS IMPRESSI VENETIIS PER NICOLAVM IENSON GALLICVM .M.CCCC.LXXII. NICOLAO TRONO INCLYTO VENETIARVM DVCE.

Iohannis andreæ episcopi aleriensis ad pontificem summum Paulum secundum uenetum epistola.

PRoperatio omnis iure reprehēdi solet pater beatissīe Paule secunde uenete pōtifex maxīe: iis in operibus: quæ uix satis maturari queunt. quod ipse cū multis aliis in rebus sim expertus: in plyniana tamen recognitione potissimum: quæ eiusmodi quidem est: ut semper incipi posse: nunq̄ digne absolui ac pro auctoris merito uideatur. Sed quid facerem? tot undiq; flagitantibus in nonū annū premi non potuit emendatio: ne futura quidem exacta post nonagesimū. Versandi erant etiam atq; etiam scriptores omnes latini græciq;. Consulendiq; non tantum sapientiæ principes: uerum officinarū quoq; omnium opifices. Ac penita abstrusaq; in artificiis omnibus: & perscrutanda diligentissime: & eruenda planissime. Iuuit sane ac mirifice iuuit conatus meos: quod minime dissimulandū arbitror: uir summæ eruditionis & sapientiæ Theodorus meus gaza: atq; ita quidem ut absq; illo neq; ego nec (pene dixerim) mundus hoc munus fuerit impleturus. Codicum nostrorū lectio ubi in manus hominum uenerint: periculum de sese præbebit nostræ diligentiæ. Cōferentur cum iis uoluminibus quæ prius habebātur omnia: & ex librorum collatione iudicii censura cōstabit. Quæ mihi sint uisa plus habere difficultatis: emolumenti uero rectissime etiam inuenta minus: ea sunt locorum quorundam nomina: & dimensionum numeri in situ terrarum positi. Potuissent tamen longissimo tempore ea quoq; partī ex cosmographis: partim ex historicis: partī deniq; ex poetis atq; oratoribus sparsī attentata: & expressa nōnunq̄ colligi. Sed diuturnitatis prope immēsæ opus illud fuisset. Et legentium plurimi sibi per sese multa ī dies efficient eo studio meliora. Qua in parte omnes humanitatis sectatores obsecro: ut ad communem utilitatem ipsi quoq; sollertia eorum inuenta proponant in medium. Nihil enim unq̄ aut tam exiguum & paruum fuit: aut adeo ingens atq; immensum: quod non fieret a pluribus melius. Rudimēta sunt: & inchoata quidē rudimēta nostræ recognitiones experiēdo utiq; assidue profecturæ. Quod si in suis quiq; regionibus animaduertentes iam minus resistentē lectori Plynium fuerint annisi cognitos sibi situs sollertius emendare: & uetustatis tenebris ex parte īcognitis præsentium nominū lucem præferre: & more doctissimo tum uiros excellentissimos tum res ampliter gestas: quæ

ex historiis maiorũ qua ex gestis recentioribus suis locis adiungere : ingens fiet illis gloria: legentibus utilitas mira:& uoluptas impẽdio singularis. Iuuare potest multis in locis hanc partem diuini uir ingenii: & facundiæ compositissimæ prædecessor tuus Pius pontifex maximus Aeneas senensis nomine:qui recto more pontificum apud romanos gentiles adhuc maximorum:q soli maximos annales scriptitabant: historica dignitate pluria scripsit elegantissie simul atq; doctissime. Possunt pdesse præsules multi immo uero omnes perdocti suarum diocesum loca designãdo. Europam certe longe melius maxima sui parte ac uerius nos possumus: q̃ ueteres õnes nosse. Hæc ipsa tamẽ ego quoq; si uixero: pro mea uirili adhuc sũ diligenter tractaturus. Sed est hoc quidem opus dierum multorum hominũq; doctissimorum atq; plurimoruum. Mensuræ quidem & fuere hactenus certe:& erunt omni tempore inconstantes rationibus innumerabilibus quæ in prõptu sunt õnibus. Verũ de cosmographia hactenus. Cætera sunt ut ratione ad attingendum faciliora: ita propter rerũ magnitudinem:pondus:uarietatem prope infinita:dum a cælo exorsus Plynius qcqd in recognitionem hominum scitu dignum ad ætatem suam uenerat: quicqd opifex rerum deus:& deinceps parens natura crearat:atq; progenuerat: inexplicabili hoc ingentissimoq; opere nulla oratione unq̃ satis laudato est complexus. In hac tamen tanta rerum summa illud est maxime animaduersu dignum:& ante omnia memorandum: discere quantum quaue in parte uita ex eo tempore ad nostram profecerit tempestatem. Detriuit illa quidem quod facile assenserim: multis in rebus iisq; clarissimis. Sed aucta est in dignissimis pluribus atq; utilissimis:de quibus exempli gr̃a pauca subnectam. Nauigatio sparsũ late orbẽ maxime omnium artium semper una coniunxit. Illa enim extrema indorum gadibus prope annexuit : & ab æthiopibus ultimis ad balteum usq; mare discurrit.miscuitq; res ĩuicem ortas cælo diuersissimo. Cæterum in nauigandi arte quid habuit iuste ac in parte rudis uetustas cũ posteriorꝶ inuentis conferendum? Pyxis una magnete moderata plus habet commodi: q̃ omnis ãtiqua in contẽplando nauigatio. Res militaris nonne est euecta magnopere bõbardis pyxidibusq;:& id genus multis quas a sonitu sclopettos:aut zarbatanas:aut aliter rustice appellãt:excogitatis:quibus uix montes nedum arma muriq; possũt resistere? &si in hac parte scio multa ueteres habuisse miri ingenii:& artificii immortalis. Mel cannæ saccar a Galleno dictum a nobis succarũ uix ueteres nouere:cuius hodie tam multiplex:& numerosa cõpositio est: ut ab ea parte suauitas deliciarum omnis sit ad excolendam uitam industrie maxime introducta. Attingãne cætera quæ exquisitissime Lampus Biragus multumq; inuestigauit?& ut puto redegit in uolumẽ. Huiusmodi multa lectione erudimur plyniana: dum quæri ab eo cernẽtes singula acertiẽ: & minutissime: permulta tamen habere nos experimur: quæ ille non paucis uolũinibus si suis quoq; fuissent temporibus orta:explicuisset. Sed age quid in omnibus hominum inuentis tanti unq̃ fuit:ut cum impressorꝶ nostrorꝶ libraria arte digne conferri:& anteferri queat? Quam gloriã æternus deus tuæ potissimũ fœlicitati tribuit: quod alio quoq; loco scripsisse me memini: ut te pontifice maximo id romæ splẽdoris & utilitatis aduexerit:unde ingenia monumentaq; sapientum nulla unq̃ sit mũdi senectute peritura. Vnde futura omnis ætas sit incredibiliter sese litterarum gñe omni excultura. Quæ industria si fuisset apud ueteres: pfecto & Plynii nostri excellentissima alia monumenta:& cæterorum cælestium hominum nostra ætate nõ desiderarentur. Equidem pater beatissime plynianam recognitionem amplissimo domino meo temporali Galiazsfortiæ Vicecomiti duci mediolani inclytissimo statuerã tua fauente magestate delegare. Sed existimaui aliquid me adhuc posse addere huic præstantissimo operi:quod sit deinceps illi principi plus præbiturum uoluptatis.q̃re ĩ proximam additionem recognitionemq; hoc illi munus reseruaui. Tu si uides me iam tantopere uigilasse : ut quod prope factu uidebatur impossibile: iam aliqua ex

parte sit inchoatum: nunq̃ enim dicã perfectũ/hanc meam uoluntatem conatumq; munificentissime pater pro opere computa: & uolentem tanq̃ assecutum quod tam enixe cõcupiui gremio foue: iuuaq; auxilio. Tibi det sancta trinitas: cælitesq; omnes chori: & primi omnium præsides throni immortalis tui Petrus & Paulus apostolorum principes: ut te florentissimo & faustissimo diutissime pontifice christianus populus de orbe triũphet infideliũ: & contumaciã debellet hæreticorum impietatis. quod ille impleat: q̃ ẽ sẽp benedictus ĩ sæcula amẽ. Romæ põtificatus tui fœlicissimi anno sexto.

Hereneus lugdunensis episcopus: item Iustinus ex philosopho martyr: item cum diuo Hieronymo Eusebius cæsariensis: serio posteritatem adiurarunt: ut eorum descripturi opera conferrent diligenter exemplaria: & sollerti studio emendarent. Idem ego tum in cæteris libris omnibus tum maxime ĩ Plynio ut fiat: uehementer obsecro: obtestor: atq; adiuro: ne ad priora menda: & tenebras ĩextricabiles tanti sudoris opus relabat᷑. Instauratũ aliquãtulũ sub romano põtifice maximo Paulo secũdo ueneto.

Last leaf (blank)